...us audiret. Redditi sūt
...ut eodem alexandrino a
...liū ferro qui iam ↄsensu
...abit putabat apirent.
...ↄsequentem diem. & cū

...e claudios. Adhibuerim
...iam medicum. ceterisque in
...m ammoniū dico. Qui
...q illi ex eorum diligentia
...im⁹ ille suos auctoritate
...dico suo medico qui fuit

Joseph aldere

C. 28
C. 1

TRACTATVS

DE PRIVILEGIIS IVRAMENTI

amplissimus,

OMNIBVS LEGVM STVDIOSIS Maxime utilis & necessarius,

[illegible] editus

PER SERAPHINVM DE SERAPHINIS Iurisconsultum Senensem.

[illegible] alphabetico

DE SVPERIORVM LICENTIA



AVGVSTAE TAVRINORVM

[illegible]

Josseph de Alderete

TRACTATVS

DE PRIVILEGIIS IVRAMENTI

amplissimus,

OMNIBVS LEGVM STVDIOSIS Maxime utilis & necessarius,

Nouiter editus

PER SERAPHINVM DE SERAPHINIS Iurisconsultum Senensem.

Cum Indice locupletissimo præcipuarum rerum, quæ in ipso tractantur, alphabeti ordine digesto, ac nomenclatura Priuilegiorum.

DE SVPERIORVM LICENTIA.



AVGVSTAE TAVRINORVM.

Apud Io. Baptistam Beuilaquam. 1589.

SERENISSIMO
FRANCISCO MEDICI
MAGNO DVCI HETRVRIAE II.
SERAPHINVS DE SERAPHINIS F. P.

SVperioribus annis, Serenissime idemq. maxime Princeps, cum apud aliquos, in Lucano agro Episcopos, Vicarij munere fungerer; sæpe coram me, inter disertos caussarum patronos, contigit de virtute ac præstantia Iuramenti disputare. quod ita me delectauit vehementer, vt cum de illo, tunc Priuilegia (sic enim nunc loquimur) in vnum colligere, scriptisq. mandare instituissem, librum a me confectum, tractatione ipsa dignissimum comperi: quẽ postea cum Iuris ciuilis prudẽtia & cognitione, viris clarissimis legẽdum præbuissem, vt ex illis, si aliqua ex parte probari posset, intelligerem, ijdem quasi vtraq. manu ad astra tollebant. Sed & cum elapso proxime ab hinc anno, Florentiam tuam, omnium ciuitatũ pulcherrimam, concessissem, accidit, vt cum Dominico Bontio insigni iurisconsulto, tuiq. amplissimi ordinis Equitum S. Stephani meritissimo Auditore, de illius argumento sermonem haberem, qui laborẽ hunc meum vtilem fore legum studiosis, constantissime affirmabat; atque deinde subijciebat, & hortabatur, (etsi propensus mea sponte ad id videbar) vt librum cũ tui nominis inscriptione diuulgarem: quod ego tamen facere reluctabar; tum quia de hac mea tenui vigilia non tantum audebam, vt te Principe omniũ sapientissimo atq. iustissimo digna videretur; tum vero, quia stultum quasi, atq. arrogans existimabã qualecumq; opus esset, nuncupare ei Principi, qui per se ingenio ac prudentia cæteris omnibus præstaret, & in ditione sua homines haberet, in omni scientiarũ genere versatos, & in legali quidẽ Philosophia primarios, a quibus longe maiora in dies præstarẽtur. Vicit nihilominus tanti Iurisconsulti auctoritas, & constans humanitatis tuæ asseueratio, qua omnes litterarũ, aliarumq; bonarũ artium professores amplecteris fouesq;. Librum itaq. hunc meum, de Priuilegijs iuramenti disserentem, alacri studio elaboratum, tibi, Dux maxime, consecro, vt ex tenui munere voluntatem in te meam, studiumq; perspicias; & obscura per se ipsa lucubratio, summo tui nominis ornamento illustretur. Cupio nunc impetrare à Benignitate tua, vt qualecumq; argumẽtum obseruantiæ in te meæ non modo nõ despicias, sed æqui boniq; consulere non dedigneris. quod si cõsequar, cælum, vt est trita Parhæmia, digito tangam, & labores meos vberrimo compensatos esse fructu existimabo.

SERAPHINVS DE SERAPHINIS EGREGIO IVRISCONSVL.

D. Vincentio Casaccino Politian. S. P.

LIbrum hunc, de Priuilegijs iuramenti tractantem, quem modo ad te mitto, Iurisconsultorum consultissime Casaccine, non multis ab hinc annis, id est, cum Tricarici Vicarius residerem, casu magis, quã consilio texere sum ingressus: cum enim inter caussarum patronos defensoresque iusiurandum quid in hominibus præstaret, disputandi occasio, me iudice, sæpenumero contigisset; ea res, quæ præclaram in primis, & ad forenses controuersias maxime vtilem, vtriusque iuris partem amplecteretur, effecit, vt quod mea caussa solum commendare memoriæ institueram, in non paruum deinde Volumen euaderet. Quam ob rem mihi in mentem venit interdum subuereri, ne omnino inutilis foret hic meus legum studiosis susceptus labor. Verum, quia boni aliquid, quod vtique studijs, auribusq. hominum dignum videretur, à mea infirmitate, quam non exiguam, immo vero maximam esse plane sentio, præstari minime posse cognoscebam, in ea cogitatione hebescere & languere penitus incœpi, ita vt ad alias iuris tractationes, sicut in caussis à me defendendis tulit occasio, totus me ipsum conuerterem. Sed quia fieri poterat, vt quemadmodum alij falluntur in eo, quia sua scripta nimis indulgenter probant; ego contra fortasse fallerer in eo, quia mea seuere nimis atq; acriter improbarem, proprio diffisus ingenio, nonnullorum graue iudicium Iurisconsultorum, opus ipsum pæne iam destitutum subire deliberaui, vt quid de illo sentirent, intelligerem. Qui cum postea sermone, & litteris significarent, non modo dignissimum fore, vt in publicum ederetur, sed quasi etiam ad cœlum efferrent, meque ad illud diuulgandum inflammarent & hortarentur: quia tamen intelligebam plura iudicare homines odio, aut amore, quàm veritate & meritis rei gestæ, non omnino sum ratus illorum sententiæ quiescendum; sed adhuc alicuius excellentissimi legum interpretis iudicium grauissimum exquirere visum fuit, quod numquam falleret, neque falleretur. Is tu quidem vir mihi videris, præstantissime Casaccine, qui tua excellenti virtute & præclara in primis Pontificij, ciuilisq. iuris prudentia, talem te præbes, vt siue iudicando, siue consulendo de iure respondeas, non solum nemo te reprehendere possit, sed gratiam apud omnes incredibilem, summa etiã cum laude coniunctam consequaris. Te itaque mihi iudicem integerrimum & seuerissimum delegi, te meum arbitrum, & animaduersorem acerrimum esse volui. Itaque valde rogo te, vt maiore studio rogare non possim, quòd hunc librum perlegas diligenter; & quid de illo statuas, ingenue, vt tui moris est, quamprimum rescribas. Ego, quidquid censueris, ad tuam sententiam meum de me ipso iudicium in vtramque partem libenter accommodabo. Vale.

VINCENTIVS
CASACCINVS POLITIANVS.

D. Seraphino nobili Iurifconf. Senenfi.

CVM pro ea non vulgari amicitiæ necefsitudine, quam inter nos conftituit litterarum focietas, opus non paruum, quod tibi eft in manibus, de Priuilegijs Iuramenti per te nuncupatum, legendum mihi dediffes, non alienum meo officio putaui te per litteras hortari, ne tantos labores tuos domi latere & torpere patiaris. Quod fi minus efficere fuadendo poffumus (quoniam fiue iudicio, fiue timiditate quadam ingenua ab edendo refugis) at certe vifum eft gratia contendere, & rogando, fi quid noftra cauffa vis, vt, quæ de ea parte iuris ciuilis frugifera, & fructuofa, locoq. feraci & vbere M. Antonius Baueria Bononienfis fingulariter commentatus fuerit, in lucemq. edi noftri maioribus permiferit, & ipfe permittas, non ob id tantum quòd imprudentis effe dicant fcribere quod occultari velis, fed eo magis quòd confidam eam rem fore tibi & fempiternæ gloriæ, & ijs, qui legali philofophiæ fefe dediderunt, vtilitati maximæ. Vfum ipfum forenfem, cauffarumq. tractationem cum vetere Iurifprudentia coniunxifti, fine qua nemo meo quidem iudicio, veram folidamq. legum fcientiam affequi facile poteft. Quis enim ignorat vfus, forique infcitia, quantos noftris fcriptoribus errores obiecerit? quantas tenebras rebus nonnumquam clarifsimis effuderit? quam inanibus difsidijs ius noftrum ciuile vndique compleerit? Itaque cum in te & fummam iuris intelligentiã animaduerterem, & vfus forenfis tantum quantum in eo es, exiftimare equidem non poffum, quin illæ ipfæ elucubrationes tuæ cunctis populariter gratifsimæ, optatifsimæque futuræ fint; præfertim cum ea doceas, quæ es expertus. Cæterum non habeo neceffe verbis librum tuum ornare, quem fatis & rectus modus fcribendi, & vtilitatis magnitudo commendat. Tantum dicam, fi cæteri Iurifconfulti almæ Senarum ciuitatis tuæ tuo exemplo fe ad fcribendum conuertant, quos habemus plurimos ciuilis fcientiæ cognitione cæteris hominibus pares, longe fuperiores propediem fore, & omnibus nationibus huius generis laudem eripere fperamus. Vale.

EIVSDEM

VINCENTII CASACC:

TETRASTICON.

Ad Auctorem.

Æternum, Seraphine, tuum per sæcula nomen
Hæc tua mortalibus munera lata dabunt:
Munera miratur, miratur Felsina Senam,
Adiungit Seraphim quilibet inde Sophus.

INDEX PRIVILEGIORVM, QVAE IN HOC TRACTATV HABENTVR.

Dispo-

Finis Indicis Priuilegiorum.

INDEX RERVM
ET SENTENTIARVM NOTABILIVM,

Quæ in hoc opere continentur.

A

Actus

Index.

Arg.

Index.

&

Clau-

Con-

 diuur.

Diffi-

E

Emptio

Homo

Iura-

Iura-

Iura-

M

N

Nemo

Pauper

Præ-

Q

Reproba-

T

Testes

Testis

FINIS.

TRACTATVS AMPLISSIMVS DE PRIVILEGIIS IVRAMENTI

D. SERAPHINI DE SERAPHINIS IVRISCONSVLTI SENENSIS.

SVMMARIVM

Præfationis.

1 *Futurorum nulla est determinata veritas.*
2 *Iuramentum assertorium ab initio dicitur verum, vel falsum.*
3 *Iuramentum assertorium duplex, iudiciale, scilicet, & extraiudiciale.*
4 *Iuramentum promissorium quid, item &*
5 *Iuramentum confirmatorium.*
6 *Iuramentum confirmatorium confirmat omne, quod est confirmabile.*

PRAEFATIO.

MAgna semper fuit apud omnes vbique gentes; maxima autem apud Cristicolas religio iurisiurādi: cuius caussa cū veteres iureconsulti, tum Iust. Imperator, ac Sūmi denique Pontifices multa cōtra cōmunes vtriusq; iuris regulas censuerunt, quæ a nostris priuilegia nuncupantur; de quibus Doctores quidam varijs in locis, nec de omnibus quidem, sed de paucis, ieiune penitus ac imperfecte tractauerunt. quod ipse animaduertens operæpretium me facturum existimaui, ea maiori diligentia, & cura perquirere, tanquam vsui quotidiano maxime necessaria; & perquisita deinde, ac plenius disputata in hunc libellum redigere, exemplo clarissimorum iuris interpretum, qui de priuilegijs Doctorū, atq; Scolarium, de priuilegijs Fisci, alimentorū, Dotis, Paupertatis, Piæ causæ de alijs id genus conscripserunt: non vt putarem me illorū eruditissima scripta posse adæquare: noui enim iamdudum tenuitatem ingenioli viriumque mearum: sed vt laborem ea inuestigandi legum studiosis dumtaxat eriperem, simulque his nostris meliora lucubrationibus cogitandi ansam præberem. quæ ipsa si assequutus fuero, Deo Optimo Maximo semper accepta habebo; sin minus, meę saltem propensæ voluntatis, atque erga illos studij non pænitebit. De priuilegijs ergo iuramenti initium facturus;

Præmitto breuiter ad faciliorum plenioremque tractationis vniuersæ intelligentiam; ex quo de pluribus iuramentis nos agere oportet; tria esse genera principalia iuramenti, scilicet, Iuramentum assertorium, Iuramentum promissorium, Iuramentum confirmatorium. Iuramentum assertorium est, vbicunq; quis iureiurando asserit, aliquid esse de præsenti, vel fuisse de pręterito; quia asserere aliquid de futuro esset temerariū: cū iuxta vulga-
1 tum dictum † De futuris contingentibus non sit determinata veritas, vt Arist. inqt in Periarme. & in rhetori. & facit tex. cū Glo. in §. sub conditione. Insti. de verb. obli. & tex. ī l. si putator, ad leg. aquil. & in c. 1. vt ecclesi. benefi. & habetur per Com.

in cōsi. 231. col. 3. in littera m. vol. 1. Quia scire futura est quid propheticum, dixit Glo. & Bar. in l. 1. de noui oper. nunci. refert & sequitur idem Corn. in consil. 34.
2 col. 2. vo. 3. † & huiusmodi iuramentum assertorium verum est ab initio, vel falsum ipso iure l. cum ad præsens. si cert. pet. l. cum in secūdo. de iníust. rūpt. & irri. fact. testa. sicut in simili dicitur de conditione in præteritum, vel in præsens tempus relata l. conditio. de verb. ob. & in eo frustra quæritur de illius obseruantia, vt per Signo. in consi. 106. in fin. & de hoc iuramēto loquitur, vt quidam dicunt, tex. in c. fi.
3 de iureiuran. † est aūt huiusmodi iuramētū duplex; iudiciale, scilicet, & extraiudiciale iudiciale ē iurm̄ testis. l. iurisiurā. C. de testib. c. tuas. & c. nuper. eo. simili. ti. & pariter iuramentum partis. vt per Glos. rubri. de transactio. extraiudiciale vero est, quando minor iurat se maiorē, vt toto
4 tit. si min. se maio. di. Iuramentum † promissorium est, quando aliquid iuratur, veluti dare librum, vel facere domum. & istud iuramentum semper seruandum est, si seruari posit absque dispendio salutis æternæ. vt in c. debitores. de iureiur. c. veniens. & c. quintauallis. eo. tit. Et istud est aut necessarium, aut voluntarium, necessarium, vt in prætorijs stipulationibus, aut. offeratur. C. de lit. cont. & l. omnes. C. de episc. & cleri. voluntariū, vt illud quod inter contrahentes præstatur, de quo in d. c.
5 fin. de iureiur. Iuramentum † confirmatorium est illud, per quod iurans cōfirmat quod pomisit se obseruaturū. vt in Auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi.
6 & c. cum contingat, de iureiu. & hoc † iuramentum intelligitur semper confirmare omne, quod in actu requiritur confirmabile. l. fi. qui satisd. cogan. Calca. consi. 25. colu. 14. ad fi. & de his tribus generibus iuramenti tradit Host. in Summa de iureiur. Barto. in l. si quis pro eo. de fideius. & late moderni in l. admonendi. de iureiur. & in l. si quis maior. C. de trāsactio. His ita præmissis, venio ad ipsa priuilegia.

SVMMARIVM.

1 *Deus solus est scrutator cordium.*
2 *Voluntas alterius est nobis occulta.*
3 *Iuramentum probat ea, quæ in animo consistunt.*
4 *Argumentum affirmatiuum ex oratione negatiua non sumitur.*
5 *Oratio negatiua nihil noui inducit.*
6 *Argumentum a contrario sensu nō sumitur, vt inducatur dispositio contra reg. iuris, vel communem opi.*
7 *Iuranti in caußa propria non est credendum.*
8 *Iudex in caußa propria nemo eße debet.*
9 *Dispositio taxatiue loquens, licet excludat casus non expressos, illos tamē nunquam excludit; quia si excluderet, esset contraria alteri dispositioni.*
10 *Argumentum a contrario sensu debet sumi a tota oratione, et cum suis qualitatibus.*
11 *Statutum fœminas excludens extantibus masculis, illis nō extantibus eas nō excludit: nō tamen dicitur nocere.*
12 *Sta. qđ quælibet mulier succedat matri suæ, si non extant filii masculi, illis existentibus excluditur.*
13 *Pactum de non petendo vsque ad certum tempus, post illud inducit pactum de petendo.*
14 *Argu. ex diuersis, & separatis non licet.*
15 *Consistentia in animo per alium non possunt explicari.*
16 *Dolus probatur indiciis & coniecturis.*
17 *Dolus in delictis sumitur pro animo.*
18 *Iurāti se non intraße possesionem alterius animo accipiendi tenutam est standum.*
19 *Iuramento probatur etiam de animo alieno.*
20 *Animus quando aliter probari potest, per iuramentum non probatur.*
21 *Testes, qui alias non admitterentur ad probandum, admittuntur propter inopiam probationum.*
22 *Iuramentum non defertur, quando militat aliqua presumptio in contrarium.*
23 *Dolus præsumitur in delictis: & ideo non creditur iuranti se non fecisse animo inferendi iniuriam.*
24 *Probatio efficatior requiritur, quando militat præsumptio in contrarium.*
25 *Præsumptio oritur ex coniūctione personarum.*
26 *Præsumptio doli ceßat in personis bonæ conditionis, & famæ.*

27 *Qualitas bona personarum multa operatur.*
28 *Sollemnitas extrinseca præsumitur in actu celebrato inter personas bonæ qualitatis, & conditionis.*
29 *Iuramentū non defertur suspectis de periurio.*
30 *Iuramentum non defertur moribus corrupto.*
31 *Iuramentum deferens illi, qui verisimiliter est falsum iuraturus, magis peccat, quàm homicida.*
32 *Iuramentum non est deferendum solitis in loco peierare.*
33 *Iuramento mercatoris ex forma sta: standum est, si sit persona legalis, bonæ conditionis, & famæ.*
34 *Personæ vilis conditionis facile peierant.*
35 *Argumentum a solitis validissimū est in iure.*
36 *Periurus est infamis.*
37 *Emptor nō præsumitur habere notitiam rei furtiuæ, nisi alias emerit rem furtiuam.*
38 *Contractus præsumitur vsurarius in solito fœnerari.*
39 *Præsumitur calumniari, q semel calūniauit.*
40 *Præsumitur falsum produxisse iuramentum, qui alias illud produxit.*
41 *Iuramentum non debet deferri, quando pars vult probare contrarium.*
42 *Animus probatur ex signis exterioribus, et per indicia & coniecturas.*
43 *Præsumitur malus, qui cum malis conuersatur.*
44 *Præsumitř quis esse talis, qualis habitu incedit.*
45 *Præsumitur filiusfa. sui iuris ex eo, quod vestē lugubrem inducat.*
46 *Præsumitur vxor ea quæ gestat annulum, vidente & patiente viro.*
47 *Præsumitur melior et sufficientior, qui maius salarium habet.*
48 *Furiosus quis præsumitur ex proiectione lapidum, & ex uerbis sine ratione prolatis.*
49 *Voluntas, & animus testatoris qualis fuerit, ex signis exterioribus probatur.*
50 *Aditio hereditatis, quæ in animo consistit, probatur per solutionem debiti hereditarij.*
51 *Animus occidendi probatur ex genere armorū, cum quibus fit percussio.*
52 *Testis, qui dicit aliquem percussisse ad sui defensionem, & in causa scientia, quia vidit, recte probat.*
53 *Voluntas declaratur etiam ex actu inualido & nullo.*
54 *Voluntas declaratur ex testamento reuocato.*
55 *Animus alterius qualis sit, directe probari non potest.*
56 *Voces sunt earum, quæ sunt in animo, passionū notæ.*
57 *Voluntas magis facto, quā verbis declaratur.*
58 *Verba sæpe proferuntur contra propriam intentionem.*
59 *Rescriptum contra iūs commune concessum præsumitur concessum contra propriam voluntatem.*
60 *Testium rogitus indicat animum deliberatum.*
61 *Argumentum a communi vsū loquendi non multum vrget.*
62 *Voluntas contrahentium magis attenditur, quam conceptio verborum.*
63 *Verba non sunt in consideratione, sed effectus resultans ex verbis.*
64 *Vsura dicitur, quando aliquid accedit sorti verbis non obstantibus.*
65 *Arbiter, vel arbitrator an quis sit, cognoscitur ex modo procedendi.*
66 *Contractus nominatur ab effectu, verbis cōtrahentium non obstantibus.*
67 *Furtum non dicitur ex eo, quod reus cōfitetur furtum, si res fuerit ipsius propria.*
68 *Statutum disponere non potest, quod munus mixtum sit munus mere reale.*
69 *Verba secundum naturam actus, non contra.*
70 *Proprietarius si promiserit non molestare vsufructuarium, poterit tamen ab eo petere satisdationem.*
71 *Donatio causa mortis dicitur etiam, si donans promiserit non contrauenire.*
72 *Feudum concessum cum potestate alienandi intelligitur petita licentia a domino.*
73 *Testator legans decem, quæ debet consequi a Titio, intelligitur legasse actionem.*
74 *Mens præualet verbis in omni dispositione.*
75 *Occidens ad sui necessariam defensionem intelligitur occidere contra propriam voluntatem: & ideo non tenetur.*
76 *Actus prudentiæ non semper inducunt hominem prudentem.*
77 *Iuramentum in foro contentioso nō probat animum alterius, & ibi de veritate.*
78 *Iuranti de animo suo non statur in his, quæ ab illo non dependent.*
79 *Iuramentum non probat animū alicuius, quando legitima probatio, vel per modum conditionis requiritur.*
80 *Verba, si legitime probauerit, importãt conditionem.*
81 *Asserenti de animo suo in actione publiciana statur absque iuramento.*

PRIVILEGIVM PRIMVM.

Primũ priuilegiũ est, ac quidem maximũ, ex quo multa alia deinde proficiscunt; quia tu scis † quod solus
1 Deus est scrutator cordium, & qui cognoscit cogitationes hominũ, vt habetur apud Psalmistam, & Glos. in l. quia plerumque. de interrog. acti. not. in c. significasti el. 2. de homici. Ang. in consi. 196. colum. 1. consi. 93. & in plerisque alijs consilijs allegatis per Bologni. in cons. 1. in princ. idem tradit Roma. in cons. 458. 521. in cons. 28. n. 2. volum. 1. & Marsi. in consi. 25 num. 7. & dixit Dec. in l. omnib. causis. de regu. iur.
2 † quod voluntas alterius est nobis occulta: ideo, quod quis in animo habet, per testes probari non potest, vt dixit Gl. notab. in §. aliæ, in vers. dicit, circa medium, Inst. de actio.
3 Tamen † tanta est uis atque virtus iuramenti, vt habeat hoc priuilegium; quod in pendentibus ab animo, stari debeat dicto afferentis cum iuramento, se tale quid in animo habuisse vel habere: ad hoc solet allegari Gl. in d. §. aliæ: qui legitur sub. § sed iste, & ibi Ias. num 88. & eam ad id allegat Barto. in l. inter omnes. §. recte, colum. 2. de furt. & in plerisque alijs locis relatis per Ias. in l. admonendi. num. 308. de iureiur. sequitur Corn. in consi. 202. in vltimis verbis volum. 2. quæ tamen Glo. nihil videtur facere; ex quo de iuramẽto nihil dicit; vt etiam aduertit ibidem Ang. Aret. & Ias. & similiter Ant de Petru. in repet. l. 1. nume. 364. de iureiur. & Arelat. in addi. ad Alci. in suo tract. præsum. reg. 3. præsump. 16. in prima additione, sed solum inquit, quod animus non potest per testes probari, non sequitur ergo ex eadẽ posse inferri, quod animus probari possit
4 per proprium iuramentum; † quia argumentum a contrario sensu, affirmatiuum ex oratione negatiua non sumitur secundum Bald. in l. 2. C. de cond. infer. Alexã. in cons. 150. num. 26. volum. 5. Ped. decis. 79. nume. 28. & ibi concordant. Dec. in c. 1. num. 13. de proba. & in cons. 283. colu. 4. sequitur Grat. lib. 1. respons. 3. colu. 4. in fin. & in specie nostra, quòd argumentum a contrario sensu ex dictis Glo. & Docto. non sumatur, tradit alia Pedemon. decis. 58. post num. 30. Alexand. in cons. 156. ad fin. volum. 7. & ideo Dec. in d. ca 1. supra allegat. dicit, quod quamuis lex dicat, reũ non teneri ad edendum fisco alia instrumenta, quàm quæ ad causam pertinẽt; nõ propterea sequitur argumentum a cõtra-
5 rio sensu, quòd reus teneatur edere † quia oratio negatiua nihil noui inducit, vt per Bald. in d. l. 2. C. de cond. infer. per text. in l. ex facto la 1. de hæred. insti. & in l. Titia. § fi. de manumis. testamen. & quamuis prędicta non transeãt sine difficultate, ex quo illa doctrina Bald. videtur frequentius reprobari per Doct. in l. 1. de offi. eius cui mand. est iur. & refert etiam. Grat. libr. 1.
6 respo. 55. num. 18. † tamen ex quo in proposito nostro tale argumentum a contrario sensu sumitur ad inducendum vnum, quod est contra communes regul. iuris,
7 † vt, scilicet, credatur iuranti in causa propria, contra l. nullus & l. omnibus. C. de te-
8 stib. † Et quòd in sua causa pariter sit iudex, prout inquit tex. in l fin. C. de fideicõ. cõtra totum tit. C. ne quis in sua cau. iud. nõ videtur hoc iure fieri posse per ea, quæ idem Grat. dicit in proxime allegato respon. num. 15 vbi, si argumentum a cõtrario sensu non sumitur ex dictis alicuius Doctoris, saltem contra communem opi. quanto minus ergo contra regulas iuris?
9 facit pro hoc optimum simile: † nam quãuis dispositio taxatiua excludat alios casus non expressos: tamen nũquam illos excludit a se, qui si excluderentur, alteri dispositioni essent contrarij. ita Glos. in l. ita nos pudor, in versi. præter. C. de adulte. sequitur Roma. in consi. 456. nume. 3. & q non procedat argumentum a contrario sensu, quando est contra ius commune,

tradit

tradit Capr. in consi. 98. in fin. vbi loquitur in statutis, & in consi. 104. colu. 5. post medium. Praeterea adhuc aduertendũ est nullo equidem pacto ex dicta Glos. colligi posse per argumentum à contrario sensu, ꝙ voluerit, scilicet, probari posse animum per proprium iuramentum, quia su-
10 mi debet † a tota oratione contraria, & cum eisdem suis qualitatibus, vt not. in d. l. 1. de offi. eius. Gozad. in consi. 27. in fi. & consi. 43. nu. 6. & pulchre Craue. in consil. 203. post nume. 9. & per Bologne. in l. 2. §. mutui datio. nume. 18. si cert. pet. exem-
11 pli gratia: † Fęminae excluduntur a statuto, liberis masculis existentibus: ergo, liberis masculis non existentibus, non excluduntur. ita procedit argumentum a cõtrario sensu, vt per Goza. in consi. 37. in princip. vbi propterea dicit, quòd non sequitur: ergo a statuto uocantur, non extanti-
12 bus masculis. † item statutum Florentinũ dicit, quòd quaelibet mulier succedat matri suae, si non extant filij masculi: nam per argumentum a contrario sensu sequitur, quod illis extantibus, excludatur, vt per Bald. in l. conuenticulam. C. de episc. & cler. cuius meminit Cor. in consi. 175. col. 2. vol. 3. Et per Brun. late hoc comprobãtem, & tenentem in suo tract. de statu. femi. exclu. a success. in octauo arti. princ. & Rolan. a Valle in tracta. de stat. super lu-
13 cro dot. quaest. 43. nume. 7. † Rursus si feci tibi pactum de non petendo vsque ad certum tempus, procedit argumentum a cõtrario sensu, vt post illud tempus videar tacite pepigisse, vt petam; Paul. de Castr. in l. si vnus. §. sed si cum reo, de pact. tradit idem Goza. in d. consi. 37. nume. 8. Adaptando ergo huiusmodi exempla ad propositum nostrum, patet ex illis, quod non sequitur animus nõ potest probari testibus: ergo potest probari per proprium iuramentum; quia haec sunt penitus diuersa,
14 & separata, non autem contraria. † ex habentibus autem diuersam & separatam rationem non licet argumentari. l. naturaliter. § nihil commune, de acquir. poss. l. Papinianus exuli, de minori. l. fin. C. de calũ.

Caeterum, quamuis ex dicta Gl. id ipsum de quo agimus, non probetur: tamen dicimus esse verissimum, quòd ea, quae in animo consistunt, probari possunt per proprium iuramentum, vt per Bar. in d. §. recte, versi. quaero circa voluntatem, Roma. in consi. 328. Alexand. in consi. 133. col. 2. versic. facit ad hoc, volum. 2. Soci. in cõsil. 28. colum. 4. in fin. volu. 1. Guid. Pap. quaest. 205. in fine, Corne. in consi. 91. col. 3. consi. 168. col. pen. vol. 4. Crauet. in cõsil. 8. num. 12. & in consi. 268. colum. pen. versicu. nono. cum alijs relatis per Cott. in suis memoralibus, in versic. iuramentum probat difficultatem, col. 2. circa mediũ & per Alci. tract. pręsump. reg. 3. praesũp. 16. vbi Arelat. in addi. prima, & secunda. & est ratio, vt supra dictum est; quia solus
15 Deus est scrutator cordium. † Et hinc forte dicimus, quòd ea, quae ĩ solo animo cõsistunt, per alium explicari non possunt, sicut nec quae personae cohaerent, vt dixit Barto. in l. Paulus. de acquirend. haered. sequitur Calca. in consi. 77. colum. 2. nu. 8.
16 † Hinc etiam dicimus, quòd dolus probatur indicijs, & coniecturis. l. dolum C. de dolo. l. dolus. C. de rescin. vend. quia, scilicet, consistit in animo, qui directe, & vere probari non potest. cap. aduersario de excepti. c. suggestum de appella. not. per Abba. in consi. 109. num. 3. par. 2. Corn. in consi. 29. colum. 3. post medium cõs. 217. colum. fin. consil. 242. col. pen. consi. 252. colum. 5. in princ. consi. 263. colu. 1. ad fin. volu. 3. & consi. 147. colum. 3. vol. 4. Rui.
17 in consi. 4. colu. fin. volum. 1. † Quinimmo in delictis dolus idem videtur, quod animus, & ꝓ animo exponitur. l. 1. C. ad leg. Corn. de sicar. l. 1. §. diuus. eod. tit. Crauet.
18 in consi. 8. col. 1. in fin. † Et per hanc reg. dixit Corn. in consi. 250. col. 2. ver. & sub illis verbis. volum. 1. quòd standum est iuramento asserentis, se non intrasse possessionem alterius animo accipiendi tenutã, quod statuto fieri posse vetabatur; & similiter standum, quòd quis iure familiaritatis possederit, vt per eundem in cons. 251. colum. 2. post litteram f. eo. volu. quia, sci-

licet, ista animo consistunt, & per iuramẽtum proprium probari possunt.

19 Hæc regula seu priuilegium † ampliatur notabiliter non solum procedere, quãdo quis vellet iurare de animo proprio; sed etiam de animo alieno: qui tamen ex aliquibus coniecturis notus esse posset iurare volenti, vt patet in successore vniuersali: nam vxor potest iurare de animo mariti, qui tãquam hæres aliquid possederit dum viuebat, vt singulariter voluit Alex. in consi. 126. colum. 2. in princip. volu. 7. quia tanquam vxor potuit habere notum illius animum ex quo regulariter vxoribus solent innotescere res mariti, vt per Corn. in consi. 165. colu. 7. in medio. vol. 2. & in consil. 250. in fin. volu. 4. vbi vult, quòd quia vxor est vna & eadem caro cũ marito, & cum eo cohabitat, præsumatur habere notitiam testamenti per eum conditi.

Limitatur autem per Doct. varijs in
20 locis multis modis. † Et primo limitatur non procedere, quando animus aliter probari potest, quàm per iuramentum; quia tunc per illud nõ probatur. Gl. in §. æque in versi. iniquum, Insti. de exceptio Card. in Clemẽ. 1. circa fin. de pęn. quia ad iuramenti probationem non deuenitur, nisi in subsidium, & alijs deficientibus probationibus. arg. tex. i l. in prouinciali. §. 1. de noui. ope. nun. vbi Bar. allegat. l. cum mi-
21 nor de mino. Videmus enim, † quod propter inopiam probationum admittuntur testes, qui aliàs non admitterentur, vt per Barto. in l. si quis ex argentarijs. §. prætor. vbi alij, de eden. Alexan. consi. 53. vol. 2. consi. 69. eod. volum. Mars. consi. 5. nu. 10. cum plur. sequẽtibus. & similiter propter inopiam testium admittitur minor numerus, qui aliàs nõ admitteretur; ex quo maior requireretur, ut patet in testamẽto cõdito tempore pestis, de quo per Bald. in l. fin. C. de testamen. & Cap. in consil. 114. ergo vbi talis difficultas cessaret, non posset deueniri ad probationem per propriũ iuramentum.

22 Secundo limitatur † non habere locũ quando militat aliqua præsumptio in cõtrarium. ista fuit doctrina Bart. in d. l. inter omnes. §. recte de furt. quam ibi Doct. communiter sequuntur, de qua etiam per Felyn. in c. si diligenti. colum. 3. de præscr. Glo. in l. non est verisimile in versic. præsumptioni de eo, quod met. caus. facit tex. in c. ad præsentiã & ibi Aret. de testi. Ab. in c. pastoralis. num. 8. de exceptio. Marsi. in consi. 7. nume. 7. & latius in consi. 9. nu. 32. cum pluri. sequentibus. Alcia. in d. tracta. præsump. reg. 3. præsumpti. 16. & Ant. de Petru. in repet. l. 1. nume. 367. de iure-
23 iur. † Et ideo quando versaremur in his, quæ sunt de genere prohibitorum, vt in delictis, ex quo in illis præsumitur dolus, vt per Sozi. in l. 1. nume. 15. de eo per quẽ fact. erit & facit text. in l. si qui adulterij. C. de adult. tradit Cępo. in cons. 29 col. 2. Corn. in consi. 207. in fin. volum. 2. & consil. 158. colum. 3. in princ. volum. 4. Crau. in consil. 6. nu. 30. & Paul. Castr. in consil. 24. nu. 1. volu. 1. non debet stari assertioni iurantis, quod illud non fecerit malo animo, veluti iniuriam inferendi. l. si non cõuicij. vbi Glo. & Doc. C. de iniu. l. 1. C. de sicar. cap. 1. de præsumpti. quia dando operam ei illicitæ habet cõtra se præsumptionem, vt iniquo animo fecerit, vt per Bart. in l. aurelius. §. idem quæsijt. de liberat. legat. Alexand. in l. 1. §. si quis simpliciter. colum. 3. de verb. obligat. & per Marsi. in d. l. 1. C. de sicar. & ideo præsumendum est quod hoc dicat timore penæ fugiendæ per ea, quæ notantur in cap. de hoc autẽ vbi Glo. 2. in versi. iniur. de simon. & Pau.
24 de Cast. in d. consi. 24. Et propterea † non satis est proprium iuramentum; sed efficacior, & fortior probatio est facienda, vt not. per Abb. in cap. quia verisimile, per illum tex. in 2. not. de præsump. & in consil. 11. colum. 2. in 2. dubio. par. 1. cum concordan. relatis per Crauet. in cons. 129. in fin. & consi. 133. nume. 10. Hoc tamen intelligendum, & sublimitandum venit nõ procedere, quando pro iurare volente militaret aliqua præsumptio, quæ dolum excluderet, vt per Barto. in d. §. recte. Exempli gra-

pli gratia, quia consanguineus natu maior percussit minorem sibi cõsanguineũ, asserendo se fecisse animo corrigendi, & non inferendi iniuriam, iuxta. l. 1.C.de emen.propin. & Glo.in l.sancimus.C.de poen.& in l.nullus videtur.de reg.iur.nã si super hoc iurauerit, standum erit ipsius iu
25 ramento; quia ex † coniunctione persona rum nõ modica resultat præsumptio.l.data.C.de donat.l.pen.circa princ.de bon.liber. Bart.in l.post contractum. in secũda præsumpt.de donat.& Cur.in consi.6. nu. 6.consanguineus enim præsumitur diligere sibi consanguineum, vt per Abb.in consi.65.colum.3.ad fin.par.2.& ideo ex causa amoris, & dilectionis præsumitur correxisse; non autem voluisse inferre iniuriã.& talis præsumptio debet præferri tanquam fauorabilior l.3. de tute. facit, quod in simili dicunt Doct. secundũ vnã opi.in rub.C.de eden.vbi dicitur quòd licet mulier propter osculum, & amplexũ perdat dotem: tamen illam non perdit, quando amplexatur,& osculatur a consãguineo: nam tunc non præsumitur malus animus, quòd, scilicet, hoc fecerit ex causa explendæ libidinis, sed ex causa amoris, & dilectionis ex consanguinitate resultãtis.l.si qui adulterij. C. de adult. quod tamen intelligo verum, nisi locus, & modus osculandi, & amplexandi aliud suaderet, arg.c.ex litteris.de præsumptio. Item po-
26 test † poni exemplum in homine bonæ conditionis, & famæ, & integræ prorsus opinionis.nam in illo cessat talis præsumptio doli, vt per Crauet.in consi.21. nu.9. & Grat.lib.2.respons.95.col.5.nume. 19. quinimmo in talibus personis præsumitur in bonum.l.nõ omnis.§. a barbaris. de re mili.l.satis aperte.& ibi Glo.& Bal.nu. 4.C.de fals.Alexand.in consi.53.num.20.
27 volum.7. † Quia bona qualitas personarum multa operatur.nam facit, ꝙ ab eo remoueatur suspicio falsitatis, secundum Bald.d.l.2.C.de fals.Dec.in consi.175.colum.5.versic.& prædicta videntur. Item quòd excludatur præsumptio calumniæ, vt per Dec.ibi.post Alexand.in l.properã dum.§.sin autem alterutra.colum.4. C.de iud.Host.in cap.finem litibus.colum.pen. de dol.& contum.Barbat. in cap.1. col.6.
28 de iudi.& Gram.decis.60.nume.13.† Itẽ quòd præsumatur solemnitas extrinseca in actu intercesisse, quamuis alias sit secus.Abb.in cap.nisi.de præben.Gozad.cõsil.11.num.12.Item, ꝙ ei credatur tanquã testi etiam, si habeat aliquale interesse, vt tradit Imo.in consi.58. in fin. Item quòd contractus non censeatur vsurarius.Corn. consi.4.colum.3.volum.1. Nat. in consil. 498.nume.26.consi.525.nume.55.& consil.556.n.3.& generaliter homo bonæ cõditionis & famæ habet pro se multas præsumptiones, & priuilegia contra regulas iuris communis; de quibus habentur nonnulla per Gram.in consi.35.post num.44. cum pluribus sequen. in Crim.& plura ẽt exempla congerit Io.Lup.in repet. c. per vestras.§.7. nume. 9. de dona.inter vir.& vxor. ergo pari modo operabitur, quòd in eo non præsumatur fuisse dolus, quamuis versemur in prohibitis; & consequenter, quòd sit credendum eius iuramento, si aliquid afferat, quod ab eius animo dependeat; quamuis in alijs personis esset secus.Nec prædictis obstat Glo. in ca. sicut de senten.excom.quæ dicit, quòd honestæ personæ non faciunt, quod plus eis credatur in alterius præiudiciũ.quia respondeo, quòd procedit in suis terminis, quando, scilicet, agitur de alterius præiudicio; & sunt paris conditionis actor, & reus, quo ad materiam probationis; secus in casu nostro, in quo agitur de se solum excusando a dolo, & concurrit etiam aliqua verisimilitudo pro iurare volente; & sic sunt imparis conditionis in probando; nã accedente bona qualitate personæ, admittitur ad iurandum, & stari debet eius iuramento.vel dic, quòd non procedit, quando agitur de probando animo proprio; sed de probando alio facto, & concurrentibus vtrinque coniecturis, & quidem validioribus pro eo, contra quem honesta persona deponeret; quia tunc non ideo magis illi crederetur; tametsi hoc totum

in arbitrio Iudicis repositum esse credam

29 Tertio principaliter limitatur † nostrum priuilegium non procedere, quãdo aliàs iurare volens esset persona suspecta de piurio; quia infamis, vel mali nominis & conditionis: quoniam tunc non est eis deferendum iuramentum. & si deferret non esset illi standum, vt voluit Glo. not. in d. cap. significasti el 2. de homicid. Bald. in l. falsus. colum. 4. C. de furt. & Marsi. in cõsil. 9. Abb. in cap. clericus. de cohab. cle. &

30 mulie. † Et dixit Bald. in Authen. cui relictum. C. de indict. vidui. tolle. quòd iuramentum non est deferendum moribus

31 corrupto. † Quinimo deferens iuramentum illi, qui verisimiliter iuraturus est falsum, magis peccat, quã homicida, vt habetur in cap. ille qui 22 q. 6. Card. in Clẽ. vni. de iureiur. versi. porro. 12. q. allegat. c. si quis periurauit. cũ seq. 22. q. 5. ad quod forte animaduertens Marsi. in l. quæstionis. colum. pen. de quæstio. dicit, quod ipse in criminalibus, licet sæpe offerret papyrum, & fingeret se velle deferre iuramẽtum, tamen illud non deferebat; quia nemo est tam bonæ conscientiæ, qui non iuraret falsum potius, quàm mori, pro hoc facit vnum dictum valde notandum, qđ ponit Ioan. Lup. in repet. cap. per uestras. §. 18. colum. 8. post num. 17. de dona. inter

32 vir. & vxor. vbi vult, † quod cum experimẽto in Hispania compertum fuerit, ꝙ conuersio hæreticorum ad fidem non sit vera conuersio, eo quòd fere omnes relabũtur in hæreses abiuratas, hodie non fit aliquis ad reconciliationem admittendus, cum non sit spes bonæ conuersionis; immo, ꝙ seueritas contra eos exerceatur, per tex. in cap. proderit. 23. q. 5. quia non videtur iurans a primo actu recessisse; sed simulata cõuersione iurasse, vt in simili dicit Fed. de sen. in consi. 7. de vsurario, qui præstita cautione fecit testamentum; & postea in vsuris continuauit. ad idem facit, ꝙ voluit

33 Ang. ĩ l. qui in iudicio. de accusatio. † vbi dicit, ꝙ qñ ex forma statuti statur iuramẽto damnum passi, illud procedit, quando ille, qui damnum passus est alias sit persona legalis, & fide digna; & sic non suspecta de periurio. & idem sequitur Ant. de Petru. in repe. l. 1. nume. 369. de iureiur. Huc etiam pertinet, quod scribit Bal. in l. 1. C. de confes. & in l. cunctos populos. C. de Summ. Trin. & fi. cat. & Marsi. in sing. 458. vbi & si ex forma statuti staretur iuramento mercatoris in parua summa: tamen hoc procederet, si aliàs mercator esset persona honesta & legalis; nõ autẽ ui-

34 lis, & suspectæ fidei. † ex quo enim similes personæ solent peierare, non est eis deferẽdum iuramentum. dixit Abb. in cap. clericos. nume. 2. de cohab. cleric. & mulie. & in cap. qua fronte. nume. 18. de appell.

35 & validissimum † est argumentum a solitis & consuetis. l. 2. de eden. l. certi condictio. §. si nummos. vbi Doct. not. si cer. pet. Barto. in l. si librarius. de reg. iur. Imol. in consi. 42. colu. 2. Cępol. in consi. 30. col. fi. Aret. in consi. 129. Marsi. in sing. 1. & sing. 336. vbi concordantiæ. & ideo si aliàs iurare volens fuisset periurus, non esset ad iuramentum admittẽdus. cap. paruuli. 22. q. 5. Auth. & qui C. de bon. aut. ind. poss. Curt. iun. in l. admonendi. nume. 16. de iu reiur. nõ solum, quia semel malus semper

36 præsumitur esse malus; † sed etiam, quia periurus est infamis. 6. q. 1. cap. quærelam de iureiur. & Gram. consi. 31. num. 2. in ci ui. constat autem infamibus non esse credendum, quamuis iurent. & ideo dicitur satis ad propositum; quòd licet aliàs nobili viro sufficiat asignare magnum palatium pro carcere sub iuratoria cautione, etiam si extaret statutum, quòd pro delicto ab eo commisso quis debeat carcerari, de quo per Ange. in l. qui in carcerem, quod met. cau. quẽ refert & sequitur Ias. in l. admonendi col. 75. in fin. de iureiur. Gram. decis. 14. num. 4. & 5. & decis. 33. n. 13. tamen si ille nobilis aliàs aufugisset, & consequenter in periurium incidisset; & vellet instare, vt detineretur per palatium sub iuratoria cautione, non esset illi credendum, nec admittendus ad iurandũ sed immo bene carcerandus & custodiendus Glo. & Bal. in l. lege Corneliæ ad Syllan. &

37 Ian.& Glo.in l.1.C.de seru.fugi. † Sic in simili quamuis præsumatur emptorē non habuisse notitiam seu scientiam rei furtiuæ;si tamen alias emit rem furtiuam,præsumitur illam habuisse secundum Alexā.
38 in consi.50.col.4. volu.1.† Et contractus præsumitur vsurarius in solito fœnerari,
39 Crauet.in consi.73.nu.28.† Et pręsumitur calumniari, qui semel calūniatus fuit.
40 dixit idem Crauet.in consi 75. nu.9. † & pręsumitur produxisse falsum instrumentum,qui alias solitus fuit falsum producere,vt per Paul.de castr.in consi.203 colu. 2.versic.circa secundum volum.2.idē ergo in proposito dicendum est, quod semel periurus pręsumeretur iterum peierare,& ideo non esset illi deferendum iuramētū,put nec alijs, q suspecti de piurio cōmittēdo p̄sumerent̄,sicut supradictū est.
41 Quarto † limi.nostrum priuilegium vt non procedat, quando per partem aduersam offerretur probari contrarium; quia tunc non esset credendum volenti iurare de suo animo,vel intentione secundū Gl. in l.Fulcinius.§.1 ex q.cau.in pos.ea.Bar. in l.apud Celsum.in princi de dona. Bal. in l.penul.C.de bon.aut.Iud pos & Fely. in d.cap.significasti el 2.colum 2 num.4. de homi. Sed hic non inuenusse quæritur;quomodo probari poterit de alterius animo, si soli Deo patet, vt supradictum fuit in princ. Respondeo; quod probatio fieri poterit principaliter duobus modis.
42 † Primo probando aliqua signa exteriora, ex quibus animus deprehenditur l.si tamen. de ędili. edi. l. reprehenden.ia C. de Insti & subst.sub cond fa.l.qui leuādæ ad leg.rhod.de iact.& l si tam angusti. de serui. Corn.consi.251.volu.4 Sozi. in cōsil 28.nume.2.volum.1. Animus enim indicatur ex indicijs & coniecturis. vt per Abb in cap.cum te.num.29 de sent. & re iud & in consi 67.num.3.par 2. Capr. in consi.105.in fin.Corn.in consi.91. colum. 10.post litteram r.volu.1. & in consil.45. colum.2.in princ.vol.3.& ideo dicitur,ꝙ ex qualitate actuum,& personæ præsumitur de animo alicuius,vt per Anch. in cō-sil.302.& Roma.in consi.96.late Mars.in
43 cons.4.nume.26.vbi concordantiæ.† Vnde si quis conuersatur cum malis hominibus,malus præsumitur; sicut ex contrario pręsumitur bonus, qui cum bonis ambulat l.eum qui,vbi Paul.de Cast. C.de epi. & cleri.Crauett.in consil.73. numero 12.
44 † Et talis quis esse præsumitur,qualis habitu incedit.c.si iudex.de sentent.excommu.in 6.Federi.de sen.in consi.13.nume.
45 3.† Et ideo si quis filiusfa.inducat se veste lugubri, præsumitur se gerere pro libero a patria potestate,Corn. consi.68. colum.
46 fin.volum.1.& si mulier † gestat annulum vidente & patiente viro,præsumit̄ illi copulata in matrimonio, quemadmodum per delationem vestiū meliorum c. illud vbi Abb.colum.fin.num.13. de pręsump. Glo.in cap.1.de despons.impub Deci. in consi.163.colum 1. Zasi.consi.3.num.15. vol.2.c.nostrates 30 q.5. Lucas de Pen.in l.principes.in 8.præsūp.de prin. agen.lib. 12.& in l.quicunque. in 13. præsump. C. apoch.pub.lib. 10.& hoc est maxime verum,& procedit, si præcessit aliquis tractatus matrimonij, Paris.consi.55. nu.42.
47 & col.fi.nu.60.vol.4.& † similiter præsumitur quis esse melior & sufficiētior, qui maius salarium habet,vt per Abb. in cap. clerici.colum.2.in medio.de iudi. sicut & plus honoratus censetur magis dilectus. arg.Authen.hoc amplius.C de fideicom. & l.pupillus de condition.& demonstrat.
48 † Et iudicatur quis esse furiosus ex proiectione lapidum, & ex verbis sine ratione prolatis,vt dixit Corn.in consi.22.colu.3. volumine quarto,& cons.69.col.4.vol.1. quia cum hæc non videantur, sicut nec ipse animus videtur,satis probātur ex signis exterioribus. Ad idem dicitur,quód ex vicinitate actuum cōiecturatur animus soluentis, in quam causam, scilicet,soluerit. arg.l.si vētri.§.fi.de priui.cred Cor.in consi.295 colum.2 in fin.volum.3. & si pater instituat in disparibus partibus proprios filios,præsumitur habere malum animum malamque intentionem in filium,cui minorem partem assignauit.l.si patronus.§.si

quis

quis non mala mente, de oper. libert. Cal-
49 can. in consi. 74. post nume. 18. † quia generale est, quod animus, & voluntas testatoris qualis fuerit ex signis exterioribus, & coniecturis colligitur, & consuetudine ipsius, dum viuebat l. si cui. & l. si nomē. §. filio. de lega. 3. l. damnas. de usuf. lega. Signo. consi. 175. colum. 2. nume. 6. & etiam alijs modis de quibus copiose per Calca. in consi. 48. per totum illud cons. & aliqd etiam in cons. 106. colum. 2. num. 3. Concludo igitur q animus, & voluntas alterius probabitur per actus extrinsecos in facto consistentes. d. l. fulcinius. §. quid sit. quib. ex cau. in pos. ea. l. Paulus. rem ra. ha. l. recusari. de acquirend. po. & l. non codicillum C. de testament. cum alijs allegatis per Crauet. in cons. 20. num. 8. vltra ea quæ supra fuerūt deducta: quinimmo animus alicuius probari potest per actus in non faciendo consistentes. l. non vult hæres esse de regul. iur. & l. conficiuntur, de iur. codici. Barto. in quæstio. 10. num. 12. & Sozi. in cons. 133. colum. 3. vol. 1. Cum ergo dicimus probari de animo alicuius per aliquod factum, intelligimus etiā nō factum quod venit appellatione facti Gl. in §. si res legata. Insti. de legat. l. 4. §. Cato, vbi Doct. & maxime Aretin. de verb. obl. Tex. in §. non solum. Insti. de verbo. oblig. & per Dec. in l. id quod nostrum est, de regul. iur. quia qui non facit, quod facere debet, censetur facere aduersus ea, quæ non facit. & ideo, qui non implet iudiciū defuncti, censetur facere contra ipsius voluntatem, vt per Corn. in cons. 99. in princip. volum. 1. declaratur ergo animus tam ex actibus in faciendo, quàm in non faciēdo consistentibus, & procedit etiam, si p mo-
50 mentum tēporis actus durauerit. † & hinc dicimus, quòd aditio hæreditatis, quæ in animo consistit l. gerit. de acquiren. hære. & per Calca. in cons. 77. colum. 2. num. 7. probatur per actus extrinsecos, licet momentaneos; veluti per solutionem factam de debito hæreditario ab ea, qui potuit adire hæreditatem, l. 2. & ibi Bart. & Moder. C. de iur. delib. Dec. in cons. 178. immo etiam per solam oblationem de soluēdo, vt per eundē Dec. in cons. 449 & Bel
51 lo. in cons. 58. ante numerum 8. † Hinc ēt dicimus, quòd animus occidendi colligitur ex genere armorum, cum quibus est facta percussio, licet & ipse sit actus momētaneus, vt habetur per Cæpo. in cons. 34. colum. 3. in fin. Roma. in cons. 247. colum. 2. ad fin. & Marsi. in cons. 7. nume. 54. cum pluribus sequen. & ibi nume. 46. dicit, quòd animus occidendi colligitur ex natura loci, in quo est facta percussio; vt si in capite, præsumatur animus occidendi; secus si in brachio, vel in alio loco non lethali; de quo per Corn. in cons. 283. vol. 3. idem tradit pulchre Signo. cons. 1. colu. 1. vers. in propositum, & cons. 63. vbi loqtur de marito, qui calce percussit propriā vxorē ex qua percussione decessit: & ibi concludit non posse puniri de homicidio quia ex modo percutiendi colligitur non habuisse animum occidendi, Gram. cons. 49. nume. 9. & Alcia. in tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 6. idem si cum aliquo instrumento non apto ad occidendum, veluti cum baculo, de quo per Corn. in consi. 57. ad fin. volum. 4. Sic & ex modo repercutiendi dicitur, quòd cognoscitur animus, an quis vulnerauerit ad sui defensionem; quia licet animus videri non possit: tamen ex modo repercutiendi, qui vtique
52 videtur, dignoscitur. † & ideo testis, qui super hoc deponendo dicit in causa scientiæ, quia vidit, rectè probat, Nell. in suo tracta. de testi. nume. 151. Corn. cons. 162. colum. 2. in littera g. & cons. 204. colum.
53 3. in littera f. volum. 1. † Item prædicta pcedunt etiam, si alias ille actus esset nullus & inefficax; quia declarat voluntatem agētis, vt in aditione nulla hæreditatis, dicit Barto. in d. l. gerit. colum. 4. de acquirend. hæredita. sequitur Grat. lib. 1. respons. 47. ad fin. nu. 25. & facit text. in l. fin. de reb. eo. quem ad hoc propositum allegat idē Grat. resp. 7. eod. lib. facit etiam tex. & ibi Bald. in l. quia patre. de confirm. tut. in l. in testamento. de fideicomm. lib. & in l. 1. & 2. C. de fideicomm. quæ iura in simili adducit

ducit Dec.in consi.176.colum.1.versicu nec obstat.nam in dictis locis animus, & voluntas declaratur, & colligitur ex testa
54 mento nullo.† quinimmo etiam ex testamento reuocato declaratur, qualis fuerit animus testatoris, vt per eundem Dec. in consi.555.colum.2.refert Crauet. in cons. 313.ad fin.& aduertendum est, quod ista probatio de animo & voluntate alterius per actus extrinsecos, de quibus supra diximus, vel per alios similes, quos adijcere potuissemus, dicitur indirecta probatio;
55 † quia ea, quæ in animo consistunt, directe probari non possunt, secundum Barto.in l.1.§. hoc interdicto de itin. actuq. pri.quem refert,& sequitur Aretin.in cõsilio 110.columna 3.versicul.circa secundum.Corn.in consil. 91. columna 10.versiculo probatur etiam in littera q. volum. 1.quod ergo Gl.in d.§.aliæ.Inst.de actio. dixit animum non posse per testes probari, intelligi debet directo modo; quia hoc est impossibile; secus indirecte.si tamen testes vellent etiam directo modo probare de animo alterius, puta asserendo illum habuisse talem animum, deberent vtique mouere, & inducere mentem iudicantis ad ita existimandum de animo illius.prout testes deposuerunt, vt per Corn.in consil.292.ad fi.volu.2.Secundo modo principaliter de animo alterius probari po-
56 test per verba ab illo prolata,† quia voces sunt earum, quæ sunt in animo, passionum notæ, vt inquit Philos. & probatur in l.labeo de supel.lega.& in cap.secundo requiris de appellat. per Corne. in consil. 84.in princ.volum.3.& consi.187.in princip.volum.4 & Grat lib.1.respon.118.nu
57 me.25. Aduertendum † est tamen, quia animus magis declaratur facto, quam verbis, & consequẽter facilius probabitur ex aliquo facto, quam ex verbis.l.certũ.si cerpeta.vbi Docto. & in l.fin.de diuor.in l.si cum fine.§.ei de ædili.edi.in c. dilecti. de appell. in c.extimant.11. q.2. per Anch. consi.9.colum.2. Signo. cons.9. colum.6. num.28.Rom.in cons.291.Sozi.in consi. 192.col.3.& in cõsi.24.col.3.vol.Cor.consil.225.col.1.vol.2.& Gozad.consil. 101. col.1.versic.tertio cum similibus,& videtur huius rei posse assignari multiplex ra
58 tio.† Prima; quia verba sępe proferuntur contra propriam intẽtionem, vt habetur in d.c.dilecti. & in d.c. extimant, per Abbat.in consil.224.& in consil 116.col.2. par.2.Corn.in consi.242. volu.3.Dec.in l. non vult hæres esse, nu.6. de reg.iur.Gra. consi.150.nu.24.in ciui.& notabiliter per
59 Craue.in cons.118.† hoc autem patet in rescriptis contra ius comune concessis, in quibus dicitur cessare voluntas, & intentio rescribentis, quæ propterea non valẽt. l.rescripta,& l.nec damnosa,C.de precib. Imper.offeren.& per Cor.in cõsi.220.col. pen.volum.2.& cons.312. col.2. volu.3. quia censentur impetrata propter importunitatem supplicantis, ita vt nec purgentur per clausulam ex certa scientia secundum Aret.in consi.15.col.3. in fin. & per Fel.in c.2.col.7.post nu.34. de constit. & in c.quæ in ecclesiarum.num.87.eod.titu. Dec.in cap si quando.colum.2.numero 3. de rescrip.& Gram.in consi.100.numero 97.in ciui.Item patet in milite, qui si dixerit: ego illum hæredem instituo, non tamen erit hæres; nisi appareat, quòd animo deliberato hoc dixerit; vt quia rogauerit testes, quòd essent præsentes eius testamento, vel institutioni.§.1.Insti.de mili. testa. l.diuus. simili.titu.& faciunt, quæ haben-
60 tur in l.iubemus.C.de testamen.† rogatio enim testium indicat animum deliberatum ad actum faciendum.dixit Corne. in consilio 7.colum.2.versi. item facit ratio. volum.4.Secunda videtur posse assignari ratio; quia in verbis sæpe contingit æquiuocatio, vt in mulieribus,& in vltimis voluntatibus, dixit idem Corn. in consi.26. colum.2.in fin.volum.2.vbi propter sexus imbecillitatem, & cogitationem futuræ mortis sæpe dicit æquiuocari. Tertia videtur ratio; quia homines plerumque abusiue & impropriè loquuntur l. non aliter §.1.ad fin.de leg.3. patet autem in primis in ipsismet iureconsultis, qui vtuntur vno vocabulo ꝑ alio, vt emptione, ꝑ venditio-

ditione, vt per eundem Corn. in consi. 28. columna 1. eodem volum. & hinc est,
61 † quòd dicere solemus, argumentum a communi vsu loquendi nõ multum vrgere, prout inquit Oldra. in consi. 180. col. fi. quia, scilicet homines plerunq; abusiue & improprie loquunt. Ex quibus nõ videtur mirũ, quòd animus magis deprehẽdatur
62 ex factis, quam ex verbis † Hinc illud vulgatum, quòd voluntas contrahentium magis attenditur, quam conceptio verborum. l. fi. in prin. de iur. dot. Bart. in l. 1. in 2. oppos. & ibi Ias. C. de iure emphyt. Corn. in consi. 22. col. 2. ad fi. vol. 3. Bello. in consil. 21. nu. 6. & alibi sæpe per Doct.
63 Hinc † etiam illud, quòd verba non sunt in consideratione, sed effectus resultans ex verbis. l. filius famil. §. 1. quod cum eo. l. 1. §. non solum. de success. edict. l. 1. §. hæc verba: quòd quisq; iur. Glo. Bar. & Doct. in l. fi. § si de dol. except. Rom. in cõs. 509. in prin. Corn. in consil. 24. col. 2. vol. 2. & Grat. lib. 2. respo. 66. in fi. Verba enim occidunt, spiritus autem viuificat. Feder. de
64 sen. consi. 4. col. 3. nu. 7. Et † ideo dicitur, quòd si aliquid accedat sorti, vsura est, nominent partes quomodocunque velint di
65 xit Rom. in consi. 238. in prin. † Et si arbitratores processerint tanquam arbitri, et si se arbitratores apellauerint, nihil interest; quia arbitri erunt reputandi: quoniã ad cognoscendum, an aliquis sit arbiter, vel arbitrator, inspicitur qualitas, & modus procedendi; non autẽ attenditur, quo modo se nominauerit, vt p eundẽ Rom. in consi. 247. col. 2. ad fi. Abb. in c. quintauallis. n. 7. de iureiur. & istud etiam sequitur Gozad. in consi. 100. nu. 13. nec mirũ; quia quilibet modus agendi habet suam naturam secundum Abb. in consi. 16. col.
66 3. ver. sed quamquã par. 2. †. Et dixit elegãter Bal. in rub. C. de iure emphyteo. quòd siue in iudicio, siue in contractu ponatur nomen vnius contractus, & effectus alterius, est iudicandum secundum naturã illius contractus cuius effectus ponitur; & nomen pro non apposito habetur; quia ad cognoscendum cõtractum attenditur natura ipsius contractus, & non denominatio, vt per Aret. in consi. 10. col. 2. Affl. decis. 120. & Io. Fab. Insti. de loca. §. adeo. col. fi. & propterea Bar. in quæst. incipiente, publicanus quidã dixit, quòd licet contrahentes nominauerint contractum emptionis: tamẽ erit locatio, si solutio erit facienda in diuersis terminis; quia nõ est curandum de verbis; ex quo homines solent sæpe æquiuocare. sequitur Cor. in cõs. 23. col. 2. vol. 2. & consi. 38. eo. vol. & consi. 12.
67 col. 1. vol. 4. † Ad idẽ facit; quia videmus, quòd si quis dixerit se commisisse furtum, quod tamen non est, quia sit res propria, sibi nihil præiudicat; quia esset facere furtum, vbi non est: quod fieri non potest; quia ueritas, & effectus attenditur, & non denominatio, tradit Rom. in consi. 113. col. 2. nu. 4. & consi. 390. Angel. in cõsil. 22. ad fi. & consi. 403. & similiter si quis dixerit se fecisse vsuram, quæ in veritate non sit, nihil nocebit; quia nõ potest pars facere delictum, vbi non est. Craue. in cõsil. 48. nu. 7. & latius in consi. 262. col. 1. in fin. & seq. & si quis dixerit, fuisse factam legitimam executionem; quæ tamen non sit legitima, nihil prodest exequenti talis appellatio seu nominatio, vt per eundem Crau. in consil. 29. nume. 2. & quamuis testator dicat relinquere pro anima, non tamen erit legatum pium, si legatarius fuerit diues. vt per Grat. libr. 2. respon. 9. nu. 32 & si quis appellauerit aliquam prouisionem Papæ regulam cancellariæ; cũ tamen sit extrauagans, nõ propterea erit reputãda regula, ita Rom. cõs. 260. & si Papa nominet aliquem Decanum, qui non sit, nõ proinde erit Decanus. idem Rom. in consi. 240. col. pen. et si iudex dixerit in aliqua cedula contineri venditionem, cũ sit mutuum, non ideo magis erit vẽditio, Pau. de Cast. in cõs. 22. col. fi. vol. 1. q2, vt ibi. dicit, verba habent certũ significatũ a iure, quẽ homines alterare, vel mutare nõ possunt l. si qs in fundi vocabulo cum ibi not. de lega. 1. & sic attenditur veritas, & effectus rei, non autem nominatio, vt supra dictum fuit, pro quo facit etiam quod

dixit

dixit Feli.in c.Ecclesia sanctę Mariæ,col.
68 28.in quinta.q.de const.†vbi est,quod sta
tutū disponere nō potest, vt munus mixtū
censeatur munus mere reale,quia implica
ret cōtradictionem,& esset mutare nomi
na appellatiua,quod est impossibile. d.l.si
quis in fundi vocabulo.l. Lucius la 1 .&
ibi Doct.deposi.& l.vni.§.simili modo C.
de lati.lib.tollen.Andre.de Isern. tit. quæ
sint rega.§.extraordinaria,post n. 62.Cra.
cons.20.& idē voluit Bal. in l. fi.col.pen.
C.fine cens.& quia verba non attēdūtur,
sed effectus resulcans ex verbis,sicut supra
dictum fuit, emanauit illa trita Parthæ-
69 mia,† ꝙ verba secundū naturā actus intel
liguntur,nō cōtra c.1.§.filiā vbi Doct.de
succes.feu.l.1. §. si vno.loca. l. insulā po-
tio.in pigno.l.1.§.1.de offi.procur.Cæsar.
Oldra.consi.243 col. 2. Bar.in l.patronus.
§.Semproniæ.de leg.3.Signo.cōs.10 col.
2.n.10.Bal.in cōs.67.col. pri.post mediū.
vol.3.Soc.cōs.9. col.5.vol.5.Calca.cōs.1.
col.15.post mediū , & alibi sæpe ꝑ alios.
70 & iō dicimus† ꝙ si proprietarius promit
tat non molestare vsufructuarium ; pote-
rit nihilominus ab eo exigere quartā tre-
bellianicam ; quia hoc venit ex natura fi-
deicōmissi,Imol. in l. si paterfami. prope
71 fi.de hæred. insti. † & si donās causa mor-
tis promisit nō contrauenire;sed attende-
re & obseruare,non propterea erit dona-
tio inter viuos; quia intelligitur secundū
naturam donationis; vt per Rui. in consil.
72 51.col.5.post nu.14 vol.1.† & si fuerit cō
cessum feudum cum potestate alienandi
erit intelligendum petita licentia a domi
no; quia hoc est de natura feudi. Specul.
in tit.de loca.§.nunc aliqua.ver. 94.sequi-
73 tur Goza.consi.4.post nu.9.† Et si quis le
gauerit decem,quæ debet consequi a Ti-
tio,intelligitur legasse actionem, non illa
decē l.apud.Iulianū.§.Titio.& ibi Doct.
de lega. 1.& l.si Titius.§ cum interdum.
de leg. 2.quia ita natura negocij requirit.
ita dixit Corn.in cōsi. 151.col. 2. in fi.vol.
2.facit,qđ idē scribit in cons. 173. vol.4.
vbi si quis legauerit libros creditorū, &
debitorum,intelligitur legasse nomina de
bitorum;quia sæpe cōtingit, quòd legata
vna re intelligatur relictum , quod in ea
continetur;quia,scilicet, ita exigit natura
rei,& alia plura similia exempla congerit
Io. Lup. in repet. rub. de donat. int.vi.&
vxo.§. 7. ex quibus manifeste colligitur,
verba non esse ita in consideratione, sicut
74 res ipsæ.† Et generale est in omni dispo-
sitione , quòd mens præualet verbis.l.vbi
pure.§.rogo.ad Trebelli.c.intelligētia.de
verb.signi.Corn.in consi.7.col.2.vol.1.&
consi.113.col.2.in littera f.vol.2.Dec. in
consi.160.Aret.in consi.10.col. 2. ver.itē
præmitto.& Abb.in cons.47.nu.2.par.2.
cum similibus.& consequenter,quòd ver
ba non ita ostēdunt libere animum, sicut
facta quæ maiori deliberatione videntur
proficisci ex animo facientis , quàm ver-
ba.non omitto tamen, quòd & ipsa quo-
que aliquando facta citra animi consen-
75 sum fieri non possunt; † vt patet in occi-
dēte ad sui necessariā defensionē, qui ꝑ-
pterea de homicidio non tenetur,ex quo
factum intelligitur contra propriā volū
tatē facientis,vt per Mars.in cōsi.4.n.7.&
25.& similiter patet in dormiente, q oc-
cidendo de homicidio non punitur , vt
per Craue.in consi.88. col.3.in fi.& con-
stat generaliter,ꝙ homicidium casu per-
petratum,& sine culpa est impunibile l.1.
C.de sicar.& alibi dicimus,ꝙ casus cōtin
gens præter intentionē disponentis nō cō
prehenditur in ipsa dispositione , etiam
ꝙ maior ratio esset in vno, quàm in alio,
iuxta not.per Cyn.in l.quod fauore C.de
legi.quem sequitur Ancha consi.356 &
Dec.cōsi.89.col 3.& consi.218 nu.11.fa
ciunt quæ scribit Corn.in cons.69 col.9.
76 vol.1 & consi.73.col 3.eo.vol.† vbi di -
cit ꝙ ab hominibus fiunt actus prudētiæ,
& tamen aliquando non sunt prudentes.
& sic facta etiam , & signa non ostendunt
certitudinaliter animum facientis. Regu
lariter tamen animus melius probatur fa
ctis,quàm verbis,vt supra late demonstra
tū est. Vt igitur ad supradictam limitatio
nem reuertamur,a qua paululum digressi
videmur,patet non esse admittendum ali

quem

quem ad iurandum de animo suo, quando pars aduersa se offert probaturã contrarium. quod fieri pōt modis de quibus supra. quæ omnia sunt, nisi fallor notañ.

77 Quinto limitatur † nr̄um priuilegiũ, vt procedat maxime in foro conscientiæ, secus in foro cōtentioso; quia tũc non starretur assertioni affirmantis cũ iuramēto de animo suo, secũdũ Glo. in Clem. 1. §. fi. sup ver. cōmod. de pē. q̃ allegat ad id Alex. in l. 1. §. per ꝓcuratorē, de acqui. poss. Sed ego aduertendum puto; quia si hæc limitatio simpliciter intelligeretur, esset contra mentem, & intentionem omnium Doctorum, qui de foro contentioso nostrum priuilegium vbiq; intelligunt. & ideo credo, quòd dicta Glo. posit procedere, vbi ad probandum animum possent haberi aliæ probationes; quia tunc non est recurrendum ad iuramentum, vt supra diximus in prima limi. & ita declarat Card. in d. l. Clem. 1. circa fin. & sequitur Anto. de Petru. in repe. d. l. 1. nume. 367. de iureiuran.

78 Sexto limi. † procedere, quando assertio depēdet ab animo & voluntate iurare volentis: sed si non dependeret, secus esset. & ideo si quis vellet iurare, se emisse prædium de pecunia dotali; quia hoc, ꝙ pecunia sit dotalis, vel nō dotalis, non depēdet ab animo alicuius, sed a veritate rei gestę, nō est taliter iuranti credendũ, iuxta not. per Barto. in l. si forte, de castr. pecul. per Alex. & alios. in l. si donatione. C. de collat. tradit nuncupatim Grat. lib. 1. respon. 135. col. 4. nu. 43. & 44.

79 Septimo limi. † non habere locum quã do legitima ꝓbatio a iure, vel a statuto requireretur; quia non sufficit probatio per præsumptiones, & per iuramentum, cum nō sit legitima probatio: quinimmo in tali casu probationes, quę aliàs admitterentur, reiciuntur; quoniam tunc propria ac concludens probatio requiritur, etiam si versemur in eo casu, in quo vera probatio haberi non posit; quo casu solet alias admitti impropria, vt de hoc est tex. in l. Lucius, qui vbique a Doct. allegatur. de cond. & demonst. Dec. & Feli. in rub. de proba. sequitur Grat. libr. 1. respo. 54. col. 6. ad fin. vbi dicit hoc maxime verum esse, quando per modum conditionis requi-

80 ritur probatio, † vt si lex dicat; si legitime probauerit, vel nisi legitime probauerit: qđ importat conditionem, vt probatur in l. 1. de cond. & demon.

81 Octauo & vltimo aduertendũ est, † nostrum priuilegium cessare in materia Publicanæ; in qua standũ est asserenti de animo proprio absque aliquo iuramento; q̃a lex vlterius procedendo præsumit pro ipso actore, de animo suo aliquid asserente; & ideo nō est opus iuramēto, vt per Glo. in l. penul. C. de long. temp. præscription. quamuis aliàs multa probare habeat ipse actor, de quibus ꝑ Glo. & Doct. in §. sed iste. insti. de actio.

SVMMARIVM.

1 *Casus, in quibus licet ius dicere secundum propriam conscientiam remissiue.*
2 *Sententia lata secundum propriam conscienciam non valet absque iuramento.*
3 *Dicto alterius, si standum sit, intelligitur cum iuramento.*
4 *Appellare non licet a sententia lata secundum propriam conscientiam.*
5 *Nemo præsumitur grauare propriam conscientiam.*
6 *Appellari non potest in arbitrariis.*
7 *Idem in arbitramentis.*
8 *Conscientia debet esse conformis dispositioni iuris.*
9 *Iudex debet sequi regulas iuris.*
10 *Amplia etiam si sit aliquid commissum libero eius arbitrio.*
11 *Verba, quicquid volueris, reducuntur ad arbitrium boni viri.*
12 *Verbum conscientia, importat arbitrium boni uiri.*
13 *Sententia lata secundum conscientiam valet absque iuramento in nobili ac magna excellentia viro.*

PRIVI-

PRIVILEGIVM. II.

SEcundum priuilegium est; nam Tu scis trita regula est ꝙ iudex debet iudicare secundum allegata & probata, non autem secundũ propriam conscientiam l. illicitas. §. veritas.
1 de offic. præsi. tamen † multi sunt casus, in quibus licet iudicare secũdum propriam conscientiam, qui notantur per Neuiz. in sua Silua nuptia. dũ agit, quomodo testis interrogetur, fol. 22. col. 1. ad fi. secũdũ ma
2 gnã impressionẽ. † Tamẽ in dictis casibus talis sñia seu declaratio non valet absq; iuramẽto; qa in animo cõsistit l. hac edictali §. si illud. C. de secũd. nup. Ang. in l. apertissimi. col. 1. de iudi. Marsi. in l. 1. §. præterea. col. 13. in fi. de quæstio. Ias. ĩ l. de pupillo. §. qui opus. de nou. oper. nunc. & in hoc versatur priuilegium iuramenti, quia il-
3 li non staretur absque iuramento. † nam quando standum est alicuius dicto, quod dependet ab ipsius animo, intelligitur mediante iuramento, vt dicit idem Ange. in l. si vacantia. col. 2. C. de bon. vacan. lib. 10. facit tex. & quod ibi not. Barto. in l. Teopompus de dot. prælega. quem tex. ad hoc dixit esse notandum Corn. in consi. 46. colum. 5. vers. & ideo, vbi simpliciter in littera n. vol. 1. & Ias. in d. l. apertissimi. & in
4 tali casu † ab huiusmodi sententia declaratione, vel arbitrio non poterit appellari secũdum Glo. not. in c. statutum. §. assessorẽ, in ver. relinquatur. de rescrip. in 6. quã ita intelligunt Pau. de Cast. & Ang. in d. l. de pupillo. § qui opus. vbi etiã Ias. & alij Alex. in cons. 170. volu. 3. in cons. 2. volu. 2. Io. de Ami. cons. 34. Corn. in cons. 113. col. 2. volum. 3. Bolognin. in consi. 47. col. 2. in fi. ver. accedat etiam, & pro singulari commendauit Marsi. in singula. 214. & singu. 402. Curt. iu. in l. admonendi. in fi. nu. 383. de iureiu. Ant. de Petr. in repe. l. 1. n. 365. eo. tit. facit tex. in c. si vero aliquis. de senten. excom. & tradit late alios allegando Tiraq. in suo tract. præscripti. §. 1. Gl. 8. Et videtur esse ratio, quia in his, quæ alterius arbitrio, & cõscientiæ committũtur, nihil imputari potest, cur ita iudicauerit vel declarauerit; præsertim cũ præsumendum sit, ita iudicantẽ moueri ex iusta causa, & secundum bonam consciẽtiã,
5 † quam nemo in dubio præsumitur velle grauare, Pau. de Cast. in cons. 299. col. fin. vol. 2. vbi allegat Innoc. in c. qualiter, de accusa. & nemo præsumitur immemor salutis æternę. l. fi. ad leg. Iul. repet. Et quòd nihil arbitranti & iudicanti secundũ propriã conscientiã imputari possit, nec quæstio referri, cur sic declarauerit, tenet Ro. prædictam Glo. allegando in d. §. assessorẽ in cons. 458. vbi vult, quod legatarius, cui relictum erat certum quid annuatim, quãdo, scilicet, ipse legatarius indiguerit petere, secundum eius cõscientiam, potuerit etiam petere pro annis præteritis; nec ꝓpterea sibi quæstionem referri debuisse, quare tunc declarauerit indigere. idẽ quoque voluit in cons. 27. col. 2. ver. tertio videndum. & Corne. in cons. pen. colum. 4. in princip. volu. 1. Non putes ergo hoc cõtingere ex priuilegio iuramenti; quia quãtum ad hoc nihil operatur; sed quia a sententia lata secundum conscientiam non
6 potest appellari † per prædicta; & habetur etiam per Maran. in suo Spec. in sexta parte princi. dum tractat de appellatione. nu. 352. sequendo Glo. prædictam in §. assessorem. Sic videmus, ꝙ a sententia lata ex arbitrio per iudicẽ, cui lex arbitrium cõcesit, non appellatur secundũ Fely. in ca. super his col. 6. de accusa. & sequitur Ma-
7 ran. vbi supra. † eodem modo nec a sentẽtia arbitramentali, vt per Abb. in cõs. 38. par. 1. & cons. 77. col. fi. par. 2. quod tamen videtur dubitabile; & contrarium tenuit Rom. in cõs. 261. Illud autem certissimũ est, quòd si sententia dicta sit cõtra ius cõmune aut municipale, est ipso iure nulla & irrita, l. 2. C. quand. prouoca. non est necess. si vero est lata contra ius litigatoris, redigitur ad arbitrium boni viri. l. si societa-
8 tem. §. arbitrorum, pro socio. † Debet ergo sententia lata secundum propriam cõscientiam esse conformis dispositioni iuris, &

ris, &

ris, & conſcientiæ bonæ, vt inquit text. in c. non ſolum, de reg. iur. in 6. non autē beſtialis, vel canina, ſed illam proferens puram & meram ęquitatem iuris conſiderare, & ſequi debet, ut not. in c. quintauallis, de iureiur. Roma in conſi. 205. ad fi. Grat. lib. 2. reſp. 10. col. 3. nu. 26. & dixit ſatis in propoſito Bal. ī l. fi. C. de pęn. iud. qui mal.
9 iud. † Quòd iudex debet ſequi regulas iuris, & non propriam conſcientiam, quæ legibus aduerſatur. quod & tradit Alexā. in conſ. 218. col. pen. vol. 2. & Marſ. in conſil. 15. Multominus ergo iudicans ſecundum propriam conſciētiam debebit inniti cōſcientiæ, quæ ſit inimica legibus; cum meram æquitatem amplecti conueniat. d. c. quintauallis. Dec. in c. ne innitaris. colu. 1. poſt medium de conſti. & in ca. de cauſis
10 col. 2. de offi. deleg. † Quod procedit etiā ſi libero arbitrio, vel conſcientiæ quid cōmiſſum fuerit, ſecūdum Bal. in conſi. 177. colu. 2. poſt medium. vol. 2. quia ſemp̄ ad boni viri arbitrium erit redigendum, vt per Affli. deciſ. 9. poſt num. 5. & idem ſen
11 tit Bald. in l. 1. §. primo. quod iuſſ. † vbi ꝙ verba, quicquid volueris reducuntur ad arbitrium boni viri & hoc eo magis dicē
12 dum eſt, quia iſte terminus conſcientiæ importat arbitrium boni viri ſecundum Iaſ. in l. ſi quis arbitratu de verbo. oblig. ſequitur ſimpliciter Gozad. in conſ. 100. colum. 5. verſicu. octauo licet regulariter & latius per Bologni. in d. conſi. 47. colu. 2. verſic. cōfirmantur, ex prædictis ſequitur quod declaratio, quæ fit ſecundū propriā conſcientiam debet eſſe conformis diſpoſitioni iuris communis; ſed in contrarium facit quod ſcribit Bal. in l. ſi inutiliter. C. de fideicom. vbi quòd commiſſum cōſciētiæ regulatur ſecundum veritatem & ius gentium, & ſic manifeſte ſentit, quòd nō attendatur ius ciuile. Verumtamen non diſcedendo a prædictis dici poteſt, quod ſi illud commiſſum eſt conſcientiæ eſt in facto conſiſtens, tunc potius attenditur veritas, & ius gentium, quàm ius ciuile & ita procedat dictum Bald. ſi vero ſit quæſtio iuris, tunc attendatur ius ciuile & procedant, quæ ſuperius diximus, & ita concordando prædicta tradit Bolognet. in l. certum in fin. C. vnde cognat. Tu autem aduerte, quod ſecundum hæc, ſi iudicium ſeu declaratio fieri debet ſecūdū ius ciuile, quando ſcilicet verſamur in quæſtione iuris iam manifeſte ſequit̄, ꝙ nō potuit dici declaratio ſecundū propriā conſciētiā cū penitus debeat regulari ab ipſo iure ciuili & ſecundum illius determinationem controuerſia decidi & determinari; ſed reſpondendum eſt, quod tunc dicatur iudicari & arbitrari ſecundum propriā cōſcientiam etiam ſi ius ciuile attendat̄, quādo in aliqua quæſtione iuris, controuerſia deciditur omiſsis apicibus iuris ciuilis & ipſius ſubtilitatibus, quibus īſpectis aliter ueniret iudicandum vel arbitrādū, & ita dicatur iudicatum ſecundum propriā cōſcientiam, concludo igitur ex prædictis, vt ad initiū priuilegij reuertar, quòd quāuis, quando eſt commiſſum aliquid cōſciētiæ alicuius declarandum, non poſsit appellari nec in dubium refricari, tamen ſuperior ad quem habetur recurſus poſſet de iniquitate, aut enormitate ſentētiæ ſeu declarationis cognoſcere & emendare, p̄ glo. in clem. 1 in. ℣ oneramus, de iure patrona ſequitur Rom. in conſ. 261. ad fi. & tradit etiam Fel. in c. ſignificaſti el 1. col. 2. in fin. de homici. & in c. 1 col. 14. n. 51. de conſti. & Corn. in conſ pen col. 4. verſ. quia appellans vol. 1. vbi dicit hoc verū ſi agatur de graui præiudicio. ſecus ſi de leui, & idem voluit in conſi. 3. col. 2. volu. 2. conſ. 188. vol. 3. & conſ. 143. in fi. vol 4. quia, vt ſupra dictum fuit conſcientia declarare debentis, debet eſſe legibus informata, vt quoque ſcribit Bologni. in d. conſi. 47 col 2. verſ. præterea adduco & Cor. in conſ. 201. in fi. vol. 2.

13 Limitatur iſtud priuilegium † nō procedere, ſeu potius ceſſare in nobili ac magnæ excellētiæ viro, ꝗa ſtādū eſt tali declarationi abſq; aliquo iuramento l. nec honore, & auth. ſed iudex C de epiſc. & cleri. ita dixit Spec. in ti. de teſti. § reſtat. ver. decimo nono, & Bello. ī cōſ. 49 n. 13.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filius remanens in domo paterna, præsumitur adiuisse.*
2 *Iuramentum probat filium non mansisse in domo animo adeundi.*
3 *Aditio consistit in animo.*
4 *Dicto alterius si standum sit intelligitur mediante iuramento.*
5 *Aditio non præsumitur si filius remansit in domo alteri obligata.*
6 *Testes non probant aditionem ex eo, quòd dicunt filium mansisse in domo paterna*
7 *Aditio in dubio non præsumitur.*
8 *Aditio præsumitur, quando hæreditas est opulenta.*
9 *Statutum loquens simpliciter de hæreditate, nō habet locum in opulenta.*
10 *Præsumitur quilibet velle lucrum facere.*
11 *Pecuniam omnes desiderant.*
12 *Ratio quare valeat donatio omnium bonorum præsentium.*
13 *Iuramentum nō probat non aditam hæreditatē quoties militat aliqua præsumptio in contrarium.*
14 *Aditio pſumitur, cū agitur de vtilitate adeūtis.*

PRIVILEGIVM III.

1 TErtium priuilegium est,† q a quāuis aliàs filiusfaml. qui post mortem patris remāsit in domo hæreditaria, præsumatur adiuisse hæreditatē l. 1. & ibi Bal. C. de repud. hær. in l. 1. colu. 10. C. qui admi. & l. 1. C. si mi. se ab hæredi. abst. Bar. in sua q. 10. in prin. Alexā. in conſ. 32. col. 1. vol. 3. & hoc est maxime in dubitatum, si in ea moram traxerit per decennium, iuxta not. in l. si filius. C. de peti. hæred. & per Bar. in l. gerit, de acquir. hæ
2 red.† Tamen si dicat in ea se non mansisse animo adeundi, vel se immiscendi, & hoc iureiurando asseuerauerit; standum omnino erit suo iuramento, vt per Christopho. Port. Insti. de hæred. qua. & differe. §. extraneis col. 2. ad fin Corn. in consil.
3 37. in fin. volu. 1. quia † aditio consistit in solo animo d. l. gerit, de acqui. hære. l. pro hærede, eod. tit. & l. si auia. C. de iure deli- be. & quod stādum sit iuramēto ipsius filij videtur voluisse Bar. in d. l. gerit col. 7. ante num. 22. ver. si dubitatur. & quamuis ip
4 se nihil dicat de iuramento,† tamen cum inquit in dubio standum esse declarationi hæredis, an ānimo adeundi remanserit in domo, vel non debet intelligi medio iuramento. Angel. in repet. l. si vacātia colum. 2. C. de bonis vacan. lib. 10. cuius dictum pro singulari not. Marsi. in sing. 214. idem Bart. in præallegata quæst. 10. Bald. in consi. 306. vol. 3. & consi. 405. volum. 5. Sozin. consi 6. col. 6. vers. præterea volu. 1. idem etiam voluit Corn. in conſ. 308. col. 3. conſ. 337. colum. 2. vol. 4. & Crauet. cō-
5 sil. 33. col. 3. in fine num. 11. & † hoc procedit absq; aliqua dubitatione, quādo alias illa domus, vel alia res hæreditaria esset alteri hypothecata, veluti pro dote materna, quia tunc præsumitur facta aditio, vt per Bald. Alexand. & alios in d. l. 1. C. de repud. hæred. Corn in consi. 147. colu. 1. in littera G. & H. volum. 1. pari modo dicendum est, si mansisset in domo infirmus, quia non præsumitur adiuisse, vt per eundem Corn. in consil. 153. volum. 4. idē si alius adesset cohæres, vt habetur in d. l. gerit. & sequitur Grat. lib. 2. resp. 146. colum. fin. ad fi. resp. 63. num. 12 & resp. 130.
6 vbi propterea dicit,† quòd testes non dicuntur probare aditionem, ex eo, quod dicunt filium habitare in domo paterna. standum est ergo iuramento filij asserentis se non mansisse in domo animo adeundi, quia cum iuramento concurrit iuris regula, quæ est, quòd quoties actus potest
7 importare aditionem, & non aditionem, præsumitur, & interpretatur non aditio l. si pupillus. §. fi. de acq. hær. Roma. in conſ. 154. circa prin.
8 Limitatur † istud nostrum priuilegiū non procedere nec habere locum, quando alias esset hæreditas opulenta, quia tunc præsumeretur adita, vt not. in d. l. gerit, & Corne. in consil. 310. colum. 2. ad fin. volum. 3. vbi dicitur, ꝙ in hæreditate lucrosa de facili præsumitur aditio, secus ī dānosa, vel vili, idē quoq; uoluit Ia. ī l. 1.

§ veteres colu. 6. de acqui. pos. Marsi. in l.
furem. num. 22. de sicari. & Crauet. in con
sil. 33. nu. 12 in quibus locis volunt, quòd
non præsumatur adita hæreditas ex pos-
sessione rerũ hæreditariarũ, si uilis sit hæ-
reditas & pro hoc facit, quia quæ dicun-
tur de hæreditate simpliciter, nõ habẽt lo
cum in hæreditate lucrosa, vel opulenta.
9 † & ideo si mulier a statuto ꝓhibetur adi
re sine certa solemnitate, non intelligitur
à statuto prohibita adire lucrosã vel opu
lẽtã hæreditatẽ. ita Imo. Ang. & moderni
in l. mutum, de acq. hær. sequitur Grat. lib.
1. resp. 46. col. fi. in prin. Neq; obstat, quod
habetur in §. neque tamen, Institu. de au-
ctorit. tuto. vbi pupillus non potest sine tu
toris auctoritate adire etiã lucrosam, vel
opulentam hæreditatem; quia illud proce
dit fauore speciali pupillorum, propter
defectum ætatis & intellectus, & quia ibi
Imperator expresse vlterius procedendo
cauit etiam lucrosam adire nõ posse. Ideo
autem in lucrosa hæreditate præsumitur
10 de facili aditio, † quia præsumitur quili-
bet velle lucrum facere l. filiusfamil. ad
Macedon. l. si defunctus. C. arbi. tu. Anch.
consi. 5. nu. 3. Sozi. in consi. 24. colum. 12.
21 volum. 1. † & naturale est omnibus homi
nibus pecuniam appetere, cùm sine ea sit
impossibile viuere. l. chorus. de leg. 3. Cra
12 uett. ita dicit in consi. 8. nume. 3. † & ista
est ratio, quare valeat donatio omniũ bo-
norum præsentium, vt nota. per omnes in
l. fin. C. de pact. quia scilicet præsumitur,
quòd donans in futurum lucrabitur; & sic
poterit testari, argumen. not. in l si patruus
de arb. tut. l. cura §. deficientium, de mun.
& hon. Grat. libr. 2. respon. 102 nume. 14.
& istam rationem assignauit Roman. in
consi. 26. circa princip. & in tali casu suffi
cit sola potentia acquirendi, dato, quòd
postea non acquirat quisquam, vt intelli-
gatur remanere facultas testãdi, vt sẽtit Cor.
in cons. 252. col. 1. ad fi. volu. 3. & clarius
Bello. in cons. 73. nu. 5. & per hanc ratio-
nem quoque dici potest paupertatem esse
probandam, prout habetur in §. sed & pro
pter paupertatem, Inst. de excu. tu. quia cũ
præsumatur quilibet acquirere & lucrari,
cessat præsumptio paupertatis. Cum ergo
vt ad ipsam limitationem reuertar, pro-
pter qualitatem hereditatis insurgat præ-
sumptio contra filium, quòd adiuerit, nõ
erit in tali casu standum eius iuramento,
vt dixi in primo priuil. & illud idem, qđ
voluit Bart. in d. l. gerit, scribit. & sequitur
Calcan. in consi. 13. post nu. 29.
13 Secundo limitatur non procedere ge-
neraliter, quotiescunque militaret aliqua
præsumptio quæ suaderet illum adiuisse
hæreditatem, vel inhabitasse domum ani-
mo adeundi, vt quia exercuerit domina-
tionẽ in omnibus locis, iuxta tex. in l. duo
fratres, de acq. hære. & per Ang. in consil.
173. & præsertim quando nulla precessis-
set protestatio, quòd non animo adeundi
retinet. ita Bald. in consi. 272. colum. 2. cir
ca medium volum. 5. Ias. in l. pro hærede
§. Papinianus, nu. 11. de acqu. hæred. nam
in tali casu & similibus non erit standum
eius iuramento propter repugnãtẽ præsũ
ptionem in cõtrariũ, vt per Alc. in tracta-
tu præsump. reg. 3. præsumptio. 16. n. 2. cũ
alijs relatis supra in primo priu. Et ideo si
tractaretur de commodo ipsius filij, & de
eius vtilitate, præsumeretur adiuisse, vt p
Io. de Ami. in cons 61. nu. 4. & hoc idem
sequitur Nat. in cons. 488. nu. 11. & 12 &
facit optime tex. in l. qui in alterius locum
ibi, Hæc ita de hærede. de reg iur. vbi er-
go filius per proprium iuramentum pro-
bauerit non animo adeundi mãsisse in do
mo paterna, sicut supra dictum fuit; sequi-
tur, quòd non poterit conueniri tamquã
hæres ex contractu sui patris, vt in termi-
nis consuluit Bolognin. in consi. 50 col. 2.
in princ. & Corn. in cõs. 310. col. fi. vol. 3.

S V M M A R V I M.

1 *Ignorantia regulariter probatur per iuramentum & nu. 2. & 159.*
3 *Ignorantia in dubio præsumitur.*
4 *Præsumptio iuris transfert onus probandi in aduersarium.*
5 *Ignorantia non verisimilis non probatur per iuramentum.*

6 *Igno-*

6 *Ignorãtia non verisimilis habetur p̃ nequitia.*

7 *Restitutio in integrum non conceditur ex capite crassæ & supinæ ignorantiæ.*

8 *Filius an præsumatur habere notitiam paterni testamenti remißiue*

9 *Iuramentum in dubijs tantum deferri 63.*

10 *Statutum volens quòd elapso certo tempore stetur iuramẽto debitoris, quod ipse soluerit nõ habet locum, quando certum est eum nõ soluisse.*

11 *Ignorantia probatur per iuramentum etiã in criminalibus, declara, vt post nu. 13.*

12 *Causæ criminales non dirimuntur iuramento.*

13 *Homines facile negant, quæ faciunt pro aduersariis,*

14 *Vniuersitas probat propriam ignorantiam per iuramentum.*

15 *Ignorantia iuris probatur per iuramẽtum quod multipliciter declaratur.*

16 *Ignorantia iuris dubii probatur per iuramẽtũ.*

17 *Opiniones Doctorum variæ faciunt quæstionẽ iuris ambiguam.*

18 *Allegans ignorantiam iuris per se noti non debet audiri.*

19 *Limitatur in minoribus mulieribus & rusticis, quãdo non poßunt consulere peritiores.*

20 *Rustici & mulieres sagaces non excusantur ab ignorantia iuris.*

21 *Item nec in his quæ inducta sunt ad rigorem iuris conseruandum.*

22 *Minoribus, muleribus, & rusticis parcitur ob iuris ignorantiam, quando agitur de damno, vel pœna fugienda.*

23 *Ignorantia iuris excusat personas, valde fide dignas.*

24 *Doctori non licet allegaro Ignorantiam iuris etiam dubii.*

25 *Doctor ius ignorans dicitur esse in dolo.*

26 *Ignorãtia facti alieni regulariter præsumitur.*

27 *Ignorantia etiam in facto proprio potest allegari, quando est verisimilis, vt si esset enormiter læsus.*

28 *Item si essemus in actibus morientium.*

29 *Ignorantia præsumitur si actus palan fiat.*

30 *Ignorantia non probatur iuramento quando in contrarium militat præsumptio scientiæ.*

31 *Ignorantia debet esse iusta & probabilis.*

32 *Allegans ignorantiam facti proprii sibi proficui non auditur.*

33 *Allegans ignorantiam eius quod publice scitur non debet audiri.*

34 *Denũciatio facta domi p̃sumitur venisse in notitiam denunciati & allegans contrariũ non auditur.*

35 *Homo probus potest allegare ignorantiã, etiam si in cõtrariũ militaret præsũptio scientiæ.*

36 *Ignorantia nõ probatur p̃ iuramentũ ĩ illicitis.*

37 *Præsumitur quis talis eße qualis incedit.*

38 *Clericum percutiens incedentem in habitu laicali non incidit in excommunicationem si nõ sciuerit esse clericum.*

39 *Actũ illicitũ in publico faciẽs cẽset in bona fide.*

40 *Ignorantia principis non probatur per iuramẽtum procuratoris.*

41 *Consistentia in animo non possunt per alium explicari.*

42 *Ignorantia non probatur iuramẽto, quando potest aliter probari.*

43 *Ignorantia probatur per absentiam.*

44 *Iuramentum est probatio irregularis.*

45 *Remediũ ordinariũ cessare facit extraordinarium)*

46 *Tortura non habet locum, quando aliæ probationes haberi possunt.*

47 *Probatio per sortes non habet locum, quãdo res aliter probari potest.*

48 *Statutum si prohibeat allegari ignorantiam nõ poterit probari per iuramentum.*

49 *Ignorantia probatur contra statutum per euidentiam rei.*

50 *Statutum tollens omnes exceptiones non tollit eas quæ sunt euidentes.*

51 *Probatio nulla melior, quam per inspectionem occulorum.*

52 *Probatio occularis habet multa priuilegia.*

53 *Probatio occularis numquam comprehenditur in dispositione loquente de probatione.*

54 *Statutum requirens certam solemnitatem probandi non habet locum in casibus priuilegiatis, & limitatoriis.*

55 *Res iudicata pro veritate habetur & facit inter partes ius irreuocabile.*

56 *Res iudicata retractatur p̃ confeßionẽ partis.*

57 *Confeßio partis facit plenam probationem.*

58 *Confeßio eneruat omnes coniecturas*

59 *Statutum excludens omnes probationes non excludit partis confeßionem.*

60 *Nullitas notoria impedit excommunicationem trium sententiam conformium.*

61 *Statutum, excludens abnegationem ignorantiæ intelligitur de crassa & supina.*

62 *Statutum auferens omnes exceptiones intelligitur de friuolis.*

63 *Statutum reiiciens interpretationem, intelligitur de friuola.*

64 *Statutũ tollẽs omnes exceptiones, comprehendit & legitimas, quando aliàs esset superfluum.*

65 *Iudex debet reiicere friuolas exceptiones.*
66 *Statutum, adiiciens nouum vinculum, non dicitur superfluum.*
67 *Statutum declaratiuum nõ dicitur superfluũ.*
68 *Statutum dicitur satis operari, quando disponit expresse super eo, qđ erat tacite dispositum.*
69 *Statutum non dicitur superfluum, quando disponit specialiter super eo, quod erat dispositũ generaliter.*
70 *Causa ignorantiæ non probatur per iuramẽtũ.*
71 *Damnum debet legitime probari, quãuis quãtitas damni probari poßit per iuramentum.*
72 *Probatio præsumptiua non datur probationis præsumptiuæ.*
73 *Relatum est in referente implicite, non autem explicite.*
74 *Iuramentum in suplementum probationis præsumptiuæ non defertur.*
75 *Habilia sunt in dispositione præsupponenda.*
76 *Doctoris dictum intelligi debet in casu habili.*
77 *Ignorantia non probatur iuramento, quando in contrarium probatur scientia.*
78 *Periurus, seu suspectus de periurio, non probat ignorantiam per suum iuramentum.*
79 *Homo bonæ qualitatis iurat contra præsumptionem iuris & de iure nu. 80.*
81 *Qualitas personarum qualiter consideretur.*
82 *Qualitas consideratur ex origine parentum.*
83 *Pater & filius censetur vna eademq́; persona.*
84 *Pater si est incontinens, filius quoque censebitur incontinens.*
85 *Pater & filius est eadem caro.*
86 *Patris iniuria dicitur filii esse, sicut & honor.*
87 *Origo patriæ attenditur in consideranda qualitate personarum.*
88 *Aetas attenditur circa qualitatem personæ.*
89 *Senes qui dicantur remißiue.*
90 *Sexus inspicitur in consideranda qualitate personæ; & ideo magis masculis quam fœminis credendum.*
91 *Fœmina præfertur in testimonio ferendo ipsis masculis quando melius nouit veritatem.*
92 *Ignorãtia non probatur per iuramentũ per eũ, qui laborat susurris & vociferatione.*
93 *Paupertas attenditur in consideranda qualitate personarum; quia pauper non est ita legalis, sicut diues.*
94 *Pauper reputatur vilis persona.*
95 *Iuramentum non defertur personæ uili.*
96 *Pauper merigeratus probat.*
97 *Mores boni præualent diuitiis.*
98 *Pauper quis dicatur, relinquitur arbitrio iudicis iudicandum.*
99 *Conuersans cum bonis præsumitur bonus, sicut malus conuersans cum malis.*
100 *Ignorantia non probatur per iuramentum in causis magnis seu magni præiudicii.*
101 *Causa magna quæ dicatur, remittitur arbitrio iudicis.*
102 *Ignorantia affectata nõ ꝓbatur per iuramẽtũ.*
103 *Tutor, qui affectauit tria onera tutelæ, non excusatur.*
104 *Tutor qui affectauit tutelã redditur suspectus*
105 *Notarius, vltro se offerens, incidit in suspitionem falsi.*
106 *Accusantis aliquem, ne poßit esse testis, accusatio nihil prodest.*
107 *Fideiussor, qui promisit repræsentare aliquem quem postea procurauit poni in banno, non excusatur, si illum non poßit repræsentare.*
108 *Emptor, qui affectauit sibi litem moueri, non agit de euictione.*
109 *Testis, affectans suam depositionẽ nihil ꝓbat.*
110 *Appellans, qui affectuauit impedimentum ne prosequi posset appellatio, appellato nihil nocet.*
111 *Fideiussor, qui affectuauit ne excußio fieret cõtra principalem, perdit beneficiũ excusionis.*
112 *Occidens bannitum, cuius bannum procurauit non gaudet præmio statuti concesso bannitũ occidenti.*
113 *Ambasciatores, qui legationem affectauerunt perdunt facultatẽ repetendi res sibi ablatas in itinere.*
114 *Simoniacus, qui affectauit officium, non excusatur a munere, a quo alias fuisset excusatus.*
115 *Ignorãtia nõ probatur ab eo qui scire tenetur.*
116 *Paria sunt scire & scire debere & nu. 168.*
117 *Obligatus scire, non inuestigando, vt sciat dicitur esse in culpa.*
118 *Sciẽtia ꝑsumitur in eo qui scire tene, n. 167.*
119 *Sciens reputatur, qui non vult scire.*
120 *Sciens reputatur is, qui scire potest.*
121 *Hæres allegando ignorantiam bonorum, nõ descriptorum inuentario, non excusatur.*
122 *Ignorantia non allegatur in respicientibus formam.*
123 *Ignorantia non allegatur, quando agitur de lucro aquirendo.*
124 *Ignorantia non allegatur in his, quæ introducta sunt ad rigorem iuris conseruandam.*
125 *Error non probatur per iuramentum.*
126 *Accusare volens semel absolutum potest ignorantiam probare per suum iuramentum, quod ignorauerit primam accusationem.*
127 *Absolutus semel non potest iterum molestari.*
128 *Et procedit in crimine læsæ maiestatis.*

129 Limita, quando pro crimine fuisset actum ciuiliter.
130 Absolutio debet in primis reuocari; deinde cōtra absolutum iterum procedi.
131 Canonem non soluens propter ignorantiam probabit illam per proprium iuramentum.
132 Feudū alienans ignoranter, illud non amittit.
133 Hæres donatarii probat suam ignorātiam circa alimentorum præstationē donanti faciendam nec reuocatur donatio.
134 Receptans bannitum ignoranter, probat ignorantiam per proprium iuramentum.
135 Sindicus probat ignorantiam delicti per suum iuramentum.
136 Recipiēs falsam monetā ignorāter, probat suā ignorantiā per proprium iuramentum.
137 Auxilium præstans malefactori, quē esse malefactorem ignorabat, probat ignorantiā per proprium iuramentum.
138 Villa, quæ tenetur emendare damnum, nisi dederit malefactorem, probat suam ignorantiā per iuramentum.
139 Citatio, facta domi, non constituit possessorem in mala fide.
140 Citatio facta ad domum, præsumitur peruenisse ad notitiam citati quod declara, vt num. seq. & nu. 143.
141 Absentia non præsumitur.
142 Scientia requiritur cum suis qualitatibus.
143 Scientia implicita non est vera scientia, sicut explicita.
145 Pupillus non intelligit, quod agit.
146 Præsumi non debet, quod non est verisimile.
147 Attenditur, quod est verisimilius.
148 Homo probat suam ignorātiam citationis per proprium iuramentum.
149 Diligens quilibet præsumitur in facto pprio.
150 Obliuio præsumitur.
151 Citato personaliter, iuranti se non fuisse citatum, non creditur.
152 Limita ī psona bonæ cōditionis, & fide digna.
153 Ignorātia pbatur cōiecturis, sicut & scientia,
154 Quæ in animo consistunt, directe probari non possunt.
155 Scientia probatur per famam publicam.
156 Item per auditum aliorum.
157 Probatio per cōiecturas in his, quæ in animo cōsistūt, dicitur probatio euidens & legitima
158 Ignorātiā publici banni non licet, allegare.
159 Forenses in his quæ sapiunt delictum, ligantur statutis sicut & ciues, vel comitatini.
160 Dolus præsumitur ex modo agendi.
161 Clandestinitas in actu facit præsumi fraude.
162 Celatio clandestina præsumitur fraudulenta.
163 Instrumentum, clam factum, præsumitur fraudulentum.
164 Matrimonium, contractum in gradu prohibito, in occulto, censetur scienter contractum.
165 Minoribus nō parcitur in actis clam factis.
166 Qui male agit, odit lucem.
167 Scientia præsumitur in eo, qui tenetur inquirere.
168 Forensis, qui aliquā morā contraxit in loco, ligatur cōstitutionibus, seu statutis ipsius loci.
169 Inquilinus, seu habitator dicitur de populo.
170 Statuta ciuitatis ligant comitatinos.
171 Forensis, qui cōtraxit morā in loco, censetur habere scientiā, seu notitiam statutorum.
172 Episcopus, si per sex menses stetit in conferēdo beneficium, quod vocauit, facit, quòd eius collatio deuoluatur ad Papam.
173 Forensis nouus psumitur ignorare statuta loci.
174 Absens præsumitur ignorasse publicationem banni.
175 Statuta non ligant ignorantes.
176 Ignorātia statuti alterius ciuitatis nō nocet.
177 Ignorātia præsumitur de statuto non existente ī volumine statutorū vniuersaliū ciuitatis.
178 Mora in loco debet esse per annum vt ex ea resultare habeat præsumptio scientiæ statutorū ipsius loci.
179 Nouus habitator dicitur infra annum.
180 Nouitius dicitur infra annum, post annum vero dicitur professus.
181 Nouella vxor dicitur infra annum a die consumati matrimonii.
182 Nouitius seruus dicitur infra annum.
183 Feudum nouum dicitur infra annum.
184 Vinum nouum dicitur infra annum, post annū vero dicitur vetus.
185 Nouum aliquid dicitur infra annum.
186 Delicta fiunt in occulto.
187 Actum faciens in publico censetur esse in bona fide.
188 Actum contra ius positiuū faciens publice & palam, non incurrit aliquam pœnam.
189 Actum facienti, quem alii faciunt dolus, aut culpa imputari non debet.
190 Consuetudo vicinorum in actu interpretando attenditur.
191 Scientia debet articulari & probari in eo, qui facit actum prohibitum.
192 Intromittēs pannos exteros, cōtra formā statuti, potest compelli ad extramittendum.
193 Ignorantia de publica voce & fama præsumitur in absentibus.

194 Bonnum est quid variabile.
195 Vox præconis paucis innotescit.
196 Præsumptio vna tollit aliam.
197 Negligentia in plato reputat peccatũ mortale.
198 Statutum mãdans officiali vt inquirat de delictis suo tempore commissis, intelligitur ac non ignoratis, sed quæ sciri potuerunt.

PRIVILEGIVM IIII.

Quartum priuilegium est, & id satis notandum; † quia
1 per proprium iuramentum probatur ignorantia, cap. significasti in de homicid c. si vero de sentent. excommunic. vbi percutiens clericum non incidit in excommunicationem; & suam ignorantiam probabit per proprium iuramentum; quia hoc in animo eius consistere videtur idẽ scribit Barto. in l. si cui. §. ijsdem post Gl. ibi. de accusa glo. & Doct. in cap 2 de tempor ordin. in 6. Ioan Ant. & Doct. in ca. quia propter de elect Abb. in cap. vidua de reg & in cap. cognoscentes. de constit. idem Bart. in l. 1 § hoc interdicto. de itine actuq. priua Alex. in consil 96. colu 2. nume. 8. & cons. 58. in fin. Ias. in l. ait prætor. §. iurati post nu. 6. de iureiur. Dec in d. c. cognoscẽtes, in prima lectu col. pen. ad fin & in repet. num 8. & ibid. Fely. co. 7. nu. 21. & in c quosdam num. 24. de præsumpt. Glo. in § præsumitur, de reg. iur in 6 & in ca proposuisti. 82 distinct Roma. in cons. 54 colu 2 versi. contrarium puto verius. cons. 102. co 2. versi. primo per id. & in consi 273. vbi multa iura adducit. Corne in consi 168. col. pen. vol. 3. Craue. in consi 8 nume. 12 & cons. 201 num. 32. Ioan Nich Arela in additio. ad Alcia in suo tract præsump. reg 3 præsump. 16. in prima & secunda additione, Cotta in suis memorali. in ver. iuramẽtũ ꝓbat colu 2. vers & idem de ignorãtia Pedemo deci.
2 71. nu 24 & ibi concordantiæ. † Et istud est regulare, quòd ignorantia probetur ꝑ proprium iuramentũ secundum Marant. in repe. l. is potest. nu. 317 de acq. hæ. Sed contra istud priuilegium non mediocriter obstat quia videtur, quòd nullo modo ꝓcedere possit. nam aut sumus in casu, in
3 quo ignorantia præsumitur, † quod est regulare d c. præsumitur, de reg. iur. in 6. l. hoc autem. de admi. tut. l. verius de prob. Signo. in cons 103. col 2. nu. 3. & Gram. consi 9. ad fin cons 25. nu. 5. & cons. 71 n. 18. in ciui & tunc videtur in nihilo serui re; ex quo iuris censura ignorantia præsu-
4 mitur: † quę pręsumptio transfert onus ꝓbandi in aduersarium l. generaliter § si pet tum de fideicom lib. l in illa. vbi Bar. & alij de verb oblig Bello. consi 57. num. 6. Natta in consi 514. n. 28 cum simi. aut uero sumus in casu, in quo præsumitur scientia; & tunc non debet probari ignorantia per iuramentum propter repugnantẽ
5 præsumptionem in contrarium: quinimmo si nõ coloretur ignorantia per aliquã verisimilitudinem; non poterit probari ꝑ
6 iuramentum ita Roma in cons 59 † Et dixit Bal in l. qui cõtra. C. de secũd nup. quod ignorantia non verisimilis, nõ iusta & non probabilis habetur pro nequitia.
7 † Et ideo dicitur, quòd vbi ignorãtia est crassa & supina, nunquam datur restitutio in integrum. Imo in c fin col 30 de præscrip Ange. in consi. 15 & Fel in c vigilãti. de præscripti. cum concordantijs allegatis per Gozad in cons. 8 col fin. ver. sexto & in consi. 68. post nu. 14. & per Petrũ Beninten in conclus. Bononiẽ 69. quãuis aliàs secundum communem opinionem daretur; nisi militaret præsumptio scientiæ vt ibi habetur. Sed respondendum est, nostrum priuilegium ꝓcedere in dubijs casibus, in quibus venire potest in quæstionem, an quis aliquid sciuerit, vel ignorauerit, prout in illa satis dubitabili contro-
8 uersia, an † filius præsumatur habere sciẽtiam paterni testamenti, de qua per Bart. & alios. in l. qui Romę. §. duo fratres in 6. q. de verb obli. Rom. in consi. 403 col 3. versi tertio, an ex generalissima per Crau. in consi 193. nu. 6. & Duran. de attesta. titu. de acqui. vel repud. hæred. caut 15. & in alijs similibus quæstionibus, in quibus de

de ignorantia, vel scientia contingit dubitari; quia in his erit locus iuramento. aliàs enim, vbi nulla esset dubitatio, non
9 deferretur iuramētū,† qđ in dubijs tātum deferri debet, & non in claris, vt per Gra.
10 lib. 1. respo. 41. col. fi post nu. 29.† Et ideo dixit notabiliter Rom. in consi. 102. col. 1. in fin. & sequē. quòd stāte statuto, quòd elapso certo tempore stari debeat iuramento debitoris, quod ipse soluerit, erit intelligendum in casu dubio: quoniam si certum esset, debitorem non soluisse, non esset deferendum iuramentum, quia aperiretur via periurijs, vt ibi p eum, & per Paul. de Cast. super eodem statuto consulentem in cons. 162. vol. .& faciunt pro dicta solutione ea, quæ habentur per Alc. in tracta. præsump. reg. 3. præsump. 16. vbi Arela. in prima & secunda additione. Cōcludo igitur, quòd vbi pro iurare volenti militaret aliqua præsumptio bona circa ipsius ignorantiam, deberet ei iuramentū deferri, non obstante alia præsumptione in contrarium leuiore, quæ per aliam videretur elisa secundum doctrinam Bart. communiter approbatam in l. inter omnes. §. recte de furt. Abb. in cap. fin. colum. pen. qui matrim. accus. po & cap. 2. col. fin. de cōst. vbi dī ꝙ iuramētū deferri potest, præsumptione in contrariū nō obstante, quæ non omnino concludat. & ita in effectu declarat hāc rē Alc. in loco proxime allegato; vbi etiā aliā quædā in contrariū adducit, quæ per supradicta tolluntur.

Hoc autem priuilegium, quòd ignorātia probetur per proprium iuramentum,
11 ampliatur pluribus modis.† Et primo ꝓcedit non solum in ciuilibus causis; sed etiam in criminalibus; in quibus ignorantia probabitur per proprium iuramentū. Glo. not. in l. 1. in vers. animo. C. ad legem Cor. de sica. cum alijs adductis per Ias. in d. §. sed iste. n. 90. insti. de actio. quibus addo Gram. decis. 25. nu. 5. Sed opponitur, & videtur; quòd in criminalibus nō sit deferendum iuramentum; quia siquis dicat se non fecisse animo committendi maleficium, vel delictum, puta animo inferendi iniuriam, non est illi credendum, quāuis iuret l. si non conuicij (vbi Gl. & Doct.)
12 C. de iniuri.† Et causæ criminales nō dirimuntur iuramento, vt not. Doct. in l. admonendi. de iurei. quia aliàs nullus delinquens puniretur, ex quo iuraret falsum ad fugiendum pœnam delicti. argu. eorum
13 quę dicit Mathe. in sing. 163.† vbi dicit ꝙ homines sunt multum faciles, & proni ad negandum ea in iudicijs, quæ faciunt pro aduersarijs. & si hoc locum habet in ciuilibus causis, quāto magis in criminalibus in quibus homines sunt promptiores ad peierādū vt sanguinē suū vindicēt; vt dixi, in primo priui. in tertia limit. Solutio vera est, causas criminales nō dirimi iuramēto quātū ad hoc, vt secūdū ipsum iuramētū debeat diffinitiue sentētiari sup delicto seu crimine, q2 hoc non licet: sed bene pōt iuramētū purgationis deferri sup aliqua suspicione; vel indicio aliqualiter dubio, vt dicam in 6. priuilegio.
14 Secundo † ampliatur verū esse, & procedere non solum in particulari persona, sed ēt in vniuersitate, vel collegio secūdū Gl. in c. proposuisti, in ver. nō ꝓbatur. circa fi. octuagesima secunda distinctione.
15 Tertio † ampliatur non solum procedere in ignorantia facti, sed etiā in ignorantia iuris, vt per Baue. in suo tracta de virtu. iuram. post nu. 82. allegantem Ang. in l. plag. C. ad leg. Iuliā. de plag. & Alexā. in consilio 92. & circa ignorantiam facti nulla videtur probabilis dubitatio; si tamen sit verisimilis, vt ipse Bauer. inquit, & nos supra late demōstrauimus, & infra etiam erit pertractandum, & habetur per Crauet. in consi. 258. col. penul. ad fin. sed circa ignorantiam iuris, arbitror diligentius esse cōsiderandū, & aduertēdū, quia nō indistincte, & simpliciter procedit. Et
16 in primis† declaratur, & limitatur esse verum, si tractetur de ignorantia iuris per se dubij ob varias Doctorū opiniones; quia in tali casu ignorantia æquiparatur ignorantiæ facti alieni, vt p Doct. i c. 1. de postula. prælat. in 6. & late Corn. in cōs. 181. col. pe. vol. 3. & ideo poterit allegari; & ex

excusabit, allegātē, & probātē p propriū iuramētū, iuxtà tex. in c. cū sit de decimi. & ea, quæ notātur in l. leges C. de legi. & per
17 Calca. in consi. 14. ante nu. 3. † Quòd vero Doctorū variæ opiniones faciant quæstionē iuris ambiguā, & dubiā, ponit Gl. in §. quibus in ver. certarū in prima cōstitutione Codicis. & in l. cū de nouo. C. de legi. Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres in 6. q. d verb. obli. Corn. in cōs. 71. ad fi. vol. 3. Gra. lib. 2. resp. 1. nu. 1. & 2. resp. 7. nu. 39. & re-
18 sp. 77. nu. 15. † ceterū si allegaretur ignorātia iuris p se noti, & indubitati; tūc nō deberet audiri volens iurare d. l. leges. & d. si hæres ab eo. §. fi. ad Treb. & per Bar. in l. nō fatetur, de cōfes. & Bos. in sua Pract.
19 crim. in ti. de decret. medioiā. nu. 20. † Et hoc; nisi essemus in Minoribus, mulieribus, & rusticis personis, quæ non possunt cōsulere peritiores; quia illa talis ignorantia iuris ēt per se noti excusaret; & ab eis posset allegari l. cū de indebito, circa medium, de probat. l. si adulteriū cū incæstu. § idē Pollioni. de adulte. l. 1. & fi. de iuris, & fact. igno. Paul. de Cast. in d. l. leges. C. de legibus. & in l si emancipata. C. de iur. & fa. igno. Ideo autem dixi, Quæ non possent cōsulere peritiores, quia si possent nō excusarentur: nā sicut rustici ad nemus pro lignis vadūt, & mulieres ad Ecclesiā pro indulgentijs; ita ire ad iurisperitos debēt pro consilijs, ut habetur in l. iuris ignorantia. C. qui admi. & scribit ēt Grat. lib. 2. re-
20 sp. 156. in fi. † Item non excusarentur similes personæ, quando essent alias sagaces, & prudentes, vt late per Nat. in consi. 497. n.
21 9. nec † pariter in his, quæ inducta sūt ad rigorem iuris conseruandum, vt per Ro. in cons. 125. & eundem Natt. in cōs. 564. in fi. cons. 574. nu. 10. & cons. 575. n. 23. &
22 Pedem. decis. 86. nu. 6. † Et prædicta, quātum ad minores, mulieres, & rusticos, qp possint allegare ignorantiam iuris etiam per se noti, procedunt, quando tractarent de pœna fugienda, vt per Natt. cons. 586. nume. 8. & Crauett. consi. 18. nume. 13. & similiter de damno vitando, vt not. in dictis locis; quinimmo etiam si ageretur de lucro quærendo secundum eundem Crauett. in consi. 4. num. 26. super quo aliter non putaui insistendum; quia nō pertinet ad præsentem inspectionem.
23 Secundo † principaliter declaratur, & limitatur, quòd, scilicet, diximus allegari posse ignorantiam iuris, procedere in personis valde fide dignis; secus in alijs, vt per Alc. in suo tracta. præsump. reg. 4. præsump. 30. facit Gl. in c. fi. & ibi Ab. nu. 9. q. matrimo. accus. pos. & Gl. in c. præsumitur de reg. iur. & refert Pedem. decis. 71. post nu. 28. & decis. 159. post nu. 10.
24 Tertio limitatur † nō procedere in Doctoribus, quibus non licet etiā ius dubiū ignorare, secundum Barba. in cons. 28. colum. 4. post num. 13. inter consilia Calc. & Cor. in cons. 18. col. 3. in fi. vol. 3. Quinimmo tantum abest, vt Doctori liceat igno-
25 rantiā iuris allegare, † vt si illud ignoret, dicatur esse in dolo; quamuis peritiores consulere non potuerit, quia iura p se scire debet secūdū Bar. ī l. bonorū ī fi. de bonor. pos. Sal. & alij. in d. l. iuris ignorantia. C. qui admi. & Doc. in l. 2. quod quisq. iu. & Crau. in cons. 225. ante nu. 10.
26 Quarto principaliter † nostrum priuilegiū ampliatur, habere locum non solùm in ignorantia facti alieni, quæ regulariter præsumitur, vt per Gram. in consi. 9. ad fi. in ciui. cum alijs supra allegatis; sed etiam in ignorantia facti proprij, quæ tamen es-
27 set verisimilis, † veluti quando quis esset enormiter læsus vltra dimidiam iusti prætij; quia tūc, quamuis sit in facto proprio præsumitur ignorantia; & poterit probari per iuramentum, secundum Barto. in l. quisquis. C. de rescind. vend. & Cor. in cōsil. 140. colum. fin. volu. 3. veluti si essemus
28 in actibus morientium, † in quibus pariter in facto proprio præsumitur ignorantia, vt per Bart. in Authen. sed cum testator. C. ad leg. Falci. Ang. in Auth. de triē. & semis. §. illud. & Grat. lib. 1. resp. 67. nu. 2. & generaliter in omnibus casibus, in quibus ex aliqua rationabili causa præsumeretur ignorantia, etiam in facto proprio, quorum aliquos ponit Marān. in repe. l. is

potest

potest.nu.287.cum plur.seque.de acquir. hæred. quod etiã procedere potest in criminalibus seu aliàs prohibitis, in quibus
29 †si quid palam fiat præsumitur ignorãtia vt l.fi.& ibi Bart.de rit.nupt.Bello. consi. 74.post nu. 13. quamuis aliàs regulariter ignorantia in facto proprio nõ sit tolerabilis l.fi.pro suo,cum simi.Nũc autẽ istud nostrum priuilegium recipit multas nota
30 biles declarationes seu limitationes. † Et primo limi.non procedere, quando ex variis causis præsumeretur sciẽtia,quia tunc non esset locus iuramento per ea,quæ tradit Bart.in l.inter omnes.§.rectè. de furt. Ancha.cons.270.col.fi. Roma. cons.481. col.fin Alexan.cons.91.numo.3.volum 5. Craue.in cons.271.col.fi.& pedem.decis.
31 71.nu.3.vbi concordan. † quia ignorãtia debet esse iusta,& probabilis, vt per Ale. in cons.71 colum.1.volu.1. Aret.in cons. 15.in fin. Abb.in c.innotuit,col.fin. de electi.Felyn.in c.vigilanti colum.3. in tertia limi.de præscripti. in cap.2. de exceptio. & in cap.1.de constitu. Dec. in l.si bonorum.col.2.C.qui admi.& in cons.266. in fi.cons.267.col.fi.& cons.328.colum.3.& ideo si quis vellet probare ignorãtiam in facto proprio,quæ vt dixi non est tolerabilis.d.l fi.pro suo.& l. quamquã ad Velleia. & ca. ab excommunicato.de rescrip. non deberet admitti,nisi in illis casibus,in quibus præsumeretur ignorantia,vt supra dixi.& habetur etiam aliud exemplum per Roma.in consi.273.& in consi.391. colu. fin.& aliquid per Crauett.in consil.6. nu.
32 26.† Eodem modo si quis vellet allegare ignorantiam facti, quod propriam eius vtilitatem commodumque respiceret,nõ deberet audiri;quia in tali casu præsumitur scientia,Clem.1.§.fin. & ibi Card. de
33 concess.præben.† Rursus si quis vellet allegare ignorantiam eius,quod apud omnes publice notũ est,nõ esset audiẽdus.ca. 1.de postul.prælat.cum concordan. adductis per Corn.in consi.227. colum 2. vol. 2.Roma.consi.127.ad fin.& consi.240. in
34 fin. † Item si quis diceret se ignorare, quod fuit ad eius domum denunciatum, admittendus non videretur;quia regulariter præsumitur contrarium,Glo.in l.si tutor.& ibi Bald.C.de pericul.tut. de cuius tamen dicti veritate dicam infra latius. Et vt semel me expediam,dico, quòd vbicunque ex aliqua causa, vel ratione præsumeretur scientia, de quo dicam in sequenti priui.non esset deferendum iuramentum ad probandum ignorãtiam per prædicta.& ita etiam limitat nostrum priuilegium Felyn. in d. cap. cognoscentes. post numerũ 21.versicu.fallit secundo.de consti.Marsi.in consi.107.num.20. & 21.
35 quæ tamen limitatio sublimitatur non procedere in probo viro, & aliàs valde fide digno,vt habetur in Pedem.deci.71.post nu.25 & decis.101.nu.24.vbi habetur cõcordantiæ.
36 Secundo principaliter nostrum priuilegium limitatur non habere locum in illicitis seu aliàs prohibitis, in quibus ignorantia non probatur per iuramentum, ex quo præsumitur scientia,vt per Ias. in l si res obligata,nu.43 de leg.1.vbi ponit exẽplum in eo,qui percussit clericum:nã præsumitur eum sciuisse clericum.ista limi.recidit in primam, ideo non insisto; sed solum adijcio circa dictum Ias. quod est intelligendum procedere, vbi aliàs ille clericus incederet in habitu clericali; qa
37 talis quis esse præsumitur,qualis habitu incedit,c.si iudex de sent.excommunicat. Federi.de Sen.in consi 13 num. 3. nam si
38 incederet in habitu laicali, illũ percutiẽs non incideret in excommunicationẽ, nisi aliàs sciret eum esse clericum,c. si vero. el 2.de senten.exco.Glo in cap.si quis suadẽte diabolo.17.quæst.quarta & Glo. in l. si quis ignorans locat. Item supradicta limitatio est intelligenda,& sublimitanda, nisi quis alias faceret actum prohibitũ, vel illicitum publice, & palam, quia vt dixi præsumeret ignorantia per d.l fi.de rit.nupt.facit qđ dicit Bart.in l.si adulteriũ cũ incestu nu.10.de adult.vbi dr ꝙ cõtrahẽs
39 matrimoniũ in gradu prohibito † publice & palã,præsumitur ignoranter contraxisse;& dicam infra eodem priuil.

Tertio

40 Tertio limitatur † nõ procedere in ꝓcuratore,cui non defertur iuramentũ ad probandũ ignorantiã sui principalis per tex.in d.c.si vero,el.j de senten.excõmu.& post Rom. scribit Curt. iun. in l. admonendi post nu.83.de iureiur. idem voluit, Alex.in l.qui bona §.si alieno,in fi.de dam
41 no infec.† quia ea quæ in solo animo cõsistunt ꝑ aliũ explicari nõ posũt sicut nec quod personæ nostræ cohæret. dixit Bar. in l.paulus, de acquir. hær.quem sequitur Calca.in cõs.77.col.2.nu.8.Bar.in l.q̃bus diebus § Termillius colu.3. ver.secundo principaliter,de cond. & demonst.
42 Quarto † limitatur nõ habere locũ q̃n alijs modis posset probari ignorantia, q̃a per illos probari debet, Car.in Clem.1. quæst.8.de cõsang.& affini.sequit̃ Ant.de Petru.in repe.l.1.nu.359.de iureiu.& Felin.in d.cognoscẽtes n.2.ver.fallit primo, de const.& poterit probari per ea quæ necessario,vel saltem præsumptiue & verisimiliter inferunt ad ignorantiam secundũ Glo.in c.præsumitur,de regul.iur. in 6.& per Marant.in Repet.l. si potest. nu.316.
43 de acqui.hæred.† vbi inter alia dicit, ꝙ poterit probari per absentiã l.plane;& ibi Bal.de excusat. tut. Craue. in consil. 226. post nu.7.quinimmo in longa absentia ꝓbatur ignorantia absque iuramento, vt in c.fin.q̃ matri. accusa.pos.item poterit probari per qualitatem personę, quia sit Nouellus ciuis secundum Bal. in l. data opera nu.25.C.qui accus.nõ poss.& Ias.in repet.l.cunctos populos nu. 70. C. de sum. trin.& fi. cat.in eo enim præsumitur ignorantia,vt in dictis locis habetur.Ideo autem, quando adsunt aliæ probationes,
44 non defertur iuramentum,† quia dicitur ꝓbatio irregularis,extraordinaria, & valde exorbitans a regulis iuris communis; cum nemo debeat esse testis.in causa propria; & probatio fieri debeat per testes, vel per authenticas scripturas. cap. forus de verb.signif.& plene notatur in rub. de ꝓbat.ita dixit Grat.lib. 2.resp.10.col.pen. nu.33.& propterea multa requiruntur;vt debeat deferri, vt satis patet ex prædictis & habetur ꝑ Bolognet. in prȩludijs l.admonendi nu.16.& 17.de iureiur.unde cũ habere possumus ordinarias probationes
45 cessare debent extraordinariæ; quia † remedium ordinarium facit cessare extraordinarium l.cum minor.de min.l.in prouinciali.§.1.& ibi Bar.de noui.op.nunci. l.in causę,de mino. & patet expresse ĩ hac
46 ipsa materia,de qua agimus:† nam communis est doctorum conclusio, quòd vbi possunt haberi veræ & legitimæ probationes super re, de qua tractatur non est locus torturæ,vt not.in l.1.de quæst.& est tex.in l.diuus,in princ.& in l.edictũ,eod. tit.& in l.quoties,simil.ti.de quæst. tradit Corn.in consi.101.col.2.in prin. vol.2.& ratio quia vt dixi remedium ordinarium facit cessare extraordinarium, seu subsidiarium, prout est tortura dicta l. cum minor,cum alijs statim allegatis. & ita tenet Gand. in tract. maleficiorum in rub, de quæst. & Ang. in simili tract. de malefi.in ver.fama,& Grat.li.1. res.136.col.
47 3.n.19.† similiter videmus,quòd vbi res probari legitime potest non est ad sortes recurrendum,vt not.in l.si in prin.C.communia de legat. & si alicui consultum est pro iustitia consequẽda per recursum ad Superiorẽ,non sunt ei cõcedendæ repræsaliæ,quæ dantur in subsidium, vt ꝑ Cor. in consi 160.ad fi.vol.2.

48 Quinto limitatur† non procedere,quãdo extat statutum, quòd non posset allegari ignorantia. quod quidem statutum, valet secundum Fel.in d.ca.cognoscentes de const.& pro nota. mandauit memoriæ Corse.in suis not.in ver.ignorãtia.de quo per Bar.in l.1.de legi. Grat.lib. 2.respon. 49.num.32. Abb. in c.ad falsariorum. de crimi.fal. isto enim casu nullo modo pos-
49 set probari † præterquam per euidentiam rei,vel per illos modos per quos admittitur probatio contra præsumptionem iuris,& de iure; quorum nonnullos congerit Alci.in tracta.præsumptio.in secunda par. princ. tales etenim modi probandi nunquam censentur exclusi, vt per Curti.iuni.in l.admonẽdi n.39.vbi plura allegat

50 allegat ď iureiu.† Et hîc videmus qđ ğuis statutum tollat oẽs exceptiones, nõ tñ tollit euidẽtes, & q̃ oculis subijciũt, vt voluit Abb. in cõsi. 44. par. 1. cõs. 31. col. fi. & cõsi. 55. nu. 2. par. 2. Marsi. in cõs. 16. n. 3. & Grã.
51 consi. 45. nu. 3. in ciuili. † q̃a nulla melior probatio inueniri potest, vt dixit Innoc. in c. proposuisti. de proba. est enim efficacissima, & præfertur omnibus ꝓbationibus, vt inquit Bal. in l. 1. C. si aduers. lib. in l. si quis testibus. C. de testi. & in l. contra negantem. C. ad leg. Aqui. & nunquam intelligitur comprehensa in dispositione
52 secundum Cur. iun. vbi supra. † & habet multa singularia, quę non est nobis necesse explicare, sed vide aliqua per Grati. in consi. 44. per to. in ciui. Calcan. cons. 8. nu. 7. & consi. 83. nu. 7. Marsi. in rub. C. de probat. nu. 157. & Io. de amici. cons. 20. n. 13. consi. 25. nu. 13. Ideo autem non intelligitur talis probatio exclusa in dispositione reiciente omnem probationem, quia tũc cessat omnis calumnia opponentis in cõtrariũ, quę quidẽ calumnia fuit causa motiua, disponentis. secundum Bal. in l. 1. C.
53 quand. prouo. nõ est nece. & † ꝙ nõ intelligatur exclusa vltra prædictos voluit ẽt Imol. & Rom. in l. de pupillo. §. qui opus circa finem. de noui. oper. nunci. Glo. & Ang. in l. si pars. in fi. princ. de inoffi. testã. Bal. in l. 1. C ne lice. ter. prouo. Craue. pulchre in cõsil. 164. col. 2. in princi. & Natt. in consilio 524 columna 2. in princ. Pro
54 prædictis bene facit, quia statutum requirens tam in ciuilibus, quàm in criminalibus certam solemnitatẽ probandi nõ habet locum in casibus aliàs specialibus, & priuilegiatis seu limitatorijs. secundũ Socin. iun. in consil. 244. volum. 2. quem refert Plot. eius discipulus in consilio 110. ante nume. 24. inter consil. criminalia plurium Docto. ergo tale statutum prohibens allegari ignorantiam, nõ includet illos casus, q̃ cõtra regulas iuris cõmunis admitterentur Accedat, quod scribit Grat. li. 2. respõ. 10. col. penultima in prin. vbi vult, quod quamuis per l. ij. de arb. sit facta æquiparatio arbitriorum, & iudiciorum, nõ tamẽ intelligitur facta in casibus particulariter priuilegiatis; sed in casibus
55 tantum regularibus.† Ad idem facit, nã quamuis sententia, quæ transiuit in rem iudicatam pro ueritate habeatur. l. res iudicata de reg. iur. l. prima vbi not. de re iud. l. 1. C. quando. prouo. non est nece. Alex. in cons. 94. vol. 2. & faciat ius irreuocabile, vt in dictis locis habetur, & per
56 Grat. lib. 2. respon. 36. col. 2. nu. 11. † Tamẽ si pars confessa est sentẽtiam fuisse iniquã talis confessio poterit probari, & ea probata sententia retractabitur. Innocent. in cap. quia plerique. de immuni. eccles. cum alijs adductis per Deci. in capitulo quoniam contra. numero 39. de probat. quia dispositio loquens de re iudicata nõ comprehendit hunc casum tanquam pri-
57 uilegiatũ.† Ex quo confessio patris facit plenam probationem, & est fortior, & efficacior probatio, quæ reperiatur. l. 1. ď cõfes. cap. 1. eod. tit. & admittitur contra prę sumptionem iuris, & de iure. Glo. in §. illud. in auth. de ęquali. doc. Bart. & alij. in authen. sed iam necesse. C. de donat. ant. nup. glo & Docto. in c. is qui fidẽ ď spons. & nunquam tali probationi intelligitur renunciatum. Grat. lib. 2. resp. 152. nu. 10.
58 & dixit Aret. in consi. 80. col. 1. nu. 3. † cõfessionem patris eneruare omnes cõiecturas, etiam iuris, & superare omnęs alias ꝓbationes. Parisi. in consi. 103. nu. 10. uol. 3.
59 † & statutum excludens omnes probationes, nunquam excludit confessionem partis. Grat. lib. 2. respon. 13. nu. 47. Et quamuis negatiua regulariter probari non possit, tamen per confessionem partis proba-
60 tur. idem Grat. in d. respo. 152. nu. 7. † Postremo quãuis a trib. cõformib. nõ liceat ꝓuocare, vt tot. ti. C. ne lic. tert. ꝓuo. sed executionem fieri conueniat. vt tot. ti. de execu. rei iud tamen quando notoria est nullitas, illarum executio impeditur Bal. in l. 1. C ne lice. ter pro. cum alijs relatis per Grat. li. 2. respon. 72. in prin. quod iste casus per rei euidentiam, & notorietatẽ est priuilegiatus, & non intelligitur exclusus in regulari dispositione. Pari ratione igitur ex-

tur exclusus in regulari dispositione. Pari ratione igitur dicendum est in proposito nostro: nam quamuis statutum prohibeat ignorantiam allegare, & allegatam probare, tamen intelligi debet in casibus regularibus, non autem in habentibus specialē rationē, & prærogatiuam, vt ex prædictis satis patet.

61 † Quinimmo dicendum videtur, vt solum excludat crassam, & supinam ignorātiam, non autem probabilem, & verisimilem. & ita intelligit Bal. in l. 1. col. 3. C. de caduc. tollē. Saly. in l. nobis. C. ad leg. Iul. de adult. cum concord. allegat. per Grat. lib. 2. respo. 49. in vltimis verbis: pro quo

62 bene facit, † nam statutum auferens seu tollens omnes exceptiones, debet intelligi de friuolis non autem de legitimis, & releuātibus l. 1. §. 2. quod vi aut clā. Calc. consi. 89. & Craue. in cons. 308. post nu. 5. Ad idē videmus in simili, quod clausula Appellatione remota, intelligitur solum de friuola appellatione, vt per Bart. in l. 1. §. fi. a quibus appel. non lice. & Ias. in l. 3. §. si is, ꝑ quo. col. 1. quod. quisq. iur. nō autem de iusta & legitima, veluti est appellatio interposita ex notorio grauamine, quę per talem clausulam non censetur exclusa vt per Abb. in c. iter ceteras. col. 2. de sen-

63 ten. & re iud. idem facit, † nam statutum volens, quod statuta nullam recipiant interpretationē, intelligitur de extranea friuola, & non necessaria, non autem de legali, & iuridica, & quæ ex legis dispositione descendit, secundum Bart. in l. omnes populi col. antepen. ver. vlt. quæritur, de iusti. & iur. Corn. in consi. 314. volu. 3. cum concordantijs cumulatis per Paris. in cō-

64 sil 69. nu. 20. vol. 4. † Et hæc vera sunt, nisi aliàs dispositio esset suꝑflua, quia tunc nō solum friuolas exceptiones excluderet; sed etiam legitimas, & de iure subsistētes. & ideo si iudex teneretur non admittere allegationem ignorantiæ crassę, immo ꝙ eam deberet reijcere, tūc statutum excluderet etiam probabilem ignorantiam, ne aliàs esset superfluum, dato etiam quod sequeretur correctio legum, seu iuris communis. Authen. Diaconissa. C. de epis. & cle. notant omnes in l. 1. de off. eius. & ita tradit idem Grat. lib. 2. resp. 25. col. pen. in fi. Sed contra prædicta non parum vide-

65 tur vrgere; † quia certum est, quòd iudex debet friuolas exceptiones reijcere, præsertim quando contra excipientem suspicatur, quod scilicet calumniose excipiat, vt per Abb. in c. super eo. vbi bona additio. in fi. de appella. & per Dec. in c. constitutus, nu. 3. de cōstitutio. ergo etiā crassam, & supinam ignorantiam, quæ friuola videtur exceptio. ex quo sequitur ne statutum sit elusorium, quòd erit intelligendū de allegatione probabili, & verisimili, qđ videtur esse contra mentem Bal. Saly. & aliorum de quibus supra. Pro resolutione istius difficultatis considerabam dici posse obiectionem intelligendam, quòd scilicet iudex teneatur reijcere friuolas exceptiones procedere ex officio, scilicet, ip-

66 sius iudicis. Vnde quamuis statutum idē disponat, non tamen dicitur esse superfluum, ex quo ipsius vigore tenebitur iure actionis, vel condictione ex lege, iuxta l. 1. de cōdi. ex lege. l. quod ex his. de adul. l. 1. C. de ijs, qui ex publi. rat. lib. 10. faciūt not. per Bar. in l. 1. in princ. ad legem Fal. & in l. 3. §. si rem de legat. 3. Abb. in c. causam quæ, de rescript. Corn. consi. 1. col. 4.

67 in princ. volu. 4. † Et cum statutum istud adijciat maiorem declarationem ad id, quod in iure communi comprehendebatur, dicitur satis operari, Alex. in cons. 38 colum. 2. vol. 1. Gozad. consi. 33. num. 15.

68 † Et quando statutum disponit expresse super eo, quod a iure tacite erat dispositū, dicitur satis operari, vt per eundem Go-

69 zad. in consi. 73. num. 30. † vbi etiam dicit, quòd quando disponitur specialiter super eo, quod a iure cōmuni erat dispositum generaliter, statutum non dicitur esse superfluum per text. in l. apud Labeonem. §. ait prętor de iniur. Dec. in l. edita. col. 13. num. 68. C. de eden & non est nouum, quod aliquando verba ponantur ad demonstrandum illud quod rei ipsæ inest, vt per eundem Dec. in consi. 216. col. 2. in fi.

a.in fi.& quæ dubitationis tollendæ causa inferuntur,ius commune non lędunt.l. quæ dubitationis.de reg iur.& l.1.de ædi li.edi.& particularis expresio nunquam solet censeri superflua dixit Gemin. in c. 1.col.fi.de summa Tri. in 6.cum ergo statutum istud specialiter expresseque dispo nat,ꝙ ignorantia allegari non posit,scilicet crassa,& supina circa id,qđ a iure cōi dispositum tacite,& generaliter erat,manifeste sequit̄ non esse superfluū: & iō intelligendū necessario de supina, & crassa ignorātia,nō aūt đ ꝓbabili,& verisimili.

70 Sexto limi.† quia quamuis aliàs per iuramentum probetur ignorantia, non tamen per illud idem probari poterit iustitia ignorantiæ, exempli gratia, absentia, carceratio, vel quid aliud simile, ex quo infertur ad ignorantiam iuxta tex. in c.fi. qui matrimo.acc. pos.ista enim legitimis modis probanda erunt.ita Bal in l.1.ver. item apparet. C.ad Maced.& Fel. in d.c. cognoscentes. ante nu. 24. de consti. Ad

71 confirmationem istius limitationis † facit,quia quamuis in litem iuretur contra eum,qui dolum committit, vbi aliàs est difficultas probationis per eum,qui damnum,vel furtum passus est,iuxta l. si quando.C.vnde vi.& ibi glo. & Doc. & Pau. de Cast.in l.sicut iniquum.C.de fid.instr. & infra dicemus suo loco, tamen ipsum damnum, vel furtum debet probari per veras,& concludentes probationes, non autem per præsumptiones, & coniecturas,& multominus per proprium iuramētum,secundum Bar.in l.si quis ex argentarijs § pe.de eden.Fede de Sen.consi.113.i gl.in cle.1. in ver. compellendo. de vsur.

72 Grat lib 2.resp.10.col.2.† Et est ratio,ne præsumptę seu specialis probationis alia præsumpta, vel specialis probatio detur, contra reg.l.j.C.de dot promis.tradit idē Grat. eod.libr. respon.43.numer.62. sic videmus, quòd non datur tacitum taciti, sicut nec seruitus seruitutis,l.1.de serui. lega.Doc.in l.nunquid,si cert.pet.nec pariter exemplum exempli, ita vt fidē faciat, vt per Alex.in consi.171.vol.7. Rui.cōsi. 131.vol.5.Soci.iun.consi 2.vol.2.& Corne.consi.24.col.4.in fi.vol.4. quia non debent inconuenientia multiplicari. d. l. 1. C.de dot.promi.& l.quæ contra de regu. iur.& §. sed quod principi placuit. versi.

73 plane.Insti.de iur.nat.gen.& ci.† Et hinc videmus, quòd cum relatio dicatur esse in referente implicite,& nō explicite,vel expresse,vt per Affl.dec.28.nu. 3. & dec. 143. in fin. non dēt fieri, nisi ad expressa, Dec.in conf.593.col.1.in fi.nu.4.vbi concordantur per Grat.lib.2.resp.109.num. 6.quod ideo est,ne tacitum ex tacito in-

74 telligatur† sic, & iuramentum insupplementum præsumptionis, non datur; sed vbi est vera probatio.Bal.in l.vni.§.ille ēt C.de lat.liber.tol.ver.modo quæro,ne cō

75 tingat specialia multiplicari. † Qñ ergo dicimus ignorantiam probari posse per iuramentum præsupponimus, ꝙ in reliquis concurrant oīa habilia.l.1. in princ. ad legē.Falc.l.1.C.de sacros.eccl.l.& qa. de adoptio.l.consensu.cum gl.de actio.& ob.Signo.consi 2.col.3.nu.16.Calc. cons. 87.col. 2.post nu.3. Abb.consi.50.nu.4.& cons.65.colum.3.in fi.par.2.& ideo dixit

76 Grat.lib.2.resp.75.nu.8.†quod Doc. dictum in casu habili intelligi debet.

77 Septimo limi. † non habere locum qñ per aduersarium probaretur scientia, qa tunc elidetur probatio facta per iurm de ignorantia secundum Bar.in l.si cui.§.ijsdem de accusa.Rom. in cons. 102. col. 2. vēr. primo per id. Ias.in §. sed iste. num. 93.Inst.de act.& Feli.in d. c cognoscentes.col pe.ver.fallit septimo.nu.27.de cōsti.& dixi supra in primo priuil.in 1.limi.

78 Octauo limi. † procedere qñ allegans ignorantiam, & volens eam probare per proprium iuramentū esset persona honestæ condōnis,& minime suspecta de periurio alias secus,vt per Ias.in d.§.sed iste nu.96.nam iudex dēt multum ad qualitates,& condōnes personarum respicere,& animaduertere,& secundum illas iudicare,vt astruit Grat.lib.2.resp.47.nu.15.& de hac limi.dixi in primo priui.i 3.limit.

79 † Et notandū, quòd vsque adeo operatur

tur bona qualitas personarum, vt etiam si esset iurandum contra præsumptionem iuris deberent admitti præcipue concurrentibus ad fauorem ipsius iurantis alijs coniecturis, vt per Curt. Sen. in consi. 72. col. 8. quem refert, & sequitur Pedem. de cis. 71. num. 25. immo dixit Marsi. in sua
80 pract. crim. §. princip. num. 2. quòd † probus vir, iuraret de sua ignorãtia etiam cõtra præsumptionem iuris, & de iure, & licet de huiusmodi dicto videatur dubitare iam proxime allegata decis. pedem. 71. nu. 27. illud tamẽ absque aliqua hęsitatione sequitur idem Author in decisio. 101. nu. 24. & quòd propter honestatem personæ possit admitti probatio contra præsumptionem iuris, & de iure voluit etiam
81 Dec. consi. 575. col. 3. nu. 6 Sed hic † quęro quomodo debeat considerari qualitas personarum ita, vt secundum iura possimus recte iudicare an quis sit legalis persona, vel non & ex quibus reputari debeat periurium non comissurum? Respondeo secundum Docto. in l. admonendi. de
82 iureiuran. † quòd erit in primis inspiciẽdum ex quibus parentibus quis sit ortus, quia talis quis esse præsumitur quales fuerunt parentes eius vt nota. in l. cum vnus. in princip. de alim. & cib. lega. l. quisquis C. ad lege. iul. maie. Gramm. cons. 45 nu. 7. in ciui.
83 † Et ideo dicitur, quod quia pater, & filius dicitur vna eademque persona eadem vox, & ipsorum eadẽ possessio idẽque dominium esse videtur secundũ glo. in § sui insti. de hæred. quali. & differe.
84 † si pater ipse fuit incõtinens filius quoq; incõtinens erit præsumendus, vt p Alci. in tracta. præsump. reg. 1. præsumptio. 25.
85 † nam & alibi dr̃ qđ pater & filius vna & eadem caro reputantur l. pater. de iniur. c. contradicimus ver. autoritate. 35. q. 3.
86 & ꝑpterea iniuria patris dicitur esse filij. d. l. pater & Mars. in consi 28. post nu. 8. unde merito filius, manu propria potest vindicare iniuriam illatam ex coniugali adulterio, sicut & ipse pater. vt dixit Rom. in consi. 484. nu. 4. per text. in l. Gracchus C. de adulter. sic dicitur, quòd honor patris redundat in filium. authen. constitu. quę de digni. in princi. vbi gol. & alibi, quod testamentum patris dicitur esse filij. l. patris, & filij. de vul. & pupi. substi. & §. igitur, institu. de pupill. substi. ex quibus patet iure merito inspiciendum ex q
87 bus, quis sit parentibus natus. Secũdo erit attendẽda origo patriæ l. quod si nolit. §. qui mancipia. de ædili. ædi. c. quoniã 24. distincti. c. 1. 56. distincti. Tiraq. de leg. connubial. l. 7. glo. 1. par. 7. nu. 8. cum plu-
88 ri. sequentibus † Item erit attendẽda ætas quia maior præsumitur legalitas in sene, quam in iuuene. l. fi. de fide instrũ. l. vnius. de quæst. & in multis quoque præstant iuuenibus, vt per Alcia. in tract. præsumpti. reg. 1. præsumptio. 45. & præsumpti. 53. Gram. cons. 6. in ciuili. Natt. in cons. 503.
89 nu. 2. † qui autem dicantur senes tradit Abb. in c. si q testium de testi. & in c. quoniam frequenter num. 18. vt lit. non con-
90 test. † Insuper inspiciendus erit sexus, q a iurm erit potius deferendum masculis, quam fœminis, tanquam legalioribus. d. l. fi. de fide instrume. l. qui testamento §. mulier de testã. l. in multis. de stat. hom. not. in clem. 1. de verb. signifi. l. 1 & quod ibi not. Bar. de senato. Gram. cõsi. 30. in prin.
91 in ciui. † quod tamẽ moderatur, & restringitur procedere, nisi fœminæ magis nouerint veritatem. ita voluit alios allegando Io. Lup. in rep. c. per vestras. §. 43. incipien. succedit alia. n. 7. de donat. inter vi. & vxo. & Gram. in d. cons. 30. & apud Io. Lup. in d. loco habes complura exempla in quibus præferuntur masculi ipsis fœminis tamquam legaliores, & multa etiã
92 tradit Dec. in l. 2. de reg. iur. † Rursus erit animaduertendum an volens iurare laboret aliquibus susuris, vel vociferatione quia tunc non vr̃ carere suspicione committendi periurium. vt per Io. de ami. in cons. 8. nu. 4 1. & aliquid per Natt. in con
93 sil. 1. tertij. vol. † Amplius erit considerandum an sit pauper, vel diues, quia de paupere non est ita confidendum, sicut de diuite. Ancha. consi. 157. col. fi. Aret. cõs. 8.

Craue.

Craue.consi.6.nu.29.Sozi. in consil.136.
94 col.3.in fi. vol 1. nam † pauper reputatur
vilis persona, vt considerat ibi Sozi. staphi.de litteris grat.& expecta.n.6. Crau. in consi.249.post nu.11.& iam diximus su-
95 pra in primo priui.in tertia limita.† quod iu
ramentũ non defertur personæ vili Abb. in c.fi.§.sane.col.4.de iureiur.Bal.in l.qui accusare.C.de eden.& Doct. in l.admonendi.de iureiur.fateor tamen,quod licet de eius fide non parũ diminuatur ob eius paupertatẽ,vt not.in l.3.de test.& per Gra. lib.2.respons.2.nu.25.& § 5. in authe.de
96 test.† tamen hoc procedit, nisi eius fides esset bonis moribus comprobata arg.l.sci
97 re oportet.de excus.tuto. vbi † boni mores plus valent, quam diuitiæ.§.nouissime Insti.de susp.tut.& l.si quis stipulatus sit sti-
98 chum in fi.de verb.obl.Quando † autem quis dicatur pauper, communis est cõclusio Docto. quod remittitur arbitrio iudicis sm̃ Glo. in auth. prę terea.in ver. locuples. C.vnd.vir.& vx.quã ibi Doc.cõiter sequũt,& Doc.ĩ l.si cõstãte ĩ 1.q.Bar.so. ma.Alex.in cõsi.124.co.2.in fi.vol.4.& cõ fil 158.in fi.vol.7.Dec.in consi.120.col.2. Calca.consi.8.n.14.& Natt. in consi.605. nu 12.sic videmus, quod an & quando dicatur aliquis esse miserabilis persona relinquitur arbitrio iudicis terminandum, Calca.in consi.57.post nu. 12.vbi allegat not.in l 1.C.qñ Imp. inter pup. & vid.& Guid.Pape. quæsti.566. vbi etiam addi.
99 † Denique erit inspiciendum cum quibus fuerit solitus conuersari, quia si cum bonis, bonus, si vero cum malis malus erit reputandus.l.eum, qui vbi Paul.de Cast. C.de epis.& cleri.Cra.consi.73. nu.11.Tiraq.de legib cõnu.l.quinta glo.1.par.5.n. 31.& l.7.glo.1.par.7.8.14.18.& 19.& generaliter prudẽs iudex debebit de qualitate psonæ se ita informare,& instruere, vt omnino nõ deferat iuramentum, nec penitus recuset.

100 Nono † limi.nostrum priui.non pcedere in causis magnis, seu magnæ quantitatis, vel magni pręiudicij; quia in his nõ est locus probationi per iuramentum super ignorantia, nisi aliàs esset plusquam semiplene probatum glo.& Doct.in l.admonendi.de iureiur. & in l.in bonæ fidei. C.de reb.credi.Natt.in consi.609.nu.26. Craue.consil.73.nu.24.& 26.& Pedem. decis.71.nu.46.vbi concordan.& illa semiplena probatio debet esse facta per personas honestæ conditionis, & famæ, vt patet ex supradictis, & habetur per Petrũ Beninten.in cõclusio.Bononiẽ.97.n.6.&
101 dicã infra suo loco. † quomodo autem, & qñ dicatur causa magna, vel parua, arbitrio iudicis decidendum relinquitur, dixit Abb.in c. de appellationibus ti. de appell.Boer.decis.8.nu.18.Rom.in cõ si. 346.n.5.Bar.in auth.nisi breuiores C.de sent.ex breui.reci.Guid.Papę quęst.564. in fi.& Maran. in suo Specul.in 4. par.in nona distinct.nu.72.& 73.

102 Decimo limi.† vt non deferatur iuramentũ illi q ignorantiam affectauit, quia forte recessit ne sciret, vel alio modo ipsã pcurauit, quia talis affectata ignorantia habetur p scientia ita tenet nuncupatim Card.in clem.1.in 7. quæst. de consan. & assi.p ea, q̃ habentur in c.apostolicę.de cleri.excommu. & ibi Abb. Paul.de Castr. in cons.295.col.1.n.2.vol.1.& ideo dixit Rom.in cõs.87.quod talis affectata ignorãtia nihil prodest.confirmatur ista limi. non-
103 nullis similibus, † nam videmus, quod si quis plures tutelas affectauerit ne alicui esset tutor non excusatur.§.itẽ tria onera. insti.
104 de excus.tut. †& tutor, qui affectauit tutelam pupilli redditur suspectus arg.l.quę omnia.de procura.Rom.in consi. 420.&
105 Gozad.in consi.54.col.2.nu.9.† Et notarius, qui vltro se offert incidit in suspicionem falsi.l. vxori.§.qui se.de fals. Rom.in consi.306.in princi.& procurator se ingerens suspectus est.l.quæ omnia.§.1.& ibi
106 glo.de procura.Et si quis† aliquem accusauerit ne sic accusatus possit esse testis contra accusantem talis accusatio nihil prodest Ias.in l.si seruus plurium.§.si quis
107 de legat.1.† Et si quis promisit aliquem representare, qui postea procurauit, vt in banno poneretur non excusatur, &
pro

pro non bannito hr Bar. Alex.& alij in l. si vero. qui satisd. cog. facit tex in l. si filia. de diuor. & in l. filiæ sol. mat. vbi, si pater stipulatus fuerit dotem, si filia decedat in matrimonio, & deinde filia diuortiũ affe ctauerit diuertendo ne pater lucretur do tem tamen succurritur proinde patri, ac si nõ diuertisset tradit Gomes. insti. de
108 actio §. itẽ si quis in fraudẽ. nu. 35. † Et emptor, qui affectauit, vt sibi lis mouere tur non dẽt agere contra venditorem de euictione, & si agit debet repelli, vt per Alex. in cons. 66. nu. 3 vol. 5. & propterea debet iurare, ꝙ non fecit sibi moueri li
109 tem. vt ibi dicit. † Et testis suam deposi tionem affectans nihil probat. l. 2. §. fin. & l. qui autem & ibi glo. si quis cauti & d. l. quæ omnia de procu. & propterea si spõ te, & non citatus se examini subiecit non caret suspitione. dixit Corn. in consi. 309. col pen. vol. 4. Craue. in consi 2. col 3. nu. 5. Goz. consi. 54. col. 2. nu. 9. idem Corne. in consi. 149. col. 3 in prin. vol. 2. Dixit ẽt Neuiz. in sua silua nuptiali, dum agit de monitorijs ad fi. in 4. q. ꝙ testes, qui vigo re monitorialium propalant aliquid, si su per dicta propalatione iurauerint, sunt suspecti, quia sponte iurauerunt, cum ad iurandum eos monitoriæ non com
110 pellant. † Et si appellatus affectauit im pedimentum ne prosequi posset appella tionem, appellanti nihil nocet. Abb. in c.
111 ex rõne col. 4. in prin. de appella. † & fi deiussor, qui impedimentum præstitit ne excussio fieret contra principalem, non habet beneficiũ excussionis Mars. in rub.
112 de fideius. nu. 15. & 153. Et † si quis occi dat bannitum, cuius bannum dolose pro curauit, vt eum occideret, non gaudet beneficio statuti præmium concedentis occidenti bannitum, vt per Abba. in c. postulasti. in vlti. not. de conces. præbend. & Ioan. Lup. in repe. rub. de donatio. int. vir. & vxo. §. 70. nu. 23. & ibi concorda.
113 Et si † Ambasiatores, seu legati procura uerint legationem, qui deinde in itinere fuerunt spoliati, non habent restitutio nẽ rerum ab ijs, qui illos miserunt. vt no. Doc in l. inter cãs. § non oĩa manda. cum tñ si affectatio non præcessisset repetere possent. vt per Barto. in l. si seruus cõis. §. quod vero de furt. & per Alex. in l. si pecu niam. § sed si accepit. in fin. de condi. ob
114 cau. † Et simoniacus, qui emit officium, cuius causa, quis excusatur a munere, vel onere, non excusatur propter eius affe ctationem. l. & qui data opera. ex quibus caus. maio. & multa alia similia exempla habes per Io. Lup in loco proxime alle gato, & per Rol. a Valle. in tract. de statu. lucri. dot. q. 61. ex quibus colligitur affe ctationem non solum non prodesse, sed ẽt plurimum nocere, quod, & dicendum est in affectata ignorantia, quæ ob eius affe ctationẽ per iuramentum probari mini me poterit, vt satis ex supradictis patet.
115 Vndecimo limi. † non procedere, in eo qui ex iuris dispositione tenetur sci re, dato. n. quòd ignorauerit, non excusa
116 tur. l. 1. C. de fals. mon. & rõ est, ꝗa paria sunt scire, & scire debere. l. si seruus. qđ vi aut clam. gl. in l. 2. in fi. de reg. iu. Bal. in l. quicunque col. 1. C. de ser. fug. Are. in l. fi lium emancipatum, in fi. de acq. hæred. l. qđ te. si cer. pe. l. pe. §. cum ita. vbi Bar. de
117 aur. & arg. leg. quinimo ex eo, quòd qs non inuestigauerit illud scire, videtur es se in culpa. ita Bal. in l. 3. col. 2. C. de naut. fœno. cum similibus adductis per Crau.
118 in consi. 115. nu. 3. & 4. Et est generale, vt præsumatur scientia, in illo, qui scire tenetur, secundum. Grat. lib. 2. respon. 12. col. fi. & respon 42. col. 3. in fin. & Gram.
119 dec. 103 nu. 36. Et pro sciente habetur, qui scire non vult dixit idem Grat lib. 1.
120 resp. 2 col. antepe. num. 79. & alibi pro sciente habetur, qui scire põt l. si duo, & ibi Bal. de acqui. hær. l. pe. ad Mace. l. qui contra. C. de incest. nup. & ibi Bar. & l. re gula § sed facti. de iuris, & fact. ignor. & Pau. de Cast. in consi. 17. col. 2. post nu. 5. vol 2. & prædicta vera sunt in his, in qui bus non requiritur dolus, alias secus l. igi tur § 1. de lib. cau. concluditur ergo ex su pra dictis, ꝙ pro sciente habetur, qui te netur scire, & ideo quamuis, qui in alte-

rius

rius ius succedunt præsumantur ignorare, tamen vbi tenentur factum indagare, ratione facti proprij, exemplum
121 in heredibus, qui adeunt hæreditatẽ cũ beneficio legis, & inuentarij, nam si in eo omnia bona nõ descripserint, nõ excusantur allegando ignorãtiã, quod illa bona nesciderint ex quo tenebantur inuestigare, idem in tutoribus traditur per Grat. li. 2. resp. 25 nu. 5.
122 Duodecimo limi. nõ habere locum in his, que respiciunt formam, quia nõ licet allegare ignorantiã, & ex consequenti nõ est probanda per iuramẽtum, glo. in l. ambiguitates. C. de testam. quatenus ibi dicit imperitiam solemnitatis obseruandę vitiare testamentum. & Bald. in l. iuris ignorantia ad fi. C. qui admi. cum similibus adductis per Alexan. in consil. 7. colum. fin. num. 2. volum. 7. quia sicut allegare non licet, quod probari non potest. c. vt circa. de elect. in 6. ita ex contrario, quod nõ potest allegari, non debet etiam posse probari l. ad probationem. C. de prob. l. stipulatio. §. diuus, vt lega. nomine caue. l. nõ cogendum. de procur. in fi. c. cum contingat de offi. deleg.
123 Decimotertio limita nõ procedere qñ agitur de lucro quærendo, vt per Alex. in d. consi. 7. nu. 22.
124 Decimoquarto limi. nõ procedere in his, q̃ introducta sunt ad rigore iuris conseruandum, vt in casu l. fi. C. de iure. codi. qa tunc ẽt si agtur de dãno vitando, seu potius de lucro perdendo, iuris ignorantia excusat, & ideo frustra allegatur, & probari quæritur p iurm. glo. in c. fi. 2. q. 4. & ita cõsuluit Ro. in consi. 125. col. 2. in prin. ver. 3. confirmatur.

Decimo quinto limi. non pcedere, qñ ageret de prudicio tertij, vt p Fel. in d. c. cognoscentes. n. 14. de const. sequitur Menoch. in tract. de arbi. lib. 2. centu. 2. casu. 186. num. 9.
125 Decimosexto & vltimo limi. vtiq; pcedere in ignorancia, quæ vt dictũ est, probari potest per iurm, secus in errore. qui error non probatur per iurm, sed per circũstantias, & cõiecturas, prout voluit Abb. in c. fin. col. fi. de confes. post Bar. in l. non fatetur. colu. 4. de cofess. differt autem error ab ignorantia tanquam effectus a sua causa, & ignorantia proprie consistit in omittendo, error vero in committendo, & ea tanqnam diuersa legimus posuisse Franc. Petrar. in illo carmine sui diuini Poęmatis. Che son d'error con ignoranza attorto. Ex huismodi nostro priuilegio sic, vt supra satis abunde declarato infertur ad aliquas notabiles deci-
126 siones † Et primo si quis non habuerit notitiã accusationis delatæ cõtra aliquẽ, qui iam fuerat absolutus poterit hanc suã ignorantiam probare per suum proprium iuramentum, & iterum accusare si propriam, vel suorum iniuriam prosequatur, l. si cui. §. ijsdẽ de accusa. Glo. Abb. & Feli. in c. de his. eo. tit. & reasumit Couar. li. 2. varia. resoluti, c. 10. ver. 3. admittendũ est quamuis aliàs si sciuisset, iterum accu-
127 sare non posset, quia † semel per sentẽtiã absolutus non debet amplius molestari d. c. de his. vbi omnes. l. grece. §. post litem de fideius. Specul. in ti. de aboli. §. 1. ver. porro. Rom. consi. 463. Ancha. consi. 17. col. fin. ver. præterea. Corn. in cons. 235. in fi. vol. 2. Grat. li. 1. respo. 42. n. 22. & Boss.
128 in sua pract. in ti. de senten. nu. 64. † qđ procedit etiam in crimine lęsę maiestatis vt per eundem Grat. lib. 2. resp. 74. nu. 13. & 14. item pcedit siue processum fuerit per accusationem, siue p inquisitionem, aut ẽt denunciationem, vt per Abba. &
129 alios in d. c. de his. Ista cõclusio † limitatur non procedere qñ pro crimine ciuiliter fuisset actum, & reus absolutus. qa adhuc absolutione non obstante posset iterum accusari: & idem si fuisset absolutus in foro pænitẽtiali, vt per Grat. lib. 2. res-
130 pon. 71. nu. 14. & 15. † Sed ante omnia in his casibus priusquam in eum iterum procedatur debebit retractari ipsa absolutio, vt pulcre, & notabiliter per eundem Grat. resp. 74. nu. 14. eod lib. 2.
131 Secundo infertur † quia tu scis, quòd emphyteuta non soluens canonem Ec-

clesiæ infra biennium cadit a iure suo vt nota.in l. 2. vbi omnes. C.de iure emphy. quod procedit etiam in hærede,qui si pro pterea non soluit incidit pariter in commissum,secundum glo.in d. l. 2. in versic. & secundum legem. quæ est glo. fin. tamen, si ipse ignorauerit rem esse subiectã solutioni canoni, erit restituendus, vt per Rom.in consi.166.in fi.Corne.in consil.113.in fi.& consi.115.in fi.vol.1.& cõs. 67.vol.2.quia talis ignorantia est tolerabilis; & iusta. l. qui in alterius. de reg.iuris,& ista est cõis opi.Doct.in d. l. 2. & q in hærede præsumatur ignorantia patet, quia dominus volens reuocare rem emphyteuticam ob alienationem factam per hæredẽ eo irrequisito dẽt probare, quòd sciuerit illam esse emphyteuticam, secundũ Bal.in c.1.§.si vassallus. si de feud. fue. controue.sequitur Dec. in d.l.qui in alterius.& idem not.Bello.in consi. 6. nu.20. stante ergo iusta verisimilitudine ignorãtię si illam allegabit poterit probare p pprĩũ iuramentũ,vt p Grat.lib.2.resp.151. & ibi allegat.Doct.in d.l.2. C.de iure emphyteu.& Bar. in l. cũ filius. §. in hac de verb.oblig.facit in simili qđ scribit Abb.
132 in consi. 3.col. 7. in medio par. 2.† vbi, q alienans feudũ ignoranter nõ amittit illud,& in dubio p̃sumit ignorãtia, qa p dñm directũ volentẽ reuocare feudũ alienatum irrequisito eo dẽt pbari, q alienauerit scienter per fraudẽ,& dolose, vt per Gra.consi.10.n.15.in ciui. quemadmodũ dictũ est in emphyteusi & talis ignorãtia pbabitur p iurm ex quo istud est regulare secundum Maran.in repet. l. is potest. nu.317.de acqui.hæred.
133 Tertio infertur, † nam si hæres donatarij, qui tenebatur præstare alimenta donatori ex pacto,& cõuentione habita iter ipsos, ignorãs nõ p̃stiterit dicta alimẽta, nõ pptera reuocabit donatio, quæ alias reuocari deberet, quia ex capite pbabilis ignorantiæ erit restituen.in integrum, vt habetur per Bar.in leg.1.§. si quis autem propter. de itin. actuq. priuat. Corn. in consi.110.col.fi. vol.1. & in consil.25.vol. 3.sequitur Goza.concordantes adducendo in consil.56. col.3. & talem ignorantiã probabit per proprium iuramentum. per prædicta.
134 Quarto infertur,† ecce extat statutũ, quòd receptantes Bannitos puniantur in mille, tamen si aliquis receptauerit aliquem quem ignorabat esse bannitum, non comprehenditur a statuto, quia intelligitur si sciuerit, non autem quando ignorauerit,vt voluit Ange.in suo tracta. maleficiorum in versic. & dicto maleficio semper astiterunt. Rom. in consil. 473. & quia talis ignorantia est probabilis tanquam de facto alieno iuxta text. in l. idemque mandat. in §. pen. d.legis. & in §.recte Insti. eo. poterit probari per proprium iuramentum secundum Grat.in d. resp.151.nu.13.lib. 2.
135 Quinto infertur,† nam tu scis, quòd in multis locis viget statutum, vt sindicus communis debeat denunciare maleficia sub pœna librarum quinquaginta prout hic senis cauetur. sindicus non denunciat vnum maleficium, quia dicit illud ignorasse, nam admissa ignorantia non comprehenditur a statuto. secundum Barto. in l. diuus. de custod. reor. & in l. semper §.interdum. quod vi aut clam. Rom. in consil. 228. colu. 1.& 2.& per Corn.in consi.100.vol.1.& Rolan.in tract.statu.de lucro dot.in quæst. 62. vbi dicit simile de marito qui non vindicauit necem vxoris propter quod debet priuari lucro dotis si bi a statuto delato, nam intelligi debet si occisorem sciuit, secus si ignorauit, & quia talis ignorantia est probabilis; & iusta, cum sit de facto alieno, poterit probari per proprium iuramentum, vt
136 per eundem Grat. in d. respons.151.† vbi etiam subdit, quod recipiens falsam monetam non incidit in pœnam falsæ monetæ vigore statuti, quando ignorabat illam esse falsam, & qđ de tali ignorantia standum est suo iuramento, subdens esse verum dictis casibus, quia concurrit præsumptio ignorantię pro allegante illã:tu idem dicas prędicta

etiam

etiam procedere si non sunt ex aduerso præsumptiones, vel coniecturæ inferentes ad scientiam. l. vnica. C. de lit. & itin. cust. lib. 12. quam ad hoc allegat Alc. in l. lege censoria. de verb. signifi. in prædictis enim casibus regulariter præsumitur ignorãtia quia dicitur de facto alieno, alias semper allegaretur ignorantia ad fugiendum pœnam delicti, seu statuti, & Gra. in d. respo. 151. ponit aliud exemplum de transeunte per aliquem locum, quòd non soluit gabellam allegans ignorantiã statuti de quo per Abb. in cons. 305. par. & per Cap. decis. 148. in fi. & alia etiã exempla ponit Rom. in d. cons. 228. quæ per te ipsum videre poteris.

137 † Sexto infertur, quia statutũ puniens præstantem opem, auxilium, vel fauorem malefactori, intelligitur dũmodo sic præstans sciuerit illum esse malefactorem. l. quicunque. C. de serui. fugi. Signo. consil. 134. colum. 2. vers. præterea est aduertendum. & Roma. in cons. 473. pro hoc facit opt. illud quod scribit Angel. in l. 1. C. de nili agge. non rumpẽ. vbi dicit, ꝙ ad hoc vt præstãs opem puniatur propter aliquã qualitatem, quam habet principalis delinquens requiritur, ꝙ probetur, ꝙ ipse sciuerit dictam qualitatem per tex. in l. vtrũ, de patri. ibi conscij. & ad idem tex. in ea. l. 1. C. de nili agger. non rump. vbi idẽ Angel. subdit se habuisse quæstionem de facto in persona cuiusdam, qui fauit bannito ad maleficium perpetrandum cuius pœna est capitalis in ciuitate Perusij. & fuit absolutus, quia non fuerat articulatũ, & ꝓbatum ꝙ fauens, & auxilians sciuerit qualitatem principalis delinquentis, & illud dictum sequitur etiam Io. de Ana. in ca. sicut dignũ. de homi. talis autem ignorantia cũ sit facti alieni poterit probari ꝑ proprium iuramentum, per supradicta.

138 † Septimo, statutum mandat emendari damnum per villam, nisi dederit malefactorem, nam istud statutum est intelligendum, si villa sciuerit malefactorem, non autem si ignorauerit, vt per Ant. de rosse. in consi. 40. inter consi. Calca. in dubio autem præsumitur ignorantia prout in sindico supradictum fuit de quo per Bar. etiam in consi. 102. incip. carissime. & in tractat. de testi. in vers. negligẽtia. & talis ignorantia probabitur per iuramentum. Et quamuis ipse Calca. in consi. præcedenti contrarium consuluerit ideo est, quia in casu suo statutum dicebat, quòd villa teneretur de damnis datis tã de die quam de nocte, nisi dedisset malefactorẽ, quo casu poterat verisimiliter ignorari, & tamen statuentes voluerunt teneri, & ꝓpterea quo ad casum illius putarẽ opi. Calca. esse veriorem, quia tamen ibi sunt tria consilia sequentia in contrarium non audeo hoc intrepide affirmare cum non sit de sententijs patrum variantiũ iudicã-

139 dum. † Octauo infertur, quia si quis fuerit citatus ad domum, & dicat se non habuisse notitiam seu scientiam citationis sed eam pœnitus ignorasse poterit hoc probare per proprium iuramentum, & illi standum erit. ita Bal. in l. 2. § pen. siquis cauti. Alex. in l. de pupillo. §. nunciationẽ. post nu. 14. de noui oper. nunci. & in addi. ad Bar in l. inter omnes. §. recte. đ fur. Bertachi. in tract. đ epo. lib. 1. par. 3. post nu. 13. ver. pōt aũt citatus. & Alc. in tract. ꝑsump. reg. 3. ꝑsumptio. 17. n. 2. facit optime pro hac opi. illud quod voluit Calca.

140 in cons. 116. n. 12. vbi dicit † ꝙ malefidei possessor quis nõ constituitur per denunciationem factam domi in scriptis, vel sine scriptura, nisi probetur ad notitiam peruenisse possessori principali, nec est verum, quòd verisimile sit citationem seu denunciationẽ ad eius notitiam peruenisse, quia hoc est facti, & facta non præsumuntur. l. in bello. § factæ. de capti. & postli. re. cum vulgari. Sed ista conclusio seu decisio non videtur esse vera, & contrarium tenent magis communiter Doc. vt patet ex his, quæ late congerit Tiraq. de vtroq. retra ti. 1. § 9. glos. 2. n. 40 & 41.

141 † vbi allegat quam plures tenentes præsumi citationem peruenisse ad notitiã citati, & ita et i specie voluit Ias. i §. sed iste col. 20. post n. 92. ver. & ꝑ ista puto Insti.

de actio. Maran. in rep. l. is potest nu. 294. vbi concor. de acqui. hære. & Guid. Pap. q. 445. & istam partem ego etiam puto veram, quia propter cohabitationem præsumendum est de ipsa citatione habuisse notitiam, & quòd illi de familia citato renunciauerint. l. ad instruendum. de admi. tut. Anch. consi. 170. col. fi. Are. cons. 190. col. 4. Soz. cons. 264. colum. 5. ad fin. non obstat, quòd facta non præsumantur, quia est verum in his, quæ fieri non solent secus est in his, quæ vt plurimum fieri contingunt veluti, quod cohabitator sciat ea quę sunt facta domi. arg. d. l. ad instruendum, vel dic, quòd facta non præsumuntur. s. ab homine, secus a lege quæ præsumit factum quod fieri solet. l. 2. de eden. cum vulga. hāc opinionem ego limitarem, & declararem aliquibus modis. & primo, vt procedat, & sit vera si tamen tempore citationis ipse citatus habitabat in domo,
142 quod in dubio præsumitur † nisi probetur absentia. Secundum Bar. in d. l. is potest de acqui. hære. facit tex. in cap. cum in tua. qui matr. accu. pos. Craue. pulchre in consi. 240. cum similibus allegatis per Tiraq. de leg. connub. l. fi. glo. 8. nu. 30. quod si tempore citationis reperiebatur extra ciuitatem, vel municipium in quo habitabat tunc probata absentia, de ignorantia crederem standum suo iuro, quia talis ignorantia est probabilis & verisimilis secundum Bar. in d. l. is potest. Roman. in consi. 353. col. 2. ver. secundo, quia distantia. Abb. in d. c. cum in tua. Maran. in d. l. is potest. nu. 305. & Grat. lib. 1. respon. 15. col. 2. in fi. nu. 18. absentem ergo in casu isto intelligo eum, qui non est in ciuitate, vel in loco in quo petitur, l. absentem. de ver. sig. & per Maria. Sozi. Senio. 1. in tracta. de citatione. artic. 18 nume. 24. & Corn in consi. 36. col. 3. in fi. vol. 2. vbi allegat Auth. de test. §. pen. l. non tantum §. abesse. de fideicom. liber. & l. 4. §. abesse. de dam. infect. Immo crederem, quod quamuis esset in ciuitate non tamen in domo tempore executionis citationis, nihilominus posset allegare ignorantiam, & eam probare per proprium iuramentum quando domus fuisset clausa, vel intus eū erant tantum pupilli, vel infantes, quos non est verisimile denunciasse citationem ita, vt de illa notitiam habere potuerit, & quāuis forte fuisset sibi dictum in genere fuisse citatum non tamen hoc sufficeret, vt diceretur habuisse notitiam, seu scientiam
143 citationis † cum sit necessarium scire rē cum suis qualitatibus, vt de re aliqua dicatur haberi sciencia. l. de pupil. §. qui nūciat. de ope. nou. nunci. l. aut, qui aliter. §. 1. & ibi Bar. quòd vi aut clam. l. si rem. §. fi. de euict. Are. per hęc iura in consi. 68. col. 2. Feli. in c. quo ad consultationē. col. vlt. de re iud. facit, quod egregie tradit comen. apud Arist. in 1. Phyc. com. 1. vbi, quod nihil est scitum, nisi quando omnes eius causæ propinquæ, & remotæ sunt scitæ, & dixit Abb. in rub. de summa Trin. & fide
144 cath. † quod scire implicite non est ita vera sciētia sicut explicita, sequitur Goz. in cons. 9. nu. 34. & sic esset opus, quòd pupilli denunciassent fuisse citatum coram tali iudice ad instantiam talis, & in illa, vel alia causa, quæ omnia, vel saltem necessaria ad inferendam scientiam citationis, pupillos, vel infantes renunciasse citato non est modo aliquo præsumendum
145 † cum ipsi nihil intelligant. arg. tex. d. c. cum in tua. qui matrim. accus. poss. & glo. in c. præsumitur. de regu. iur. in 6. nec est verisimile, vt illud quod ipsi ignorant ad aliorum notitiam deducere valeant l. omnes. C. de hæret. Calca. consi. 26. col. pen. in fi. qui enim actū explicare debet oportet, vt sit habilis ad illum explicandum, Pau. de Cast. in l. 1. de consti. pecu. Gratn.
146 cons. 152. post nu. 23. in ciuili. † cum ergo non sit verisimile non est præsumendum, quia præsumptiones non sumuntur ex in verisimilib. secundum Bal. in l. fi. col. 2. in vlt. not. C. de hæred. insti. & in l. siue possidetis. ad fin. C. de probat. & c. 1. §. si quæ. de feud. guard. nu. 50. & in consi. 64. colum. 5. volum. 2. & consi. 156. columna fina. volum. 3. & cum supradicta conclusio procedat, quia præsumitur per illos

de

de familia fuisse denunciatum citato qđ non est, nisi leuis præsumptionis vt dicit Bald.in c. quoniam frequenter. §. porro, vt lit.non contesta.facile fit, vt concurrente aliqua verisimilitudine in contrarium
147 a tali præsumptione discedatur,† quia attenditur quod est verisimilius.l. cũ de ætate.de proba.l.si seruus plurium.§.fi.de leg. 1. cum alijs allegatis per Calca. in consil. 23.colum.3.in medio,& ideo de contrario, idest de ignorantia sit standum iura-
148 mento citati.† Et hoc maxime existimarem verum in nobili ac probo viro, ꝓ quo regulariter præsumitur,vt per Rom.in singu.723.& Petr.geran.in singul. 30. Item prædicta intelligerem maxime procedere in prima citatione, ꝙ si de alia citatione,quæ fieri solet in cursu causæ dubitaretur an notitiam habuisset facile suspicari posset etiam per pupillos sibi fuisse denunciatum,& crederem hoc satis sufficere cũ ipse citatus debeat per se inuestigare de qualitate citationis,& de eius conditione & tenore,& ita præsumi debet,quòd facere habeat, cum sua intersit hoc perquirere.argum.leg.primę C.vbi pupil.edu.Ro
149 ma.in consi.353.nume.secundo,† quia quilibet præsumitur esse diligens in facto proprio, capitulo super . de renunci. & quòd circa primam citationem non præsumatur notitia peruenisse ad ipsum citatum voluit Iacob. de Aren. relatus per Guid.Pap qui illum sequi videtur in sua quæstio.445. Secundo limitarem, & declararem supradictam conclusionem,si citatio facta esset in scriptis, cum dimissione cedulæ continentis tenorem citationis tunc præsumerem ad eius notitiam peruenisse,vt videtur sentire glo.in l.licet.C. de repud.sed si sine scriptis,cum talis citatio sit actus qui breui expeditur, & est satis momentaneus, facile præsumi posset
150 ignorantia † ex quo etiam obliuio præsumitur secundum Marſ.in conſ.20.num. 23 cum sequen.qua obliuione existente sequitur ꝙ illi de familia citato nihil dixerint,& ideo in tali casu putarem ignorantiam probari posse per proprium iuramentum,& est notandum licet incidenter, ꝙ in illis casibus in quibus quis ad domum citaretur, tunc citatus non diceretur verus contumax , quia potuit etiam citatio ad eius notitiam non peruenisse, vt per Glo.& Doct. in clem. vnica. de dolo. & contu.sequitur Corn.in consi 97.col.3.in prin.vol.4.& per Maran.in suo Specul.in sexta par.princ.ver.contumacia. in secun-
151 da quæst.† Sed hic quæro,citatio est facta personaliter alicui,is tñ negat se fuisse citatum,& offert iurare, an sit stãdum suo iuramento?Respondeo, ꝙ non,vt notatur in l.properãdũ.§.& siquidẽ.C.de iud.Bar & Alex.in l.a diuo pio.§. in venditione. de re iud. & per omnes in c. cũ parati de appellat.sequitur Grat.lib.1.respo.30. co
152 lu.pe.in fi.† Hoc ego tamẽ intelligo verum, nisi aliàs citatus esset persona valde circumspecta, & fide digna , & iuraret se nunquam citatum, tunc illi potius crederetur,quàm nuncio secundum Abb. in d. c.cum parati,& Iaſ.in d.§.& siquidẽ in 6. not.C.de iud.cũ alijs cõcordantijs allegatis per Viui.de communi opi. in uerbo nuncio.Nono infertur ad notabilem quæstionem super qua ego habui de iure consulere.Vniuersitas artis lanæ,& sericeę habet constitutionem,per quam cauetur, ꝙ nemo possit intromittere pannos lanæ, & serici in dominio Senen.& eius ciuitate sub pœna amissionis pannorum , & alijs pœnis,etiam si quis portare voluerit pro vsu suo,accedit, ꝙ quidam Magister Marcus faber ferrarius de terra Sancti Quirici, qui moram traxerat per octo menses in circa in castro Montichielli , dominij Senẽ. vbi vxorẽ nouiter duxerat intromisit pannos lanæ,& serici pro faciẽdis vestibus ꝓ dicta eius vxore & ꝓ se ipso , quod cũ ad notitiam dictæ vniuersitatis venisset,eos fecit per curiam auferri,& instãte dicto Magistro Marco causa cõmissa fuit Dñis auditoribus Rotæ, quia ipse allegabat ignorantiam dictæ constitutionis , & eam probare offerebat per proprium iuramentum,in contrarium vrgebat vniuersitas , ꝙ nõ posset allegari dicta ignorantia

cum constitutio esset publicata per publicum præconem: quæsitum fuit quid iuris. ego ad planiorem intelligentiam istius cō-
153 trouersiæ prēmittendū duxi † q̄ ad probandum scientiam, vel ignorantiam alicuius, sufficiunt cōiecturæ, & indicia Abb. in c. cum illorum. nu. 15. de senten. excō.
154 † quia ea, quæ in animo consistunt directe probari non pñt sm̄ Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. de itin. actuq; priu. quē refert, & sequitur Aret. in consil. 110. col. 3. vers.
155 circa secundùm. † probatur enim per famam publicam, vt per eundem Areti.
156 in consil. 15. colum. fin. † Item per auditum aliorum, & similia, vt per Abb. in cō-
157 sil. 101. post nu. 8. par. 1. † Et isto casu dicitur probatio euidēs, & legitima, vt post alios late tradit Marsi. in cons. 127. nu. 35. cum seq. & consi. 115. nu. 10. Item dicitur probatio manifesta. Affli. decis. 44. nu. 14. Hoc præmisso dicebam prima facie determinandum contra magistrum Marcum, quòd s. incidisset in pēnam dictē cōstitutionis ex infrascrip. Primo, quia constitutio expræsse prohibet pannos intromitti etiam pro vsu suo, & cū habeamus casum legis seu statuti, hoc determinātis non est vlterius disputandum, l. ille aut illе. §. cum in verbis. de lega. 3. l. ancille. C.
158 de fur. l. illam, C. de collat. † nec potest illius ignorantiam allegare, quia fuit publicata per publicum præconem, & in his quæ publice nota sunt omnibus, vel de quibus est publica vox, & fama, præsumitur scientia Bar. in rep. l. Barbarius colum. fin. in fi. de off. prætor. Gram. decis. 36. nu. 19. vbi late, Ias. in l. huiusmodi. §. si ita nu. 18. de leg. 1. Cur. iun. in consi. 6. nu. 25. & dixit Grā. in allegata decis. 36. qđ hoc non solum procedit. in loco in quo est publicata constitutio; sed etiam in loco vicino non subiecto ipsi constitutioni, & idem voluit Pede. decis. 71. per totā, & ideo si nunc d. Magister Marcus velit allegare ignorantiam non videtur audiendus c. 1. de pēstul. prelat. c. exceptionē, de excepti. nec stabitur eius iuramento, q̄uis alias regulariter ignorantia probetur per iuramētū, vt late p Fel. in c. 2. col. 7. n. 21. de cōst. & est ratio, quia fama publica est in contrarium, vt ibi expresse Fel. inquit nu. 24. limitādo dictam reg. & idē quoq; voluit Marsil. in consi. 107. nu. 21. stante ergo sine veri præiudicio q̄ dictus Magister Marcus sciuerit dictā cōstitutionē, nō est dubitandū, q̄ inciderit in illius pē-
159 nā, q̄a forenses in his q̄ sapiunt delictū; ita obligātur & ligātur statutis, sicut & ciues, vt p Bar. & alios in l. cūctos populos. C. de Sūma Trini. & fid. cato. & p Cor. in consi. 199. p tot. vol. 1. & idē Bar. in l. 1. vbi senat. vel claris. & sciētia p̄sumitur in factis illicitis, vt p Ias. in l. si res obligata, nu. 41. de leg. 1. Secūdo dicebā p̄ eū videri facere, q̄a videbatur versatus in dolo, faciendo fieri vestes de panno laneo & sericeo extra dictū castrū Montichielli in domo sui soceri, vbi p curiam fuerunt inuētæ quasi vero suspicaret se posse accusari
160 habens notitiam dictæ cōstitutionis, † nam ex modo agendi præsumitur dolus l. 1. de except. dol. & affli. decis. 69. post num. 6. vbi inquit, quòd testamentum factum ī occulto ad importunitatē alterius præsumitur per dolum importunantis
161 conditū, & † clandestinitas in actu facit præsumi fraudem secundum Barto. in d. l. Barbarius, col. 1. in fi. de off. præt. Corn. consil. 245. columna 5. in fin. volum. 3. &
162 Crauet. in consi. 25. num. 11. & 12. † Sic & collatio clandestina prēsumitur facta in fraudem Abb. in cap. cum olim nume. 17. de caus. poss. & propriet. Sozin. in consil. 13. numero 9. volum. 1. cum multis simili. adductis per plotum de in lit.
163 iur. §. 4. numero 8. cum seq. & † instrumentum clanculum factum præsumitur factum in fraudem l. fin. de ritu
164 nupt. Calcan. consil. 36. post. num. 9. † & matrimonium contractum in gradu prohibito in occulto præsumitur scienter contractum, secus, si publice & palam, vt per Bart. in l. si adulterium num. 10. ad leg. iul. de adul. facit qđ voluit Paul. de Cast. in consi. 45. col. fi. in princ. vol. 1. vbi quod præsumitur cōtra matrimonia clandestina,

destina,& adeo præsumitur cõtra eos qui clandestine aliquid agũt, vt ipsis non par
165 caturſẽt ſi ſint minores,mulieres,milites vel rustici, & etiam ſi tractent de damno vitando d.l.fin.de ritu.nup. & l.1.C.de in
166 terdict.matr.Rom.consi.46. † scriptum est enim, quòd qui male agit odit lucem c.consuluit de off. deleg. & c.anastasius 19.distinct. l. ita fides de iure fisc. Tertio dicebam contra eundem magistrum Marcum facere communem cõclusionem approbatã per glo.& doct.in c.innotuit sup ver.ignorantiam,de elect.in c.ad falsariorũ in ver.dixerim de cri.falſ.& p Inno.in c.veniens,.in ver. innotuit de filijs præsb. & Corn. in consil. 109. col.penult.vol.2.
167 † vbi concludunt quem præsumi scire illud, qđ tenetur inquirere & si ignorantiam alleget, ac probet nihil ꝓdesse,nisi etiam probet se diligentiam adhibuisse, vt sciret apud quos certificari potuisset, arg.l.pen. de iuris & facti,ign.c.pe.de regul.iur.& cap.fin.37.distin.& per calcan. pulchre.in cons.75.col.pen.cũ ergo Magister Marcus teneretur hoc inquirere pro ꝓpter ſuũ intereſſe,ar.l.leges ſacratiſsim.ę C.de legi.præsumitur sciuisse & cõsequẽter fecit contra dictam constitutionem, quia paria sunt scire, vel scire debere l. quod te.si cert.pet.l.penult.§.cum ita vbi Bar.de aur. & argen. lega.quinimo dato, quod ignorasset dictam constitutionem, talis tamen ignorantia non videbatur eum excusare, cum similes constitutiones sint in locis conuicinis, vt in ciuitate Flo
168 rentiæ,Bononiæ, & Peruisij, † & certum est in tali casu, etiam forenses ligari dictis constitutionibus,qui aliquam moram contraxerint in loco illarum,nec de eis licere allegare ignorantiam per tex.in l.fi.§.licet, de publi. Speculat. in titu.de const.versic.pone ergo,nume. 8. in tertia parte. Roman. consil. 49. in princip. Alexan.in consil.86.colu. 3.num. 6. volu. Bertachi. in suo tracta. de Gabell. par. 7.colum. 2. versic. quinto quæro, Bald. in capit. 1. colum. fin. titu. quæ sunt regal. & Affli.ibi num.137.& idem Bal.in d.l.leges sacratiſsimæ in fi. Quarto vrgebat contra eundem Magistrum Marcum,
169 † quia cum haberet domiciliũ in d.Castro animo non relinquendi illud propter vxorem ibi acceptam & apothecam,quã exercebat,dicebatur, de populo, vel de commitatu, ciuitatis Senen. vt per Feli. in c. quoniam de off. ordi. per Corn. in consi.209.volu.1.Natt.consi.620. nu.18. ergo constitutio dictæ vniuersitatis illum
170 compræhendebat, † quia banna constitutiones & statuta ciuitatis afficiunt omnes existentes in comitatu,vt per Fed. de Sen. in consi.16.Bar.in l.1.§.1. n.8.de off.præfe.vrbi,facit text. in l. cui ex vico, ad munici.& in l.ciuibus C. de municip. & origi.lib.10.& Bal. in l.2.de verbor.si-
171 gnific.† vltimo dicebam, quod ex quo ipse moram traxerat in dicto Castro Mõtichielli per octo menses in circa videbatur, quod propter tantam moram habuisset notitiam dictæ constitutionis secundum Rom.in d.consi. 491.a cõtrario sensu,& p Dec.in sermone, q̃ habet post consi.185.col.2.ver.nec obstat, quòd hoc fecerit ignoranter, nã videmus in simili,
172 † quod si ordinarius steterit per sex mẽses in non prouidendo de beneficio vacato propter eius negligentiam collatio ꝑtinet ad Papam, ex quo propter tantum tẽporis spacium præsumitur habuisse notitiam vacationis,c.vnico § porro, vt ecclesiast.benef ergo multo facillius erat ꝑsumendum Magistrum Marcum habuisse notitiam dictæ constitutionis propter lòngiorem temporis metam. & consequẽter, in illius pœnam videbatur incidisse. His tamen minime refragantibus dixi contrariam santentiam in proposito casu esse de iure veriorem, quòd imo scilicet dictus Magister Marcus non incidisset in pœnam prædictæ constitutionis. Mouebar primo & principaliter,
173 quia iste Magister Marcus tamquam forensis & nouus habitator non pręsumebatur habuisse notitiam, seu scientiam dictę constitutionis; ita Barto. & ibi ad eundem additio in l. cũctos populos post nu.21.

nu.21.C.de summa trinit.& fi.catho.Roman.in d.cons.491.ergo debebat propter ignorantiam excusari,secundum Fely. in cap.2.num.5. de constitu. & Affli. decis. 290.num.4. quod vero non habuisset de ea notitiam patere dicebam ex infrascriptis coniecturis,ex his, quæ in facto præsupponebantur resultantibus, prima coniectura erat, quia dicta constitutio fuerat publicata ante controuersiam istam per
174 sex annos & vltra, † quo tempore iste Magister Marcus erat absens a territorio Senen. ergo præsumebatur illius publicationem ignorasse;ita Affli. in præallegata decis.290.nume. 3. ergo non inciderat in
175 eius pœnam,quia† statuta nõ ligant ignorantes,vt habetur in c.fi.qui matrim. accusa.poss.per Innoc.in c.humilis, de maiori
176 & obe.† & ignorantia statuti alterius ciuitatis non nocet Mars. in consi.56.nu.6. secunda erat coniectura, quia ista constitutio non reperiebatur inserta in volumine statutorum communium totius ciuitatis,vt fieri debebat, secundum Doct. in l.
177 omnes populi,de iust.& iu.† ergo illius pręsumebatur iusta ignorantia Aretin. in cons.154.col.2.habetur in cap.1.de const. in 6.& per Bald.in l.leges.C. de legi. nec dici poterat hanc cõiecturam videri inanem eo,quia vt inquit Cor. in consi.114. col.pen.in fin.vol 4.non est de essentia statuti, quòd scribatur in volumine aliorum statutorum,vt dicit patere per extrauagantes, quia dicebamus procedere quantum ad eius validitatem & obseruantiam,sed quod propter dictam causam non liceat ignorantiam eius allegare Corne. non dicit. Tertia erat coniectura, quia iste Magister Marcus venit ad habitandum in dicto Castro per octo menses in circa quando fuerunt vestes sibi ablatę ad instantiam vniuersitatis,ergo tamquam forensis & nouus habitator pręsumebatur habuisse ignorantiam dictæ constitutionis, vt per Maran.in repeti.l.is potest post numero 304. de acquiren. hęredita. nam communis omnium doctorum sententia est a qua nemo dissentit in dicta l.cunctos populos, quòd si forensis non contraxit tantam moram in loco propter quam præsumi debeat sciuisse constitutiones loci, illis non tenetur,neque ligatur, imo a pœna excusatur,vt per Corne.in consil.199. columna prima in fine volum. 1.sed iste Magister Marcus erat huiusmodi, quia non contraxerat tantam moram, vt pręsumeretur scire d.constitutionem,ergo debebat absolui & liberari Gram. consilio crimin. 25. Ripa in tractat. de peste sub rubr.de remedijs ad conseruandam vbertatem, nume.120. sed difficultas erat in determinando quanta esse deberet ista mora,vt præsumeretur scientia;vel igno-
178 rantia,† ego dicebam, quod ista mora debebat esse temporis vnius anni,siue per annum, vt præsumeretur scientia,alias infra annum debere præsumi ignorãtia, ita Ias.in specie in consilio 83.colum.1.& 2. volu. 1. vbi dicit, quòd mora vnius anni sufficit ad faciendum pręsumi scientiam sequitur Crauet.in cõs.271.intra annũ n. pręsumeretur ignorãtia, vt dictũ est,quia
179 in tali casu dicitur nouus habitator & propterea tãquã talis debet pręsumi esse ignorans statutorũ sicut Bald. affirmat de ciue nouello in l.data opera nu.25.C.qui accusar.non pos.& Ias.in repe. d.l. cũctos populos nu.70.C.de summ.tri.& fi.cat.& ꝙ intra annum,quis dicatur nouus habitator & forensis vel ciuis ꝓbatur per tex. in l.fi.§.quoties & ibi Bar.de publ.& in l. vetus de triti.vin.& ole.leg. in c. de gradibus 35.q.8. Ale. in cons.54.nu.2.vol.4.
180 † sic & in religione, quis dr̃ nouitius infra annum & post annum cẽsetur ꝓfessus c.ex parte & ibi Abb.de regula.c. consaldus 17.q.2.& c.ad apostolicam de reg.& nouum chrisma infra annũ reputatur gl. in c.generali de electi.in 6.& cap. literis. §.secundum de consecra. distinction. 3.
181 † & nouella vxor dicitur infra annum a die consumati matrimonij 35. qustion.
182 7. capit.1.& glo.in d.cap.generali,† & nouitius seruus infra annum dicitur l.fin. de ędili.edi.Alcia.de verbo.significa. lib.
183 4.ad fin. & feudum nouũ, seu feudatarius

tarius dicitur infra annũ,& idem, quòd tenetur petere inuestituram c.1.§.praeterea,de prohib.ali.feu.per Feder. Gozad. consi. 65. & noua tutela dicitur per annum,post annum secus.§.item,qui reipu.
184 de excus.tuto.& †vinum nouum dr̃ per annum,post annum vero dr̃ vetus. l.cum quid vbi Doc.no.si cer.pet.& noualis terra,quae per annum cessat l. silua. de verb.
185 sig. †& generaliter dicitur nouum, qđ intra annum est,vel fit, post annum vero non item. Abb.in c.fi.de priuil.cum sim. concludebatur ergo, ꝙ cum dictus Magister Marcus non stetisset in d. Castro Monticelli per annum dicebatur nouus forensis, vel habitator & ex consequenti praesumebatur fuisse ignorans dictae constitutionis,vt voluit Ias.in d.consi. 83. & Crot.in repe.c.vt animarum in tertio no. de const. in 6. vbi in terminis nostris dicit, ꝙ defendit quendam scholasticum tamquam ciuem nouellum, qui contra statuta Bononiae,ex alieno territorio pannum pro uestibus faciendis attulerat, & ista est vna de multis causis minuẽdi,imo potius penitus remittendi poenam, de quibus per Tiraq.de poenis temper. aut remitten.cau.10.Quarta oriebatur coniectura,quia in facto praesupponebatur, ꝙ dicti panni die sequenti qua fuerant intromissi per D. Magistrum Marcum fuerunt positi ad fenestram domus ipsius & iuxta portam dicti Castri;ita vt ab omnibus fuissent visi,quae res manifestam coniecturam praestabat, vt praesumere deberemus fuisse ignarum dictae constitutionis,quia si illam sciuisset non ita publice
186 & palam illos exposuisset, † quia qui vult delinquere facit delictum in abscõ-
187 dito Mars.in consi.77.post nu.6. † cum ergo palam exposuisset videbatur fuisse in bona fide Crau.consi 6.nu.118.& cõs. 205.nu.5.& ignarus oĩno dictae constitutionis, quia ignorantia praesumitur in faciente actum iure prohibitum publice & palam l.si.vbi Barto.no.de rit. nupt. & Bello.cõs.74.post nu.13.& similiter praesumitur abesse fraus & dolus l.non intelligitur.§.si quis palã de his quibus, vt ind. Rom.consi.478.videmus in tutore, qui si publice & palam sibi appropriet res pupilli dr̃ in bona fide nec ꝓpea suspectus redditur,vt tradit Corn.in consi.198. co
188 lum.pen.in litera D.vol.1.† & quando quis contrauenit iuri positiuo vt erat illud dictae constitutionis, si actus palam fiat,non incurritur poena,secundũ Crau. in cons.279.col.2.in fi. Quinta coniectura erat,quia ipse vidit, quòd in locis vicinioribus importabantur & intromittebantur,videlicet in terra Sarteani Clanciani Cetonae,Clusij & aliorum locorum de territorio Senen. vnde facile potuit credere, quòd sibi liceret etiam illos intromittere in castro Montichielli Corn. consi.211.col.fi.vol.2.Nat.in consi. 486.
189 col.1.in fi.Crau.cons.6.nu. 89. quia facięti actum quem alij passim faciunt dolus aut culpa imputari non debet vt itidem dicit nu.78. facit quod scribit Corne.in consi.231.col. 2.vol. 2. vbi quod dimittenti tabulas in locis in quibus alij di
190 mittunt nihil imputatur,† & cum ageretur de interpretando actum dicti Magistri Marci consuetudo vicinorũ erat inspicienda,vt per Pau. de Cast.in consi. 372.vol.1.& Crau.consi.228.num.3.vbi concor.& consi. 206.nu.14.ista autem cõsuetudo erat notoria & fuit allegata,iuxta no.per Doc. in l. de quibus. de legi. & de ea capta informatio iuxta tradita per Bar.in l.lege Iul. de testam. ideo merito debuit dictum Magistrum Marcum excusare Roma.in singu.19. & Gram.deci.
191 50.cum simili.†Dicebam etiam, quòd vniuersitas ex alio debebat succumbere, quia debuit articulare & probare Magistrum Marcum sciuisse hoc fuisse prohibitum Rom.in consi.473.& Craue. in d. consi.6.post nu.73.Gozad.consi 103. nu. 2.Adijciebam quoque eidem Magistro Marco subueniendum ex clausula generali,si qua mihi iusta cã videbitur,vt per Ias.in l.quandiu.in fi.C.qui admit. Aret. cons.11.col.pe.ver.sed tamen Cor.consi. 195.col.fina.volum.3. Marsi.in consi.99.

nu.23.

nu. 23. cum mille simi. adductis per Tiraq. de vtroque retract. tit. 1. §. 35. glo. 4.
192 nu. 35. † & dixit Marsil. in l fi. nu. 129. de iurisdict omn. iudic in proposito nostro quòd intromittens pannos exteros contra formam statuti, potest solum compelli ad illos extrahendos ne fortasse in occulto vendere posset in præiudicium artis lanæ, id quod certe in casu isto minime fieri debuit, ex quo de dictis pannis fuerant iam vestes factæ & consutæ & ex ista decisione patebat D. Magistrũ Marcum nullatenus incurrisse pœnam dictæ constitutionis; vltimo dicebatur, quod concurrentibus tot coniecturis & præsumptionibus inferentibus ad ignorantiam eiusdem constitutionis, debebat sibi deferri iuramentum ad probandum suam ignorantiam, & illi standum esse per multas auctoritates cumulatas per Io. Nico. Arela. in addi. ad Alci. in tracta. præsum. regu. 3. præsump. 16. in prima & secunda additione & Crau. in cons. 8. nu. 12. Nec refragabantur in contrarium allegata,
193 † & primo, quòd non licebat allegare ignorantiam eius, de quo erat publica vox & fama, quia dicebamus esse verum in præsentibus in loco non autem in absentibus & in partibus valde remotis permanentibus, vt c. fi. qui matrimo. accusa. poss. Præterea dicebamus aduertendum fore, quia scilicet non valeret consequentia, erat publicum & notorium tempore banni, ergo & tunc, vt in simili dicit Corne. in consi. 278. col. 3. ver. ideo fine expressione, vol. 4. vbi vult, quod sicut notorium in vno loco, non dicitur notorium in alio, ita notoriom vno tempore nõ dicitur notorium in alio tempore valde distanti, quia licet fuerit notorium tunc, nõ sequitur, ergo est hodie & de tempore ad locum est bona argumentatio, l. miles, ita §. & quia diximus de milit. testam. &
194 l. vinum, si cer. pet. † est enim bannum, seu proclama quiddam variabile, & non semper de illo rumor circumfertur per ea, quæ dicit Corn. consi. 232. col. 1. in fi. vol. 2. vbi quod raro, vel nunquam solent homines de re vna loqui, & sic satis ex prædictis videbatur illius ignorantia iustè posse allegari Are. in consi. 122. col. 2.
195 præsertim, quòd dici solet vocem † præconis paucis innotescere auth. qui semel, cum ibi no. C. quomo. & quando iud. & hinc dixit Guido Papæ q. 46. post nu. 2. per talem proclamationem non interrũpi præscriptionem, quia scilicet vox præconis paucis innotescit, licet secus dicendum videretur in edictis, vt per Corn. in consi. 109. col. pen. in fi. vol. 2. nec obstabat quòd in his quæ sapiunt delictum, forenses ligantur sicut ciues & comitatiui, quia illud est verum in his quæ delictum reputantur de iure communi, vel ex consuetudine omnium, vel multarum ciuitatum & ita procedit, quòd no. per Bart. & Docto. in d. l. cunctos populos. C. de summa Trini. & fide Cath. non obstabat etiã, quòd ex modo agendi videbatur hoc cõtigisse ex in commoditate domus dicti Magistri Marci propter fumum & puluerem fucinæ, seu apothecæ ex quibus panni poterant pati maximum detrimentũ, & ista præsumptio elidebatur per aliam, quando scilicet exposuit pannos ad fene-
196 stram: † certum est autem vnam præsumptionem aliam elidere l. diuus de in integr. resti. cum vulga. Ad tertiam rationẽ dicebamus procedere in his, quæ sunt de genere malorum, vt in deferendo arma, quorum delatio a iure communi detestatur & punitur deferens prout habetur. C. vt armo. vsu. in rub. & in lib. 11. & in authen. de armi. & per glo. in rubr. C. de fabricen. lib. 11. & Bart. in l. 1. ad lege. iu. de vi pub. quia ab omnibus sciri debent. secus in his, quæ de iure communi saltẽ licita reputantur, vt est emere vbilibet, nec obstabat, quod in ciuitate Floren. Perusi. & Bononię similes constitutiones haberentur, quia stante alia præsumptione in contrarium, quæ resultabat ex intromissione pannorum in supra memoratis locis de ipso territorio Senen dicta præsumptio videbatur elisa, & per consuetudinem contrariam Magistrũm Marcum

exu-

excusari.ad quartum & vltimum diceba mus procedere in eo, qui tantam moram contraxisset, ex qua verisimiliter ad scientiam d.constitutionis inferri posset.quod fieri diximus per annum & non minori spacio per Ias.in d.c.83.& Crot. in d. c. vt animarum,& illud exemplum de ordinario nihil obstare,quia in eo maior diligentia requiritur in sciẽdo beneficia vacantia propter maximum animarum pe-
197 riculum:& ideo † in Episcopo talis negligentia reputatur peccatum mortale secundum Abb.in c.illa nu.3.de accusa. & dicitur esse in culpa c.quamuis, & ibidẽ Abb. & consequenter in delicto, vt per eundem in cap.ea quæ nu. 1. de offic. archid. & secundum hanc partem fuit iudicatum.

198 †Decimo infertur,ecce statutum mãdat officiali,vt inquirat de delictis commissis,tempore sui officij alias puniatur in libris centum denariorum, certe tale statutum intelligitur dummodo officialis sciuerit delictum,quia si occultum fuerit non currit illi tempus, intra quod tenebatur inquirere l. semper §. sed si is locus,quod vi aut clam. l. annus de calumnia. quòd est verum si delictum erat huius qualitatis,quòd facta diligenti inquisitione de eo non potuisset haberi notitia,alias secus.quia tenetur inquirere, vt per Pau.de Cast.in consil.17.col.2.nu.5. vol. 1. vbi quòd si delictum poterat sciri per ipsius officialis diligentiam, non excusatur allegando ignorantiam, ex quo non esset iusta, de quo latius per eundem in consi.341.col.2.in prin.eod.vol.quando ergo habuisset iustam causam ignorãdi,de sua ignorantia standum esset proprio ipsius officialis iuramento per supradicta.

SVMMARIVM.

1 *Scientia probatur per iuramentum.*
2 *Iuramentum probationis scientiæ, non refertur.*
3 *Contrariorum contraria est disciplina.*
4 *Scientia probatur ex eo,quod aliquid est notum in loco.*
5 *Scientia probatur per famam publicam amplia,vt nu.6.*
7 *Mala fides præsemitur in eo,qui scit famam publicam esse,quod rem quam poscit sit aliena limit.vt nu.seq.*
9 *Scientia probatur per actum nullum.*
10 *Scientia probatur probato,quòd pertineat ad illius officium limitatur,vt nu.seq.*
12 *Obliuio præsumitur propter longum temporis interuallum.*
13 *Testes possunt variare propter diuturnitatem temporis*
14 *Obliuio præsumitur propter multitudinem negotiorum.*
15 *Scientia probatur per auditum alienum.*
16 *Scientia probatur ex eo,quòd factum est alias illicitum.*
17 *Scientia totius probatur per scientiam partis.*
18 *Scientia probatur ex coniunctione personarum.*
19 *Quietatio generalis extenditur ad bona alienata inter coniunctos, quia de illis præsumitur habita scientia.*
20 *Scientia probatur ex eo, quia vicinus, & num.21.*
22 *Scientia probatur per conuersationem.*
23 *Scientia probatur per cohabitationem.*
24 *Filius præsumitur habere scientiam paterni testamenti si eo tempore cohabitabat.*
25 *Scientia probatur ex interuallo temporis.*
26 *Scientia probatur ex vehementi opinatione.*
27 *Scientia probatur ex magna amicitia.*
28 *Scientia probatur ex eo, quòd rem penes me beam.*
29 *Scientia probatur per edictum publicum.*
30 *Scientia probatur ex solitis,& consuetis.*
31 *Scientia qualiter esse debeat, vt quis scire dicatur.*

PRIVILEGIVM V.

1 QVintum priuilegium est, † quia quemadmodũ ignorantia probatur per iuramentum, sicut vidimus in præcedentibus,ita & scientia,vt per Abb. in c.pastoralis, nu. 8. de excep.Marsi in rub.de fideiussori. nu.42.

vbi

2 vbi concordan.& est notandum, † quòd cum huiusmodi iuramentum respiciat conscientiam ipsius iurantis an scilicet sciuerit, vel ignorauerit referri non potest.l.fi.in prin.C.de fideicō.quia ea, quæ in animo alterius consistunt, per aliũm explicari non possunt, vt dixi in præcedẽti priuilegio,nu.41. Hoc priuilegium limitari debet,vt non procedat,quando in contrarium militarent præsumptiones ignorantiæ, per ea, quæ dicta sunt in eodem præcedenti pri.in prima limitat.nu. 30.quia sicut ignorantia non potest probari per iuramentum, quando militant præsumptiones scientiæ,vt ibi dictũ fuit, ita ex contrario non poterit probari sciẽtia,quando sunt in contrarium præsum-
3 ptiones ignorantiæ, † quoniam contrariorũ contraria est disciplina,vt no.in rubri.de acq.pos.vbi Sozi.l.si ex toto de lega.1.l.& si contra,de vulg.& pup.substi. Cor.consi.234.col.pen.in fi.vol.2.& cōs. 304.col.10.vol.3.& Nat.in cons.583.ad fi.vbi plura,& per hanc regulam dico, ꝙ omnes ampliationes & limitationes datæ in præcedenti priuil. per rationem cōtrariam possunt & huic conuenire, quia, vt inquit Philoso.in 6.Topi.qui diffinit scientiam quodammodo & ignorantiam diffinit, ideo ad illas erit recurrendum, ne canamus eandem cantilenam, & quãuis scientia,sicut dictum est,probetur ꝓprio iuramento,tamen alijs etiam modis probari potest,veluti per indicia & coniecturas,vt per Abba. in c. cum illorum. nu.15.de sen.excom.consi.81.nu. 12.par. 1.consi.19.col.1.consil.46. in fi.& consil. 54.in prin.& in fi.par.2.Bar.in l.qui Romæ.§.duo fratres in 3.q.de verb.ob. Bal. in consi.393.nu.1.vol.1.& Parisi. consil. 12.nu.19.vol.2. ideo autem dixi per indicia & coniecturas, quia scientia directæ probari non pōtest,sicut nec ignorantia secundum Bar.in l.1.§.hoc interdicto de itin.actuque priua. & sequitur Are.in consi.110.col.3. versic. circa secundum. ego hic aliquas subijciam,quia in forensibus controuersijs sunt maxime vtiles.

4 Primo igitur scientia probatur, cum statim probatum est aliquid esse notum in loco l.si tutor petitus,vbi glo. Bart. & alij. C.de pericu.tut.glo.in l. quinquaginta,de excus.tut.Bar.in l.1. per illum text. de recep.arb.& plenius per eundem in l. is potest de acqui.hæred.per doct. in clemen.1.in fi.de concess.præben. Sozin. in consi.31.nu.36.& 37.vol.2.Gozad.cons. 73.nu.24.& Grat.lib.1.respon.9.nu. 11. & respon.49.nu. 8. & ideo dicitur,quòd probatur scientia recipientis bannitum statim,quòd probatur notum fuisse in loco,quia fuit publice bannitus per præconem communis, vel quòd publice dicitur,vt per Bar.in l.omnes.C.de agric. & cens.lib.11.& similiter probatur mala fides emptoris probato, quòd in loco esset fama publica rem alterius fuisse, quam vendentis, vt per Corne. in consil. 269. col.3.in princip.vol. 1. vt statim quoque dico.

5 †Secundo igitur probatur scientia per famam publicam,secundum Rom.in cōsilio 127.in fi.Aret.in cons.15.col.fi.vers. super quarto & vltimo Capici. decis. 67. nu.18.Sozi.consi.49.& consi.75. col. fin. vol.1.Gozad consi.8.nu.31.Bar.in l.Barba.col.fi.in fi.de off.prȩto.Gra.lib.2.resp. 65.nu.32. Ias. in l. huiusmodi §.si ita nu. 18.de leg.1.Cur.iun.consi.6.num. 25.&
6 Gram.decis.36.nu.19.† & procedit non solum in loco, vbi est fama publica, sed etiam in locis circumuicinis, in quibus præsumitur scientia,vt scribit Grama. in d.dec.36.proxime allega. & Pedem. de-
7 cis.71.† & ex hoc infertur ad illud idem, quod supra statim dicebam, emptorem scilicet præsumi in mala fide, quando est fama publica in loco, rem alterius esse, quam vendentis, quia præscribens præsumitur etiam scire,ex quo alij sciunt, vt ꝑ Cardin.in consi.28.incipien. Primo rationes Ang.in l.eum qui.§.fi.de pub.Bar. in l.Celsus,de vsuca.Roma.in cons. 424. Sozi.in consi.22.col.fi.in fi.nu.18.volu.1. & Gozad.in consi.1.nu.33.& istud procedit etiam si fama non haberet originẽ

a fi-

a fide dignis & honeftis perfonis, prout
alias habere debet l. miles §. mulier de
adult. Anch. confi. 254. col. 2. cum fimili.
ita tradit notabiliter Cor. in confi. 62. co
8 lum. 10. volu. 1, ver. & quo ad hoc.† Li-
mi. tamen dictam conclufionem non ha-
bere locum neq; procedere, quando quis
emiffet ab eo, qui longo tempore poffe-
dit & titulum habuit, quamuis publica
fama effet rem alterius efse, veluti Eccle
fiæ, vt per Affl. dec. 178. in octauo dubio.
9 Tertio probatur per actum nullum, vt
per eundem Affl. decif. 2 nu. 7.
10 † Quarto probatur probando, quòd fa
ctum ad illum pertineat de cuius fciētia
tractatur, & fic quòd fit eius factum, quia
in facto proprio præfumitur fcientia ca.
ab excommunicato, de refcript. Ab. in c.
litteræ tuæ num. 13. de dilatio. & in c. cū
caufam num. 7. de iuramento calu. Aret.
in confil. 15. in fin. fupra allegatur Dec.
confil. 436. & ideo præfumitur fcientia
de eo, quod ad officiū meū pertinet, licet
factū non fit publicū, vt per Aret. in conf.
29. col. 5. in medio facit tex in c. innotuit
de elect. c. pen. de reg. iur. & gl. in c. præfu
mitur, eo. ti. in 6. & ideo dicitur, q quis
præfumitur fcire vires fui patrimonij, l.
quifquis. C. de refci. ven. Are. in conf. 47.
in prin. & Calca. conf. 25. nu. 11 quod vti
que procedit, vt ibidē dicit, nifi talis ī cō-
trahendo læfus fuerit vltra dimidiā, quia
ex tali læfione præfumitur ignorantia, itē
non procedit in actibus morientium, iux
ta tex. in §. in fraudem ver. præualuiſse, in
ftitu. quibus ex cauf. manu. nō li. quia mor
tis cogitatione turbati præfumuntur vi-
res proprij patrimonij penitus ignorare
arg. tex. in l. hac confultifsima. §. at cum
humana fragilitas & declarat iftud aliis
modis, de quibus in dictis locis habetur.
Illud interea non eft prætereūdum, quòd
quatenus diximus ī facto ꝓprio præfumi
11 fcientiā, † limitatur nō procedere, quan-
dò factū ꝓpriū efset de lōginquò & non
magnæ impotentiæ, q̄a præfumeret igno
12 rāria Gra. decif. 103. n. 34. ꝓpter. n. † ma-
gnā tēporis intercapedinē obliuio præfu
mit, veluti fpacio decē annorū, iuxta gl.
in l. 1. C. de feru fugit. & glo. in §. diutina
infti. de vfucap. quinimo etiam breuiori
fpaciò præfumitur obliuio, vt alibi difse
13 remus, † & ideo dixit Gramat. decif. 60.
nu. 9. q teftes poffunt quodammodo va-
riare ex tractu temporis, nec ex huiufmo
di variatione fi modo minima fit eorū di
14 ctū debet reprobari, † fecundo limitatur
non procedere in multitudine negocio-
rū, quia in his præfumitur obliuio, & fic
fcientia excluditur. vt per Abb. in confil.
41. col. 2. ver. & ad contraria par. 2. & idē
in facto intricato, vt præfumatur obliuio
fcribit Capr. in confi. 31. in fi.
15 Quinto † probatur fcientia per auditū
aliorum, vt per Abb. in conf. 101. poft nu
me. 8. in 1. par.
16 † Sexto probatur ex eo, quòd factum
eft alias illicitū, quia in illicitis præfumi
tur fcientia & nō ignoranta fecundū Iaf.
in l. fi res obligata nu. 41. de leg. 1.
17 † Septimo quando probaretur, quòd
quis habuiffet notitiam de aliqua parte
ipfius rei, nā præfumeretur habuiffe fciē-
tiam totius arg. l. non eft ferendus de trāf.
& tradit Sozi. in tracta. fallē. reg. 176. n.
7. Paul. Caft. in cōf. 1. ad fi. vol. 1. & ideo
qui habet notitiam de vno relicto parti-
culari facto in teftamento, cenfetur ha-
buiffe notitiam de omnibus in eo contē-
tis. Corn. in confi. 301. col. pe. ad fi. vol. 1.
& confi. 121. col. 2. in fi. cum feq. vol. 2. &
confi. 283. col. 2. vol. 4.
18 † Octauo probatur ex eo, q quis fit cō
iunctus, vel confanguineus, l. octaui, vnde
cogna. l. de tutela, de in integ. reft. & not.
omnes in l. 1. fi cert. peta. & ideo dixit Bo
logni. in confi. 13. colum. 2. verfi. nec dica
19 tur, quod † quietatio generalis extenditur
etiam ad bona alienata, quia propter con
iunctionem, de illis præfumitur habita
notitia & fcientia, limitatur tamen, quan
do factum eft momentaneum, vt eft face
re teftamentum, vel cōtractum, vel aliud
fimile fecundum Bald. in l. quoniam foro
rē. C. de iure delib. tradit Nat. confi. 635.
nu. 10. & feq. fecundo limi. nō ꝓcedere in
con-

coniuncto absente, quia propter absentiam præsumitur ignorantia, vt dixi in præcedenti priu.

Tertio limi. vt præsumatur scire consanguinitatem, & ea quæ concernunt iura sanguinis, & processum naturæ, tamen alia quæ consistunt in facto consanguinei non præsumitur consanguineus scire, sed militat regula, quæ dictat, quòd præsumitur ignorantia facti alieni l. fina. pro suo l. verius, de pro. ita expresse limitando scribit, & determinat Cor. in cons. 147. col. 3. versic. licet enim in litera M. vol. 2.

20 Nono probatur ex eo, † quòd quis fuerit, vel sit vicinus, quia præsumitur scire factum sui vicini cap. quanto de præsump. vbi no. & per omnes in l. 1. si cer. pe. Dec. in consi. 583. col. 1. Grat. lib. 1. respon. 9. post nu. 61. & respon. 49. col. 2. in fi. num. 11. Gozad. consi. 73. num. 24. & Corn. in consi. 341. col. 4. vol. 1. & consi. 85. col. 5.

21 vol. 3. † Hoc tamen limitatur & restringitur si factum sit successiuum, non autẽ momentaneum, vt supra proxime diceba mus; secundo limi. quando actus fit publice & palam, non autem clam & in occulto secundum doct. in d. l. 1. si cer. peta. & per Alex. in consi. 71. col. pen. & fi. vol. 1. & quamuis aliquando illud dicatur palàm factum, quod est factum in camera, secundum Abb. in consi. 2. nu. 3. par. 1. & consi. 81. nu. 3. eadem parte, tamen in casu isto ratione subiectæ materiæ palam dicitur fieri, quod fit præsentibus consanguineis, vt coram iudice vel coram pluribus personis, extra domum, & in uicinia, vt per Bar. in l. frater a fratre, colum. antepenu. de cond. indebi. Bal. in c. sicut col. fin. de re iud. vbi agitur de actu facto decreto iudicis, sequitur Alex. in consi. 79. col. 6. vol. 1. Doct. in l. singularia vbi late Dec. col. 4. si cert. pet. & est notãdum, quòd vicini vario modo considerantur secundum qualitatem negotiorum, rerum, vel personarum, aliquando vicini dicuntur, qui inuicem se exaudiũt, item quorum prædia, seu domus sunt proximæ, interdum, quando via, seu flumen est in medio, interdum quando domus sunt in conspectu, siue sint proximæ siue non, interdum, quòd sunt in eadem contrata, ita varijs modis considerat vicinitatem Signor. in consi. 32. de quo etiam late per Tiraq. de vtroque retrac. tit. 1. §. 1. glo. 9. nu. 21.

22 Decimo † probatur scientia per conuersationem in loco, vel cum persona Bal. in consi. 295. col. 1. vol. 1. Corne. consi. 340. col. pe. vol. 1. & ideo dicitur, quòd si quis diu conuersatus fuerit in loco puta per annũ, censetur habere notitiam & scientiam statutorum loci, vt per Ias. in consil. 83. nu. 2. vol. 1. Roman. consi. 228. col. 3. nu. 6. & consi. 251. & dixi supra in præcedenti priuil. in penul. illatione.

23 Vndecimo † probatur per cohabitationem l. ad instruendum, de admi. tut. Bald. in consi. 255. col. 1. vol. 3. Anch. cõs. 170.

24 † & ideo dixit Gozad. consi 98. col. fina. ver. sexto quoties, quòd si filij habitabant in domo, quãdo eorum pater fecit testm̃ præsumuntur habuisse scientiam tenoris & cõtinentiæ illius, allegat Bald. in consi. 392. vol. 1. quod potest esse verum in testamẽto nuncupatiuo secus in testamento solẽniter celebrato idest clauso per ea, quæ scribit Bar. in l. qui Romæ. §. duo fratres, de ver. ob. & Craue. cons. 193.

25 Duodecimo † probatur per longum tẽporis interuallum aliquid peruenisse in notitiam principis, vt per Dec. in consil. 186. col. 2. ver. nec obstat. & Nat. in cõsi. 486. nu. 16. vbi loquitur de tempore, cuius initij memoria non existit; nota tamen, quòd princeps scire omnia iura & illa habere in scrinio pectoris sui, & sic princeps præsumitur habere scientiam suarum legum, quod est verum in imperatore, secus in inferiore, vt dicit Cor. in consi. 200. volu. 1. nam isti præsumuntur ignorare statuta & consuetudines locorũ sibi subiectorum, vt per Goz. cõs. 6. nu. 8.

Decimotertio probatur ex eo, quòd factũ sit factum per notabilem personam, quia nobilium facta præsumuntur nota, & iõ

non

non toleratur ignorantia Iaſ.in l.ſi res ob ligata,nu.42.de leg.1.

26 Decimo quarto †probatur ex eo, ꝙ qs vehementer opinatur Fel.in c.1.col.1. de ſumma trin.& fi.cath. Pau.de Caſt.in cõſil.19.col.2.in prin.nu.2.vol.1. in iſto tamen caſu non dr̃ propriè ſcientia.gl. in l. 2.§.idẽ Labeo in ver.ſciat,de aq.plu.arc. ſequitur Corn.in conſ.273.col.pe.vol.1.

27 Decimo quinto,†per magnam amicitiam,vt dixit Bal.in l.1. C.de cadu. tolle. Gram.conſi.91.nu.8.in ciui.ſed hic modus in effectu non differt a decimo.

28 †Decimo ſexto ex eo,ꝙ rem penes me habuerim, vt puta inſtr̃m, nam præſumitur, ꝙ habeam notitiam de contentis in eo,vt per Crau.in conſi 26.poſt nu.3 vbi arguitur ſcientia inſtrumenti ex productione ipſius in iudicio ,& idem vult in conſi.193.nu.7.& Are in conſi.15.in fin. quod tamen eſt intelligendum,vt procedat,dum tñ illud inſtr̃m eſſet exemplatũ ad illius inſtantiam, pęnes quem reperitur,quia non ſatis eſſet ad faciendum pręſumi ſcĩam ex eo, ꝙ apud eum fuiſſet repertum , vt declarat idem Aret. in l. qui Romæ.§.duo fratres,nu.26.verſ.ſecundo adde.de ver.ob.& ſequitur Sozin.iun.in conſi.128.nu.125.vol.1.idem per ſubſcriptionem ſcripturæ,vt per Crau. in conſi. 73.nu.39.& ſeq.quia præſumetur in dubio ſcientia de cõtentis in ſcriptura ſubſcripta,vt per Gram.ſiue alium inter eius conſilia conſi.66.nu.71.Io.de Ami.conſ. 12 nu.12.& conſi.44 nu.12.& per Marſil.C.de proba.in rub.nu. 290.

29 Decimo ſeptimo, † probatur probando,ꝙ emanauit edictum publicum , vel proclama.c.ſi.qui matr.accu.poſ.Bologn. conſi.77.col.pe.ad fi.Gram deciſ. 36.nu. 24 & præſumitur ſcientia eorum, quorũ notitia poteſt hr̃i , vt in ſtatutis in archiuio exiſtentibus dixit Bald. in l. 2. ſuper ver. Seruius autem Sulpitius de origin. iur.quem ita declarat Corn.in conſ.156. col.1.vol.3.

30 Decimo octauo ex eo , ꝙ quis ſit ſolitus talia facere puta emere res furtiuas, nam præſumitur ſciuiſſe rem furtiuam, Alex.in conſi.50.col.4.vol.1.

31 Decimo nono probatur ſciẽtia in eo, qui narrat ſeriem & ſubſtantiã rei geſtæ Feli.in c.cum inter col.2.de excep.Rom. conſi.327.col.2.& late per Bello. in cõſi.

32 36.poſt nu.9.† Et eſt obſeruandũ generaliter circa ſupradicta, ꝙ non dr̃ ſcĩa hr̃i de aliqua re,vel de aliquo facto,ſi ignoratur qualitas facti, pp quam requiritur ſcĩa gl.in c.concertationi in verſi. ſciuit, de app.in 6.Corn.in conſ.273.col.pe.ad fi.vol.1.quia ſcire,quis aliquid dr̃,cui res cum ſua qualitate perfecte demonſtratur l.de pupillo.§.qui nunciat. de nou. oper. nunc.l.aut,qui aliter.§.1.& ibi Bar.quod vi aut clam.l ſi rem quam.§.fi.de euictio. Are.per hæc iura in conſi 68 col.2.& iõ ſi teſtis velit probare rem, debet probare eam ſua qualitate , vt habes pulchrè per Barba.in conſi. 66. nu. 16. inter conſilia Calca.& Nat.in conſi,616.nu. 192.& ſimiliter ſi teſtis velit probare fundi valorem oportet vt ſciat quantum reddat in fructibus ſingulis annis, alias nihil probabit,ſicut,ſi noluerit probare valorem patrimonij alicuius neceſſe eſt , ꝙ ſit informatus de omnib.rebus, alias nihil releuabit,vt per Io.de Ami.in conſ.45.col. fi.

Secundo notandum, & obſeruandum eſt, ꝙ non probatur ſcientia in principe, quando de aliquo dicit ſe habere notitiam,quando aliquid facit ad alterius poſtulationem, ut per Calcan. in conſi. 78. col.4.in fi.quinimo etiam ſi dicat ex certa ſcientia,quia per hanc clauſulam non probatur ſcientia eorum, quæ conſiſtunt in facto,ſed tantum operatur in his, quæ ſunt iuris,vt per Rui. notabiliter adducen.concor.in conſ.157.col.2.nu.9.vol.j.

SVMMARIVM.

1 *Fuga regulariter facit indicium contra fugientem.*

2 *Fuga facit ſemiplenam probationem.*

3 *Fuga ante formatam inquiſitionem facit præſumptionem.*

4 *Interpretatio fit in dubio in meliorẽ partem.*

Iura-

5 *Iuramentum purgationis, quando deferatur.*
6 *Infamia purgatur per iuramentum.*
7 *Infamia quando dicatur leuis, & quando non arbitrio iudicis relinquitur.*
8 *Iuramento purgantur leues suspiciones.*
9 *Presumitur facile contra vsurarios.*
10 *Vsurarum crimē est difficillimæ probationis.*
11 *Iuramentū purgat suspicionem incendii facti.*
12 *Iuramentum purgat suspicionem contra tutorem, quando eius filiam collocauit in matrimonio eius pupillo.*
13 *Iuramentū purgat suspicionē cōtra eū, pœnes quē fuerūt bona circa illorū quantitatem.*
14 *Iuramentum purgat suspicionem, quod bona fuerint in hereditate*
15 *Iuramentum purgat suspicionem, quod libri fuerint apud heredes.*
16 *Iuramentum purgat suspicionem falsi.*
17 *Falsitas in occulto perpetratur.*
18 *Iuramento probatur, quòd creditor pignus acceperit insolutum.*
19 *Iuramentum purgat accusatum in consistorio principis.*
20 *Iuramentum purgat accusatum de simonia.*
21 *Iuramentum purgat in actore suspicionē quòd instrumentum, de quo fecit mentionem, sit apud eum.*
22 *Iuramentum purgationis habet locum nō solū in ciuilibus, sed ēt in criminalibus causis.*
23 *Iuramentum purgationis, vt habeat locū, quis dēt esse diffamatus apud bonos graues viros.*
24 *Iuramentum purgationis non habet locū existentibus indiciis ad torturam.*

RIVILEGIVM VI.

1 SExtum priuilegium est, q̄ tu scis, † q̄ fuga regulariter facit indicium contra fugientem, vt habetur per doct. late in l. admonendi, in materia fugæ de iureiur. in l. fi. de quæsti. Ang. in tract. malefi. in glo. fama publica vers. an fuga. Marsi. in sua practic. crimin. §. diligenter. nume. 41. Brun. in tract. de indici. in prima parte quæst. 3. nu. 7 Bart. in l. 1. de bon. eor. Carrer. in sua pract. in princ. num. 112. vbi concor. Ioā. de Ami. consil. 7 nume. 11. cum pluribus sequen.
2 † imo fuga facit semiplenam probationē Bart. in l. lege Cornelia ad Syllania. Et quod dictum est fugam facere indicium procedit indubitanter, quando fuga arrepta est post formatam inquisitionem, vt præfati doct. declarant. Sed & si ante formatam inquisitionem inquisitus aufu-
3 gerit, talis fuga † contra eum facit præsumptionem secundum Alexand. in consilio 65. volumine 1. Tamen si fugiens allegat aliquam causam suæ fugę, seu discessus, puta, quod discesserit pro suis diuersis negociis peragendis & expediendis, vt in scholari scribit Ioan. de Amic. in d. cons. 7. numero 19. vel quia forte timebat consanguineos occisi, qui illum, licet indebite inculpabant, nam in his & similibus casibus standum erit eius iuramento, quòd scilicet non aufugerit ex causa homicidij, vel alterius delicti commissi, vt per Corne. in consilio 58. colum. pen. volum. 2. sequendo Cyn. in l. 1 C. de requir. reis. sed ex illis causis per eum allegatis, facta prius legitima probatione, & iustificatione illarum, quia quòd fugerit potius ex vna, quam ex alia causa hoc in animo cōsistit, vt probatur per text. in l. quis sit fugitiuus. §. item apud Viuianum de ædili. edi. legendo illū secundum, q̄ legit Cotta. in suis memoriali. in ver. fugitiuus el 1. Et quòd in tali casu standū sit iuramento asserentis se non aufugisse ex causa delicti cum aliter hoc probari non possit voluerunt Marsi. in cōsil. 115. Carrer. in sua pract. supra allegat. & Blanc. in d l. fi. nu. 283. de quæst. & ratio est manifesta, quia cum fuga possit attribui pluribus causis, s. ad delictum, vel ad negotia peragenda vel propter timorem consanguineorum occisi, qui vt supra diximus illum de ho-
4 micidio inculpabant † interpretatio fieri debet in meliorem partem, quòd scilicet non discesserit ex causa delicti l. non omnes. § a barbaris, de re milita. & in d. l. §. item apud Vilianum per Bald. in l. in bonæ fidei. C. si cert. petat Marsi in allegato. §. diligenter nu. 43. Quinimo probatis legitime causis, veluti negociatione habita cum Titio, in loco ad quem se cōtulit vel minis consanguineorum & iactatiōibus

bus illorum contra ipsum volunt Docto. quòd standum sit suæ assertioni absque iuramento, quòd ex illis probatis causis discesserit, & non ex causa delicti, & sic isto casu iuramentum nihil operatur, ita adnotat Marsi. in sing. 115. Boeri. decis. 215. nume. 9. & sequitur Gram. consi. 42. in criminali. Paris. in consi. 163. volum. 4. quod ego vtique admitterem, vbi causæ discessus essent vehementes, & maxime verisimiles, argu. text. in c. fin. qui matri. accusa. poss. sed si non ita vrgentes essent causæ allegatæ sui discessus ex quo etiam in contrarium est præsumptio fugę post commissum delictum, ad tollendum talem suspicionem esset iurandum, & huic iuramento standum. Et quamuis Blanc. in d. l. fin. num. 284. de quęstion. dicat quòd per huiusmodi iuramentum non tollitur indicium fugæ, qa in nullo casu fuga operaretur contra reum, quòd est absurdum, & propterea censeri iuramentum purgationis non autem excusationis, tamen ego arbitror illum non mediocriter errare, qui differentia, quam constituit inter iuramentum excusationis, & iuramentũ purgationis consistit potius in verbis, quã in ipsa re, quia purgare per translationem est idem quod se excusare, & purgatio idem quod excusatio, quæ est de obiecto crimine, innocentiæ demonstratio, præterea falsum est, quòd fuga saltem quoad effectum non tollatur, quia si per iuramẽtum purgaretur suspicio, quæ oriebatur ex fuga extinguitur eius effectus, & perinde habetur iurans, ac si non fugisset, vt patet ex his, quæ scribit Cepo. in consi. 32. col. 8. vbi tortus qui nihil confessus est, perinde haberi debet, ac si contrarium ipse probasset: non obstat quòd fuga nunquam operaretur, quia hoc procedere posset, quando fuga esset per se sola, nam ex quo suspicio ex illa resultans purgaretur per iuramentum, fateor, quod nihil operaretur; sed vbi cum fuga concurreret etiam alia præsumptio, tunc operaretur effectum suum, ex quo non posset iurari, ob repugnantes in contrarium præsumptiones, item operaretur etiam quando nullæ allegarentur & probarẽtur causæ ipsius discessus, quia neque tunc posset iurari, sic concludo contra Blanc. quod per iuramentum purgatur, seu tollitur quantum ad effectum indicium fugæ, quia iuramentum habet vim purgationis, & ex hoc infero, quòd si fuerit contumax poterit purgare suam contumaciam per iuramentum, Fed. de Sen. consil. 114. vbi allegat glo. fin. in c.

5 vno 4. q. 5. † Est autem iuramentum purgationis, & cũ actor induxit in iudicio ꝓ sua intẽtione ꝓbãda aliquas p̃sumptiones vel ꝓbationes impfectas, q̃ nec semiplene ꝓbant, veluti cũ deponit testis de auditu, vel non est omni exceptione maior, nã stãte hmôi impfecta ꝓbatione iudex nõ potest deliberare, pro qua parte sententiã ferat, ideo hoc casu fuit introductũ, qđ reo deferatur a iudice iuramentũ ad excludẽdas & tollendas illas imperfectas præsumptiones, & probationes, vt pro eo sententiam ferre posit, & dr̃ iur̃m purgationis, quia purgat innocentiam iurantis ab illis p̃sumptionibus l. furti. §. qui iussu. de ijs, qui no. infa. & hoc, tamẽ, tam in ciuilibus causis, quam in criminalibus vt declarant moderni in l. admonendi, de iureiur. quamuis istud iuramentum videatur esse inuentio iuris canonici, tamen in vsu est etiam de iure ciuili, vt testatur Clar. lib. 5. sententiarum § fi. quæst. 63. ver. solet etiam, Quia ergo iuramentum habet vim purgationis in plerisque casibus, ego hic aliquos subijciam qui mihi videntur notabiliores, & in forensibus controuersiis frequentiores, iam ergo vidimus unum casum, quia scilicet purgat indicium, seu suspicionem fugæ vt supra dictum est.

6 Secundus nunc est casus, † quia per iuramentum leuis purgatur infamia c. quanto 2. q. 4. & ibi. gloss in versic. responderit glo. in cap. cum dilectus, & ibi
7 Abb. numer. 7. de calumnia. † quæ autem dicatur leuis infamia, & quæ nõ, arbitrio iudicis relinquitur terminandum, ex

D quo

quo tales purgationes sunt arbitrariæ, vt in dictis locis habetur, & traditur p Ab. in c.iuramentum.§.sane.nu.4. de iureiur.

8 † Tertius est casus, quia leues purgantur suspiciones, vt dixit Paul.de Castren. in l.præsenti in fin.C.de his,qui ad eccle. confug. & hoc similiter in arbitrio iudicis positum est,determinare scilicet,quæ dicantur leues,quę vero graues suspiciones,& ita tradit Bauer.in suo tractatu de virtut.iuramen.nu.91. & quod per iuramentum in criminalibus quis se purget ab his leuibus suspicionibus, ex quibus tamen non potest condemnari; habetur in auth.nouo iure.versic.sed si datum. C. de pœna iudi.qui male.iudi.gl.in l.1. C. de sicari.Barto.in consi.104. in fi. incipi. visis testibus Ias.in l.3.col.5.in prin.d.legis de iureiu.

Quartus casus est in eo,qui electus est ad episcopatum,seu ad aliam dignitatem & interim est de aliquo crimine accusatus,nam poterit se purgare proprio iuramento:negando se minime obiectum crimen commisisse, quod intelligo verum non existentibus contra eum nisi leuibus suspicionibus, quas per suum iuramentũ purgabit, vt in præcedẽtibus dictum fuit & habetur in l.1.C.de reis postula. li. 10. not.in l.si quis reus.de publi. iudi. & per Curt.iun.in l.admonendi,post nume.83. de iureiur.

Quintus casus,in eo,qui imputatur,ꝙ exegit vsuras vltra legitimum modum, vt ibidem Cur.iun.inquit per l.eos. C.de vsu.quod videtur valde singulare priuile
9 gium cum faciliter,† præsumatur contra vsurarios secundum Ancha. in consi.40. col.2.nu.1.Marsi.in sing.99. & ideo ipsis non est facile credendũ,ꝙ sine vsuris mutauerint,imo præsumendum est eos sub vsuris mutuasse,vt dixit Craue. in consil.
10 73.nu.17.Sed hoc potest esse quia † crimen vsurarũ est difficilis ꝓbationis,quia fiũt & exigũtur ĩ occulto,& ibi.dicit n.7.

Sextus est in eo, qui imputatur incen
11 dium commisisse, quia cogitur se † p iuramentũ purgare suspicione, quæ est contra eũ l.1.§.si suspicio de incend. rui.na.

12 Septimus † in excusatione tutelæ propter nouum matrimonium inter filiũ tutoris & pupillam,l.licet de excusat. tuto.

13 Octauus est in eo pęnes quẽ dicuntur esse bona,quæ tenet manifestare, etenim nisi iuret super quantitate bonorum contra illũ erit præsumptio, ꝙ alia bona occultauerit vltra per eum manifestata.l.2. C.quãdo & quibus quart.pars lib.10. Sic
14 pariter in eo,qui imputatur,† ꝙ certa bona fuerint in hæreditate,quia hæres contra quem forte est suspicio iurabit, ꝙ dicta bona non sunt in hęreditate, & eius iuramento erit standum, vt per Areti. in consi.120.Alex.in consi.158.col.2. vol.2. & facit tex.in l.prętor.§. sed & si seruus, de edẽ d.sequitur Alc.prædicta referẽdo in suo tracta.præsumptio.regu.2.præsumptio.21.num.8.& latius per Anto. de Petru.in repe.l.1.num.357.de iureiuran. & dixit ad propositum Barto. in l. si quis ex argentarijs. §. an vero hæredi de edend. ꝙ poterit fieri perquisitio in domo, quæ tamen parce fieri debet & solum existentibus indicijs, vt habetur per Port. insti. de rer.diuisi. §. singulorum col. 2. super
15 glo.in ver. plane.† similiter si suspicio sit libros peruenisse ad hæredem purgabit hanc suspicionem per proprium iuramẽtũ,&iurando se nõ habere, nõ poterit cõueniri l.fi.§.licẽtia.C.de iure deliber.ibi. vel per sacramentum illius &l.quoties §. prætor ait de noxali.tradit Gozad. in cõsil.94.col.9.vers.præterea, & si omnes.

16 † Nonus casus est in crimine falsi, in quo non tantum accusator probat, sed et reus quod fieri potest per iuramentum purgationis,l.maiorem,& l.vbi.C. de falsi quod videtur notandum ex quo crimẽ falsi est maximum, & habet complura singularia.de quibus per doct.variis in locis tractatur,& aliquos tangit Alexan. in cõsil.62.col.15.vol.3.& Gram. siue alius inter eius consilia cons 66.col.3.post nu.9.
17 in ciuil Quia † tamen falsitates in occulto perpetrantur, nec facile manifestari possunt,vt per Crauet.in consi.6 post nu

merũ

me. 23.& conf. 56. num. 12. introductum fuisse verisimile est, vt saltem vbi leuis est suspicio falsitatis per iuramentum purgari possit, & quod talis purgatio in causa falsi, per iuramentum admittatur voluit Cepol. in cons. 21 nu. 35. & cõs. 24. n. 12. quinimmo in d. cons. 21. dixit, quod etiã absque iuramẽto poterit fieri talis purgatio, vt late etiam deducit Marsi. in rub. de proba. nu. 121.

18 † Decimus est in creditore in possessionem misso, vt in venditione pignoris nullum fuisse dolum, vel fraudem comissam iuret circa precium rei venditæ, vt l. fi. in fi. C. de bonis auth. iud. poss.

19 Vndecimus in accusato in cõsistorio principis c. 1. & ibi not. de purgat. can.

20 † Duodecimus in accusato de simonia c. quoties de purg. can. & potest poni exẽplum in iudice, qui fuit imputatus de barattaria, vt habetur per Gram. in consil. 35. nu. 43. in crimi.

21 † Decimus tertius est in actore, qui fecit mentionem instrumenti in suo libello relatiue ad illud iuxta ea quæ notantur per Bart. & Doct. in l. edita. C. de eden. Abb. c. 1. de probat. & Natt. in cons. 712. quia ergo ex sua mentione resultat præsumptio, seu suspicio quod dictum instrumẽtum habeat penes se debebit se ab huiusmodi suspicione liberare per propriũ iuramentum, cui standum erit secundum innoc. in d. c. 1. de proba. Specul. in ti. de instru. edi. § nunc dicamus ver. qu id si quis & Rota. decis. 36. in nouis.

Decimus quartus in notario quia poterit purgare suspicionẽ doli asserẽdo se aliquid per errorem scripsisse in instrumẽto, & non per dolum, concurrentibus aliquibus præsumptionibus vt per Cepo. in consi. 21. nu. 35. & cons. 24 nu. 12. de quo dixi ad fi. noni casus, qui in effectu ab isto non differt; alios casus seu exempla ponit Curt. iun. in l. admonendi post nume. 83. & ibidem Io. de Tholo. in rep. a nu. 135. vsque ad num. 151 de iureiur. quæ per te ipsum videre poteris. hæc mihi tetigisse sufficiat, tanquam magis notabilia, ex quibus iam satis liquere apparet, sicut quoque

22 supra admonuimus † iuramentum purgationis habere locum non solum in ciuilibus causis, vt in cap. fi. vbi omnes not. de iureiur. sed etiam in criminal. vt habetur in l. presenti. §. cum autem vers. sicubi & ibi glo. in versi. conscientia. C. de his qui ad eccle. confug. cum alijs relatis per Anton. de Petru. in repe. l. 1. nu. 370. de iureiur.

23 est tamen † obseruandum, quod in omnibus supradictis casibus & alijs in quibus iuramentum purgationis præstandum venit ob contingentes suspiciones tunc illę quidem suspiciones debẽt esse apud bonos & graues viros, quamuis forte initiũ habuerint ab hominibus leuis conditiõis & maleuolis, & ita sentit Blanc. in d. l. fin. post nu. 28. de quæst. & Rom. in cõs. 351.

24 † Secundo aduertendum est, quod prædicta procedunt & vendicant sibi locum, quãdo contra reum non adsunt indicia sufficientia ad torturam, quia si adessent non haberet locum istud iuramentum, sed deueniretur ad torturam, & hinc supradiximus per illud purgari leues suspiciones, ita tradit Clarus. lib. 5. sentent. §. fin. q. 63. versi solet etiam.

SVMMARIVM.

1 *Iudicem suspectum habere graue est.*

2 *Iuramentum est potens ad probandum iudicẽ sibi suspectum.*

3 *Iudicis recusatio est modici praeiudicii.*

4 *Iudex etiam pro minima causa iuratur suspectus.*

5 *Iudex ordinarius de iure ciuili non remouetur, vt suspectus sed sibi datur adiunctus, limi. de iure canonico, vt nu. 6.*

7 *Causa suspiciõis de iure ciuili nõ exprimitur.*

8 *Iudex delegatus, tam de iure ciuili, quam canonico in totum, vt suspectus remouetur amplia, vt nu seq.*

10 *Iudex semel approbatus non potest recusari nisi noua suspicionis causa superueniat.*

11 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.*

12 *Dispositio intelligi debet rebus sic stantibus.*

13 *Pacem non dicitur rumpere, qui offendit ex noua causa.*

14 *Donatio omnium bonorum cum iuramento reuocatur propter superuenientiam filiorum, declara vt ibi.*

PRIVILEGIVM VII.

Septimum priuilegium est satis in iudicijs frequens eo, quia ad plures casuum decisiones pertinet: nã tu scis suspicionem nihil aliud esse, quam timorem, seu passionem quandam in animis nostris de persona aliqua iustis ex causis generatam, quæ nos dubitantes facit de illius fide, quæ quidem suspicio cum directe probari non possit, quia in animo consistit per proprium iuramentum probatur, vt patet per infrascripta exempla.
1 † Et primo tu non ignoras, quam durum sit, & quam graue coram suspecto iudice litigare & causas agere glo. in l. ex quacunq; in vers. sciatur si quis in ius. uo. non ier. c. quod suspecti 3. quæst. 5. & cap. cum inter, vbi Abb. de except. Rom. in consil. 521. colum. 2. in princip. & vsq; adeo hoc verum esse videtur, vt etiam papa, vel Imperator nõ possit concedere, quòd iudex nequeat allegari suspectus, etiã & de plenitudine potestatis, vt dixit glo. in cap. ad hæc in fi. de rescrip. quàm commendat Abb. & tradit etiam Dec. in consi. 175. col. 2. in fi. in quo

tamen

tamen fateor Iaſ.& alijs, in l.apertiſsimi. num.25.C.de iudi.aliter viſũ fuiſſe,illud autem certum eſt, ꝙ inferiores hoc facere non poſſunt,iuxta ea, quæ habentur in l.reſcripta.C.de præcib.imper.offeren. Si quis ergo habeat ſibi iudicem ſuſpectũ, nec ſuſpiciõis cauſam probare poſsit,vtique illam probabit per proprium iura-
2 mentum, † & ſic iuramentum eſt potens ad probandum ſibi iudicem ſuſpectum ita dixit glo.in l.apertiſsimi,in verſi.recuſare,quam ibi ſequuntur Bal.Sali.Are.& Iaſ.& eſt ſingularis ſecundum Ang. in §. ſiquidem inſt.de fideicõ.hære. quod & ſequitur Bauer. in ſuo tract. de virtu. iura. poſt nu.86.verſi.vndecimo admittit,Ancha.conſ.263.Alex.conſ.104.vol.5.Ant. de Petru.in repet.l.1.nu.362.de iureiur. Dec.in conſ.173.ad fi.& in ca.poſtremo
3 col.1.de appellat.& vr̃ eſſe ratio,† qa talis recuſatio reputatur modici præiudicij,vt habetur per Anch.in d. conſi.263. & Alexand.in d.conſ.104.& procedit ẽt
4 ſi cauſa recuſationis minima fuerit, † qa pro ea poterit iurari ſuſpectus,vt eſt glo. not.in cap.cum R.canonicus,verſic. cum ſint eius ſocij,de offi.deleg. Dixit tamen circa præd.cauſas Alex.ꝙ iudex per iuramentum poſsit allegari ſuſpectus de iure expreſſum non reperiri licet, ita docto. velint.ita ſcribit in l.quia poterat,ad Trebelli.& quoniam docto. in hac materia confuſe loquuntur,& vario quidem modo, propterea ego diligentius inſiſtere deliberaui.cæterum, vt ordinate procedamus primo videndum erit, quid iuris in iudice ordinario,tam inſpecto iure ciuili,quam etiam iure canonico. Secundo quid ſtatuendum in iudice delegato.
5 † Et quidem circa iudicem ordinarium vera & communis concluſio doctorum eſt,quòd de iure ciuili non poteſt recuſari,vt remoueatur tamquam ſuſpectus,ſed ſi ſuſpectus iuretur peti poteſt, quòd detur ſibi adiunctus, vt in Authen. ſi vero contigerit.C.de iudi. hoc tamen non eſt perpetuum, quia in quibuſdam cauſis, vel caſibus poterit penitus remoueri, vt not. per Iaſon.in dicta lege apertiſsimi, columna 2. poſt numer. 4.C. de iudi. inter quos ille eſt notiſsimus, & tritiſsi-
6 mus, † quod de iure canonico in totum & penitus tanquam ſuſpectus remouetur cap.cum ſpeciali. vbi gloſſ.& Docto. de appella.cap. ſi quis contra clericum de foro competen.& cap. ſuſpicionis de offic. delega. & ita declarat Iaſ.in d. l. apertiſ-
7 ſimi.numero 4.† notandum eſt tamen, ꝙ de iure ciuili, quando datur adiunctus non eſt opus exprimere cauſam ſuſpicionis ſecundum Barto.poſt gloſſ. ibi. in dicta l.apertiſsimi.glo. in l. quia poterat ad Trebell.& per Maran.in ſuo Specu.in 4. parte.princip.diſtinct.5.nume.40.verſic. decimoquinto.ſed ſufficit recuſare ex ſola voluntate,medio iuramento. quòd ſcilicet non recuſat eum per calumniam, ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus, vt per Abb.in d.cap.ſi quis contra clericum,nume.12.verſi.uenio ad apparatum.de foro compet.ſecus eſt de iure canonico,qa debet exprimi cauſa,& de ea cognoſcunt arbitri,vt in d.cap.ſuſpicionis.de offic. deleg.in cap.ſecundo requiris, & in c. cum ſpeciali.de appella.& tradit Grat. libr.2. reſpon.132.col.1.in princ. vbi atteſtatur de communi, & ita debet intelligi forte Abb.in præallegato.c.ſi quis contra clericum poſt nu.18. vbi videtur velle, quòd non ſufficit iudicem ordinarium recuſare per ſolum iuramentum, ſed erit opus cauſam ſuſpicionis inſerere, nam erit intelligendum verum eſſe,& procedere de iure canonico, vel ſi loquitur de iure ciuili debet intelligi, quod procedat in illis caſibus,in quibus poteſt in totũ,& pœnitus remoueri, nam illis non ſufficit ſolum iuramẽtum;ſed opus quoque eſt cauſam allegare, & probare, prout declarat Cap.in deciſ.130 poſt nu.10.& habetur per Maran. in loco ſupra allegato. Circa ſecundum vero de delegato dicendum eſt breuiter communem eſſe concluſionẽ
8 † quod tam de iure ciuili, quam canonico in totum remouetur, vt dicit Iaſ. in d. l.apertiſsimi,& de iure ciuili ſatis eſt ip-

 ſum

sum iurare suspectum, vt per Petr. Calesa. in consi. 86. num. 20. inter consi. crimi. pluri. Doct. par. 2. secus de iure canonico,
9 vt dicit Maran. in præfato loco. Ista conclusio, quòd delegatus possit allegari suspectus per iu ramentum ampliatur procedere etiam in delegato a principe tam de iure ciuili, quàm canonico, vt Iason in d. l. apertissimi. in primo not. vbi hoc limitat tribus modis. Primo, nisi esset electus ad instantiam vnius, quia ille non posset postea recusare, secundo, quando esset electus de consensu partium, tertio in delegato vniuersali, vt ibi per eum, circa primam, & secundam limitationem, quæ in effectu non differunt. est aduertendum,
10 † quòd procedunt, nisi aliàs post approbationem, vel electionem iudicis delegati, siue ab vtraque parte, siue ab altera tantum superuenissent nouæ suspicionis causæ, vel fuissent antiquę, tamen partibus minime notæ, quia posset recusari, vt per Abb. in capitu. 1. colum. 8. versicul. &
11 ex quo. de iudici. † quia, quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio l. si ab arbitro. qui satisda. cogan. l. 1. de vent. inspici. l. de ætate. §. ex causa. de interrog. acti. & l. post litem. de procurat. † Et res debet intelligi cæteris in suo statu permanentibus, l. quod seruius. de cond. ob causam l. si conuenerit. pro Soc. cap. breui. de iureiu. & gl. in cap. quemadmodum eo. ti.
12 & ideo videmus, † quòd licet is, qui fecit pacem teneatur illam seruare ita, vt si offendat intelligatur eam rupisse, tamen
13 si superuenit noua causa † propter quã se quuta est offensa, non dicitur pax rupta, Roma. in consilio 258. in princip. Corne. consi. 51. colum. 2. versi. præmittendum. volum. 1. & consi. 42. col. 2. volum. 2. & in consi. 167. colum. 2. volum. 3 & Petr. ben inten conclusio. bononien. 65. & si ego vẽdidi tibi rem, & promisi facere consentire omnem personam interesse, & ius in ea prætendentem, non tenebor facere cõsentire illum, cui ius de nouo superuenit, vt per Rui. in cons. 42. col. pen. post num. 24. volum. 1. & dixit Roma. in cons. 269.
14 quòd licet donatio omnium bonorum propter iuramentum, non reuocetur, tamen si superueniat susceptio filiorum, nõ obstante iuramento reuocabitur, quia iuramentum intelligitur rebus sic stantibus quòd vtique procedit, nisi de filiis non fuerit cogitatum, vel fuerit donatio facta quia non sperarentur filij, nam in vtroque casu, illis superuenientibus, donatio reuocatur, vt volunt Doct. in l. si unquam vbi pręcipue Rip. quæst. 50. C. de reuoc.
15 donati. † Et si quis constituit se possidere pro absente non acquiritur illi possessio antequam ratum habeat. l. si communis seruus. §. 1. de Acquiren. poss. si tamen ille, qui alterius nomine possidebat fuerit expulsus, ante ratihabitionem, de possessione, non competit habenti postea ratũ remedium recuperandæ possessionis, quia res non est integra, nec in suo statu. l. bonorum rem rat. hab. Alexand. in lege, quod meo. colum. 2. de Acquirend. poss. Ant. butr. in cap. cum venissent. de resti. spoli. Corn. in consi. 110. colu. pen. in princip. volum. 2. Dec. consi. 226. colum. fin. ĩ princip. nu. 8. & in l. semper, qui nõ prohibet. post nu. 15. de reg. iur. Rebuf. in sua pract. benefici. titu. de rescrip. etiã & perinde valere num. 31. part. 2. & Rui. in cõsil. 5. colum. fi. in princ. volum. 1. & stante statuto, vel consuetudine, quod bona comitatiuorum debeant describi in libris communitatis, in qua sunt commitatiui, intelligitur, nisi fuerint effecti ciues ciuitatis dominantis, quia tunc desinunt esse comitatiua ita Paul. de Cast. in consil. 8. colum. fin. volum. 1. Et res, quæ prohibente statuto non cadit in generali hypotheca bonorum statuto cessante ita demum incidit in hypothecam si interim alteri non fuit obligata, vel nisi dominium debitoris exierit, vt pulchre per eũdẽ Pau. de Cast. in cons. 54. vol. 2. Et si per testatorẽ fuit relicta certa quãtitas ꝑ maritandis puellis iuxta earũ cõditionẽ, si deinde fuerunt auctæ dotes ex qualitate tẽporũ, debet illa quantitas per testatorem taxata augeri, quia quæ de nouo emergunt nouo

nouo auxilio indigent. ita in terminis di-
xit Rui.in consi.55. ad fi.vol.1. Et quam-
16 uis † conditio apposita in contractibns re
trotrahatur ad tempus contractus, l.qui
balineum. & l. potior. qui potio. in pi-
gno.habe. tamen est verum quando tem-
pore aduentus conditionis res est in suo
esse, & sic reperitur extremum a quo ha-
bile d.l.q balineum. §. Titia & post alios
tradit Goz.in consi.14.nume.6.& ibi hā-
bentur plura similia. Idem ergo dicendū
est in casu nr̄o,quòd ita demū. s.quis non
possit iudicem semel electum recusare,si
res maneat in suo statu, non si noua cā su-
perueniat, & quod in tali casu possit re-
cusari, electione non obstante, voluit
Bart.in l.fin.in prima quæst. C. de senten.
Ang.in l.fin.C.de feri.Feli.in c. cum dile
ctus.post nume.2.de fide instrumen. & in
c.insinuāte,col. pe. in fi.de offi. delegat.p
tex.in l.nō distinguemus.§.cū qdā.de ar-
17 bi.vbi † q̄ si cā suspicionis supuenit post
cōclusum in causa, potest recusatio fieri.
18 † Sic videmus, q̄ q̄uis exceptio dilatoria
sit proponenda, & opponēda ante litē cō
testatam l.ita demum, & ibi not.Barto.C.
de procurat. & per omnes.in l.licet.eod.
tit.tamen si superueniat post litem con-
testatam, poterit etiam tunc opponi.
vt per Marsi.in rub. de fideius. nume.25.
19 † Et quamuis protestatio contra testes de
beat fieri ante publicationem processus,
ad hoc, vt possit contra illos oppone-
re, vt per Abb. in cap.præsentium, in
princ. de testi. tamen non procedit quan-
do non habuit notitiam eorum,quæ con-
tra ipsos opponere intendebat.l.si ab arbi-
tro.& l.si fideiussor, qui satisda.cogā. Si-
gno.in cons.79.col.1.ver.nec huic obstat,
& alijs exemplis comprobare possem,quę
prætermitto. de quibus per Io. Lup. in
repet.c.per vestras.versi.9.colum. 2. & 3.
20 de donat. int. vir. & vxor. † Et circa
p̄dicta notandū est, q̄ postq̄ iudex est iu
ratus suspectus,nō pōt amplius se ītromit
tere ī cā;sed debebit supsedere donec de
cā suspicionis cognoscat.d. c. secūdo req-
ris.§.3.vbi glo.de appellat.& Doct.in d.l.
apertissimi.C.de iud.alias oīa p ipsum ge
sta,& actitata erūt ipso iure nulla,sm̄ Bar.
in d. l. quia poterat. ad Trebellia. & in
consi.105.Rom.in consi 220.col.2. Paul.
de Cast.in consi.121.vol.2.& Alex. in cō
21 sil.89.vol.1.†.Et rō est,qa suspicio, & re-
cusatio suspendit iurisdictionem sicut ap
pellatio.secundum glo. in c. quoties. 2.q.
6.notatur in c. super eo vbi Philip. fran.
de appella. Specul. in titu. de legat. §.re-
stat.colu.1.Bal. in l.3.C. de appella. cum
multis concordantijs adductis per Bolo-
gni.in consi.36.colu.3.versi. præterea hic
subiūgo aliud.Quinimmo Calca. in con-
22 si.87.colu.1.in fi.dixit, † quod iudex re-
cusatus dicit carere iurisdictione,vt ibi p
eum quod tū nō affirmo tāquam verum,
quia indigeret lōgiori perscrutatione,cū
habeat aliquas difficultates per ea q̄ late
scribit Rom.in dicto consil.220. in 2.du-
23 bio.† Ex quibus autem causis possit iudex
allegari & iurari suspectus, non est p̄ntis
speculationis,si vis eas scire, videas Abb.
in c.postremo.vbi bonę additio.& in d.c.
secundo requiris col. 4. in fi. cum seq.de
appella.& in c.cum speciali. nu.10. & ibi
additio.eo.tit.& in c.inter monasterium.
nu.5.de senten.& re iud. Ias.in d.l.aperti-
ssimi.C.de iud. Plenius Marā.in suo Spe-
cul.in sexta par.princi. dum agit de appel
latione.nu.26.cum plurib. sequētibus, &
plenissime Bertachi.ī suo tract. de epo li.
4.in 4.parte vbi enumerat quinquaginta
quinq; causas suspicionis ex quibus iudex
potest allegari suspectus. vbi videas.

Secundum exemplum est de quo singu
lariter per Craue.in consil. 268. colu.pe-
24 nul. versic. nono. † vbi, quòd si nouerca
iuuenis, & pulchra dicat se habere suspe-
ctum priuignum adolescentem ne for-
te attentetur eius pudicitia ab eo, &
hoc suo iuramento asseuerauerit stan-
dum erit suæ asseuerationi, quia talis
suspicio in animo consistit, qui soli deo
patet, vt diximus in primo priuilegio,
quod certe dictum summam habet ratio-
nem, quia sic magis consulitur hono-
ri, & saluti ipsius nouercæ.arg.c.iuuenis.

 de sponsali.

de sponsali. cum simili. & habetur per Crat.lib.2.respon.2.nu.41. & respons.11. nu.33. nec mirũ videri debet, quòd talis suspicio oriri posit in nouerca, quamuis sit loco matris, vt §.socrũ instit. de nupti.
25 † quia diutina conuersatio inducit suspicionẽ stupri, etiam inter personas sanguine coniunctas ca.1.31.dist incti. & habetur per quendam consulentem in consil. 96. post nu. 3. inter consilia crimi., pluriũ Doct. par.1. & licet spiritus promptus sit,
26 tamen caro est infirma, † & occasio delinquendi, & peccãdi est auferenda. l. conuenire de pact l.1. in princ. naut. caupo. stabu. l. in fundo de rei vend. Signoro. per hæc iura. in conf.91. col.4. nu. 13. & conf. 103. col. 2. ver pterea materiæ, & Grã. cõs. 134. ante nu.6. in ciuili. & propterea clericus non debet cohabitare cum muliere suspecta etiam si sit consanguinea, vel affinis. c.1. de cohabi. cle. & mu. & c. interdixit. 32. dist.
27 Tertium est exemplum, † quia per iuramentum scholastici probari potest suspicio Doctoris, vt per Petru. reb. in suo tracta. de priuileg. schol. in 88. priuilegio. vbi dicit, quod in tali casu non oportebit probare causas suspicionis; quamuis in recusatione iudicis secus sit, de iure cano. c. causã. de offi. deleg. & dixi sup. eo.
28 Quartum exemplum, † quia per iuramentum, quis poterit probare suspicionem sui aduersarij asserendo se perhorrescere eius potentiam, & fauorẽ, iuxta tex. in l. constitutum. §. cum vero. de rescript. in 6. Ant. de petru. in repet. l.1. nu.363. de iureiur. & sic timor seu metus in tali casu probabitur per iuramentum, quod est notandum tanquam singulare, vt etiam obseruauit Deci. in lege, in omnibus causis
29 post nume.9. de regu. iur. † quia metus regulariter probari debet indicijs, vt ibi p eum & late per Alcia. in suo tracta. præsumpt. regu.3. præsumptio.7. Aduertendum est tamẽ, quia p huiusmodi iuramẽtũ poterit pbari contrariũ, vt habetur in decis. Tholos. 236. adhibita tamen distinctione de qua ibi per Aufr. in additio. probabitur autẽ contrarium, si de impotẽtiã doceatur, vel si ostendatur, quod iurans habet multos consanguineos, & amicos, qa hoc probato talis allegatio timoris, vel perhorrescẽtiæ nõ erit admittenda l. non est verisimile. qđ met. caus. Feli. in c. accedens. el.2. nu.17. vt lit. non contest. qa vani timoris nulla est excusatio. l. vani. de reg. iur. & metũ hic accipere debemus nõ quẽlibet timorem, sed metũ maioris mali, & qui cadat in constantem virũ. l. metum la.1. & 2. quod met. causa.

Quintum exmplum est in practica sæpe contingens, & ideo valde vtile immo etiã maxime necessariũ, vt de illo tractemus,
30 † Nam iuramentum est potens per se solum ad probandum sibi suspectum de fuga debitorem suum & sic ad illum capi, & carcerari faciendum, quando, scilicet periculũ esset in mora, & ita voluit glo. & Innoc. in c. quoniam frequenter, vt lit. non contesta. & per Azo. in Summa. C. vbi rem acti. & pro hoc dicitur esse tex. in l. errorem. in fin. ibi timenti damnũ caueatur. iuncta l. qui bona, §. si quis stipulaturus. de damno infect. & ita etiã prædicta allegãdo tenet Io. Bapt. caccialup. in suo tracta. de debito. suspe. & fugi. in 6. quæsti. princip. colum.5. in fi. post num.17. Ang. in repet. l. nemo carcerem, C. de exactio. trib. lib.10. Paul. de Cast. in consi. 31 col. 1. volum.1. & in consil. 473. colu. 2. quod est vltimum consiliũ eiusdem volumin. Rom. in l. si fideiussor. §. fi. qui satisd. cogan. & in consil. 230. Ias. in l. 2. nume. 19. sol. matri. Alexand. in consil. 19. num. 2. volum.3. Deci. consi. 75. Parisi conf. 99. vol.3. & consi. 107. num. 54. eo. volum. & consi. 101. in princip. d. volum. Natt. in cõsil. 29. num. 2. & ista est magis communis opin. vt testatur Viui. in ver. debitor capi. vbi dicit quotidie hoc seruari in omnibus Italiæ curijs, vbicunque enim res celeritatem desiderat, & periculum est in mora, ad probandum dictam suspicionem sufficit iuramentum, facta tamen prius de suo credito fide per instrumentum, vel alijs legitimis probationibus

tionibus secundum glo. & Innoc. in d. c. quoniam frequenter, vt lit. non contesta. 31 pro hoc optime facit, † quia quando sumus in executiuis,& periculum est in mora nulla admittitur exceptio argum. text. in l.de pupillo. §. si quis riuos. & ibi not. omnes.de nou. oper.nunc.sequitur Grat. 32 lib. 1.resp. 15.nu.43. †sic quando periculum est in mora, licet capere debitorem fugientem gl.in l.extat.muen.sine vllo iudice.de eo,quod met.cau nõ citatur pars ad videndum iuramenta testium,vt no.in c.in nomine domini.de testi. ideo autem dictum est quando periculum esset in mo 33 ra†quia vbi nullum esset periculum plenius de suspicione fugæ probandum veniret, & sic solum iuramentum non sufficeret, vt habetur per omnes in dictis locis, qa talis modus faciendi capi debitorem est remedium subsidiarium, & contra ius commune. l.ob ęs.C.de actio.& obliga. cap. ex rescripto. de iureiura. Paul. de Cast. in consi.31. col.fin. vol.1. posset ergo doceri de suspicione vltrà iuramentum alijs exterioribus præsumptionibus, per summariam informationem captam a iudice, vel per vnum testem, vel per aliàs coniecturas, vt scribit Roma. in d. cons. 320. & Gram. cons.17. ad fi.in cini.Bald. in l. si fideiussor.§.fin. & ibi Ias. qui satisd.cogan. Marsil.in sing. 282. Grat. lib.2 respon. 138.col. 2.nu.4. & ita est cõmunis opi. vt scilicet regulariter solum iuramentum non sufficiat ad faciendum capi debitorem tanquam suspectum, nisi periculum sit in mora, vt post Bald. Ang. Sali. & Ias. in d.l.apertissimi. C. de iudi. voluit Alexan. in d.l. si fideiussor. §.fi. & idẽ Ias. in l. si ab arbitro.col.3 nu.8 & 9. eod.tit. & ibi concordan Lanfran. in repeti. cap. quoniam contra vers. recusationes.nu. 13. & ibi additio, quæ testatur de communi de probat. Ias.insti.de actio. in prin.nu.91.Bal.cons 385.vol.1. Gram. in d.cons. 19. & Paris de Put. in suo tracta.sindicatus ver. captura.nu.7.8. & 10.

34 Ista conclusio, † ꝙ per iuramentum debitor tanquam suspectus capi possit, ampliatur procederè, non solum in debitore puro,sed etiam in debitore in diẽ quia poterit etiam ante aduentum diei iurari suspectus,vt p Caccialup. in d. tracta.de debito. suspecto. & fugi.in 3.quæsti.princ. & Marsi.in sin.355.in fi.

35 Secundo † ampliatur procedere, vt possit capi etiam ad instantiam creditoris excommunicati, vt per Io. Lup. in repet. cap.per vestras.§.27.col. 2.nu.8.de donat.inter vir.& vxo.post Abb.in c.cum inter.col.3.ver.& per hanc rõnem de exceptio. nec obstat, quòd exceptio excommunicationis impediat, & obstet petenti sententiam exequi,vt per not.& Inn.in c. venerabilem, de excep. & per Guid.Papę q.215.quia illud procedit,quando nõ est periculum in mora,vel procedere posset in excommunicato maiori excommunicatione,secus si minore c.pe. de senten. excommun.

36 Tertio ampliatur † habere locum, vt capi possit etiam in diebus feriatis,vt per Bar.in l.ait prætor.§ si quis debitorem.de his,quæ in fraud.cred & per glo.communiter approbatam in l.dies festos in versi. fideiussionis. C. de feri. Ias.in l.plerique. col.3.de in ius vocan.& in l.2.§. sed excipiuntur.eo.tit.& Fel.in c.fi.col. pe.de iudi.Dec.&alij in l.uinum.si cert.pet. & licet ista ampliatio videatur respicere potius executionem resultantem ex iuramẽto suspicionis fugæ,quam iuramentum ipsum,tamen dico,ꝙ si poterit capi,poterit etiam iurari in necessarium antecedens.l. 2.de iurisdict.omn.iud.quamuis aliàs iurari in diebus feriatis minime possit, vt apparet in testibus,qui, si die feriata iurauerint,non probant.l.omnes.& l. dies. C. de ferijs.

37 Limi.aũt pluribus modis, †& primo limi.non procedere qñ iurm non fuit delatum ab ipso iudice,sed fuit sponte præstitum,quia sic iurans nihil agit cum a iudice deferri debeat l.3.in prin.& §. fi.de iureiur.& ibi Bal.& l.videamus.§. deferre, de in lit.iurã.& c.vltra tertiã, vbi expresse Inno.de testi.Bar.in cons.97.in fi. Sozi. consi.

conſ.20.col.3.vol.5.iſtud tamen ſublimitatur duobus modis,vt per Crau.in cõſi. 196.vbi primo dicit non procedere quãdo iuramentũm probat ex forma ſtatuti, quia tunc non videtur neceſſaria iudicis delatio allegat Bal.in l.admonendi. de iu reiuran. Alex.in l.ait prætor. in prin. eod. tit.& Sozi.in conſ.89.circa fin. vol. 3. de quo alibi dixi. Secundo ſublimitatur,quãdo iudex acceptaret iuramentũ, licet non deferret, quia ſufficit ex quo acceptando videtur deferre,& ratio ſupradictæ limi. quòd ſcilicet iuramentum a iudice non delatum nihil creditori iuranti proſit, quia vltro iurando redditur ſuſpectus, quòd per calumniam iurauerit argumen. eorum,quæ dixi ſupra in quarto priuile. in decima limi. num. 102. cum pluribus ſequen.

38 Secundo limi. †niſi debitum eſſet minimum, vel ratione quantitatis, vel ratione ſpeciei,quia pro re minima non debet quis iurari ſuſpectus argum.gl.not. in authen.minoris debitor.in glo.1.C. qui dare tut. poſ. cum alijs cumulatis per Caccialup.in d.tracta.de debito.ſuſpect. & fugit.in 3.q.prin.ver.tertio vtrum.Rom. in ſing.96.& in d.conſi. 320. & Gram. in d. conſ.17 col 2.nu. 12. in ciui.& videmus, quòd vbi agitur de minimo damno ſufficit cautio ſimplex. ſecundum Roman. in conſi.49.num.2 & alibi,quòd pro re minima non datur in integrum reſtitutio. l. ſcio.de reſti.in integ. & poteſt duplex aſ-
39 ſignari ratio† prima, quia non eſt veriſimile, nec præſumendum debitorem pro debito minimæ rei, velle fugam facere & ſic fidem fallere arg. tex. in l ſi oleum. in ſi.cum l.ſeq de dolo vbi,quòd dolus in re modica non præſumitur, & ideo nec datur actio de dolo.l. ſenatus. §. Marcellus.de lega.1. ſecunda quia contra honeſtatem videtur aliquem pro re minima
40 carcerari† cum carceratio irroget infamiam facti ſecundum Bald. & Paul. de Caſt.in l.1 C.in integ.reſti. poſtul. Alexã. in conſ.17. vol. 1. quos refert & ſequitur Claud. Aquen in l.vt vim nu.37.de iuſti. &iu.ſic videmus in ſimili,quod quamuis liceat occidere furem nocturnum pro defenſione rei, non tamen licet ſi furetur res minimi valoris, vel precij. l. ſi ex plagijs §.tabernarius.ad legẽ Aquil.l. ſi adul
41 terium.§.liberto.de adulte.& pro †minima cauſa quis non debet excommunicari.c.epiſcopi 11.q.4.ergo pari modo,nec pro re minima carcerari, vt ſupradictum eſt,& habetur etiam per Brun. in trac. de ſtat.fœmi.exclud. a ſucceſ. in nono artic, prin.q.12.col 1.in medio & inibi habentur multa exempla de minimis in quibus vtriuſque iuris regulæ non procedunt,de quibus etiam per Corſe. in ſuo tracta. de
42 minim.†quando autem dicatur debitum eſſe minimum, vel magnum puto eſſe arbitrio iudicis declarandum, licet aliàs dicatur,quod eſt infra duos aureos, vt l. 1.
43 de dolo,nam videmus in ſimili,†quod iudex arbitratur, quando tempus dicatur modicum.l.ſi conſtante § ſi vxor.ſol. mat. l.non enim,& ibi glo.ex quibus cauſ. maio.& per Pau.de Caſt.in l.ſi debitori. nu. 14.de iudi.& in l.ſi ita quis.§. Seia, cauit nu.5.de ver.ob.& Guid.Pap.q.132.nu.3.
44 †& ſimiliter, quæ dicatur cauſa minima, & quæ non,vt per Abb. in c. de appellationibus.tit.de appel.Maran.in ſuo Spec. in 4 par.prin.in 9.diſt.nu.72.& Boer.deciſ.8.nu.18.

45 Tertio limita. † & declara, vt ſcilicet quis poſſit iurari ſuſpectus, & proinde ẽt carcerari,ita demum ſi facta prius fuerit fides de debito,vel per inſtrumentum,vel per alias legitimas probationes, vt ſupra dixi ſecundum Alex.in conſ. 19. colu. 1. vol.3.cum alijs ſupra allegat.& per Grat. lib.2.reſpon 138.col.2.circa princ. Dixit tamen notabiliter Pau.de Caſtr.in conſi. 19.& conſ.31.vol.1.quòd circa prædicta non eſt neceſſarium adhibere plenã cauſæ cognitionem, ſed aliqualem ſufficere, & ideo ſi iudex non viderit inſtrumentũ, quod tamen erat verum,nihil intereſt,q2 non requiritur exacta fides, quod eſt notan.tanquam quotidianum.

46 Quarto limita.†procedere dummodo

causæ suspicionis de nouo superuenerint, & sic post contractum debitum secundū Bar.& alios.in l.ait prætor. §. si debitorē. de his,quæ in fraud.cred.& in l. creditores.de priui.credi. Alex. in d. cons. 19.& Grat.in d.resp.138.& est trita hæc Ang. doctrina communiter recepta, in l. si ab arbitro. qui satisda. cogan. cum alijs per Deci.relatis in d.cons.75.colu.1.in fin.& Caccialup.in d.tracta. in eadem quæst. 6. princ.& Paris.cons.99.col.4.nu.25.volu. 3.Alex.in cons.60.vol.5.Aret. & alij in l. 2.solu.matrim.& Rui.in cons.89.colu.5.

47 ver.& comprobatur.vol.1. † Quinimmo etiam si causa suspicionis suberat tempore contractus,eam tamen creditor ignorabat per iustam ignorantiam,quia de cōditione sui debitoris diligenter perquisiuerat, & fuit sibi per mendacium dictum esse idoneum facultatibus,& bonis moribus, vel ipse debitor talem se asserebat, certe in tali casu erit creditori subueniēdum,quia fuit iusta credulitas,vt in simili dicit Bar.in l.Celsus.de vsu c.quem cæteri sequuntur. vbi quòd dicitur iustus error facti proprius, quando facto aduersarij ita credidit,& poterit illum iurare suspectum postquam de causa suspicionis cognouit licet de nouo non superuenit argum.eorum, quæ supradiximus de causis suspicionis iudicis & habetur per Bar. in l.alia.§.eleganter,in fi.eo.tit. Ias. in d. l. si ab arbitro col.2.qui satisd.cog. & Cagn. in l.qui cum alio.vbi concor.de reg.iu. & hoc ideo procedit, ne quis ex suo dolo & improbitate commodum reportet in præiudicium alterius.l.itaque fullo de furt.c. & si necesse.de dona.int.vir.& vxo.

48 Quinto limi. † vt prædicta sibi vendicent locum,dummodo debitum sit liquidum non solum respectu quantitatis; sed etiam respectu veritatis, vt per Roma. in cons.224.sequitur Grat.in d.respon.138. nume. 5. ego tamen quantum ad id quod dicitur de liquido respectu quantitatis crederem verum etiam si non esset liquidum, dumtamen statim liquidari posset, sicut dicitur de instrumento non liquido,quod tamen liquidari potest facta executione, vt dico in priuil. & habetur etiā per Pau.de Cast.in cons.23.col.2.in prin. uolu.1.

49 Sexto† limita. non procedere quando debitor posideret immobilia sufficientia,quia tunc non potest tanquam suspectus de fuga iurari,nec capi.ut not.Doc. in l.sciendum.qui satisd.cog.& per Caccialup.in d.tract.q.1.nu.9.quando autem bona dicantur sufficiētia,arbitrio iudicis relinquitur terminandum, Sozi.in d. l. si ab arbitro nu.12.& ibi Ias.nu.9.& in d.l. sciendum.nu. 21. Idem dico si multa bona mobilia posideret,& esset persona legalis,ut per Pau.de Cast.in consi.31.col. fi.ad fi.vol.1.

50 Septimo limi.†notabiliter non habere locum,quando per partem aduersam,id est,per ipsum debitorem probaretur contrarium,videlicet:se non esse suspectum; sed immo bonæ reputationis, & famæ, vel posidere bona immobilia, & mobilia sufficientia,vt dictum est, quia tunc illud iuramentum non opitularetur quicquam ipsi iuranti ex quo infringitur per contrariam probationem.l.duobus. §.fin. de iureiu.& no.per glo.in l fi.C.eo.tit. tradit Rom.in cons. 241. faciunt, quæ dixi in quarto priuil. in septima limi. & quod scribit Dec.consi.302.col.5. vbi ꝙ maior probatio vincit minorem,sicut maior verisimilitudo tollit minorem, vt late per Mars.in sua prac.crim.in §.diligenter.nu. 192.cum pluribus seq. constat autem, ꝙ probatio per iuramentum est debilior probatione, quæ fit per testes cum non sit vera probatio secundum magis communem opi.de quo alibi dico.

51 Octauo†limi.verum esse dummodo iuretur suspectus coram suo iudice, nam si iuraret coram iudice incompetente, & illum capi faceret causam amitteret Bart. & Bal.in l.fi.C.vbi in rem act. refert, & sequitur Gratus.in d.respon.138.col.2.in princ.lib. 2. Sed in contrarium allegatur Anch.in consi. 184. cuius sententiam se-

52 quitur Roma.in cons.242.†vbi refert eū

dicere,

dicere, quòd captus tanquam suspectus nunquam ad inualidandam capturam potest opponere exceptionem incompetentiæ iudicis,& ibi subdit hanc esse singularem, & mirabilem decisionem, pro qua ego considero satis optime facere, quia si captura permittitur contra ius diuinum, & contra leges factas in fauorem religionis, quod patet, quia etiam in diebus feriatis fieri permittitur, vt supra dictum fuit, sequitur, ꝙ multo facilius erit permittenda contra leges profanas, volentes quemlibet coram suo iudice compellendum,& vocandum l.fi.de iuris.omn. iudi. cum ibi.not.& de foro competen.per tot. & ex consequenti, vt fieri posit per iudicem incompetentem facit optime, quod voluit Pau.de Cast.in l.si longius. §. si filiusfam de iudici. vbi inquit, quòd profugæ suspicione aliquid permittitur, quod aliàs non permitteretur, in contrarium pro opin.Bar.Bal.& Grat.facit, qa iudex incompetens nihil agere potest.d.l. fi.de iuris.om.iudic quia iurisdictio dicitur esse fundamentum fundamentorum
53 secundum Bal.in consi.16.vol.1. † Et iō dicitur, quòd prohibita a statuto omni exceptione, nunquam intelligitur prohibita exceptio incompetentiæ, seu iurisdictionis defectus.gl.in cle.1. de seque. pos. Bar.Bal.& Pau.de Cast.in l.2. §. ait prætor.qui satisd.cogan. Aret.in consi. 66. & consi.75. Alex.in consi.77.col.3.nu.12.& col.4 vol.2 & Gram.in consi. 43. in ciui. cum simili.nec videtur verum, quòd executio fieri posit in diebus feriatis, & qđ non posit fieri tenuit post longam dispu tationem Signo.in consi. 54. & Bar.in l. 1.§.nunciatio.de noui oper. nunc.vbi tenet, quod executio sententiæ non posit fieri in die feriata ad honorem dei.& idē videtur velle Bal.in l.in minorum.col. 2, ad fi. C.in quib.caus.in integ.resti.non est necess.vbi allegat no. in c. vlti. de iudic. Ego arbitror istos Doctores si recte intelligantur inuicem non contradicere, immo faciliter posse reduci ad concordiā, nam prima opin.procedit quando iurandum est,& summarie probandum de suo credito, nam hoc fieri debet coram iudice competente, & habente ad id iurisdictionem,& facultatem cognoscendi, put post eos ab eo allegatos dicebat Grat. op.n.vero Anch. & Roman. procedit in mero executore, & sic est vera quantum ad meram executionem facti, quia fieri poterit captura personæ per iudicem incompetentem,& in his terminis loquitur Roma.in allegato consi.242.illa enim cognitio habita prius per iudicem competentem,& decretum seu sententia de capiendo habent vim taciti mandati, vt a quocunque capi,& carcerari posit ad in
54 stantiam creditoris: † certum est autem iudicem incompetentem ad literas iudicis competentis executionem facere posse tā in bonis, quàm in persona existente in suo territorio.glo.in l.fi.de iurisd.omn.iudic. quam ad hoc notabi.Bologni. in consi.8. col.3.ver.vel & secundo, & habetur per Pau.de Cast in consi.309.ad fin.vol.2. & talis executio, quæ est meri facti poterit fieri etiam in diebus feriatis in honorem Dei, quinimmo etiam in die dominico, vt supra dicebam, nec obstant auctoritates adductæ in contrarium, videlicet Signoro.Bar.& Bal. quia loquuntur in executione in qua requiritur aliqua cognitio causæ, vt colligitur ex traditis pulchre per Guid.Pap.in q.215.vbi ponit notabilem distinctionem an, & quando executio fieri posit in diebus feriatis, & ad eū semper recurre.

55 Nono & vltimo † limi.quia quamuis, quis posit iurari suspectus, non tamen poterit capi in domo. l. plerique de in ius vocan.& l.nemo de domo de reg. iur. & ita se habet communis opinio Doc. in d. l.vinum.& communis practica, vt ibi testatur Bolognet.nu.27.si cer.peta.

SVMMARIVM.

1 *Laicus, qui post commissum delictum efficitur clericus non eximitur a foro laicali.*

2 *Clericus non eximitur a foro ecclesiastico pre*

pter

pter bigamiam, vt scilicet fugiat pœnam delicti.

3 *Iuramentum probat votum.*

4 *Asserenti aliquid fecisse ante, vel post incumbit onus probandi.*

PRIVILEGIVM VIII.

1 OCtauum priuilegium est, nam tu scis, quòd si† laicus committit delictum, & deinde efficitur clericus non propterea eximitur a foro seculari præsertim si hoc in fraudem fecerit, vt quia iam esset formata inquisitio, vt tradunt Bar. & Doct. in l. 1. de pœn. nã ex mutatione fori non impeditur iurisdictio illius iudicis quo cum est cæptum iudicium. l. cum quædam. de iurisdic. omn. iudic. quod tamen intelligo procedere quo ad pęnam pecuniariam, vt per Pau. de Cast. in l. addictos. nu. 7. C. de episco-
2 pal. au. sicuti † ex contrario, nec clericus eximitur a foro ecclesiastico propterea quod perdidit priuilegium clericale propter Bigamiam, vel aliam causam vt per Abb. in consi. 85. col. fin. par. 1 qualitatis enim mutatio, nisi substantialis sit, non facit rem diuersam censeri; sed eãdem Ias.
3 in l. ius autem de iusti. & iur. si† tamen cõtingeret, quòd laicus emisisset votum assumendi clericatum ante delictum commissum, & hoc aliter probare non posit, vtique poterit probare per proprium iuramentum, vt per Pau. de Cast. in d. l. addictos. & Ias. in l. pen. de iurisd. omn. iud. post Bar. in l. Celsus. col. 1. ad fi. versi. & si dicatur de vsucapi. & sic poterit vitare pęnam illius, quoniam hoc pendet ab eius animo, cum votum sit animi conceptum cum deliberatione firmatum, qui animus directe probari non potest, nisi per proprium inramentum, in casu isto, & ita pro singulari no. Petr. Gerar. in sing. 51. Marsi. in sing. 534. & Cotta. in suis memorali. in ver. laicus. col. 1. in fi. quod est notandum,
4 ex quo† regulariter asserenti aliquid fecisse ante, vel post tale factum, vel actum, incumbit onus probandi. l. quoties C. de rei vendi. & per Io. Lup. in repe. rub. de don. inter vir. & vxo. §. 60. col. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in foro conscientiæ plene probat.*

2 *Dicto alterius si stãdum sit intelligitur mediante iuramento.*

3 *Præsumptiones in foro pœnitentiæ non habent locum, sed veritas attenditur.*

PRIVILEGIVM IX.

1 NOnum priuilegium est, † quia iuramentum in foro cõscientiæ habet vim plenæ probationis, veluti cum quis iurat se non vulnerasse aliquem animo occidendi glo. est in c. significasti el 2. in ver. credendum de homici. quã Ioã. de Selua. in suo trac. de iureiu. in 3. par. q. 2. col. fi. in princ. post num. 13. dicit a toto mundo celebratam, & quamuis dicta gl. nullum verbum faciat de iuramento, nihilominus satis dr̃ probare nostrum priuile-
2 gium, † quia in omni dispositione quando standum est alterius dicto, & assertioni intelligitur semper mediante iurõ, vt per Marsi. in sing. 214. & sing. 401. vbi concor. late per Ias. in l. apertissimi. in fi. C. de iudi. & Baue. in suo trac. de virtu. iuram. nu. 104. & patet in deponente de peritia artis quod debet iurare, vt probatur p text. in l. nemini. §. iurisperitos etiam. C. de aduoca. diuer. iud. vbi Doctor cum iuramẽto deponit de peritia aggregandi in numero aduocatorum. facit ẽt glosella in l. comparationes. §. ideoque. in ver. deponẽtibus, quæ exponit iurantibus. C. de fide instru. & ita arbitror esse intelligendam glo. 1. in l. 1 de ventr. inspic. quatenus vult stari tribus obstetricibus de muliere prægnante, nam debet intelligi mediante iuramento, quamuis de illo nihil dicat, & redeundo ad ipsum priuilegium dico, quod ideo in foro conscientiæ standum

dum est asserenti cum iuramento, quia hoc pendet ab illius animo, & non est verisimile eum velle mentiri, & peierare in perniciem propriæ salutis, secus in foro contentioso secundũ Bar. in l. inter omnes §. recte de furt. cum alijs, quæ adduxi supra in primo priuil. in 2. limita. nu. 22. nec obstat si dicatur non esse stãdum suo iuramento, vt quia vulnerauerit in capite, vel cum gladio, ex quibus colligitur animus occidendi, vt dixi in eodem primo pri. nu. 51. quia ad hoc respondetur, ꝙ istæ sunt præsumptiones, quæ in foro
3 conscientiæ locum † non habent; sed tantum ipsa veritas inspicitur, vt per Innoc. in c. quia plerique de immuni. eccl. Abb. in c. is, qui fidem. de sponsali. Dec. in c. nouitante num 10. de iudici. Cur. Iunio. in consi. 104. col. 2. num. 6. & quod standum sit in tali casu iuramento asserentis, de cõscientia sua, voluit Corn. in consi. 126. colum penul. & consi. 251. colum. fin. vol. 3. vbi allegat Anto. de But. ita velle. in dicto capitulo nouit. Ego tamen hoc indubitanter admitterem, vt scilicet requiratur iuramentum etiam in foro conscientię, quando aliqualiter tractaretur de interesse tertij, quia tunc suam innocentiã compelleretur probare seu purgare per proprium iuramẽtum. l. furti. § qui iussu. de noxali. sed vbi essemus mere in foro pœnitentiæ, & de nullius interesse disputaretur, quod contingit in confessione sacramentali, nullum requiritur iuramentum, sed simplici dicto confitentis creditur.

SVMMARIVM.

1 *Dolus probari debet ab allegante.*
2 *Dolus probari debet perspicuis coniecturis.*
3 *Iuramentum probat dolum aduersarii.*
4 *Dolus in animo consistit.*
5 *Restituitur in integrum quando quis fuit circumuentus per dolum aduersarii.*
6 *Dolus proprius nemini debet opitulari.*
7 *Dolum committens peccat mortaliter.*
8 *Minor restituitur quando fuit deceptus per dolum aduersarii, & sui facilitate.*
9 *Renuncians omnibus exceptionibus non intelligitur renuntiare habentibus causam ab aduersario.*
10 *Casum fortuitum in se suscipiens non intelligit casum contingen. culpa aduersarii.*

PRIVILEGIVM X.

Decimum priuilegium est,
1 nam tu scis, quòd † dolus 1
probari debet ab eo, qui dicit illum intercessisse. l. quoties. §. qui dolum. de probatio. potest ex qualitate facti. l. 1. de dol.
2 mal. & met. excep. † & perspicuis coniecturis. leg. dolum. C. de dol. & habetur p Abba. in consi. 109. num. 3. par. 2 c. aduersario. de except. & c. suggestum. de appel.
3 † Tamen tanta est vis atque priuilegiũ iuramenti, vt concurrente fauore rei dolus aduersarij per illud probari possit, veluti cum quis per dolum aduersarij extitit contumax in causa matrimonij, alimẽtorum, ecclesiæ & similium, & in tali casu huiusmodi excusatio proderit, vt in integrum restitutionem valeat obtinere, vt habetur in c. ex literis. de in integ. resti. & in c. cum Bertoldus. de re iud. voluit Specul. in tit. de testi. §. restat. versic. vigesimo octauo, & sequitur Bauer. in suo tract. de virtut. iuram. post nu. 93. & Anto. de Pe-
4 tru. in rep. l. 1. nu. 375. de iureiu. † Ideo autem dolus probatur per iuramentum, qa consistit in animo. l. plagij. ad lege. flaui. de plag. Ista tamen ratio simpliciter intellecta, non concludit, quia quamuis in animo consistat tamen per coniecturas probari potest, vt supra dictum fuit, dicendum est ergo, quòd probari potest per iuramentum fauore speciali causarum, de quibus supra cũ in alijs secus esset; probato itaque dolo, iurans erit restituẽdus,
5 † quia æquitati conuenit, vt dolo aduersarij circumuentus restituatur. l. diuus. §. nec intra. de resti. in integrum. & habetur per Roma. in consi. 226. colum. 1. in fi. versic. hac igitur conclusione. & hoc sua-
6 det ratio, † quia dolus suus nemini debet

opitu-

opitulari l.1.de doli.ma. & met.excep. & l.ex dolo.de dol.per Bald. in c.1. §. aut si liuellario.quibus mod.feud. ami.Roma. in consilio 246.nume.4. & Calcan. con-
7 silio 14.nume.11.† Immo dolum committens peccat mortaliter.l.Seius, & Augerius,vbi Barto. ad legem Falcid. idem Barto.in l. si quis pro eo de fideiuss. & in l.is cui bonis.de verbo obliga.& in auth. sacramenta puberum. C.si aduers. vendi. Docto. in c. debitores. & in c. cum con-
8 tingat de iureiuran. † & videmus minorem restitui,si dolo aduersarij fuerit circumuentus,& læsus,& ob sui facilitatem. secundum Bar.in l.fi.in fi.C.de in integr. resti.Ias.in l.nam & postea,§.si minor, de iureiu.Bert.consi.169.col.1.vol. 1. Curt. iun.consi. 6. col. 12.in ver.præmissis non obstantibus Bello.consi.18.post nu.19.& Alc.in suo tract.præsump.reg. 1.præsum.
9 42.† Videmus etiam, quòd generalis renunciatio exceptionum non excludit eã, quæ ortum habet ab aduersario,seu ex facto ipsius.l.qui officij.§.fi. de contrahen. emp.l.cum proponas.C.de naut.fœno.Roma.consi 472.nu.5.& Marsi.in rub. de fi-
10 deiuss.nu.30.& similiter † suscipiens in se casum fortuitum non intelligitur suscepisse casum,qui culpa partis aduersæ contingit. d. l. cum proponas & ibi hoc not. Bar.& Bal.& multa alia possem congerere exempla, ex quibus demonstratur dolum,vel culpam aduersarij non obesse illi,qui circumuentus est; super quibus videre potes Rom.in singul.134. in singul. 196.sing.278.340.376 & sing 716. Affl. decis.110 nu.4 dec.285.nu. 13.& decis. 393 nu.12.Cott.in suis memora. in vers. conductor.in fi.Gram.dec.91.num.5. & dec.101.num.109. & Bello.in consi.21. nu.12.& alibi sæpe,& patet etiam in proximo sequenti priuilegio. in his tamen casibus, nisi specialem habeant fauorem dolus probandus erit aliter quam per proprium iuramentum, sicut supra dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta super positionibus aduersarii nõ potest reuocari etiam si facta per verbum credo,vt nume. 2. limit. quando est iurata, vt num.3.*
4 *Periurus non est,qui iurat falsum,quod credit esse uerum.*
5 *Credulitas nimia culpæ adnumeratur.*
6 *Actus secundus purgat dolum adhibitum in primo.*

PRIVILEGIVM XI.

VNdecimum priuilegiũ
1 est † quia licet alias cõfessio facta super positionibus partis aduersæ tanquam facta in iudicio, & per partem acceptata non possit reuocari,& conse-
2 quenter præiudicet confitenti † etiam si facta sit per verbum credo,vt per Corne. in consi.186.col.1.vol.3. & per Abba.in c.quoties.nu.8.de test. Quinimmo etiam si super eisdem non debuisset responderi,vt per eundem Abb.in cons.vltimo in 2.parte,& tangit etiam in c. prout. nu. 9.
3 de dol.& contu.† tamen si ipsæ positiones fuerint iuratæ per ponentem,& super eisdem reus responderit, & confessus fuerit, poterit suam confessionem reuocare,per restitutionem in integrum, probando contrarium eius, quod confessus est, etiam si dicta confessio fuerit iurata ita Anto. de Butr. in c fin.de confess. & Paul.de Cast.in l.error.col.pen.in fin. C. de iur.& fact. igno. & Roman. in consil. 391.col.2.ver.tertia conclusio, licet alias propter iuramentum sine causa non posset tanquam nulla retractari, vt per Affl. decis.83.nu.3.nec obstabit sibi periuriũ, quia propter iuramentum partis aduersæ habuit iustam causam credendi positionem iuratam fuisse veram cum ta-
4 men esset falsa. † Vnde cum iurauit falsum quod credidit esse verũ non dicitur

in periurium incurrisse.cap.quanto de iureiur. & capit. homines cum sequen. 22. q. 2. & Cor. in cõs. 324.col.5.in fi. vol.3. & propterea probata falsitate positionis erit restituendus, quia dolus aduersarij sibi nocere non debet, vt dictum est in prę cedenti priui.facit quod scribit Ruin.in consi.194.post num.8.vol.1.vbi, quòd nihil imputatur ei, qui credidit iuranti aliquem esse maiorem immo subdit, quòd falso asserens tenetur in id quod interest, ei qui falsæ assertioni credidit:faciũt etiã quæ dixi supra in priuile.septimo post nume.47.quatenus ibi dixi talem credulitatem esse iustam. Vbi ergo positiones non fuissent iuratę & eas nihilominus veras esse confessus fuisset sibi veniret imputan
5 dum, quia non debebat credere, † & nimia credulitas culpæ numeratur, leg.1.§. dolum.de eo per quem fact.& Roma. in consi.314.col.2.c.is autem.22.quæ. 2. & Corn.in cons.65.col.2.in littera g. vol.1. Quando igitur creditur propter iuramẽtum non est credenti aliquid imputandũ quia verisimiliter debuit credere, vt supradixi, & habetur per Paul.de Castr. in l.Titio fundus.nu.3. de cond. & demon. idem quãdo respondetur per verbum negatiuum, videlicet, non credo, quia nõ incurritur periurium, vt per Fed. de scen. consi.23.in fin.

Istud priuilegium limitatur non procedere, quando dicta confessio fuisset reiterata, seu geminata, quia † per secũdam
6 confessionem purgatur dolus, qui commissus fuit circa primam, per tex.in l.vlt. C.de plus peti. quem ad hoc dicit singularem Roman.hanc limi.ponens.in d. cõ sil.391.col.2.ad fin. sic & secunda venditio purgat dolum, qui interuenit in prima, si fuit de illo habita notitia.l.si ob turpem.de condi.ob turpe.caus.idem Rom. in consi.304.in fi.vbi concor.pro hoc bene facit, quia qui bis aliquid facit non potest, contra id opponere, vt dixit Bald. relatus per Gozad.in consi.70. nu.7. vbi ẽt hæc cõprobat alio simili de interloquutoria, quæ bis confirmata, seu geminata efficitur irreuocabilis per gloss.in cle. si.de appella.de quo etiam per Marsi.in consil. 2.post num.54.nam videmus in simili, ꝙ geminata confessio non potest reuocari, & præsupponit veritatem, vt per Gram. decis.103.nu.3.vbi concor.& geminatio actus tollit inualiditatem, quę erat in primo.l.talis scriptura.de lega.1. per quã ita dixit Gram.in consi.28.& in consi.99. in prin.in ciuili.idem ergo dicendum in casu nostro, ꝙ per geminationem confessionis purgetur dolus qui erat adhibitus in prima, per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit cessare præsumptam calumniam.& nu.4.*

2 *Iuramentum calumniæ præstatur facta litis contestatione.*

3 *Iurans de calumnia repulsat testes quod non faceret, nisi iuraret.*

5 *Testes repulsari possunt si iuratum est de calumnia, & contra illos protestatum.*

6 *Testium repulsatio non fit in causis summariis.*

PRIVILEGIVM XII.

QVodecimum priuilegiũ est, † quia iuramentũ fa-
1 cit cessare præsumptam calumniã in eo, qui causam mouet cõtra aliquẽ vel se defendit Anto.de Butr.in cap.nouit.colum.12.de iudic.Aquen.in l.celsus.colum.6.ver.tertio fallit. de vsucap. Ias.in l.fi.C.de carbo.edi.& in l.4.§.condemnatum col.3.de re iudic. & inde dictum est iuramentum calumniæ scilicet vitandæ, quod est assertio veræ petitionis, vel repulsionis ex eo, quod quis iurat se bona fide, & non calumniandi animo causam mouisse, vel quod venerit ad reluctandum seu deferendum putans se bona iustitia vti l.2.§. primo C. de iuram.calum.& §.1.Institu.de pęn.teme.liti.huiusmodi ergo calũnia, quæ in animo consi-

consistit remouetur per iuramentum, qđ appellatur iuramentum calumniæ, vt di-
2 ctum est. † & præstatur per partes litigantes in iudicio facta litis contestatione, c. cum causam in fi. de iuram. calum. c. dudũ el 2. de elect. & per Spec. in tit. de iuram. calu. §. 1. in prin. si tamen non fuerit præstitum, quia partes illud præstari inuicem non petierint, non propterea vitiatur processus, nam valet quamuis iuratum non fuerit. c. 1. de iura. calu. in 6. quando ergo reperitur fuisse præstitum, quia ex sui priuilegio cessare facit præsumptionem ca-
3 lumniæ, † operatur hunc notabilem effectum, quia sic iurans poterit repulsare testes, cum alias hoc facere non posset, vt voluit Abb. in c. præsentium. de testib. & sequitur Affli. decis. 351. post nu. 8. quod
4 vero † per huiusmodi iuramentum tollatur præsumptio doli, vel calumniæ sicut iam supra diximus probatur per tex. in l. 3. §. 1. de iureiur. vbi mulier, quæ iurauit se prægnantem esse in possessionem mittitur, nec conuenitur, quia iuramentum facit in ea cessare præsumptionem calumniæ, quòd falso se prægnantem asseuerauerit, & habetur per Bal. in l. penu. C. depos. sequitur Anto. de Petru. in repeti. l. 1. nu. 333 ver. sexagesimusnonus. de iureiur. & quamuis tale iuramentum post litem cõtestatam præstari debeat, tamen ad effectum repulsandi testes præstari poterit etiam post publicationem processus, si volens repulsare iurauerit se non ex malitia neque per calumniam opponere, vt habetur in d. c. præsentium, & per Gram. in addi. ad Affl. in d. decis. 351. & cum reprobatio testium sit quædam defensio ipsius rei, non potest admitti ad allegandũ suas defensiones, nisi prius iurauerit de calumnia, vt in d. §. 1. Insti. de pœn. teme. litigã.
5 † Et quamuis dixerim, ꝙ præstito tali iuramento poterit fieri repulsatio testium, tamen intelligo, quòd etiam alia concurrere debeant, sine quibus fieri non posset, vt puta, quòd fuerit protestatum ante publicationem, vt habetur per Abb. & Afflict. in dictis locis. Istud autem priuilegium, quòd iuramentum operetur, vt scilicet
6 posint testes repulsari † limi. non procedere in causis summarijs, in quibus repulsa testium quo ad eorum personas non admittitur, vt per Anto. Butri. in c. veniens de testi. Roman. in singula. 383. incip. reprobatio personarum, & per quendam Honof. de Auantagi. in consi. 42. inter consi. Gram. in ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Victus victori in expensis condemnatur, amplia, vt nu. sequen.*

3 *Iuramentum calumniæ excusat victum ab expensis.*

4 *Expensæ litis veniunt officio iudicis præstãdæ.*

5 *Dolus si non est in principali non potest esse in accessorio.*

6 *Iuramentum non excusat ab euidenti calumnia.*

7 *Probatio vera vincit probationem præsumptam,*

8 *Solemnitas omnis in sententia præsumitur intercessisse limi. vt ibi.*

9 *Solemnitas extrinseca præsumitur in instrumentis antiquis, nisi de contrario appareat per rei euidentiam.*

10 *Mala fides post triginta annos non potest allegari fallit, vt ibi.*

11 *Actor sicut reus potest habere iustam causam litigandi.*

12 *Iuramentum calumniæ excusat in ciuilibus causis. secus in criminalibus.*

13 *Expensæ non debentur in causa criminali criminaliter intentata.*

14 *Expensæ ob contumaciam debentur non obstante iuramento calumniæ.*

15 *Iuramentum calumniæ non excusat ab expensis conuentionalibus.*

16 *Verba sunt semper intelligenda, vt aliquid operentur.*

17 *Statutum mandans, victum victori in expensis condemnari, habet locum etiam, quando haberet iustam causam litigandi.*

18 *Statutum volens, quòd a mera interlecutoria non appelletur, non appellabitur etiam in casibus a iure communi permissis.*

19 *Pactum, quòd non liceat feudum alienare, cõprehendit etiam casum in quo alienatio permitteretur.*

20 *Locator promittens non expellere conductorem non poterit expellere etiam pro vsu suo, & sic in casu a iure permisso.*

21 *Statutum recipit omnes ampliationes limita. & interpretationes a iure communi.*

22 *Statutum intelligi debet, vt aliquid operetur vltra ius commune.*

23 *Verba potius debent reputari superflua, quam vt corrigant ius cõmune.*

24 *Promissio intelligi debet secũdum terminos iuris communis.*

25 *Debitor, qui ex sua promissione vbique cõueniri potest non poterit conueniri in loco nõ tuto.*

26 *Debitor, qui promisit soluere intelligitur quatenus de iure teneatur.*

27 *Verba debent operari secundũ naturã actus.*

28 *Pactum esse aliquando frustratorium non iu conuenit.*

29 *Promissio non censetur derogare iuri communi.*

30 *Contrahentes præsumuntur se conformare velle cum dispositione iuris communis.*

31 *Præsumitur inter contrahentes venire, quod de natura actus venire solet.*

32 *Prouisio hominis non tollit prouisionem ordinariam, & de iure communi competentem.*

33 *Nemo præsumitur renunciare iuri sibi competenti.*

34 *Creditor asserens se debere consequi centum a Titio debitore non propterea dicit se plus petere non posse.*

35 *Expensæ litis debentur vincenti si tamen illas petierit.*

36 *Iudex potest victum in expensis post litem contestatam condemnare etiam si non fuerint petitæ.*

37 *Expensæ, quæ nõ fuerũt petitæ in prima instãtia non poterunt amplius peti in secunda.*

38 *Personæ bonæ qualitas, vt quia sit integræ prorsus opinionis, & famæ excusat illũ a præsumpta calumnia, & ex consequenti liberat ab expen.*

PRIVILEGIVM XIII.

DEcimumtertium priuilegiũ a præcedente dependens est, quia iuramentum facit, vt victus non condemnetur
1 in expẽsis, † nã tu scis tritã esse regulã, ꝙ victus victori in expensis cõdemnatur. l. eũ quẽ temere. ff. de iudic. l. properandũ. §. fin autẽ alterutra, C. eo. c. calumniã. de pœni. c. finẽ litibus. de dol. &
2 cõtu. glo. in c. fi. de maiori. & obedie. † Et procedit nõ solum in causis ciuilibus sed etiam in criminalib. secundum communem opinionem, vt in l. fin. vbi Barto. C. de fruct. & lit. expe. idem Bart. in d. l. properandum in princip. & in l. non ignoret. vbi etiam Bald. C. d. titu. de fructi & lit. expne. Doct. in c. calumniam. & in c. cum oportet de accusatio. & glo. in c. cũ in primis. 2. quæst. 1. Marsil. in singula. 270. Grã. decis. 39. nu. 4. & per Grat. lib. 2. resp. 72.
3 & respon. 80. † Tamen ista regula non procedit, neque locum habet quãdo per partes iuratum fuit de calumnia, quia ex quo illam excusat a præsumpta calumnia, excusabit etiam victum ab expensis in quibus calumniose litigans debet condemnari tot. tit. insti. de pœna tem. liti. & ita multos allegando tenet Alexan. in l. ait prætor. la 1. in princip. in 4. not. nu. 6. de iureiur. vbi dicit hanc esse magis communem opin. & ita etiam inquit Corse. in rub. de iureiur. col. 15. versic. vigesimumoctauum priuilegium. Sed Iaso. in d. l. properandum. col. 5. versi. nunc venio. nu. 11. dicit totum oppositum, quòd immo iuramentum calumniæ non excusat victum ab expensis, & refert Sali. dicere in l. crimen. in fin. C. qui accusare non poss. quod totus mundus tenet istam opinionem, quamuis gloss. iuris ciuilis, & canonici teneant contrarium, & istam quoque communem dicit Lanfran. de oria. in c. quoniam contra. in versi. expensæ. nume. 8. de probatio. Et dicit Couar. in libr. practi. quæst. in 27. quæst. versic. secunda eadem ferme, quod nunquam vidit de hac re dubitari cum passin victus arbitrio iudicis cõdemnet. Papiẽ. vero in sua pract. in forma libel. actio. realis. in ver. expensis pñtis causæ. n. 13. cõsiderat, ꝙ cũ oẽs iur ẽt de calumnia, vel ex forma iuris communis, vel ex forma statuti oẽs pariter venirent absoluendi ab expensis; sed postea subdit hæc verba formalia,

Durus certe est hic sermo, attenta facilitate, & indiscretione litigantium procuratorum, & aduocatorum consulentium, & proptera refert quandam distinctionem Barto. in quodam eius consil. quod ego inuenire nunquam potui, dicta tamen distinctio fuit glo. in l. 3. § si rem de legat. 3. quam sequuntur communiter Doct. vt p Ias. in d. l. properãdum. §. sin aũt alterutra. nu 4 C. de iud. nam dicunt, quòd aut expensæ debentur iure actionis, & tũc iurm non habet litigantem ab eisdem excusare, aut debentur officio iudicis, & tunc secus, & potest esse rõ diuersitatis, quia qñ reus scit se teneri iure actionis præsumitur calumniari si litiget, & contendat se non debere, secus qñ iudicis officio tenetur, nam ex quo potuit iustis ex causis saltem apparenter credere iudicem eum nõ compulsurum ad satisfaciendũ, vr̃ habuisse iustam causam recusandi satisfacere, ex quo actione aliqua non tenebatur. ista tamen
4 distinctio confunditur, † quia cum nos loquamur de expensis litis; illæ veniunt officio iudicis mercenario, in quibus iusta causa ab eis litigantem excusat, vt p Bal. in auct. generaliter. C. de episc. & cleri. Paul. de Castr. in consil. 16. col. fi. vol. 1. not. Doct. in d. §. sin aũt alterutra & Grat. in d. respo. 80. post nu. 5. & quãuis ét intelligeretur de expensis promissis forte in contractu, vel alio actu extraiudiciali, quo casu deberentur iure actionis iuxta not. in l. si mulier, in princip. de legat. 3. tamen adhuc dico, quod victus deberet excusari propter iustam causam litigãdi, vt infra proxime subijciam, quia si reus habuit iustam causam litigandi, quo ad ipsam rem principaliter petitam, vtique eãdem habuisse dicen. est, quo ad expensas, quæ veniunt, vt accessoriæ ad ipsam rem principaliter in obligatione deductam c.
5 accessorium. de regul. iur. in 6 Et cũ nõ sit aliqua culpa, vel dolus in principali, non potest dici, quòd sit in accessorio. argum. l. si mulier. §. 1. rerum amot. & per Crau. in consilio 319. nume. 12. Præterea illa gloss. parum videtur facere ad id, ad quod allegatur, quia solum dicit, quod si ex stipulatu egisset legatarius, rationem litigandi potuisset hæres habere, vnde expensas non præstaret; sed quando ageret ex testamento non haberet iustam causam litigandi, & ideo expensas præstaret, & puto esse rationem diuersitatis, qa cũ ĩ primo casu ex stipulatu ageretur, hęres, qui in alterius locum successit potuit ignorare stipulationem intercessisse, & ideo ab expensis excusari, vt in specie dicit Paul. de Cast. in d. consil. 16. colum. fin. in princip. sed quando agebatur ex testamento, immediate actio ex illo competens habuit initium cum ipso hærede, qui se obligauit per eius aditionem. l. apud Iulianum. § fin. cum l. sequen. ex quibus caus. in poss. ea. & censetur habuisse notitiam testamenti, vnde recusando postea satisfacere videtur per calumniam recusare, & ideo merito in expensis condemnatur. & vt ad ipsam gloss. reuertamur iam patet satis ex ea, quod nõ loquitur de expensis, quæ deberentur officio iudicis, vel iure actionis, sed solum inquit, quod si ex stipulatu agatur, hæres illas non præstat per iudicis officium, idest, iudex ex suo officio non adstringit hæredem ad illas præstandum, quia habuit scilicet iustam causam litigandi, secus si legatarius agat ex testamento, quia cum in tali casu non habeat iustam causam litigandi per supradicta illas præstabit, & sic in vtroque casu hęres erat obligatus iure actionis, & tamen in primo illas non pręstat, in secundo vero pręstat: fateor tamen, quòd in casu illo quo eas pręstat debentur officio iudicis, quia hęres non habuit iustam causam litigandi, nec dicatur quod debentur iure actionis, quia est falsum, cum solum debentur occasione litis, & non ex aliqua actione originem trahente a testamento, in quo nihil de ipsis expensis, & propterea ego, nisi fallor, considerabam faciliter has opiniones, in vnam consonantiam posse reduci, nam si iuratum fuit de calumnia,

quia cessat illius præsumptio, in tali casu victus debebit ab expensis, absolui, & procedit prima opinio Alexand. quæ hoc modo considerata communiter recipitur, quia præsumitur propter dictum iuramentum habuisse iustam causam litigandi, qua stante omnes admittunt istum ab expensis esse liberandum, si vero iuramentum de calumnia fuit præstitum, & tamen de ipsa apparebit euidenter per inspectionem actorum, de quo per Maran. in suo Spec. in primo membro. post litem contestatam, & Abb. in c. calumniam. numero 4. de pœnis exempli gratia, quia fuit opposita exceptio, quæ non debet opponi, sed per iudicem reijci, de quo similiter per Abb. in c. super eo. in fi. vbi bona additio. de appella. & per Crot. in suis memorali. in versic. exceptio dominij, vel fuit malitiose petita dilatio iuxta tradita per eundem Abb. ibi numero 18. tunc in expensis condemnabitur, iuramento non obstante, & in isto casu procedit secũda opinio. Salyc. & aliorum, quæ similiter communiter recipitur, & est ratio,
6 † quia quamuis iuramentum excuset iurantem a præsumpta calumnia, non tamen excusat ab euidenti, & vera, Barto. in l. si quis. §. stellionatus ad Turp. Bald. in l. si tibi. C. de liber. caus. Alex. in d. l. ait prætor la. 1. de iureiur. & per Aufre. in decis. Tholos. 6. quæ calumnia etiam quomodo probetur habes ꝑ Petr. beninten. in cõclus. Bononien. 46. nam
7 † illa præsumptio cessationis calumniæ, quæ resultat ex ipso iuramento vincitur per legitimam probationem. l. fin. in princ. quod metus caus. l. nuptura. in fin. de iure doti. l. si chirographum. & l. cum de indebito §. 1. de ꝓba. & c. is, qui fidem. de spons.
8 † ꝓ hoc facit, quia quamuis alias in sententia prę sumãtur omnia præcessisse, vt per Gram. in consil. 15. numero 9. in ciui. & per Abb. in c. cum inter nume. 22. de sent. & re iud. tamen quando ex inspectione actorum de contrario apparet, non procedit, vt per Abb. notabiliter in consi. 92. par. 1. Natt. in consi. 526. nume. 4. & consil. 540.
9 nume. 17. † Sic quamuis in instrumentis antiquis, videlicet, decem annorum solemnitas præsumatur, vt per Affli. decis. 251. in fin. decis. 345. & decis. 107. Port. insti. de inutilibus stipu. §. scriptum. colu. 2. Doctor. in l. sciendum. de verb. oblig. Ias. in l. qui in aliena, num. 9. & 34. de Acqui. hæred. Feli. in c. 1. in 3. not. de iudc. & Alci. in tracta. præsump. regu. 3. præsumptio. 10. post nu. 7. & nu. 10. tamen intelligitur, quòd procedat, nisi de cõtrario fuerit demonstratum scilicet, quod solemnitas non fuerit adhibita quia tunc cessabit dicta præsumptio, vt late, & pulchre per Crau. in consil. 290. colum. 7. versic. quo
10 casu, † alibi item habetur, quod quamuis mala fides post triginta annos, non possit allegari. l. fin. vbi Bart. C. vnd. vi. Abb. in c. si diligenti. de præscrip. Affli. decis. 240. nume. 3. tamen quando ex actis, & gestis causę absque aliqua allegatione apparet de ipsa mala fide, tunc semper allegari potest Paul. de Cast. in cons. 81. col. 3. ver. tertio inducit. volum. 2. Sozi. in consil. 1. num. 8. vol. 3. cons. 46. nu. 31. vol. 4. Gram. decisio. 79. in fin. Affli. in d. decis. 107. Craue. in tracta. de antiqui. tẽpo. in quarta parte sectione incipien. materia ista, nu. 20. & Natt. in consi. 572. col. fi. nu. 30. ita pariter concludendum est, in casu nostro, nam quamuis iuramentum faciat cessare illam pręsumptionem calumnię, quæ non pręsumitur, quod voluerit peierare, l. fi. C. ad lege. iul. repetun. tamen quando de ipsa calumnia apparet ex actis condẽnandus est in expensis iuramento non obstante, quia iuramentum debuit iustificari ex aliqua causa verisimili, & colorata circa litem suscipiendam iuxta ea, quę diximus de ignorantia in quarto priui. nume. 7. 8. 9. 10. & prędicta ampliantur procedere non solum in reo, sed etiam in actore, vt patet ex notatis per Cagno. in l. qui in alterius in fin. de regu. iur. vbi,
11 † quod actor potest habere iustam causam litigandi sicut reus quamuis in actore iustior requiratur, vt ibi per eũ, causa, autem

autem iusta litigandi dicitur quãdo succumbens habuit tantum vnum testem, vt per Io. de Ami. consi. 27. nu. 38. vel quando qui habet indicia sufficientia ad accusationem instituẽdam, vt per Ias. in l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. col. 7. nu. 21. & 22. & Abb. in cons. 78. col. fi. in prima par. item cum quis litem mouet consultus per peritissimũ insignẽque doctorem, cui si credit debet excusari a præsumpta calumnia, & consequẽter ab expensis, si succumbit, vt per Corne. in cons. 148. col. fi. ad fi. vol. 2.

12 Limi. autem † hoc priuilegium pluribus modis, & primo limita & declara solum procedere in causis ciuilibus, secus in criminalibus, in quibus tale iuramentum non excusat a præsumpta calumnia, vt per Abb. in d. c. calumniam, num. 4 de poen. & est communis opi. vt dixit Alex. in d. l. properandum §. sin autem, vtraque nu. 21. C. de iud. & plura cumulat ad hoc Clar. lib. quinto sententiarũ. §. fi. q. 62. ver. sed quid si accusator. Verũ si aliunde appareat, quod accusator habuit iustã causam accusandi veluti, quia erant indicia sufficientia ad accusationẽ instituendã sicut supradictum fuit, tunc excusabit ab expensis, quãuis simus in criminalibus, l. qui solidum. § etiam de leg. 2. & l. 3. C. de calumn. Ias. in d. §. sin auté alterutra. Mar. in l patre, col. 3. n. 21. de q̃st. & in sua practica crimin. in § constante col. fi. & ita ẽt in terminis prædicta referendo cõcludit

13 Abb. in consi. 5. † Quinimo dixit Gra. in d. respon. 80. nu. 4. lib. 2. & respo. 72. n. 44. eo lib. quòd quando causa criminalis est criminaliter intentata nõ potest fieri cõdemnatio in expensis allega: que ibi. Ioã. de Anan. & Fel. in c. accedens, de accusati. concludendum est igitur, quòd in criminalibus solum iuramentum non excusabit à præsumpta calumnia; & propterea erit in expensis condemnandus & insuper tenebitur accusato de calumniosa accusatione, actione iniuriarum suo iuramento non obstãte, vt pulchre scribit Sozi. consulendo in cons. 138. vol. 1.

Limita secũdo locum vtique habere in præsũpta calumnia, secus in euidẽti & aperta, quia iurans non liberaretur, l. eũ quẽ temere ff. de iud. & supradictũ fuit.

14 Limi. tertio † in expensis, quæ veniunt pp solam contumaciã, quia fit condemnatio, etiam si contumax velit iurare de calumnia l. sancimus. C. de iud. & per Papien. in sua pract. in loco supra allegato.

15 Limita quarto, † vt non habeat locum in expensis conuentionalibus, quia non obstante tali iuramento pars ipsa quæ obtinuit illas petere poterit, quamuis victus habuerit iustam causam litigandi, & ab eisdem non excusabitur, pro hoc adduco glo. in autheñ. de iudi. §. oportet, vbi si quis promisit soluere expensas, quã uis habuerit iustam causam litigandi, non excusabitur ab expensis, quas promisit, & illam glo. sequuntur Barto. Bald. & Angel. quos etiam refert & sequitur Marsil. in singu. 237. & Ioan. de Amic. in consil. 151. nume. 25. nam dicit Mars. quòd si succumbens fuerit absolutus ab expensis non tamen intelligitur absolutus ab expensis cõuentionalibus, quemadmodum ergo ad promissas expensas tenebitur sententia absolutoria non obstante, neque in hoc attendetur an habuerit iustam causam litigandi necne; manifeste sequitur, quod nec iuramentum in hoc casu succumbenti suffragari debebit, quia erit intelligendum de expensis litis ordinarijs, non autem de cõuentionalibus, & ad huius opinionis confirmationem facit notissima iuris regula, quæ dicit, † quòd

16 semper verba sunt intelligenda, vt aliquid operentur l. si quãdo de legat. primo docto. in cap. 2. de rescri. Fel. in cap. solitæ de maio. & obed. Vnde si dicta promissio intelligeretur solum quando non haberet succumbẽs iustam causam litigandi, nihil operaretur cũ absque eius promissione in expensis ipsius veniret condemnandus, vt ergo verba promissionis de soluendis expensis aliquid operentur, ad eas tenebitur etiam si legitimam causam habuerit litigandi, nam dispo-

sitio ne reddatur elusoria comprehendit casum, quem alias non comprehenderet Dec. in l. finali in fine de regulis iuris, Cepo. in rub. de verbo. signific. numer. 24. & Afflict. decision. 111. num. 12. & 13. & facit, quod voluit Aret. in consi. 20. colum. 3. in princip. & in consi. 22. colum. 1. vbi quòd dispositio hominis, ita interpretari debet, vt non reddatur superflua, ad idé
17 facit, quia videmus, † quòd quamuis victus non debeat condemnari, quando iustam causam habuit litigandi, vt supra dictum est, tamen hoc fallit quando extaret statutum in loco, quòd victus victori in expensis condemnetur, vt statutum aliquid operetur, Barb. in consil. 28. colu. 4. in medio inter consi. Calca. Iason in d. l. si quando, de lega. 1. & in d. §. sin autem alterutra, colum. 2. versi. secundo limi. nu. 5. Marsi. post alios ab eo relatos. in cons. 19. nume. 1. & in singu. 207. & ista conclusio optime confirmatur, nam legimus, quòd
18 † stante statuto prout extat hic Senis, ꝙ a mera interlocutoria non possit appellari non appellabitur etiam in illis casibus in quibus alias de iure communi liceret appellare, vt verba aliquid operétur, vt per Aretin. in d. consi. 20. vbi supra, & in consil. 105. & Barto. in l. si seruum. §. sequitur de verbo. oblig. & similiter stante statuto quod mulier possit renunciare iuri hypothecæ, quod habet in bonis mariti debet intelligi etiam si maritus alia bona nō habeat, quæ sufficiant ad restitutionem dotis ne alias sit superfluum, vt per Paul. de Castr. in consi. 41. volum. 1. & stante statuto, quòd quis citetur personaliter, vel ad domum, sufficit citatio domi, licet possit personaliter citari, quamuis de iure communi secus sit, vt statuti verba aliquid operentur Barto. in lege 4. §. prætor ait. de damno infe. & in l. 3. §. si rem de legat. 3. Ant. Butr. in capitu. causam, quæ. de dol. & cont. & si statuto caueatur, ꝙ per præscriptionem acquiratur dominium erit intelligendum de directo, vt statutū aliquid operetur, ex quo de iure communi vtile acquiritur, vt dixit Bartol. in l. 1. de vsucap. sequitur Ruin. in consil. 81.
19 colum. 3. nume. 7. volum. 1. & si † in inuestitura fuerit adiectum pactum quod nō liceat alienare censebitur etiam prohibita infeudatio, quæ alias fieri potuisset, vt verba aliquid operentur, Bald. in cap. 1.
20 §. præterea de capi. Corrad. † & si locator promittit non expellere conductorē tempore locationis intelligetur etiam in illis casibus promisisse, in quibus sibi de iure licet expellere, veluti pro vsu suo, vt per Angel. in lege ædem. C. de locat. sequitur Corne. in consi. 103. colum. fin. volum. 2. quia verba debent aliquid operari, & plura similia exempla cōgerit Curt. iun. in consil. 85. nume. 4. & consi. 93. nume. 6. quæ per te ipsum videre poteris, ex quibus quidem infertur, quod idem dicendum videatur in casu nostro, quòd statutum istud, vt aliquid operetur sit intelligēdum etiam si victus iustam causam habuerit litigandi ne alias sit superfluum per supradicta, idem etiam erit affirmandum in casu promissionis de soluendis expensis propter identitatem rationis, lege illud ad legem acqui. cum vulgari. Ego tamen reperio, quòd in terminis istius statuti Paul. de Castr. in consil. 16. colum. fin. volum. 1. tenuit contrarium & in fortiori statuto quo cauebatur, ꝙ semper victus deberet in expensis condemnari, nam dicit esse intelligendum nisi habuerit iustam causam litigandi: nec obstat illa dictio semper, quia debet sane intelligi, nisi iustam scilicet habuerit causam litigandi argum. capitul. ex parte de offic. delegat. & late per Roman. in consi. 263. Idem quoque tenuit Fulgo. in consilio quinto, vbi dicit hoc statutum esse intelligendum secundum ius commune ne corrigatur, capitulo cum dilectus de consuetud. & capitulo in nostra, de iniu-
21 riis, quando † enim statutum loquitur in materia iuris communis recipit omnes interpretationes, ampliationes, & limitationes ipsius iuris, & sic recipit interpretationem a iure communi actiue & passiue lege. ius autem ciuile,

a con-

a contrario sensu, de iustitia, & iur. l. cæsar. de publi. l. 2. vbi Salycet. & Docto. C. de noxa. act. Barto. in l. omnes populi in 4. quæst. sextæ quæstio princip. de iusti. & iur. docto. omnes in d. capitulo cum dilectus. in capitulo causam, quæ de rescript. & in capitulo ad audientiam, vbi Abb. & alij de cleri. non resi. & per Bello. in consilio 53. numero 9. & ista pars iustificatur & corroboatur ex alijs rationibus per Tiraquel. adductis, & cumulatis in tracta. de vtroque retra. titu. primo § nono, gloss. secunda numero 50. vsque in fi. illius quas videas, ad illas enim me remitto, ne in præsentiarum sim longior, & videtur posse assignari ratio istius conclusionis, quia nemo dicitur peccare in defendendo ius suum, argum. l. vt vim de iusti. & iur. Nec obstat, quòd istud statutum si ita intelligeretur esset superfluum, cum etiam de iure communi victus victori sit in
22 expensis condemnandus, † & statutum debet intelligi, vt aliquid operetur vltra ius commune d. l. quarta. §. prætor ait, de damn. infect. l. prima ad municip. nam ad hoc respon. quòd imo statutum non erit superfluum, quia operabitur inductionem noui iuris l. quoties, de actio. & oblig. per Bartol. in l. prima de condicti. ex leg. adijcit enim nouum vinculum, vt per Bartol. in l. prim. circa finem ad legem fal. & in d. l. tertia. §. si rem de legat. tertio, & Abb. in capitulo causam quę de rescr. Corn. consilio primo colum. 4. volum. quarto & Calcan. consil. 68. in fine & consil. 76. column. secunda in principio, nam iure actionis ex dicto statuto victus veniet condemnandus, qui tantum officio iudicis compelli poterat de iure cōmuni. & quamuis statutū intelligendum sit vt aliquid addat iuri communi, vt dictum est, non tamen debet intelligi, vt inducatur correctio. quia tunc statutum patitur interpretationem passiuam, vt d. l. 2. C. de noxali. acti. Cepol. in consil. 80. colum. penult. in fine & per Corn. in consil. 275. colum. 3. circa princip. volu. 3. cum alijs supra allegatis.
23 † & ideo alibi dicitur, quod verba debēt potius reputari superflua, quam quòd corrigant, seu correctionem inducāt, vt per Domi. in capit. si papa, versic. fallit tertio de priuileg. in 6. Grat. lib. primo resp. pon. 7. consil. 2. nume. 8. & respons. seq. nume. 12. & ibi concordan. in casu tamen nostro non poterit dici de superfluitate per ea, quæ dicta sunt. Hæc cum ita se habeant in statuto prædicto vendicabunt sibi quoque locum in casu promissionis factæ de soluendo expensas in casu succumbentiæ per identitatem rationis,
24 vt supra dicebam, † nam talis promissio erit intelligēda secundum ius commune, idest, in illis casibus in quibus non haberet iustam causam litigandi, l. questio. §. inter. locatorem, locat. Ancharan. consil. sexto colum. final. nume 7. Accedat ad confirmationē huius opi. quod dispositio qualibet est magis referenda ad id, qđ contingit legis potestate, idest, necessitate, quam hominis prouisione l. 3. §. de il lo. ꝓ socio & l. fi. C. de his qui veni. æta. impe. unde quamuis ita promittens teneatur reficere expensas, idest in illis cōdemnari possit tamen talis promissio referenda est ad ius commune sm̄ qđ pōt cōdemnari si iustam causam non habeat litigādi nō autē referri dēt ad ꝓuisionē hominis, dato qđ ꝓmitēs voluisset cōdēnari ētsi iustā causam haberet in litigando, & q̄uis talis promissio sit generalis, tamen debet reduci ad causam honestatis & a partibus verisimiliter excogitatam Abb. in cap.
25 ad hæc n. 5. de appella. Vides, quod debitor, qui ex sua pomissione vbiq; cōueniri potest non tamen poterit conueniri in loco non tuto, quia nec honestum est nec præsumendum a partibus fuisse cogitatum Ang. & Alexand. in l. cum res colum. 1. de leg. 1. q uinimo dicitur quod in tali casu quo non est tutus accessus, quis non tenetur obedire iudici mandanti, vt ad locum non tutum accedat ita Paul. de Castr. in consi. 37. volum. 1 &

Corn.in conf.53. colum.3. volum.4. vbi dicit, quod citatus ad locum pestiferũ non tenetur comparere allegat Barto. in l.de ætate ad Trebellia. Et quia verba in promisione qualibet sunt ciuiliter intel
26 ligenda, † videmus, quòd si debitor promisit aliq̃d soluere ĩtelligit̃ quatenus de iure soluere teneat̃ Affl.deci.399.n.13.& Grã.deci.103.sub n.168.& q̃uis alias ver
27 ba debeãt intelligi, vt aliq̃ operent̃, † tñ non debent operari nisi secundum naturam actus, vt Innoc.in cap. ex literis de iure patro. Dec. in l quoties idem sermo num.2.de reg. iur. & Natt.in conf.582. numer.18. & potius nihil debent operari, quàm quòd intelligantur contra naturam illius, vt per Bald.in rub. C. de contra.empti, quæstion.9. sed de natura expẽsarum soluendarum in casu succumbentiæ litis occasione, ea est, vt per victum soluantur, nisi habuerit iustam causam litigandi, merito promisio erit intelligenda etiam nisi habuerit iustam causam liti
28 gandi, † Præterea non inconuenit, vt aliquando pactum sit frustratorium, vt per Gomez.inst. de actio. in princip. colum. 3.in fin.ante nume.11.& facit l.3. de leg. 1.quod maxime potest procedere in casu nostro ex quo ita paciscens sentiret damnum expensarum, quas de iuris censura soluere non deberet & est contra illius dispositionem, quæ vult victum in expensis non esse condemnandum, quando scilicet habuit iustam causam litigandi, ideo potius tolerari debet, vt sit superflua talis promisio per supradicta, & per Grat.libr.1.respon.7.numero 10. & Rolan.a Valle in suo tracta. de statu. lucri. dotis quæst.26.nume.17. cum sequen. &
29 q.34 nume.5. Accedat etiam † quòd per huiusmodi promisionem non censetur derogatum iuris communis dispositioni glo.in l.talis scriptura §.fin. de legat.1.l.si non lex, de hæred.inst.Curt.iun.in consil.
30 1.colum.antep.ante nume.38.† quinimo taliter promittens censetur se voluisse conformare cum ea l.si duo, de acquiren. hæredita.Barto.in l.hæredes mei.§.cũ ita & ibi etiam Alexand.ad Trebell.Bart.in l.vt iusiuran.§.si liberi de oper.liber. quia generale est, quod omnis dispositio & ꝓmisio debet intelligi secundum ius commune, vt per Gozad.conf.40.numer.11.
31 † Et præsumitur inter contrahentes venire illud quod tacite ex natura rei venire solet l. quòd si nolit. §. qui asidua. de ædili.edi. l. 3. §.in commissoria cum ibi not.de leg.commisso, sed iam dictum est quòd de natura rei venit, quod quis non teneatur ad expensas, quando habuit iustam causam litigandi merito, & alibi di
32 citur, † quòd prouisio hominis non tollit prouisionem legis ordinariam, & de iure communi competentem, ita gloss. communiter approbata in lege 2.in versicul.repellere, post medium & ibi Ias.numero 176.& 177.C.de iure emphyte.& idem Ias.in §.item seruiana nume.69.in
33 sti.de actio. Et † nemo præsumitur renũciare iuri sibi competenti, vt Bald.inquit
34 in l.fin.C.de pact.nam † videmus, quod si creditor asserit se debere consequi centum a Titio debitore suo, non propterea censetur fateri, quòd plus consequi non posit, si vere in alia summa creditor existat, quia non est credendum, quod illi voluerit renunciare gloss.& docto.in l.rationes.C.de fid. instru.Barto.& alij in l.si quidem.C.de transact.Ruin.consilio 56. colum.fi.volum.1. & similiter si creditor aliquid soluit suo debitori non propterea censetur renunciasse suo credito, ita vt ab eodem debitore petere non posit, quod sibi debetur vt l.si cũ dos ver.amo tal qui inuicem, de cond. ind. & l.si ambo.de compens.& Calcan. in conf.23.in princ.accedat iterum, ꝙ omnis promisio generalis etiam iurata debet ciuiliter intelligi & reduci ad causam honestatis vt supra quoq; dicebam, & habetur per Abb.in c.directe ante nu.4.& ibi Sap.in addi. de appella. vbi ergo ista promisio intelligeretur etiam quando succumbẽs haberet iustam causam litigandi, nulla esset honestas, imo penitus inciuilis & in honesta promisio foret, quæ metu expensa-

pensarum soluendarum etiam in casu forte rationali posset promittentem inducere ad se non defendendum: quo nihil inhumanius cum defensio sit licita omni iure, l. vt vim, vbi omnes de iust.& iu. Marsi. in consi.4. num.4.& est vnicuique affluenter & copiose danda, vt l. omnes, in princ. & ibi Pau. de Cast. C. de episco. & cle. & qui se ciuiliter defendit non peccat, vt per Bolognet. in l. omnes populi, post nu. 190. de iusti.& iur. postremò iuuatur hæc opi. quia pactum interpretandum est ad fauorem promittentis, & contra eum cui promissum est, l. veteribus de pact. cum simil. Et ex his videtur concludi posse supradictam limi. non esse omnino verã, non obstant alia exempla in contrarium supra adducta, quia possunt procedere quando verisimiliter constat statuentes, vel promittentes in genere saltem cogitasse de casibus a iure permissis, vt propterea in dispositione comprehendantur, alias secus per supradicta. Hanc tamen conclusionem per me firmatam, quòd iuramentum calumniæ excuset etiam ab expensis conuentionalibus limitarem, & intelligerem non procedere, quando verba promissionis essent vniuersalia multum & geminata, vt quia promiserit in casu succumbentiæ in omni casu, vel quocunque modo soluere expensas, quia tunc propter verba geminata, vel vniuersalia non restringeretur ad casum de iure permissum, quando scilicet habuisset iustam causam litigandi, vt per Alcia. libro 1. de verbo. significa colum. 8 quod & voluit Bolognet. in l. omnes populi nume. 190. de iusti. & iur. super quo multa ad ornatum huius dicti dicere possem quæ prætermitto.

35 Limi. † quinto nostrum priuilegium, vel potius, quod diximus temere litigantem in expensis condemnandum si ipsæ expensæ fuerint petitæ glo. ordinaria in c. fi.& ibi communiter omnes, de rescrip. Alex.& Ias. in d. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. imo Couar. libro

36 pract. quæstio. in 37. q. nu. 5. † dicit, quòd iudex poterit condemnare in expensis factis post litem contestatam etiam si non fuerint petitæ per glo. in ca. finem litibus. de dolo & contuma. Bart. & alij, in l. 4. §. hoc autem iudicium de dam. infec. quòd est intelligendum verum officio iudicis non autem iure actionis per gl. magnam

37 in d. c. finem litibus. † Dixit etiam Abba. in c. significauerunt col. 2. ver. aduerte: de appellatio. quòd si expensæ non fuerint petitæ in iudicio principali, nec de eis quicquam dictum in sententia iudicis non poterunt amplius peti, & idem quoque voluit Gram. in consi. 119. in princi. in ciuili. quod intellige procedere, nisi forte reus appellaret, quia in isto casu actor, qui illas omisit petere, poterit petere coram iudice appellationis, secundum Abba. in d. c. significauerunt & ibi Felin. & est ratio, quia appellatus vtitur appellatione appellantis, & propterea poterit facere reum absolutum ab expensis in eisdem condemnari, vt ibidem præfati Doctor. declarant & Natt. in consi. 429. nume. 11. quod rursus crederem verum, nisi reus re integra renunciaret appellationi, quod facere potest etiam in præiudicium appellati, vt per eundem Abb. in c. interposita §. ille denique, in primo not. per illum text. de appellatio. & per Crauet. in consi. 80. Postremo circa prædicta notandum est, quia quamuis per ipsum iuramentum calumniæ præsumptio videatur tolli, tamen aliquando hoc non procederet, vt si iurans in alio iudicio fuit condemnatus de calumnia, & sic semel fuit calumniatus, quamuis iurauerit, nam præsumeretur adhuc calumniari, quamuis iuraret per ea quæ scribit Crau. in cons. 75. nume. 9. Notandum est etiam, quod aliquando etiam absque iuramento cessaret in litigante, & succumbente calumniæ

38 præsumptio, † vt si esset persona integræ prorsus opinionis & famæ, nam quamuis in causa etiam iuste succumberet, tamen non præsumeretur calumniasse, & ideo non deberet in expensis condemnari, vt habetur per Cott. in suis memorali.

rali.in ver.legalitas Alex.in d.l. properandum.§.fin autem col.4.C.de iud.& Ioan. Lup.in rep.c.per vestras.§.7. nu.9.de dona.int.vir.& vxo.vbi concord.

SVMMARIVM.

1 *Gabella pro rebus portatis, pro vsu proprio regulariter solui non debet.*
2 *Asserens se portare pro vsu suo probare debet.*
3 *Iuramento asserentis se portare pro vsu suo standum est.*
4 *Limita non procedere, quando probaretur contrarium.*
5 *Secundo limi. quando in contrarium militaret aliqua præsumptio.*
6 *Repertus in loco suspecto cum rebus prohibitis portari, nisi soluta gabella arbitrio iudicis mulctari potest.*
7 *Iuramentum non probat pro vsu suo rem per aliquem gestari stante statuto, quod nec pro vsu suo liceat intromittere eam.*

PRIVILEGIVM XIIII.

1 DEcimum quartum priuilegiũ est, nam tu scis, † quòd nemo regulariter tenetur soluere gabellam pro rebus, quas quis portat pro vsu suo, l.vniuersi. cum ibi not. per Doct. C.de vectiga.& commiss.l.fin. §. quoties, & ibi glo.de publica.& glo.in Authẽ.habita.C.ne filius pro patr. quæ dicit, quòd scholares pro libris ex causa studij, non debent soluere gabellam Bar.in l.sed ipsi.§.Iulianus, Naut.caup.stabu. qui loquitur de vestibus portatis pro vsu suo, quòd de eis scilicet non debet solui gabella Iason in l.cætera.§.sed si quis de leg.1.Guido.Pap.decisio.4 cum alijs adductis per Anto.de Petr.in repe.l.1.nu.360.de iureiur.Marsi.in singu.86.Ancha.consil.264. Bal.in d.Auth.habita col.4.num.18.Bertachi.in suo trac.de gabel.in 8.par. princ. q.2 in prin.& Alcia.in l.in lege censoria,
2 de ver.sig. † Probare autem is, qui portat pro vsu suo debet vulgata l.ei, qui.de proba.cum simi.& per Bal.in d.l.vniuersi. dũ quærit quid in dubio agendum, sicut etiã probare debet is, qui dicit intromisisse pannos per transitum, vt fugiat pœnam statuti contra intromittentem pannos exteros, de quo per Bar. Imo. Pau.de Castr. Alex. Ias.& alios in d.l.cętera.§.sed si quis & per Alex.in consi.86.col.2.nu.4.vol.4. nisi enim probaret per transitum intromisisse puniretur, vt per Bal. in sua pract. quę vulgo compendiosa nuncupatur, tit. de statu.q.15.ver.econtra, quòd puniatur, ibi nisi ostendatur ire ad locum permissum, & per Put. in suo tracta. sindicat. in verb.captura nu.15.ver.officialis, si ergo
3 aliter hoc probare non posit, † standum erit ipsius iu amento, quod pro vsu portauerit secundum glo.not. in clemẽ. sæpe in ver.negociandi, de cens. Alexan.in d.§. sed si quis, & ibi etiam Ias.& pariter Bal. Anto.de Petru.& Alci.in supra allegatis locis glo.& Inno.in clem.religiosi, de decim.& Abb.in consi.105.par.1.Marsi. in d.sing.86.Bauer.in trac. de virtu. iuram. col.16. in prin.
4 Huiusmodi priuilegium † pluribus modis limitatur & declaratur. Primo, vt nõ procedat, quando per partem aduersam probaretur contrarium, quod de iure fieri permittitur iuxta glo.in l.2.§.si absens, & ibi Pau.de Cast.in fi. Alex. Soz. & Ias. si ex noxali. cau. aga. cum relatis per Tiraquel.de vtroque retra.ti.1.§.4.gl.1.ver. vbicunque ex legis.
5 Secundo limi. † quando contra iurare volentem militaret aliqua præsumptio in contrarium, quòd scilicet non intromiserit, vel portauerit pro vsu suo, vel per trãsitum, quia tunc non esset illi deferẽdum iuramentum, nec eo delato credendum, vt ait Alci.in d.l.in lege censoria, de ver. sign.allegat.l. vni.C.de lit. & iti. custod. lib.12.allegata prius per Bal.idem dicentem in l.si quis non dicam rapere, colu.2. C.de epis.& cle.& ideo si portans reperiretur in via suspecta, non deberet audiri
6 volens iurare, † quinimo taliter repertus posset arbitrio iudicis mulctari secundũ

Feli-

Feli.in c.significauit.col.2.nu.6.de iude. & ibi concord.sicut non audiretur si magnam pannorum, vel alterius rei quantitatem intromitteret, quæ verisimiliter non esset pro vsu suo, ita post Alber. de Rosa. in trac.stat.par.1.q.90.uoluit Alex.in cõs. 82.col.4.in fi.nu.17.vol.5.quando autem quis pro vsu suo gestare dicatur, declarat iurisconsul.in d.l.in lege censoria.

7 Tertiò †limit. non procedere quando statutum prohiberet expresse, quod nec pro vsu suo liceat pannos exteros intromittere prout cauetur hic Senis ad fauorem vniuersitatis artis lanæ, quia vetante statuto non liceret etiam pro vsu suo proprio intromittere, & ideo cum hoc non posset allegari non posset etiam per iuramentum probari l.ad probationem C.de proba.c.cum contingat de off. delega. & c.in præsentia de probatio. Abb. in consi. 60 col.fi.circa pri.part. 2. quia regula est, ꝙ non est faciendum, quod factum non releuat. l. stipulatio.§.diuus, vt leg. nomi.caue.& l.non cogendum, de procura. & ita semel fuit decisum in Rot. Senen. contra quendam Petrum Garlianum Florentinum tempore Domi. Mutij de Taranno.

SVMMARIVM.

1 *Difficultas excusat a mora.*
2 *Iuramentum probat difficultatem probandi.*
3 *Venditio probatur per librum Catastri. concurrentibus aliis coniecturis, & stante difficultate in habendo instrumentum.*
4 *Difficultas in probando, quando dicatur.*

PRIVILEGIVM XV.

QVintum decimum priuilegium est; nam non ignoras, quòd difficultatis causa multa permittuntur, quæ alias non permitterētur, & quod operatur multos effectus, †nam
1 videmus, quod difficultas excusat a mora, l. quod te vbi Doct.si cer.peta.l.continuus, §.fin.de ver.obl.Signo. in consi. 121. col. 2.numē.5.item excusat a reluendo, vt per Roma.in consi.435.& multos alios operatur effectus, quos congerit Mars.in rub. de fideiuss. nu. 159. sed inter alios operatur hunc valde notabilem in hac nostra
2 materia iuramenti, †quia si actor intentionem suam probare non possit nisi per libros, qui penes reum existant certe super hac difficultate probandi standum erit suo iuramento, ita notabiliter dixit Roma.in consi.398.in fi. sic per iuramentum quis poterit probare difficultatem in habendo instrumentum de aliquo contractu, propter absentiam notarij, vel aliam ob causam, puta instrumentum venditionis, & tali iuramento standum erit, l.fi.C. de fide instrum.idem Roma.in consi. 65.
3 vbi propterea vult, quod† venditio poterit probari per librum registri, seu catastri existen.in archiuio publico, vna cum alijs adminiculis propter difficultatem probandi, vt ibi late per eum, & videtur generaliter dici posse, quod propter difficultatem probationum peruenitur ad iuramentum l.eos in fi.vbi Salic.hoc no. C. de vsur. & videbimus infra proxi. in sequen.priuileg.

41 †Quinimmo in vsufructuario non inueniente fideiussorem deuenitur ad sequestrū. & arbitrio iudicis de manu hæredis, vel alterius proprietarij datur certa portio ipsorum fructuum vsufructuario l. postquam. §. imperator, vt legato. nomi. caue. Bar. in l. vsufructu. C. de usufru. Abb. in c. fi. de pigno. & conf. 40. col. 3. par. 1. pulchre Bello. in consi. 54. & ibi concor. Guid. Pap. q. 250. & tradit etiā Ias. in d. l. 1. in decima limi. qui satisd. cogan. idem procedit in eo, qui obtinuit sniam contra quam fuit supplicatū, nam petens illius executionem debebit cauere datis fideiussoribus, nec admittetur ad iuratoriam cautionem, vt habetur in auth. quæ supplicatio. C. de preci. imper. offeren. quia præstatur de necessitate legis hoc expresse mandantis, vt ibi patet, & tenet quædam apostilla ad Guido. Pap. q. 189. licet ibi idem Guid. teneat, & referat fuisse determinatum contrarium, posset tamen distingui, vt ibidem per eundem apostillat. quod opi. Guid. procedat quando in petente executionem, suspicio cessaret, quia tunc sufficeret iuratoria cautio, alias esset satisdandum cum fideiussoribus, vel res sequestranda, vt ibi dicit; quod & uerum pu-

42 to. † Et ad illud quod diximus de usufructuario nunc addo, ꝙ ampliatur procedere ēt si cautio de s. cauendo datis fideiussoribus esset remissa per testatorē, quia dicta remissione non obstante debebit cauere cum fideiussoribus, ut per Bal. in d. auth. cui relictum ver. nota, qđ testator. C. de indi. vidui. toll. & l. 1. ubi Bart. & idem Bal. C. de vsufr. licet secus sit inter viuos inter quos remitti potest, vt ibi dicit Bar. col. 2. vers. sed pone constituo vsumfructum inter viuos. sequitur Gozad. in d. consi. 91. col. 1. in fi. & seq. & vt reuertamur ad limitationē concludit quòd vbi satisdatio cum fideiussore est necessaria de iuris censura, non habet locum cautio iuratoria, vt habetur per Roma. in cons. 439. in fin. Dixit tamen Paul. de Cast. in cons. 416. in fin. vol. 2. quòd si quis non inueniat fideiussorem in loco, ubi satisdandum esset, veniret remittendus ad locum, in quo inneniri posset, dū tamen non esset multum remotus, idest eiusdem prouinciæ, vt in d. l. si fideiussor. §. si necessaria, qui satisdare. coga. Sed in prædictis videretur dicendum contrariū quod immo scilicet si vsufructuarius, tutor, & similes, non inuenirent fideiussores, deberet eis succurri per iuratoriam cautionem, nam in ipso met tutore vi-

43 demus, † quod si ex necessitate sui officij tutoratus, quærelauit testamentū, potest tamen ex eo petere legatum sibi relictū, secus si voluntate propria veluti tanquā procurator, nam non posset illud petere, vt instit. de inoffic. testam. §. tutor. & l. fin. eo. ti. & videmus etiam, ꝙ in ipsis, quia

tale

tale officium necessarium est non procedit insolidum exactio; sed tantum in eo, qui administrauit, secus in procuratoribus, qui voluntarie se obligant, quia insolidum conueniuntur, vt per Aret. in con
44 sil. 29. col. 3. & cons. 66. col. 4. in fi. Hinc rursus si habens procuratorem facit aliquem actum voluntarium in iudicio sine protestatione, de non reuocando procuratorem suum, tunc censetur illum reuocasse, secus si facit actum ex necessitate, quia tunc ei succurrendum est capi. si quem. de procur. in 6. & per Bart. in l. mutari. de procu. & Guid. Pap. & ibi addi. q. 40. & si hæres extraneus prosequitur suspicionem mortis defuncti, qui de illa cauerat non condemnatur de calumnia; sed ab ea excusatur, quia inter volūtariā accusationem, & officij necessitatem hæredis multum interest, vt inquit tex. in l 2. C. de calumniat. sic idem videretur in supradictis casibus, vt deberet succurri non inuenienti fideiussorem. Sol. facilis est; ideo enim ī tutoribus, vsufructuarijs, & similibus satisdatio cum fideiussoribus non remittitur, sed est necessaria, qa agitur de præiudicio tertij, nimirum ipsorum pupillorum proprietariorum, & similium; sed in adductis incontrarium nihil præiudicij fit alteri, & ideo succurritur ne absque ipsorum culpa detrimentum patiantur, præterea vix est, vt tutor non videatur velle tutelam quādo instat admitti ad iuratoriam cautionem ex eo, quòd fideiussorem non inueniat, cum in tali casu veniat repellēdus, & ideo si velit admitti ad tutelæ administrationē debet cauere, seu satisda re cū fideiussorib. & idem dicimus de vsufructuario, qui potest nō acceptare vsumfructum, & sic liberare se a satisdando cum fideiussore, nisi essemus in vsufructuario legali, & improprio, qui non tenetur cauere, vt p Crau. in cons. 285. col. pen. ad fin.

45 Decimo limi. † vt non procedat in eo qui captus est tanquam suspectus, vt concludit Sozi. in d. l. 1. nume. 26. qui satisd. cogan. & in consi. 120. nume. 4. volum. 1. & generaliter concludendum est, q in personis quocunque modo suspectis de peierando, non habet locum iuratoria cautio, vt habetur per Affli. in decis. 36. nume. 3. & Mars. in sing. 273. vbi loquitur in infami, spurio, & iudæo, & quamuis loquatur de iuramento in suplementum probationis, tamen idem dicēdum est, in hoc iuramento, cum militet eadē ratio suspicionis peierandi, faciunt quæ dixi in primo priui. in tertia limi. & rursus in 4. in octaua limi.

46 Vndecimo † ego limitarem, vt nō haberet locum in debitore magnæ quātitatis per ea, quæ scribunt Docto. in l. in bonefidei. C. de reb. cred. & in l. admonendi. de iureiur. quatenus volunt iuramentum supletorium non esse deferendum in causis magnæ importantiæ, quia verisimile est tunc debitorem commissurum periurium, iuxta ea, que notaui in quarto priui. in nona limi.

Duodecimo limi. vt nō procedat qñ alias pro eadem causa debitor fuisset carceratus, & a carceribus liberatus, sub simplici promissione absque iuramento, de soluendo in certo termino, in quo tamē non soluit, nam ex quo fidem non seruauit non est amplius illi credendum etiā cum iuramento sicut nec crederetur quādo primo fuisset periurus, arg. eorū, quæ notabiliter scribit Marsil. in singul. 376. quatenus ibi vult, quòd ratione geminationis delicti quis debet grauius puniri, & videtur esse ratio, quia apari procedunt præstatio fidei, & iuramentum, vt ponit Ias. in §. item si quis in fraudem. colum. 10. instit. de actio. de cuius dicti tamen veritate alibi veniet congruenti us differendum. ista tamen limitatio videtur potius ampli. ad limi. quartā de qua supra.

Decimo tertio limi. non habere locū in omnibus illis casibus, in quibus nec admitteretur, datis etiam fideiussoribus, qa multominus audiretur si vellet præstare
47 iuratoriam cautionem, † exempli gratia cum quis vocatus est ad iudicium, vt sol

ua t

nat, quia in tali casu non debet relaxari etiam datis fideiussoribus.l. statuliber. la 2.in fin.de statu li Gozad. in consil. 100. post nume.23.Ruin.in consi.84.in fi.volum.1. & memoriæ mādauit Cot.in suis memoralibus in vers.fideiussor de iudicio sisti.Alciat.limi.ponit Ias. in d.l.1.q satisd.cog.quæ veræ non sunt limi.sed potius declarationes quædam tendentes ad demonstrandum effectus iuratoriæ cautionis,ideo ad eum me remitto, quia nō est præsentis inuestigationis.

Circa tamen supradicta, est generaliter obseruandum,quòd vt quis liberetur a præstatione fideiussorum per iuratoriā cautionem, necessarium est iurare se facturum,quod sibi incumbit, vt per Cot. in suis memorali.vers. iuramentum probat.&,prius Bald.in Authen.generaliter in 2.colum.versi.in textu ibi Iuratoriam C.de epis.& cleri.vbi dicit, quòd debet iurare sub hac forma:Iuro,quòd nō possum inuenire fideiussorē, & quod faciā, quod incumbit. & hanc etiam ponere videtur Glo.3 in præallegata.l.1. qui satisdar.cogan. quod & obseruauit apostilla.ad Guid.Pap. in d.q.189.

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum de iure ciuili non producit actionem:*

2 *Iuramentum de iure ciuili producit obligationem.*

3 *Pactum nudum secundum communem opinionem de iure canonico vestitur iuramento.*

4 *Pactum nudū de iure canonico producit actionem.*

5 *Actio oritur ex iuramento litis decisorio.*

6 *Actio nascitur ex confessione iudiciali.*

7 *Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.*

8 *Actionem oriri ex iuramēto liberti circa operarum præstationem est speciale.*

9 *Debitum, naturaliter tantum a pupillo solutum,repeti potest.*

10 *Declaratio,quare pactum nudum cum iuramento non producit actionem.*

11 *Facilius validatur; quod est aliquid, vt valeat,alio modo, quàm quod nihil est.*

12 *Declaratio Ad regulam legis nemo plus iuris.de reg.iur.*

13 *Obligatio naturalis geminata producit actionem.*

14 *Appellatio reiterata in eodem actu vna est tantum appellatio.*

15 *Conditionis implementū debet præcedere actū conditionalem.*

16 *Promissio iurata maioris est efficacia, quàm simplex promissio.*

17 *Contractus factus in testamento,eo reuocato, non intelligitur reuocatus.*

18 *Periuriis est obuiandum.*

19 *Agens operatur in patiente bene disposito.*

20 *Declaratur ex mente Doctorum.l.si quis pro eo.de fideiussor.*

21 *Iuramentum est modus inducendi obligationem.*

22 *Expressum facit cessare tacitum.*

23 *Effectus debet atribui digniori, & nobiliori causæ.*

24 *Actus spiritualis plus operatur, quàm temporalis.*

25 *Attenditur quod principaliter agitur.*

26 *Duo vbi sunt propter vnum, ibi dicitur esse vnum.*

27 *Vicissitudo multa operatur.*

28 *Promittens nō receptare bannitos, intelligitur tantum de bannitis tempore promissionis, quod tamen li mi.vt ibi.*

PRIVILEGIVM XIX.

DEcimumnonū priuilegiū est: nā tu scis, † q
1 pactum nudū de iure ciuili non producit actionem.l.iurisgentium. §. igit nuda. de pact.l.legem. C. eo. & tamen si super eo
2 fuerit iuratum,tunc competit actio; † qa iuramentum producit obligationem, & actionem, vt per Bauer. in suo tracta.de virtu.iura.in 34.effectu. & Anto. de Petruc.in repeti.l.1.nume.183.de iureiurā. vbi dicit esse rationem, quia quando iuratur,præsumitur promittens magis delibera-

berate accedere ad promittendum, vt per Alex.in rub.de ver.ob.col.3. & istam partem videtur etiam amplecti Affli. in decis.389.Sozi.in tracta.suo fallenti.reg. 9.in vndecima fallen.Guid. Pap.q. 190. nu.3.Cotta.in suis memorali.in ver.iuramenti religio col.2.versi.tres alios: & videtur in effectu esse communis sententia
3 Doctorum: †quatenus volunt pactum nudum vestiri per ipsum iuramentum, & esse vnum de nouem modis,quibus illud vestiri contingit, vt habetur per omnes in Insti.quibus mod.re. contrahi. obl. in prin.Roma.in consi.176.col.4.ver.ostenditur hic.& Gozad.in consi.60. col. pen. post num.22.ver.præterea & tertio. Sed certe istud verum est de iure canonico: & ita debet intelligi, quòd Doct.loquantur: quia de iure ciuili communiter contrarium concluditur, vt patet per Bal. in Authent. sacramenta puberum. C. si aduer.vendi.& in l.1.C.de oper. liber.cum alijs adductis per Corn.in consi.135.col. 5.vol. 2. vbi de mente Salyc.dicit communiter teneri, quòd de iure ciuili iuramentum non vestit pactum nudum. Supradicta igitur cõclusio,& opinio,quod pactum nudum, iuramento roboratum, producat obligationem,& actionem, & consequenter ab illo vestiatur:est vera de iure canonico, secundum præfatos Doctores.& probatur satis aperte in c.cum contingat.de iureiur.in c.quamuis de pactis in 6.& in c.debitores.d.tit.de iureiu. vbi iuramentum de soluendis vsuris acquirit vsurarum promisionem,acceptanti obligationem, & actionem ad petendas vsuras,nisi vel absolutio episcopi, vel remisio vsurarij intercesserit. ad idemque est glo.in c.quoties cordis oculus. 1. q.7.& ista est.vt dixi, communis opinio prout etiam attestatur Alcia.in d. c.cum contingat.nu.172.quæ sane habet euiden
4 tem rationem.† cum enim ex pacto nudo eodem iure canonico oriatur actio c.1. & ibi omnes.de pact. & per Grat. lib 1. respon.120.nu.16. & est communis opi. fere omniũ Doct.vt inquit Corn. in cõs. 83.in prin.vol.4. Alci.in rub. de ver.ob. nu.12.in rub.C.de pac.& li.5.paradox.c. 3.consequens est, vt multo quidem facilius oriatur ex iuramento, quod diuinã maiestatem habet in testem. Contra tamen istam opi.quamuis communiter receptam,vt de iure canonico ex iuramento oriatur actio,tenuit Innoc. in c. cum venissent.de institu.quem secutus est Ias. in l.iusiurandum, quod ex conuentione, post Roman.ibi.De iureiu.ea potisimũ ratione; quia ex iuramento promissorio de iure ciuili receptum est, neque obligationem,neque actionem oriri.l.si quis pro eo.de fideius.quod nec de iure canonico immutatum reperitur. ergo ẽt iure non competit actio, iuxta tradita per Doc.in c.1.& 2.de noui ope.nunc.idem quoque tenuit prefatus do. Inno.in c.nouit de iudi. Hanc eandem opinio. tam de iure ciuili,quàm canonico,& sic indistincte, quod ex iuramento non oriatur actio,tenuerunt moderni Bononi.videlicet, Bolognet. in l. si quis maior. C. de transact.num.61.& post nu.74.& rursus in præludijs.l.admonendi nu. 26. de iureiu.& dixit Innoc. in c. quintauallis, in prin.de iureiu.ꝙ bene dabitur ex tali iuramento officium iudicis. & sic ibi etiã manifeste vult, quod non oriatur actio. Quia ergo res est in maxima controuersia,& de ea tractarunt interpretes varijs in locis,qui notantur per Rom.in consi. 437.col. 2.ver quoad secundum, & per eundem Bolog in dictis præludi.nu.20. & vario modo locuti sunt; ideo ego latius ac aliquanto diligentius instando in medium afferam argumenta,iura, & rõnes, pro vtraque parte principaliter facien. vt planius deliberare posimus, q̃ opinionem amplecti debeamus.Verum vt facilius hæc nostra disputatio intelligatur,& ne ꝓcedamus in æquiuocis, dico a nobis esse quærendũ solũ, utrum ex iuro promissorio oriatur actio. exempli gratia,simpliciter quis iurauit aliqd dare,vel facere:nam istud nihil aliud est, q̃ affirmatio iuramento firmata, seu iuramen-

mentum, cum affirmatione præstitum, prout inquit Cice. in 3. offici. relatus per Guid. Pap. q. 190. col 2. an inquam ex tali iuramento nascatur actio. ista quæstio potest esse duplex. primo de iure ciuili; secundo de iure canonico. videamus ergo solum, de iure ciuili quæ opinio sit probabilior: nam ex hoc facile intelligemus, quid deinde statuendum sit nobis de iure canonico. & primo pro parte affirmatiua, quod, scilicet, de iure ciuili nascatur actio, adducetur tex. in l. vt iusiurandi. de oper. liberto. vbi iurisconsultus expresse vult obligationem oriri, & actionem cõpetere ex iuramento, quo libertus operas patrono præstare promiserat. & ad idem est tex. in l. fi. de liberal. caus. vbi libertus obligatur ex suo iuramento de operis præstandis. & ad idem est tex. in l. seruum testamento. de manumis. testam. vbi seruus manumissus si iurat operas præstare, obligatur ex ipso iuramento. Neque dicatur hoc esse speciale in liberto; secus in alijs, prout dicebat Bar. in d l. si quis pro eo. de fideius. quem ibi frequentius alij sequuntur; quia replicatur, quod immo in eis nulla est specialitas. quod satis li-
5 quet: † nam uidemus, quod etiam ex iuramento litis decisorio oritur actio, ut nota. in l. nam & postea. §. fi. ubi glo. de iureiur. per Bar. in d. l. si quis pro eo. nu. 3. & per Ange. Are. in §. item si quis postulante, Insti. de actio. item patet in d. l. nam & postea §. 1. ubi dicitur, quod iurans acquirit actionem, uel exceptionem, & in l. actori. C. de iureiur. Item patet in iuramento confirmatorio, ex quo similiter de iure ciuili competit actio, ut in Authen. sacramenta puberum. C si aduers. uendi. Cum ergo in his quoque casibus actio ex iuramento oriatur, non est dicendum hoc esse speciale in liberto: quod & ipsum latius infra demonstrabitur. Sed defendendo communem sentẽtiam ad hoc responderi potest, quod immo actio non oritur ex iuramento; sed ex quasi contractu, resultante ex illa delatione, quam facit pars, ipsius iuramenti. & ita uolunt Pau. de Cast. Alex. Ias. & alij in d. l. nam & postea, §. fi. de iureiur. quia quãdo pars defert iuramentum, uidetur fateri se debitorem, si iuratum fuerit. & sic dicitur quasi contrahere cum ipsa parte, l. qui iurasse. in fi. de iureiuran. & l. depositi. §. 1.
6 de pecul. & ex illa † confessione nascitur actio, cum sit facta in iudicio, l. certum, in fi. de confes. Sign. consi. 33. colum. 2. & hoc quo ad iuramentum litis decisoriũ. Similiter in iuramento confirmatorio dicitur, quod actio non oritur ex ipso iuramento; sed ex ipso contractu præcedente, ut concludunt omnes in d. Auth. sacramenta puberum. & in c. cum contingat, de iureiur. quia de natura huius iuramenti est solum confirmare contractum; non autem gignere actionem; & uulgatum
7 est, † Actum agentium non operari ultra eorum intentionem. l. obligationum substantia, de actio. & obliga. l. non omnis. si
8 cer. pet. cum uulgaribus. † Vnde ex prædictis remanet uera responsio ad supradicta iura adducta contra communem, ut in eis, scilicet, sit speciale fauore patronorum, ut pro illis operis in præmium libertatis, patronis actio competat ex iuramẽto liberti, qui eas præstare iurauit. Secundo facit vnum, quod per contrariam partem adducitur: nam si nudo pacto decem tibi promisero, idque iuramento cõfirmauero, Doct. uolunt, ex hoc iuramento non oriri aliquam actionem. ita Bart. in l. si quis pro eo. col. pen. uersi. 6. dixi. de fideius. quem Doct. communiter sequuntur in d. Authen. sacramen. puberum. & in rub. de uerbo. obliga. & tamen uolunt, quod iuramentum confirmatorium contractus, alias inualidi, pariat obligationem, & actionem, in d. Authen. sacramenta puberum. & in c. cum contingat de iureiurand. Cur ergo non idem est dicendum in pacto nudo, iuramento roborato? certe nulla ratio differentiæ assignari potest: præsertim, quod pactum nudum fit ab homine maiore, maturique iudicij; contractus uero, de quo in d. Authen. sacramenta puberum fiat a mino-

re;

re;& qui nō semper intelligit quod agit; & in promissione, nudo pacto facta, solutum non repetatur; † & in promissione puberum repeti possit l. quod pupillus. de condi. indebi. l. 1. de nouat. & l. naturaliter. d. tit. de condi. indebi. ergo dicendū est, quòd in pacto nudo necessario iuramentum pariat actionem. Cæterum amplectendo communem opin. ad hoc faciliter respondetur: nam præter id, quòd non procedit in terminis nostræ disputationis, in qua agimus de simplici iuramēto promissorio; non autem de pacto, per iuramentum ipsum vallato; dicitur quòd dato, vt in tali casu pacti nudi, iuramento postea roborati, competeret actio; tamen illa non oriretur ex ipso iuramento; sed ex pacto; prout dicitur, quando est appositum super contractu iuxta materiam d. Auth. sacramenta puberum. Et si quæratur, cur ibi competat actio, in casu autem pacti nudi non competat; respondeo euidentem esse rationem; † quia pactum nudum est quid informe, & a iure ciuili nec receptum, nec approbatum: vnde non est mirum, quòd eodem iure noluerint iurisconsulti tribuere illi efficaciam iuramenti; secus est, quando contractus habet suam formam: quoniam licet sit nullus, quia fit contra bonos mores, eodem iure ciuili inspecto, vel propter ipsius rigorem conseruandum: tamen si accedat iuramentum, videntur legislatores per ipsum voluisse remoueri illud impedimentum, quod contractum reddebat nullum, ex quo iure ciuili inspecto contractus dicebatur habere suam formam. & sic contractus, existens tanquam creatura ipsius iuris ciuilis, potuit ab eodem per iuramētum validari ita, vt ex eo cōpeteret actio, quæ est ipsius remedium, vt no. Instit. de actio. in prin. & est tex. in l. 2. §. deinde. de origi. iur. non sic in pacto nudo; quia respectu iuris ciuilis nihil est; & ideo non confirmatur iuramento, argum. nota. per Bar. in l. de pupillo. §. seruo. de noui oper. nunci. † vbi dicitur, quòd facilius inducitur, quòd res, quæ est aliqua certo respectu, valeat alio modo quàm res, quæ non est seu nihil est. sequitur Grat. lib. 2. resp. 81. nu. 4. & ex hoc patet non obstare, si diceretur, quòd immo ex pacto nudo, accedente iuramento, agi efficaciter potest ex eo, quia parit naturalem obligationē; cui si iuramentum accedat, actionem producere habet, vt per Host. in c. quintaualIis: de iureiur. & Abba. in d. c. cum contingat. in vlt. col. de iureiur. quia illud procedit, quando naturalis obligatio oritur ex contractu, licet inualido; quia habet aliquam formam: secus in pacto nudo. & in his terminis loquitur Guid. Papæ. q. 190. in princ. facit ad confirmationem supradictæ solu. quia quando actus est nullus respectu formæ, nihil penitus operatur; secus si si. nullus ex alia causa. & ideo dicitur, quòd quando duo pepigerunt de hæreditate viuentis, si pactum habeat suā formam, priuatur hæreditate eo casu, ꝙ ex illo pacto, idest, ex illa conuentione ad eum peruenit: aliàs secus, quia de actu omnino nullo non soluitur pœna, l. 1. §. hæc verba. quod quisque iu. not. Ias. in l. fi. col. pen. C. de iure emphyt. & Feli. in c. ex tenore. de rescrip. sic testis, si dixerit falsum, licet nulliter, punitur de falso, quando habet formam testis; alias secus, vt per Boss. in sua pract. in ti. de fals. num. 88. Tertio facit; quia si iuramentum non produceret actionem per se, quomodo interpositum super inualido contractu posset eam producere? & tamen omnes admittunt & volunt actionem competere in d. Auth. sacramenta puberum & in l. si quis maior. C. de transac. Cum ergo Doct. volunt iuramentum, adiectum contractui inualido, parere actionem, necesse est, vt quoque fateantur, ex iuramento per se solo actionem oriri; quia alias ex promissione inualida, iuramento roborata, actio non daretur; cum nemo possit alteri tribuere, quod ipse non habeat l. nemo plus iuris. de reg. iur. & cap. nemo potest, eod. tit. in sexto. Sed responderi potest, actionem competere ex contractu confirmato per iuramentum; quia statim,

quòd

ꝗ validatus est,actionē parit; sicut dicitur in pacto nudo,vestito postea interuētu rei,iuxta tex.in l.ex placito. C. de rer. permuta.nam a principio, antequam vestiatur,non habet robur; nec ex eo oritur actio; sed tunc demum, quando res est tradita,l.petens. C. de pact.& l.iurisgentium.§.quinimmo.eo.& tamen nemo dixerit in tali casu actionem oriri ex ipso
12 interuentu rei.†nec obstat regu. d. l.nemo plus iuris;quia respondetur, quòd in casu nostro non procedit, quātum ad id, vt dicatur tribuere actionem contractui; sed solum quo ad robur, & validitatem, quæ cum sit in ipso iuramento, communicatur contractui: ex quo postea oritur actio; sicut similiter dicitur contingere in pacto nudo,quando vestitur cohærentia contractus, qui eidem pacto communicat suam validitatem,& inde postea nascitur actio,vt in d.l.petens.C.de pact.faciunt etiam,quæ habentur per glo. magistra.Instit.de obligati. in princ. in glo.1. vbi naturalis obligatio per se non parit actionem;& tamen illi si accedat ciuilis obligatio,illam parit; & nihilominus ciuilis obligatio non habet effectum aliquem exigendi,vt ibi habetur. Quamuis ergo iuramentum per se ipsum non producat actionem;operatur tamen,vt si cōtractui accedat, contractus ipse eandem pariat; quia habet a iure propriam formam. Quarto adducitur ratio huiusmodi:nam si tu mihi daturum decem iuraueris;vtique vtriusque consensus intercedit;cum in idem consentiamus:ergo oritur obligatio naturalis l. 1.de pact.l.cum amplius.§.is natura debet. de reg. iur. & talis obligatio naturalis erit duplex. vna ex pacto nudo;altera ex iuramento; quia in vtroque consensus inest: ergo oritur
13 actio:quia†ex duplici naturali obligatione secundum communem opinio. potest efficaciter agi.l. iurisgentium. §. sed cum nulla.vbi Iat.de pact.Felin.in c.1.de pac. & Matth.in nota.36.Ad hoc faciliter respondetur,falsum scilicet esse. quòd in tali casu dicatur duplex consensus,& ex cōsequenti duplex obligatio naturalis: quia vnicus est, & vnica obligatio naturalis: tum quia est in vna eademque oratione, & conceptione verborum: tum etiā, quia in eodem contextu temporis præstitus.quo casu constat vnicum esse consen-
14 sum,†sicut dicitur de appellatione in eodem contextu reiterata, quæ est vna, & non duplex.Abb.in c.bonæ.in fi.in c.dilecto. nu.12.& c.tua nobis nume.10.de appella.Roma.consi.41.col.fi.& consi. 427. in princi.præterea tunc est verum, ex duplici obligatione naturali oriri actionē, quando diuersis temporibus est nata: nō in eodem contextu & actu, quia non dicitur duplex: nec quicquam operatur talis geminatio secundum Affl.decis. 285. num.13.

Quinto ista cōclusio probatur per tex. in l.quæ sub conditione.§.quoties.de conditio.insti.vbi hæres,qui iussus erat iurare se aliquid daturum, vel facturum,non aliàs hæres erit,nisi illud dederit aut fecerit,quod iurare iussus erat dare, vel facere.ergo manifeste patet,quòd ex iuramēto competit actio:quia quamuis hæres iuret licet sit hæres:quia satisfecit conditioni iurando,vt iussus erat: non tamen propterea dicetur satisfecisse voluntati testatoris: nisi etiam effectualiter dederit aut fecerit id,ad quod omnino compelli potest,vt patet ibi.Compellendum eum manumittere,si viueret.idem probat text. in l.hæc scriptura.de condi.& demon. & in l.non dubium. §. 1. de lega. 3. in quibus expresse hæres compellitur. & idem habetur in l. seruum testamento. de manumis.testam. & in l. cum quis decedens. §. codicillis de lega. 3. Quidam dicebant quantum ad tex.in d.l. hæc scriptura, & d.§. 1. quòd procedunt:quia illa institutio facta fuit sub conditione dandi, vel faciendi.quod est manifeste falsum: quia fuit facta sub conditione si iurauerit: & sic iusiurandum ipsum est in conditione: non autem dare, vel facere. quod ex eo patet,quia statim,quod iurauit, hæres est factus:etiam si non fecerit, quod iurauerat:

rat; quamuis postea facere compellatur. quòd si dare, vel facere fuisset, in condi-
15 tione, † præcedere debuisset idest, prius fuisset dandum, vel faciendum l. quoniã asseueras. C. de rer. permu. Pau. de Castr. consi. 5. col. 1. vol. 1. & Craue. consi. 59. cũ ergo, postquam iurauit, in dictis iuribus compellatur, non alia quidem ratione cõtingit, nisi quia ex iuramento etiam de iure ciuili competit actio. alij vero dicebant, non oriri actionem ex iuramento; quia a prætore fuerat remissum, ex eo, ꝙ nonnulli hominum ad iurandum contẽptu religionis proni; alij perquam timidi, metu diuini numinis, erant, vt inquit tex. in d. l. quæ sub conditione in princip. Sed nec istud verum est, quia sequeretur, quòd si ex eo non remisso non compelleretur dare, vel facere, plus posset iuramentum remissum, quàm non remis-
16 sum: quod est ridiculum, † cum plus possit dictum seu promissum iuratum, quàm simplex assertio. l. filio quem pater. de lib. & posthum. Authen. sacramenta puberũ sæpe allegata. c. quamuis de pact. in 6. c. cum contingat. de iureiu. late Gomes. in §. item si quis postulante nu. 25. institn. de actio. & Couar. in d. c. quamuis. in prima par. §. 2. ideo tertio loco respondetur, hoc esse speciale in vltimis voluntatibus earum fauore, quòd scilicet iuramentum in vltimis voluntatibus habeat parere actionem: quod alias non esset. Sed certe in hoc nulla est specialitas, nisi quòd in eis iuramentum remittitur: sed quod ex eo competat actio, nihil speciale est nam quamuis in vltimis voluntatibus iuretur, non propterea fit, vt iuramentum plus efficaciæ habeat seu recipiat ab ipso testamento, cuius occasione per hæredem prę standum venit; quia ridiculum esset, ꝙ ipsum iuramentum, quod est quiddam diuinum, reciperet efficaciam ita, vt gigneret actionem, ab ipso testamento, quod est humanum, & sui natura reuocabile; & quod rursus inefficax foret in contemptum diuini numinis, fauore vltimarum voluntatum. i. ipsorum hominum, efficax ad agendum redderetur. quod non est dicendum, arg. l. veluti. de iusti. & iur. Præterea quamuis in vltimis voluntatibus iuretur, non propterea fit, vt iuramentum plus efficaciæ habeat; cum non accedat, sed incidat per se principaliter non aliter, quàm si contractus venditionis in testamento fieret. iuxta tex. in l. hæredes palam. §. 1. vbi Glo. de testam. quem constat
17 suam naturam seruare. † nam quamuis testamentum reuocetur, venditio tamen ipsa reuocari minime potest, vt ibi not. & per Roma. in consi. 171. Alex. consi. 45. in 2. dubio. vol. 1. & Natt. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. q. 27. C. de testam. quamuis. Tiraq. de legib. connubi. l. fina. glo. 5. nu. 103. nonnullos alleget in contrarium: super quo non insisto; quia non pertinet ad materiam, de qua agimus. simile etiam videmus in stipulatione, quæ si incidat in aliquem contractum, non vt alteret naturam illius in quem incidit: sed æque principaliter, tunc propriam naturam seruat, vt per Calc. in consi. 24. num. 14. Quando ergo iuramentum incidit in testamento, vel in alijs vltimis voluntatibus, prout in d. l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg. 3. seruat suam naturam nihil viriũ ex testamento capiens, aut illi tribuens. Quemadmodum ergo, vt in alijs rebus, actionem parit, & in testamentis, & in alijs vltimis voluntatibus ita, vt quantum ad hoc attinet, non sit aliqua specialitas, vt ex prædictis satis apparet. in prædictis tamen non facio aliquod fundamentum; quia quo ad alia iura, supra in contrarium allegata, non cadit ista consideratio; cum non præstetur iuramẽtum in vltimis voluntatibus; sed inter viuos, & per hæredes, cum volunt adire hæreditatem, vel legatum acquirere. Respondendum est itaque dictis iuribus, si volumus communi opinioni adhærere, alio modo. Dico igitur, quòd ideo compellitur hæres implere quod iureiurando se facturum, vel daturum promisit; qa non solum iusiurandum positum erat in conditione; sed etiam illud dare, vel face

rei;quod patet in primis in casu d. §. quoties;vbi iuriscōsultus quærit,an hæres defectus cōditione intelligatur ex eo, quòd seruus mortuus sit,vel manumis.viuo testatore;quem iurare iussus erat se manumissurū;& dicit, quòd non:quod intelligit ibi Glo.dummodo hæres non fuerit in mora manumittendi post mortem testatoris; qa tunc si obijsset,censeretur conditione defectus. & sic ibi non solum iuramentum erat positum in conditione;sed etiam ipsa manumissio.nec quidquam facit,quòd iuramento præstito per hæredem effectus fuerit hæres;quia est verum, quoad nudū solumque nomen hæredis,non quoad effectum; quia hæreditarias actiones non habet,antequā dederit, vel fecerit id,quod erat iussus iurare.erat igitur vtrumque positum in conditione,scilicet,iurare & facere,vel dare:& ideo vtrunque erat implendum; quia conditio non potest diuidi l. qui duobus.de conditio.& demonst. nam illa verba,Si iurauerit se manumissurum, vel daturum, habent in se tacitam conditionem,scilicet,& faciet,vel dabit; vt legitur apud Paul.de Castr.in l.si cum patruo ad fin.C. communia vtriusque iudic. & ita etiam dicendum est in alijs iuribus supra allegatis in contrarium. Vel responderi potest, quòd in eis actio non datur ex iuramento; sed ex quasi contractu, resultante propter aditionem hæredis, iuxta tex.in l.apud Iulianum.§.fin.cum l.sequē. quibus ex cau.in pos.eat.cōstat enim actionem competere ex quasi cō tractu, vt not. in §.omnium.Insti. de actio. & istud ego puto verissimum. Sexto facit, quia etiam de iure ciuili iuramentum est omnino seruandum,si seruari potest;& quādo, si quis non seruaret, incideret in periurium l.1. ibi Neque periurij me auctorem tibi futurum sperare debueras.C.si aduers.vend.& l.1.C.de Summa Tri.& fid. catho. Guid. Pap.quæst.146.& quæ.190. vbi tenet istā partem.sed si iurans aliquid facere,vel dare,promissionem non adimplet, periurij reus efficitur,l.si duo patroni §.fin.de iure iuran.merito sequitur, quod ex illo actio competat,argumen.l.statuas de acqui.rer. domi.& l.vni.de cond.ex lege. Sed respōderi potest, quòd quamuis leges dicāt seruandum esse iuramentum; non tamen sequitur, quòd hoc contingat iure actionis
18 sed potius officio iudicis; quia † periurijs est obuiādum.l.ne in arbitris;vbi Bal. hoc not. per illum tex.C. de arbitr. quod & videtur sensisse Paul.de Castr. in consi. 8.volum.2.& leges ciuiles non dedignantur sacros canones imitari.& ita etiā post alios declarat respondendo Bolognet. in præud.l.admonendi.post numerū 14. de iureiur. Vel dici potest, quòd iuramentū seruandum est condictione ex legibus dicentibus,illud seruandum esse; cum nulla lege caueatur, quòd ex eo cōpetat actio: vnde cum lex inquit,seruandum esse iuramentum,intelligi debet,vt iurans compellatur ad illud seruandum per condictionem ex illa lege.l.prima,de condi. ex lege Calcan. consilio 68. in fin. & consilio 76. colum.2.in princip.ante numer.2.vbi concordan. Tertio respond. quod iuramentum seruandum est non quidem, quòd ex eo nascatur actio;sed seruari debet ex illa æquitate seu præcepto iurisgētium, quod est,vt veneremur Deum, & seruemus religionem:nam omnes tenemur venerari Deum.l.veluti.de iusti.& iur.& l.1. C. de Summa Trin.& fi. ca. & ita etiam declarat Bolognet.in l.si quis maior. post num. 61.C.de trans.pro hoc recte cōcinit,quia pietas facit aliquid reputari pro debito, quod tamen non est vere debitum, l.cum is.§ si in ea opinione.de cond. indebi. quē tex.Doc.ibi ad hoc, reputant singularem Septimo facit:nam pactum factum in iudicio vestitur calore iudicij, & producit actionem secundum magis communē sētentiam Docto.in rubr.de verb.obl.quod cōtingit propter præsentiam iudicis, qui quasi in testem illius promissionis vocatus est.ergo & iuramentum, quod habet vim iudicij,l.qui iurasse.§ fin.de iureiurā. Roma.consilio 517.nume.vigesimoquinto; & diuinum nomen habet in testem, vestiri debet; & ex consequenti ex eo a-

ctionem oriri. Sed respondeo hanc æquiparationem, seu argumẽtationem de pacto nudo ad iuramentum non valere; quia pactum nudum habet præexistẽtem materiã, bene dispositam, ob conuentionẽ partium ad recipiẽdum illud robur iudicij: quod non contingit in iuramento, cuius natura est, præcedentem dispositionem confirmare, vel actui robur addere. cap. & si Christus. de iureiur. cap. ad aures ibi, Per præstationem fidei, vel iuramenti confirmauerit & in l. si quis maior ibi, Solidauerit. C. de trãsactio. & sic nõ potest recipere robur ad effectũ ꝓducendi actionẽ; q̃a materia ipsa nõ patitur;
19 † & agens operat̃ in patiẽte, bene disposito, sm̃ Philos. in 2. de anima. quem allegat Barbat. in consil. 28. post nu. 8. inter consi. Calcan.

Octauo adducitur, quia iuramentum remitti potest per eum, in cuius fauorem iuratum est. cap. 1. de iureiur. & ibi Abb. ergo & obligatio quæsita fuit, & ex consequenti actio; quia nemo potest reremittere, quod non habet, l. manumissiones. de iust. & iur. l. decem. de verb. obli. & cap. quod autem. cum vulgar. de iure pat. Sed faciliter respondetur, quod licet fiat remissio obligationis, non tamen actionis; neque dicatur: ergo illa obligatio erit inefficax, si non oritur actio; quia pars vel implorabit officium iudicis pro obseruantia iuramenti; vel aget condictione ex lege, vt dicebam in proximo præcedenti argumento. In cõtrariam partem adducitur principaliter text. in l. si quis pro eo. de fideiusso. propter quem Docto. frequentius tenuerunt ex iuramento non oriri actionem: nam ibi habetur, quòd si fideiussor pro eo interuenit, qui libertus non est, quique operas præstaturũ iurauerit, nõ tenetur. quod ea ratione creditur euenire, quia iuramentũ nõ ꝓducit de iure ciuili actionem, vel obligationem
20 † Sed ad hunc text. r̃ndet in primis Corra. in repet. l. admonendi. in prima parte. post num. 20. de iureiur. hoc ideo esse, quia in homine ingenuo operarum ꝓmissio, & iuramentum, super ea præstitũ, nullum est; quasi per contrarium tacite innuens, obligari iureiurando, & fideiussorem accedere posse in omni alia causa, p̃terquam in operarum promissione; quia operæ libertatis causa imponuntur, & non nisi a libertis præstari possunt l. 2. & l. operæ. de oper. libert. quod etiam euidentius demonstratur; quia nec si in casu d. l. si quis pro eo, per sollemnem stipulationem ingenuus operas promisisset, obligaretur. Igitur rõ illius decisionis est, quia promissiõ operarum, ab ingenuo ꝓcedens, vtcumq; fiat, vel per iuramentum, vel per sollemnem stipulationem; nec obligationem nec actionem producit. & quamuis operæ, quæ fragiles sunt, ab ingenuis præstari possint. l. 3. de vsu & vsufru. lega. de his tamen non loquitur tex. in d. l. si quis pro eo. de quibus in dubio est intelligendus, quia operarum appellatione in dubio non veniunt fabriles. l. imperator; & ibi Barto. de in diem adiecti. Alex. & alij. in l. 1. in prin. si cer. peta. & ita etiam declarat Couar. pulchre hanc rem disputans. in c. quãuis. in 6. par. 2. §. 2. ver. decimo. vsque ad fi. Concludo igitur, ꝙ iuramentum obligat ingenuum, præterquã in operarum præstatione, vt in d. l. si quis pro eo. & in l. penul. de obsequi. a lib. præstan. & libertũ ipsum in sola operarũ p̃stastione, non ẽt in alijs causis; quæ causę improbantur, vt si adigat iureiurando, ne matrimonium contrahat: quo casu tale iuramentum non obligat. l. adigere in princip. & §. fin. de iure patrona. & per Couar. in d. c. quamuis. §. 3. num. 12. in eadem parte.

21 † Secundo adducitur, quia iuramentum non est modus inducendi obligationem, secundum Barto. in d. l. si quis pro eo. quem Doctor. ibi communiter sequuntur, & in rub. de verb. obli. & Grat. libr. 1. respons. 15. nume. 33. quia iuramentum secundum eos est, quædam assertio affirmatiua, vel negatiua, habens vinculum religionis, vt per Innoc. in c. fin. de iureiur. & sic non includit consensum,

sensum, per quem iurans velit obligari:& ideo eius formalitas solum in eo consistit, quia addit actui vinculum religionis, vt deducit Bolognet. in præludijs. l. admonendi.post nu. 24.de iureiur. Certum est autem quemlibet actum habere propriã naturam, & suum effectum operari,secundum Abb.in consi. 16.col. 3. vers.sed quãquam,par. 2. Cum ergo iuramentum solũ sit introductum, vt maius robur addat actui,propter inuocationem diuini nominis,non debet aliud operari. l. obligationum substantia.de acti.& obl.l.in traditionibus.de pact. quia ex actibus hominum non est plus præsumendum,quàm illi ipsi se extendant.l.fi.C.ne vxo.pro mari.l.1.§. si qs hoc ĩterdicto.vbi Bar. de itin.actuq. priuat. Cęterum adherendo alteri opi. ad hoc faciliter respondetur, ꝙ immo iuramẽtum promissorium,de quo nũc tractamus,est modus inducendi obligationem, & actionem;quia qui iurat se aliquid daturum,vel facturum, vtique se obligat ad illud dandum, vel faciendum,ex quo iuramentum habet vim pacti obligatorij, vt dicit Glo.in l.si duo. §. si quis iurauerit in ver.teneri.vbi dicit not.tanquam mirabile.de iureiur.Nec obstat dictum Bart. in cõtrarium;quia procedit in iuramẽto cõfirmatorio,non aũt in promissorio, & ex hoc infero non esse veram cõsiderátionẽ, quam facit Bolognet.in d.l.si quis maior. C.de transa.post num.61.dum vult, quòd neque ex iuramento neque ex nudo pacto nascatur actio;sed extra id quod agitur, idest propter illam æquitatem, quæ vult seruari religionem,& Deum venerari. nã hæc sua consideratio pertinet ad iuramẽtum confirmatorium,quod (vt ipse quoq; fateor)ex sui formalitate non est aptum gignere actionem, cum solum habeat actũ confirmare, & illi robur addere.& quamuis ipse Bolognet.idem velit esse quando dicitur,Iuro dare tibi talem rem; & sic loquatur in iuramento promissorio, tamen subdit iuramentum non producere actionem:sed est ipsa conuentio, quæ implicitę continetur in iuramento,quæ illam producit.& hoc verum esse contendit de obligatione,quæ nascitur ex illa æquitate, vt pacta seruentur. Tamen aduertendum puto; quia si vera esset hæc sua consideratio, nunquam obligatio, vel actio nasceretur ex contractu,vel quasi,sed semper diceretur oriri, & nasci ex illa æquitate, ꝙ pacta siue promissa seruentur; & ex illo præcepto. Quod tibi non vis alteri non feceris. & tamen leges semper dicunt obligationem oriri ex contractu vel quasi,ex maleficio vel quasi, vt patet Insti. de oblig.§. sequens,& eius consideratio confunditur etiam, quia pro eodem sumit iuramentũ promissorium, & confirmatorium; & tamen inter ea constat esse maximam differentiam,vt dixi in præludijs præsentis tractatus,& dicam infra etiam apertius.

Quid igitur dicendum? Ego puto primam partem in disputando, & in puncto iuris esse veriorem. Quod sic demonstratur:nam quando ego iuro aliquid dare, vel facere,istud est simpliciter iuramentũ promissorium;& iuramentum istud nihil aliud est,quàm promissio iurata, quę propterea explicari potest per alium,vt idem Bolognet. scribit in l. 1. columna 13. ad fin. post numer. 20. C.quando non peten. par,& sic in effectu promissio non differt à iuramento, sicut in simili dicitur de trãsactione, quæ est idem, quod placitum transactionis, vt notatur per Doctor. in rubr. C. de transactio. neque dici potest, quòd talis obligatio nascatur ex conuentione, quæ implicitè in iuramento continetur, prout dicebat Bolognet. in loco supra proxime allegato; & male,quia illa conuentio non habetur in consideratione; tum quia est tacita, quę cessat per ex-
22 pressionem iuramenti, † quod quidem expressum facit cessare tacitum. l. cum filio.§.fin.vbi Ias.de vulg. & pupil. substit. idem Ias. in l.licet Imperator.num. 23.de leg.1.& eo est potentius,ut per Dec.in cõ
23 sil.10.colum.2. versic. nec obstat; † tum etiam, quia natiuitas obligationis debet attribui iuramento,tanquam digniori & nobiliori parti actus, argumen.l.cum in

diuersis, de religios. & sumpti. fune. Posito ergo quòd in tali iuramento essent duo, videlicet, ipsum iuramentum, & implicita conuentio dicendum tamen est obligationem oriri ex iuramento per supradicta; & quia, cum iuramen-
24 tum sit quid spirituale, † potentius agit & operatur, quàm temporalis illa conuentio implicita, vt per Anton. de Butr. in capitu. per venerabilem, qui fili.
25 sint legiti. † Et quia etiam attenditur, quod principaliter agitur, non quod venit in cōsequentiam l. si quis nec causam, si cert. peta. Dec. in consil. 31. colum. 3. in princi. & consi. 107. colum. 2. Amplius dico, quòd hic non est nisi simplex iuramentum promissorium; & sic vnum tantum, non autē duo; quia & si tacite videatur contineri conuentio, tamen hoc est propter iuramētum, vnde succedit regula iuris tritissima
26 quæ est, † quòd vbi duo propter vnū, ibi vnum, l. cum seruus, de cond. & demonst. l. statu liberos. §. nō solum, de statu li. l. qui liberatores. §. si seruus. de euict. Signor. consi. 2. col. 3. nu. 13. & cons. 7. col. fi. Ias. in l. quominus, in not. de flumin. Crau. consi. 202. nu. 13. & ista regula maxime vera est quando illa duo fiunt eodem tempore vt per Grat. lib. 2. respon. 23. nu. 14. & 15. id quod cōtingit in casu isto, cum quis iurat, se aliquid dare, vel facere. Et quod iuramētū istud promissorium sit vnū tantum, nō autem duo, videlicet, iuramētum & promissio, seu conuentio, patet, quia iuramentum est subiectum, & promissio qualitas, cum accedat iuramento; & constat subiectum & qualitatem non esse diuersa, sed vnum ens qualificatum, prout inquit Cor. in cōsil. 7. colum. 3. volum. 1. Ergo concludendum est, actionem oriri ex ipso iuramento promissorio, tanquam ex subiecto qualificato. diuersum est autem, quando præcessit pactum, vel alia conuentio, & deinde adicijtur iuramētum, ad roborādum, & confirmandum illam; quia istud est iuramentum confirmatorium. & possunt cōsiderari forte tanquam duo actus, videlicet: vnus promissionis, & alter iuramenti, & in tali casu admitto non oriri de iure ciuili actionem ex eo, quia tale iuramentum non eo pertinet, vt illam producat; sed vt tantum robur & efficaciam maiorem conuentioni tribuat, vt supra fuit demonstratum. Ex prædictis omnibus concludo, actionem oriri ex iuramento promissorio de iure ciuili contra communē sententiam; quæ tamen de iure canonico non habet tantum dubitationis, & propterea eo iure communiter tenetur, quod ex iuramento competat actio, vt supra ad initium huius nostri priuilegij relatum fuit. Non omitto tamen, quod præsupposita communi sententia, quod de iure ciuili non producat actionem, posset fortasse limitari non procedere nec habere locum, quando fuisset vtrinque iuratum de aliquo, scilicet, dando, vel faciendo; quia in tali casu propter vicissitudinem oritur actio, vt videtur tenuisse (licet sub dubio) Bald. in cap. 1. §. item sacramenta, colum. fin. de pace iuram. firma. & refert Io. Lup. in repeti. rub. de dona. int.
27 vir. & vxo. §. 50. nu. 15. nam † vicissitudo aliàs multa operatur, vt per Rom. in cōsi.
28 26. & dixit Ang. in cons. 292. † quòd licet promittens non receptare bannitos, intelligatur solum promisisse de bannitis tēpore promissionis: tamē si promissio fuit reciproca, intelligetur etiam de alijs, qui in futurum bannirentur propter vicissitudinem. sequitur Bello. in consi. 5. post numer. 24. Ad idem videmus, quòd, quamuis pactum de hæreditate viuentis regulariter non valeat l. fin. C. de pact. tamen si fuit reciprocum, vt quia paciscentes conueniant, quòd si decedat vnus eorum sine liberis, hæreditas perueniat ad superstitem, valet, vt ibi per Iason. & per Oldrad. in consilio 139. cum alijs cumulatis per Docto. in d. l. final. & dixit Corne. in pulcro casu consulendo, quòd si ego instituo te hæredem, quia tu me instituisti, valet. & non dicitur captatoria institutio, etiam si ambæ institutiones sint factæ in vno eodemque testamento, prout contingit in casu Corn. vt patet in eius consi.

159.in prin.vol.4. vbi tres fratres fecerunt simul, & vnico contextu, testamentum, in quo, alter alteros, hæredes instituit. & substituit, prout ibi legitur, concludendo tale testamentum valere, nec dici captatorium. quod videtur verum propter vicissitudinem, vt dictum fuit, & alibi habetur, quòd donatio reciproca non requirit insinuationem, vt per Cur.iun.consi.15.col.pe.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de hæreditate viuentis regulariter non valet.*
2 *Pactum de hæreditate viuentis multis modis fieri potest.*
3 *Pactum de hæreditate viuentis, per quod aufertur libera testandi facultas, non valet.*
4 *Pactum de non succedendo valet de iure canonico, interposito iuramento.*
5 *Pactum de hæreditate viuentis, scilicet tertiæ personæ, non valet.*
6 *Limita, nisi ille tertius consenserit & vsque ad mortem perseuerauerit, & nu.31.*
7 *Pactum de certa parte bonorũ alterius valet.*
8 *Pactum de hæreditate tertiæ personæ viuentis cum iuramento sustinetur. vide tamen infra de veritate.*
9 *Aliquid esse contra bonos mores, dicitur multis modis.*
10 *Interpretatio fieri debet, vt saluti animæ consulatur.*
11 *Animæ causa non est de apicibus iuris disputandum neque iurandum.*
12 *Votum captandæ mortis, quod inducatur ex pacto de hæreditate viuentis, dicitur esse de apicibus iuris.*
13 *Pactum de hæreditate tertiæ personæ viuentis, est contra bonos mores iuris positiui.*
14 *Lex, quantumuis dura seruanda est.*
15 *Faciens contra legem positiuam peccat tantũ venialiter.*
16 *In duobus malis minus est tolerandum.*
17 *Pactum de hæreditate tertiæ personæ viuentis, absque illius consensu, etiam cum iuramento, non valet, secundum magis communem opinionem.*
18 *Hominem homini insidiari nefas est.*
19 *Causa occasionalis quantumuis modica, potest impedire actum fieri.*
20 *Delictis est obuiandum.*
21 *Suspicio metus idẽ operatur, quod ipse metus.*
22 *Suspicio falsi in multis casibus habetur pro falso.*
23 *Donatio inter virum & vxorem ideo firmatur iuramento, quia non præstat directe occasionem ad malum.*
24 *Homo non cogitat de alio homine, quod de se ipso non cogitaret.*
25 *Suspicio rei quando operetur idem quod ipsa res, declaratur.*
26 *Indefinita oratio legis æquipollet vniuersali, etiam de proprietate,*
27 *Regula sumitur ex pluribus casibus in iure determinatis.*
28 *Indeffinita oratio legis non æquipollet vniuersali, quando militat diuersa ratio.*
29 *Iudicandum est in dubio pro obseruantia iuramenti.*
30 *Pactum de succedendo fauore piæ causæ, an valeat cum iuramento.*
31 *Tutori si sit remissa confectio inuentarii per ipsum testatorẽ, cessat in eo suspicio fraudis.*
32 *Producens testem censetur approbare illius personam.*
33 *Testis vnus probat de consensu partium: & ideo de singularitate non potest opponi.*

PRIVILEGIVM XX.

Vigesimum priuilegium est: nã
1 tu scis, † quod non valet pactũ de hæreditate viuentis, vt in l.fin. vbi oẽs.C.de pac.l.quidam.§.fi.de dona.l.2.de his, quibus vt indig. in fi.Anch.consi.404.Sozi.consi.134.vol.4. Doc.oẽs.in l.stipulatio hoc modo concepta.de ver.ob.Gozad.consi.98. in princ. & Grat.lib.2.resp.104.col.2. nu.5.cum alijs concordantijs adductis per Bolognet.in d.l.fi.in quinto nota. & Anto. de Gabr.in tit.de pac.concl.1.Cur.iun.cõs.15.& Viui.in ver.pactũ inter aliquos. nã nemo põt in vita sua aliũ facere hæredẽ ex pacto: quinimmo nec id ipsum leges facere pñt, vt patet in senatus consulto Trebelliano; cuius auctoritate si sit restituenda hr̃ditas p hr̃dẽ fideicõmissario, ille nõ efficit hr̃s.§.restituta.Inst. de fideicõ.hær.& ita ꝑpẽdit Cor.in cõs.178.co-

 lum.

lum.4.ad fin.vol.2.& dixi ego in quadam mea quæst.latissime. Tamen si in tali pacto fuerit interpositum iuramentum sustinetur,& valet.c.quamuis.de pact.in 6.vbi Doct.& not.in l.pactum dotali.C.de collat. Sed contrariũ tenent Bart.Saly.Alex. & frequentius cęteri.in d. l. fi.C. de pact. quia tale pactum dicitur esse contra bonos mores, & ideo non firmatur iuramento cap. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. Et ideo pro resolutione istius difficultatis, & pro faciliori intelligentia,& declaratione istius priuilegij præmittendum est, secundum Doctor.in d.l.
2 fi.† quòd pactum de hæreditate viuentis multis modis fieri potest.aliquando enim fit pactũ cũ eo,de cuius hæreditate agitur aliquãdo fit ĩter alios,de hæreditate tertij.
3 † Primo casu pactum dicitur esse contra bones mores;quia impedit liberam testandi facultatem: ex quo enim tenetur illam promissionem seruare, sequitur, quòd sibi intelligatur taliter paciscens abstulisse liberam testandi facultaté quod est contra bonos mores;& ideo a iure pęnitus reprobatum, vt not. in l. si quis in principio testamenti. de legat. 3. & facit text. in l. pactum quod dotali.C.de pact. vbi nõ valet pactũ initum cum fratre de æqualiter succedendo eorum patri, cum moreretur; quia aufert liberam testandi facultatem. & ideo ex tali pacto nulla nascitur obligatio. & melius facit text. in l. hæreditas. C. de pact. conuen.quæ loquitur de pacto inito cum marito de illius hæreditate; cum liberum debeat esse testandi arbitrium.vt in l.1.C. de sacros. Eccles. & in l.stipulatio, hoc modo concepta, de verb. ob. An autem hæc ratio vera sit, quòd dicatur esse contra bonos mores, ex eo quod sibi aufert liberam testandi facultaté dicã in septuagesimoquinto Priui.num.23. Istud auté pactum cũ eo, de cuius hæreditate agitur, duobus modis fieri contingit; & sic est duplex pactum, videlicet: negatiuum, & affirmatiuum.negatiuum est, cum paciscitur de non succedendo: & hoc de iure ciuili est reprobatum; quia videtur contra bonos mores tractare de hæreditate viuentis d.l.pactum dotali.C.de collat. & l.si quando. §. illud etiam. C. de inoffi.
4 testamen. tamen de iure canonico si interuenit iuramentum, valet, vt in dicto capitulo quamuis, de pact. in sexto; vbi Doctor. omnes. & in dicta lege pactum dotali, nunc proxime allegata. de cuius rei veritate diximus latius in proximo sequenti priuilegio. Affirmatiuum pactum est, cum quis conuenit de succedendo. & in isto casu omnes concludũt tale pactum non valere; quia aufert liberam testandi facultatem per iura superius allegata. & procedit ẽt si interuenerit iuramentum, quia adhuc tale pactum non valet, vt per Grat. alios allegan.lib.1.respon.19.nu.12.
5 † Secundo casu principali, quando pactum fit inter aliquos de hæreditate tertij viuentis, vt in casu d. l. pactum, quod dotali. C. de pact. tunc dicitur, quòd non valet, quia est contra bonos mores, ex quo inducit votum captandæ mortis illius, scilicet de cuius hæreditate paciscitur, l. quidam. §. fi. de dona. cum l. sequen. & est etiam reprobatum de iure canonico propter dictam rationem, quòd inducit votum captandæ mortis, cap. ne captandæ, de concess.præben. in 6. & cap. 1.& 2. de con-
6 cess. præb. †Et hoc procedit,nisi ille tertius consenserit illi conuentioni; & pacto de eius hæreditate inito, & vsque ad mortem perseuerauerit per tex.ĩ d.l.fi. C. de pact.ibi,Nisi ipsi forte, de cuius hæreditate pactum est, voluntatem suam eis accomodauerit, & in ea vsq; ad extremum vitæ suæ spacium perseuerauerit.tunc etenim,sublata acerbissima spe, licebit eis, illo sciente, & iubente,huiusmodi pactiones seruare. ita etiam notant ibi Saly.& Alex.& late consulendo scribit Gozad.in consi.98.Alex.consi.83.vol.2.& consi.58. volum.5. Ange.consi.5, Dec. consil. 665.
7 nume. 11. & alibi sæpe per Doct. † Secundo procedit si fiat pactum sub nomine hæ-

ne hæreditatis; secus si de certa parte bonorum, vt per Gozad. in consi. 87. nu. 17. sed hoc non est verum, & contrarium tenetur communiter, quòd scilicet, immo dispositio d. l. fi. C. de pact. ꝓcedat ēt si pactum fieret de re particulari, vt patet ibi De rebus eius; & ibi Talium rerũ; & ibi Cum in alienis rebus, & ita tenet Corn. in consi. 27. col. 2. in fi. vol. 4. Bar. in l. cum dominus. §. fi. in fi. de pec. lega. Dec. in consil. 184. col. fi. & moderni omnes in d. l. fin. vbi Cagn. nu. 103. testaī de cōmuni. Hoc ita p̄missο, redeo ad ipsum priuilegiũ, & dico, quòd pactum de hęreditate viuentis, initum inter paciscentes, scilicet de hæreditate alterius personę tertię, absque illius consensu non valet; quia inducit votum captandæ mortis, vt supra dictum

8 fuit.† Tamen si in huiusmodi pacto interpositum fuerit iuramentum, sustinetur & valet. ita in effectu tenet Bal. in c. 1. §. moribus, si de feud. fue. conc. int. dom. & agna. Ange. consi. 179. col. 1. Guid. Pap. cōs. 31. Cepo. caut. 112. Aret. in cōsi. 73 in fi. secundi dubij, Dec. in l. pactum, quod dotali, n. 2. & 3. C. de pact. & in consi. 156. nu. 5. & rursus in consi. 655. Craue. in consil. 139. nu. 8. & seq. cum alijs cumulatis ꝑ Tiraq. in præfatione. l. si vnquam nu. 142. C. de reuoc. dona. & Pedem. decis. 100. n. 10. ver. sexto firmari dicitur. & istam quoque opinio. secutus est Couar. in d. c. quãuis in initio tertiæ par. ver. altera vero cōstitutio nume. 2. de pact. in 6. quando, scilicet, accederet illius consensus, de cuius hæreditate ageret: de quo nihil est mirãdũ, ꝑpter tex. expreßũ in d. l. fi. in verbis, supra ponderatis. C. de pact. Sed tunc dicitur, quòd in tali casu iuramentum nihil operatur, cum etiam absque eo tale pactum valeat, vt ex prædictis patet. nos autem loquimur, quando ille tertius nō præstitit eius consensum. Et in his terminis Bald. in d. §. moribus, dicit ꝙ Canonistæ non acceptarent contrarium; & mouetur per rationem. d. c. quamuis de pac. in 6. dũ ibi dicitur, ꝙ si iuramentum nō vergat in dispendium salutis æternæ, debet seruari, idem not. in capitulo cum contingat, de iureiuran. sed in casu isto non vergit aliquod dispendium salutis æternæ, cum relinquere, vel non relinquere hęreditatem vni, vel potius alteri, & sup ea pacisci, nihil pertineat ad animarum salutem; & negat idem Bal. in loco supra allegato versa ri in tali pacto votum captandæ mortis. quis enim hoc Barto. vel alijs, reuelauit, quòd sic paciscens quæreret mortem illius, de cuius hæreditate pacisceretur; cum quilibet in dubio præsumatur bonus. l. merito. pro socio. c. fin. de præsumpti. & in c. vni. de scrut. in ord. facie. & præsumendum sit, quemlibet habere eã voluntatem, qualem habere conuenit, & debet l. ex facto. in princip. de vulga. & pupil. substi. Calca. consi. 48. num. 15. & consi. 120. col. 4. ver. talis enim. & alibi dicitur, quòd quis præsumitur facere actũ, vt sibi prosit; non vt alteri noceat. Glo. in l. fluminum. §. fin. in versicu. non teneri. de damn. infect. quam ibi sequitur Bart. & Imo. in l. si in eodem de aqua plu. ar. & dixit in simili Alexan. in consi. 141. volum. 1. quod quilibet homo præsumitur facere, vel nō facere, qđ homo sanę mētis, & recti iudicij faceret, vel nō faceret. Et istud dictum Bal. & consequenter supra dicta opi. confirmatur etiam; quia inquãtum dicitur, ꝙ istud pactum est contra bonos mores: & ideo iuramentum, super eo præstitum, non valet per c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. nō procedit in his, quæ dicuntur contra bonos mores, sola çensura iuris ciuilis, secundũ Bal. in l. pactum dotali. C. de colla. & in l. pacta, quæ contra. C. de pact. & in l. pactum quod dotali. eo. tit. col. 19. nam est sciendum, quòd secundum Bal. in dictis locis: & sequitur Alex. in consi. 7. num. 9.

9 vol. 6 † aliquid esse contra bonos mores pluribus modis consideratur. vno modo, quando est contra ius naturale, ut non alere parẽtes, vel liberos, alio modo, quando continet aliquid turpe, veluti occidere hominem. & in his casibus iuramentum non est obligatorium, neque ualidat

dat actum. Tertio modo dicitur contra bonos mores, iuris artificio seu censura; vt quia ius non vult fieri posse pactum de non succedendo. nam in tali casu iuramentum de iure ciuili non obligat. sed tamen ius canonicum, quod respicit magis ad religionem, voluit per huiusmodi iuramẽtum obligari iurantem. d.c. quamuis. eodem modo obligabit iurantem, si iuretur super pacto de succedendo, vt dictum est. nam in tali casu præponderare debet inobseruantia iuramenti, per quam quis incidit in periurium, & consequenter in dispẽdium salutis eternæ, quã inobseruantia pacti contra bonos mores, secundum censuram, & artificium iuris ciuilis. facit, quod scribit Corn. in consi. 294. vol. 4. vbi dicit, quòd quãdo iuramentum nõ est contra bonos mores secundum canones, seruari debet; licet sit cõtra bonos mo-
10 res de iure ciuili: & ibi multa allegat. † & in dubio capi debet interpretatio, per quam saluti animæ consulatur, cap. iuuenis. de sponf. c. in ciuitate. de vsur. & in c. cum tu. & ibi Abb. in vlt. not. in fi. de testi. idem Abb. in consi. 114. col. 3. ad fi. par. 2. & in suis quæst. q. 2. col. 3. ad ver. sexto. & istam partem tenet etiam Corne. in cons. 252. col. 3. vol. 3. Et ad corroborationem prædictorum optime facit vulgatum dictum Bal. in c. ex rescripto. col. 3. de iure-
11 iuran. † vbi vult, quòd quãdo agit̃ de salute animæ, nõ est de apicibus iuris dispu tandum neque curandum. sed ꝙ nõ valeat pactum de hæreditate viuentis, videtur
12 esse de apicibus iuris; † quia quod ꝑ tale pactum videatur cogitari de morte alterius, procedit de rigore, & subtilitate iuris, ex quo non tangit veritatem negocij, cum possit esse contrarium, iuxta vulgatã doctrinam Bar. in l. si fideiuss. §. quædam. mand. Bal. in l. si per ea col. fi. C. eo. Barb. in c. bona fides. in fi. deposi. Cũ enim de iure canonico principalis intentio sit salus animarum illud solum spectãdum est, an iuramentum seruari possit absque dispendio salutis æternæ. quod si possit, nihil curandum, quod sit contra bonos mores, a iuris prudentibus consideratos; cum peius longe sit peierare, quàm contra bonos mores facere. confirmantur præmissa; qa per pactum quis obligatur homini. l. 1. in princ. de pact. per iuramentum autem obligatur Deo: vnde non est curandũ de promissione facta homini, cũ quærit̃ de promissione facta Deo; ex quo quis peccat mortaliter, dum potius implere studet hominis, quàm Dei voluntatem. nec obstat si dicatur, quòd est contra bonos mores; quia ex prædictis iam satis patet esse responsum & vltra supradicta quoq; consi
13 derandum est, quòd † pacisci de hæreditate viuentis, est solum contra bonos mores iuris positiui: quod patet, quia quando lex continet aliquid, non propter se principaliter, sed ad finem alicuius mali euitãdi; non illaqueat transgressores ad poenam, si finis ad quem tendit ipsa lex, non vitiatur. hæc sunt verba formalia Feli. ĩ c. quoniam contra, col. 6. in prin. ver. vltimo not. per istũ tex. de probat. Sed in casu nostro est huiusmodi, quia quamuis possit esse, quod fieret pactum de futura successione, absq; malo animo, & ambitu captãdę mortis alterius, a quo beneficium speramus. argu. l. si vero non remunerãdi. §. idẽ Papinianus manda. lex tamen voluit, ad hoc malum euitandum, ex quo posset esse contrarium, statuere generaliter, ne lice-
14 ret pacisci. & quãuis lex sit dura, quia tamen sic iuris prudentibus placuit, seruari debet l. prospexit. in prin. qui & a quibus. & ꝑꝑ hoc dicitur esse iuris positiui. quo stante sequitur, quod ideo iuramentũ seruandum sit, quia peierando peccat mortaliter. & licet etiã mortaliter peccetur in eo, quod fit contra legem, vt c. 2. de censib. & c. 2. de maio. & obed. & per Bar. in l. si quis p o eo, de fideiuss. & Abb. in suis quæst. q. 2. post n. 1. & in c. nã cõcupiscẽtiã nu. 2. de const. & Calc. ꝯs. 126. in princ. ta-
15 men † hoc non procedit, quando fit contra legem positiuam: quia peccatur tantum venialiter. ita voluit post alios Curt. iuni. in consil. 10. ergo seruandum est
16 iuramentũ. † cum ex duobus malis minus

sit co-

sit tolerandum, l. quoties nihil, de regu. iu. l. sed si is. §. an autem, in fi. de Carbo. edi. c. duo mala. 13. distincti. & gloss. in c. inter opera. de sponsali. vbi ecclesia tolerat prostibula, causa vitandi maius malum. Vnde Diuus Aug. in sermõe de ordine dicit Aufer meretrices de rebus humanis; tūr babis oĩa libidinib. Præterea non est absolute verũ, q̄ faciẽs cõtra legẽ peccet; q̄a nõ pertinet ad legẽ ciuilẽ illaqueare animam, ob non obseruantiam ipsius legis. quinimo hoc non est etiam iuris canonici, vt late insistendo concludit Corne. in consil. 36. colum. 4. in princip. vol. 1. & latius in consi. 287. col. 1. cum duabus sequẽti. vol. 4. & sic omnibus supradictis satis abunde patet, hanc Bald. opi. esse multum
17 rationi contrariã. † Verumtamen in contrarium se habet communis opi. in d. l. fin. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo concepta, de verb. obli. gloss. & Barto. in l. pactum dotali. C. de colla. Curt. iuni. in consil. 15. colum. 2. in princip. nume. 3. Grat. libr. 1. respon. 19. colum. 2. nume. 12. Gozad. consil. 97. in princip. Paris. consil. 24 num. 55 volu. 2. cum plerisque alijs allegatis p̄ Tiraq. de iure primige. quæst. 6. nu. 18. & per Pedemon. decis. 100. num. 21. versi. ad sextũ fundamentum; vbi testatur de communi; & respondet ibi plenè motiuis & fundamentis, quibus mouetur Dec. in d. consil. 516. & consil. 655. Et pro ea adducitur præcipua illa ratio, de qua in d. l. fin. C. de pact. quia, scilicet, tale pactum inducit votum captandæ mortis: nam ita paciscentes demonstrant desiderare res alienas, quod est contra præceptum Decalogi: Nec rem cupies alienam. quod continet in se peccatum auaritiæ, propter quam videntur desiderare mortem illius, de cuius bonis pepigerunt; quod est odiosum, & contra bonos mores na-
18 turales; † quia homini hominem insidiari nefas est, l. vt vim, in fin. de iusti. & iu. facit tex. cũ glo. in l. ergo. §. si ex die,
19 de fideicom. liber. † vbi dicitur, quòd occasio etiam modica, seu causa occasionalis impedit actum fieri. & illum tex. pro singulari ad hoc allegat Bal. in c. per tuas de probat. & in c. quoniã de testi. & præsumitur, q̄ habeant illi insidiari, vt citius ad effectum possint eorum conuen-
20 tionem perducere: † & nemini in dubiũ venit, q̄ delictis obuiare debemus, c. quã tæ, de sent. exc. & Grat. lib. 1. respon. 1. nume. 39. & est diligenter obseruandum, q̄ non dicitur assertiue, quod paciscentes habeant talem voluntatem, seu animum captandæ mortis, sed q̄ stante tali pacto suspicio est, vt mors illius desideretur, & quæratur, vt in d. l. fi. C. de pact. tamẽ idẽ dicendũ de hac suspicione mortis, quod de ipsa morte; idẽ de suspicione insidiarũ, quod de ipsis insidijs; ex quo esse aliquid, & esse posse paria iudicantur; vt l.
21 sufficit, de cond. in d. sicut † in simili dicitur de metu; in quo suspicio operatur idem quod ipse metus. Bart. in l. metum, de eo, quod met. cau. Bal. in l. interpositas col. 2. C de transa. Brun. consi. 82. colu. 2. Cott. in suis memorialibus, in ver. cõductori, col. 2. vers. & supradicta gl. in c. ad audientiam, de his quæ met. cau. Pari. cõsil. 60. nu. 13. vol. 4. immo, vt Cicero inq̄t li 6. familiari. epistola. 82. Plus in metuẽdo mali est, quàm in illo ipso, quod time-
22 tur. & similiter † de suspicione belli, quæ peior est ipso bello. arg. l. pedius de incend. rui. & naufr. & l. 1. §. si suspicio eo. ti. & l. 1. §. armis deiectum de vi & vi arma. & Anch. cõs. 87. & de suspicione falsi, quæ in multis habet̃ p̄ falsitate Dec. in cõs. 175. col. 3. nu. 4. Grat. li. 2. resp. 60. in fi. ergo eodem modo suspicio voti captãdæ mortis est idem, quod ipsum votum, & sic est omnino reprobatum, & ista est potissima ratio, quæ a Doctoribus adducitur ad probandum supradictam communem opin. ad quam vbi velimus adhærere Bald. partibus, qui videtur validioribus considerationibus vti, non magna difficultate possumus respondere. nam dicitur, quod imo, licet tale pactũ videatur inducere votum captandæ mortis; re vera tamen non inducit, nisi occa-

sionaliter; cum posit esse contrarium, quòd scilicet, paciscantur de alterius hęreditate; & tamen nullum habeant desiderium mortis illius: quinimmo verisimile est, quòd sic paciscentes ob spem illā succedendi nitantur obsequia, & reuerētiam præstare ei, ad cuius hæreditatem anhelare videntur, ne aliter habeat de ea disponere, & spem illorū frustrare, alios sibi successores relinquendo; & naturale est hominibus, bonum illis desiderare, à quibus beneficium cōsequi sperant. alias sequeretur, ꝙ donatio bonorum præsentium, post mortem collata, non valeret: quod est falsum, vt late disputando concludit Corn. in d. consi. 252. colum. 3. vo. 3. Et quamuis festinanter de illa successione cogitent, nihil interest, quia videntur hoc agere sub ea tacita conditione, quatenus, scilicet, ad ipsos paciscentes succesio, vel hæreditas deuoluatur. & præsumendum est, ꝙ voluerint se conformare cum dispositione iuris communis, quod ad eos hæreditatem ab intestato deferebat. & ideo videtur in tali casu pactum huiusmodi esse potius declaratiuū iuris communis, quàm dispositiuum, & ex consequenti accedente iuramento debet posse valere. Et quamuis etiam posit præstare pactum huiusmodi occasionem delinquendi; & sic votum captandæ mortis: tamen hoc non debet attendi propter efficaciam iuramenti, quod præpondera re debet; sed quod principaliter inter ipsas partes fuit conuentum & pro hoc adduco communem conclusionem Doct. quæ est, quod donatio inter virū & vxorem firmatur iuramento, vt dico in priui. 71. & tamen in ea præstatur occasio delinquendi, id est, mutuis donationibus se depredandi, & quod matrimonia venalia fierent l. prima & secunda de don.
23 int. vi. & vxo. † quod ideo cōtingit, quia donationes huiusmodi non præstant directe occasionem delinquendi; sed indirecte & occasionaliter: quod non debet attendi. & ita dixit Imo. in cap. cum contingat, de iureiuran. eodem modo dicendum est in casu nostro, vt propter iuramentum non attendatur talis occasio delinquendi, quæ ex hoc pacto dicitur resultare; sed quod principaliter agit. Nec obstat, quod quælibet occasio impedit actum fieri, quia est verum, quando agitur de fauore libertatis. & ita procedit tex. in d. §. si ex die, vel nō hēt locū, qñ interuenit iuramentū. nec pariter quidquā facit, ꝙ de suspicione voti captādæ mortis sit idem iudicandū, quod de ipso vo-
24 to; † quia præter id, ꝙ homo non cogitat de alio, nisi quod de seipso, vt per Salyc. in l. generaliter, §. cum autem. C. de insti. & subst. Sozi. in l. cum auus, circa intellectum illius legis. de cond. & demonst. di-
25 citur, quòd illud † procedit, vbi de suspicione apparet ex aliquo signo, vel actu proximo ad ipsum votum mortis captandæ; vt quia insidias parauerint, cœperint arma, vel minas intulerint: nā ex eis idē dicendum quod de voto mortis; secus, si nihil horum appareat; prout in simili dicitur de suspicione falsi instrumenti, vt per Alb. in suo consi 99. colum. 2. Et quamuis ius ciuile cogitauerit secus, quòd, scilicet, per huiusmodi pactum posit induci votum captandæ mortis, prout etiam considerat ius canonicum, vt patet in c. 1. & 2. de conces. præbend. & in cap. ne captandæ. eod. tit. in sexto. supra allega. tamen procedit, quo ad genus singulorum hominum non quo ad singulos generis; quia cum ad singulares seu particulares homines peruenitur talis imaginatio seu suspicio iuris procedere non potest: quoniam etsi verum esse potest, quòd aliqui habeant huiusmodi votum captandæ mortis: non tamen sequitur, quòd omnes: & sic forsitan ipsi paciscentes de hæreditate viuentis. l. neque natales. C. de probatio. l. non hoc. C. vnde cogna. cap. in præsentia. de probat. Secundo ego adduco tex. in d. c. non est obligatorium. de regu. iu. in 6. aliter ponderando, quàm faciant Doct. nam dicit, quòd non est obligatorium contra bonos mores præstitum iura-

iuramentum.quod ego intelligo generaliter de omnibus moribus; siue naturales sint,siue ciuiles; tum, quia indefinite lo-
26 quitur,† quæ indefinita legis æquipollet vniuersali, etiam de proprietate, vt per Grat.lib.2. respon. 15. nu. 1.tum etiam; quia,cum sit regula, non potest verificari in bonis moribus tantum de iure na-
27 turali;quia regula † sumitur ex pluribus in iure traditis.l.1.de reg.iur. vnde dicitur,quòd est compendiosa plurium rerũ narratione facta traditio. Nec etiam potest dici,quòd intelligatur de bonis moribus,consideratis a iure canonico, non autem consideratis a iure ciuili; quia cũ in hoc ius ciuile non reperiatur esse correctum, quod est eo iure contra bonos mores, dicitur etiam esse contra bonos mores de iure canonico, iuxta tradita p Doct.in c.1. & 2.de noui ope.nuncia. Et ideo,cum dicit contra bonos mores, cõcludendum est debere intelligi, non solum a iure naturali consideratos; sed etiam a iure ciuili; quia de his moribus agitur in vniuerso iure canonico;ex quo dictum capitulum est sumptum tanquã regula. Sed aliam sequendo opinionem responderem, satis esse intelligere de bonis moribus secundum ius naturale: nam multi sunt casus contra bonos mores naturales,in quibus iuramentum si interponeretur,non esset obligatorium; & in illis regula verificaretur; veluti, de aliquo occidendo,de non fideiubendo pro aliquo,de non dicendo testimonium contra aliquem,& sic deinceps de alijs. Nec obstat, quòd sit indefinita oratio, quæ æquipollet vniuersali; quia non procedit, quando non æquipollet speciebus, secundum eandem æquitatem, & rationem:nam si diuersa sit ratio in speciebus
28 †æquipollentibus, regula prædicta locũ habere non potest. Signor.consi.155.colum.3.ad fi.& ex his omnibus puto Bal. opi.esse de iure veriorem, & magis tutã
29 fauore animæ;†& quia in dubio iudicãdum est pro obseruantia iuramenti,vt dixit Grat.lib.2.respon.93. in fi.& adhærendum est illis præsumptionibus, quæ tendunt ad validitatem actus potius,quã illis, ex quibus veniret infirmandus: nisi alias essent validiores,quod hic negatur. Deci.in l.in contrahenda. de regu. iuris. Præsupposita tamen communi opi. tam-
30 quam vera †limita, illam non procedere,quando fieret pactum de succedendo fauore piæ causæ: quia tale iuramentum validaret pactum, secundum Alexan. in consi.168.nu.7.vol.5.Sozi. tamen tenet contrarium in l.pactum,quod dotali. C. de pac.& refert etiam Tiraq. de priuile. piæ caus.in priuil.105.& pro eius opi.facit:nam cum ecclesia iustitiæ cultrix esse debeat,abhorrere hanc turpem succedẽdi spem debet, plus quam priuatus, per ea quæ not.in c.1.de feud.alien. Aquen. in d.l.fi.nu.10.& Bolognet.nume. 30.C. de pact. Secundo limi.non procedere in foro conscientiæ: quia si vere non fuit votum captandæ mortis, conuentio deberet valere: quia præsumptiones non attenduntur in foro conscientiæ,vt per Felin.in c.1.col.11.de const. Item limi. impugnat,& reprobat Bolognet.in d. l. fin. num.49.ver.decimo limitatur.quia quãdo aliquid inducitur propter præsumptionem delicti seruatur ius ciuile in foro canonico, & quia talis conuentio est simpliciter reprobata a iure.c. 1. & 2. & c.proposuisset §. licet autem. de concess. præbend & cap. detestanda. de concess. præben.in sexto:ergo etiam debet seruari in foro conscientiæ, vt ibi latius per eum. Tu dic, ꝙ immo limitatio est vera & allegata per Bolognet. procedunt, quando illæ præsumptiones tendunt directe ad delictum committendũ: quia tunc impediunt actum fieri: secus si indirecte,per supradicta in materia donationis inter uirum & uxorem, quæ ualidatur iuramento:patet etiam:quia pactum negatiuum de non succedendo non ualet de iure ciuili.l.pactum dotali. C. de collatio.& tamen secus est de iure canonico.d.c.quamuis.de pac.in 6.

Tertio limitatur non habere locum, quan-

quando ille, de cuius hæreditate pactum fieret, consentiret, & in dicto consensu perseueraret vsque ad mortem: quia tunc tale pactum cum iuramento sustineretur, vt per Alex. in consi. 155. col. pen. ad fi. vol. 7. & consi. 213. in prin. eo. vol. Dec. in d. l. pactum, quod dotali. colu. 1. & in consi. 184. Cur. iun. consi. 98. post num. 3. & Couar. in d. c. quamuis. de pact. in 6. in initio tertiæ partis. num. 2. ver. altera vero constitutio. quod tamen dicit esse verum de iure canonico: secus de iure ciui
31 li. q̃d ego puto minime verũ esse: † quia etiam de iure ciuili, si tertius consentiat, pactum valet, etiam absque iuramento, vt diximus supra per d. l. fi. C. de pact. allegando hoc idem tenere Gozad. in cõs. 98. quod & videtur etiam sentire Curt. iun. in allegato cons. 98. & expresius Bolognet. in d. l. fi. nu. 115. Et est ratio manifesta: quia cum sit in potestate illius tertij reuocare consensum, & consequenter ad irritum deducere pactum, cessat illa ratio prohibitionis, scilicet, votum captandæ mortis, vt declara. Bolog. in d. l. fi. post nu. 44. ver. septimo limitatur. & ideo valet absque aliquo iuramento. & quod quando tertius consentit, & perseuerat vsque ad mortem, videatur cessare votum illius captandæ, & ex consequenti valeat pactum absque aliquo iuramento, vt sæpe dixi, suadetur vltra supradicta: quia tertius ille consentiendo visus est confidisse de illorum probitate, & cẽsetur eorundem personas approbasse; ex quo ita fieri voluit, & consensit: & ideo cessat omnis suspicio insidiarum, & voti
32 captandæ mortis: † sic & quando testator remittit confectionem inuentarij tutori, & relinquit eidem liberationẽ administrationis: dicitur cessare omnis suspicio fraudis: ex quo videtur eius persona approbata, l. testamento datos. de testam. tradit Gozad. consi. 94. colum. 4. versic.
33 quinto ex quo fuit. nu. 14. † Et si testis ꝑducitur, non potest repelli quo ad eius personam: quia per productionem videtur approbata; & cessat omnis suspicio, quæ resultat ex eius persona, vt in l. si quis testibus. C. de testi. Roma. singu. 92. Corset. in sing. suis. in ver. testis. Abb. in cap. præsentium. nume. 7. & 8. de testi. Gram. decis. 34. num. 11. & Capi. decis. 62. nu. 6.
34 † Et testis vnus probat de consensu partium. Alexan. in l. 1. §. fina. de verborum oblig. Ias. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. col. 2. de iureiuran. Crau. cons. 100. in fin. quia cum sit eius persona approbata, cessat omnis defectus, & suspicio resultans ex eius singularitate. l. vbi numerus de testi. & l. iurisiurãdi. C. eod. Et multa alia exempla, quæ adduci possent ad corroborationem supradictæ cõclusionis, congerit Ioan. Lup. in repe. c. per vestras. versi. 9. col. 2. & 3. de dona. inter vir. & vxo. Vltimo limita. in fi. præceden. priuil.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non succedendo cum iuramento valet.*
2 *Argumentum a cessante ratione est infallibile.*
3 *Attenditur quod venit principaliter: non quod in consequentiam.*
4 *Statutum est fauorabile, vel odiosum ex principali intentione, & proposito statuentium.*
5 *Congregatio ad bonum finem facta, non punitur: licet inde sequatur malum.*
6 *Defendens se ipsum, alium offendendo, non punitur.*
7 *Compromissum valet, etiã super liquido, quando illud venit incidenter, & non principaliter.*
8 *Actus non dicitur damnosus, nisi principaliter inferat damnum.*
9 *Vsura non committitur, cum incidenter speratur retributio ex mutuo; secus, si principaliter.*
10 *Emptio dicitur, si plus pretii, quàm rei, loco pretii intercessit.*
11 *Argumentum non valet ab eo, quòd fit principaliter ad id, quod fit in consequentiam.*
12 *Filia quæ renunciauit hæreditati, potest præteriri a patre.*
13 *Filia quæ renunciauit hæreditati patris, non potest petere absolutionem a iuramento, etiã*

prætextu

PRIVILEGIVM XXI.

Vigesimum primum priuilegium est; quia quamuis nõ valeat pactum de futura successione viuentis, secundum communem opinionem regulariter; de qua dictum est in præcedenti priuilegio, etiam si sit negatiuum de non succedendo: & hoc de iure ciuili per tex. i l. pactum dotali. C. de col
1 lati.† Tamen si in pacto de non succedẽdo additum fuerit iuramentum, tale pactum propter ipsius priuilegium roboratur, & sustinetur per tex. licet vulgatum tamen valde nota. in c. quamuis. de pact. in sexto. vbi omnes. Bart. & Doct. in l. fi. C. de pact. & in d. l. pactũ dotali. vbi not. hoc esse verum de iure canonico; secus de iure ciuili. Abb. in consi. 16. par. 2. tãgit Corn. in cons. 229. col. 2. in fin. vol. 3. & in consi. 258. col. 1. volu. 4. Et quòd de iure canonico valeat huiusmodi pactum accedente iuramento, vltra prædictos tradit quoque Gozad. consil. 75. num. 20. Bello. consil. 15. numero 1. Grat. libro 1. respon. 109. nume. secundo. Anto. de Petru. in repet. l. 1. nume. 90. versicu. quintus effectus. de iureiuran. & est communis opinio Docto. vt testatur Bolog. in d. l. fi. post nume. 112. C. de pact. quamuis de illa Corn. dubitauerit in consi. 272. ad fin. vol. 3. & est ratio; quia non dicitur esse contra bonos mores naturales; sed solum contra quãdam honestatem ex eo, quòd videatur continere quandam festinationem, quæ non attenditur, cum tractatur de periculo animæ. l. sancimus. C. de sac. san. eccles. Et videt facere optime p veritate

ritate istius priuilegij regula contrariorum; de qua in l. Pomponi. §. sed & si is. de procur. in l. si merces. §. uis maior. loca. in l. quemadmodum. & in rub. de acquiren. posses. nam si non valet pactum de futura successione cum eo, de cuius hæreditate agitur, ex eo, quia aufert liberam testandi facultatem, vt not. in d. l. fi. C. de pact. ergo valebit pactum de non
2 succedendo; ex quo cessat illa ratio, † & argumentum a cessante ratione est infallibile. fuit dictum Bald. in l. generaliter. C. de episc. & cleric. & in cap. cum cessãte. de appella. cuius meminit Grat. lib. 1. respon. 26. post nume. 50. Sed certe istud argumentum concluderet, quod pactum valeret, etiam absque iuramento de iure ciuili, & tamen communiter contrariũ concluditur per omnes: vnde dicendum est, quòd pactum affirmatiuum de succedendo, non solum est reprobatum, quia aufert liberam testandi facultatem; sed etiam, quia est contra bonos mores naturales, & ciuiles, tam festinanter de hæreditate viuentium cogitare, & super ea pacisci. quod videtur contra honestatẽ quandam: quæ tamen non attenditur propter priuilegium iuramenti, vt supra dictum fuit. Et sic quamuis cesset illa ratio vt non tollatur facultas testandi. & etiam quòd non sit contra bonos mores naturales; tamen adhuc militat quædã ratio honestatis, quæ consistit in eo, vt non debeamus ita festinanter, & viuentibus adhuc dominis hæreditatis, de illorum successione tractare, l. 2. §. interdum. de vulga. & pup. substi. & l. 1. de hære. vel acti. vend. & dicta l. fi. vbi Bologne. post num. 107. & Corne. consi. 34. colum. 3. volum. 1. quæ quidem scrupulosa honestas non est habita in consideratione a iure canonico propter efficaciam iuramenti; quia pactum huiusmodi de non succedendo validatur. Sed hic videtur scrupulus nullo modo dissimulandus, quia valde repugnat: nam pactum istud de non succedẽdo, videtur continere in se pactum de succedendo quo ad alios, qui non renunciant; & sic habet in se implicitam affirmatiuam. Abb. in cap. lator. post num. 3. de sent. & re iud. videmus enim in simili quod pactum de non petendo, continet in se dationem, & dicitur datio, secundũ Bald. in l. 1. C. de bon. mater. & Glo. in l. siue apud acta. C. de trãsacti. quã ad hoc allegat Alex. in l. si quis pro fundo. eo. ti. & facit etiam Glo. in l. si quis obligatione. de regulis iuris. & quod scribit Alci. in l. dedisse. de verbo. signifi. quatenus dicunt pactum de non petendo, continere donationem rei deductæ in pacto: ergo pari modo in casu nostro pactum istud de non succedendo continet pactum affirmatiuum de succedendo, quo ad alios non renunciantes. & sic non valet, etiam si sit interpositum iuramentum, vt cõclusum fuit in præcedenti priuil.

3 Sed pro responsione considerandum est, quòd hoc pactum affirmatiuum venit in consequẽtiam, nec deducitur principaliter; & ideo nõ debet attẽdi, vt per Dec. in consi. 31. col. 2. versi. nec obstat, si dicatur. & per Craue. in consi. 264. colu. antepenul. ad fi. Bene facit Glo. notab. iũcto tex. in d. c. quamuis. in vers. detrimentum. de pact. in sexto, & tex. in l. si quis nec causam. si cer. peta. vbi dicitur, quòd attenditur, quod principaliter agitur; nõ
4 quod venit in consequentiam. † Et per hanc regu. dicitur statutum esse fauorabile, si principaliter fauore aliquorum sit introductum: & licet in consequentiam sit odiosum, respectu aliorum non attenditur; sicut ex contrario odiosum, si principaliter in odium alterius fuerit promulgatum, vt per Roma. in consi. 32. col. 2. versi. ad considerandum. & in cons. 39. col. 2. & consi. 328. col. 2. in princip. & in consi. 4. num. 5. Aretin. in consi. 29. colu. 8. vers. quarto præmitto. Gozad. consi. 5. post nume. 6. Dec. in l. venia. colum. 2. C. de in ius vocan. Brun. in tract. de statu. fœmi. excl. in quarto arti. princip. colum. 3. ad fin. cum latissime congestis, & cumulatis per Tiraq. de vtroque retra. ti. 1. in præfati. post num. 58. Ad idem videmus

quòd

5 † quòd si quis homines congregauerit ad aliquem bonum finem, licet inde sequatur malum non attenditur. Craue. in con
6 sil.4.& consi.18.num.10.† Et si me defẽdendo, te auxiliatus sum in consequentiã non attenditur. Marsi.in cons.25.ante nu
7 me.12. † Et quamuis compromissum de re liquida vigore statuti non sit faciendũ tamen si fiat, valet, quando liquidũ principaliter in eo nõ est sed in cõsequentiã. Grat.lib.2.respon.110.num.25.& num.
8 32.& respon.133.nu.2. † Et non dicitur actus vergere in detrimentum alterius, quando non infert principaliter detrimẽtum. Domi.in d.cap.quamuis. per illam
9 Glo.de pact.in sexto.† Et cum quis principaliter ob caritatem mouetur ad mutuãdum, licet secũdario speret de aliquo retributionem, non reputatur vsura, arg. tex.in cap.in singulis.80.distinct. & in c.
10 quid proderit.62.distinct. † Et si vendidi tibi rem pro centum, & pro equo, dicitur emptio & venditio; quia principale propositum attenditur. Barto.in l.2.in princip.si cert.pet. Guid.Pap. quæst.92. num.2.& voluit etiam Gozad. cons.90.
11 post num.10.† Et non valet argu. deductum ab eo, quod fit principaliter, ad id, quod fit in consequentiam; vt per Barto. & Docto.in l.1.solu.matrim. Grat.lib.1. respon.20.colum.1.in fin. Idem ergo cõcludendum est in proposito nostro, non esse, scilicet, attendendum illud pactum de succedendo; quia venit in consequentiam, & non ex principali proposito, vt per Dec.& Crauet.in cons.supra allegat. Secundo respondeo, quòd ex pacto negatiuo de non succedendo non inducitur pactum affirmatiuum de succedẽdo, quo ad alios, qui in conuentione non interuenerunt; quia sic sumeretur argum. a contrario sensu ad inducendum vnum, quod est contra ius, quo disponitur pactum huiusmodi non valere; & certum est, argumentum a contrario sensu in casu isto sumi non posse; cum deficiat præsumptio voluntatis partium, iuxta not. p Docto. in l.1. de offi.eius.cui, mand. ex quo, vt dixi etiam, non interuenerunt. Diuersum esset, quando pactum de non succedendo fieret inter plures consanguineos, qui licet ambo succedant; tamen vnus solus paciscitur, vt non succedat. quod habet in se simul annexum pactum ex præsumpta voluntate paciscentis, vt alter succedat: quod penitus reprobatur etiam si interuenerit iuramentum; quia semper continet votum captandæ mortis secundum communem opinionem, licet nos contra. & ideo dicitur esse contra bonos mores l.quidam §.fin.de dona. & late prosequitur Bologne.in d.l.fin.ad fin.nu.156.C.de pact. Et ex hoc infertur ad declarationem huius nostri priuilegij: nam quòd pactum de non succedendo valeat de iure canonico, accedente iuramento, procedit, quando pactum ipsũ initum est cum eo, de cuius hæreditate agitur, prout in d.cap. quamuis. de pact. in 6.vbi si filia renunciat hæreditati patris; & sic promittit patri non succedere, & iurat; cum istud iuramentum non vergat in dispendium salutis eternæ, seruan-
12 dum est.† & ideo dicitur, ꝙ pater testando poterit eam præterire, vt dicit Barto. in l.1.§.quæ habebat.colum.2.vers.quarto quæritur de bonor.poss. contra tabul. Alexand.in l.Gallus.§.& quid si tantum. de liber.& posthum. & in l.si filius in fin. ad Tertulli.cum aliàs testamentum esset nullum ratione præteritionis l.inter cetera.de libe.& posthum.l.si quis eum.§. fin. de vulga.& pupilla.substitu. Ruin.consil. 97.colum.2.volum 1.& est ratio; quia in tali casu filia per huiusmodi pactum de non succedendo desinit esse sua; sicut filia exclusa per statutum, vt not. Barto. in l.1.§.sciendum.circa fi.de suis & legi.hæred.& ibi Alexand.quæ ratio posset esse vera, saltem existẽte statuto, ꝙ liceat posse renunciari hæreditati paternę, alias secus, vt per Brun.in tract. de statu. fœmi. exclud.a suc.in decimo art.prin.& quæst.
13 3. Quinimmo† in tali casu non poterit filia, quæ cum iuramento fecit pactũ de nõ succedendo, petere absolutionem, a iuramen-

iuramento, etiam si fuerit enormissime læsa propter verbum, Omnino, quod est in d. cap. quamuis. quod quidem verbum significat præcisam dispositionem sine aliqua exceptione vel limitatione. l. si possessor. in princip. de peti. hæred. l. si cum exceptio. §. quatenus. vbi Glo. in versi. omnino. quod met. caus. Insti. de tutel. in fin. Glo. in l. 1. quom. & quando iud. & in c. ex parte. el primo. de offi. delega. Corne. in cons. 287. colum. 4. ad fin. volum. 4. & Ruin. cons. 154. nume. 8. volu. 1. & quamuis ibi in dicto ca. quamuis. excipiatur casus, quando iuramentum fuisset dolo interpositum: tamen secundum Alexan. in consi. 41. colum. penult. volum. 1. debet intelligi de dolo ex proposito, non re ipsa. & sic, quamuis enormissima læsio, interuenerit; tamen absolutio a iuramento minime peti poterit secundum eundem Alexand. in consi. 53. colum. 7. volum. 3. vbi loquitur de puella, quæ in manibus patrui renunciauit proprio patrimonio, valoris scutorum quinque millium, acceptis solum scu tis quingentis, & dicit esse communem opinionem. & eum sequitur Gozad. in consi. 9. num. 64. & istam opinio. quoque sequitur Alba. in consil. 11. nume. 7. pro quo bone cõcinit, quod scribit Crauet. in cons. 114. nume. 13. vbi dicitur quòd in filia renunciante hæreditati viuentis non potest considerari aliqua læsio. & ideo notabiliter dixit Rom. in l. qui superstitis. de acquirend. hæredita. & ibi etiam Imol. & in l. stipulatio, hoc modo concepta. de verbo. obligat. quòd dispositio d. cap. quamuis. de pact. in 6. procedit etiam, si pro illo pacto de non succedendo, idest, pro illa sua renunciatione, nihil acceperit. & Roman. & Imol. sequitur Ruin. in consi. 97. colum. 2. ad fin. volum. 1. vbi tamẽ subdit, quod propter hoc non excluditur a iure petendi dotẽ & alimenta, vt ibi per eum. Sed immo in contrarium videtur esse magis cõmunis opinio, vt patet ex relatis per Dec. in consi. 180. vbi quamplurimos allegat tenentes, quod dispositio cap. quamuis, nõ procedit, quando interuenit enormissima læsio. quod & voluit Corne. in consi. 291. volum. 4. subdens idem Deci. quòd si Alexand. vidisset tot Doctores, non dixisset contrariam opinio. esse communẽ. & istam partem etiam sequitur Gratus. lib. 1. respon. 109. & Alba. sibi contrarius in consi. 81. nu. 54. qui concordantes adducit: nec obstat, quòd tex. in d. c. quamuis loquatur præcise ibi, propter illã dictionem, Omnino, quod & innuit tex. in Authen. sacramenta puberum, ibi Inuiolabiliter. & ponderauit quoque Corn. in consi. 287. volum. 4. quia dico, quod debet intelligi, dummodo non sequatur enormissima læsio; & illa verba, licet sint præcisa, recipiunt tamen interpretationem, & modificationem, propter subiectam materiam, vt dicunt Glo. Bar. & alij in l. stipulatus sum dam. de verborum obligat. & pluribus comprobat Rolan. à Valle in suo tracta. de statu. luc. dot. quæst. 35. Barto. in l. generali. §. vxori de vsufru. lega. & Ruin. in consi. 20. nume. 2. vol. 1. facit, quod voluit Innoc. in c. ex litteris. de iure patro. vbi dicitur quòd verba vniuersalia restringuntur secundum naturam actus. & dixit Corne. eleganter in consi. 136. colum. 2. in princip. volum. 2. & in cons. 11. ad fin. volum. 1. quod licet verba vniuersalia soleant nihil excludere, vt l. Iulianus de lega. 3. cap. solite. de maior. & obed. c. si Romanorum. 19. distin. tamen sępenumero restringuntur, vt probatur in l. 1. C. de sacros. Eccle. & in alijs multis partibus iuris, & regulis, quæ loquuntur per verba vniuersalia; & tamen patiuntur multas fallentias, & sic restringuntur. & dixit etiam multum notanter Oldra. in consi. 148. col. 2. in fin. nume. 7. quod nullum verbum adeo generale est, aut inueniri potest, quod limitationem non recipiat, & quin ciuiliter intelligatur: ergo illa verba, de quibus in d. c. quamuis. & in d. Authen. sacramenta puberum. erunt restringenda ad id, dum tamen, scilicet, non sequatur enormissima læsio; quia verba vniuersalia restringuntur, ne

alicui

alicui dãnum inferatur, vt per Dec. in l. fœminæ. §. impuberes. nu. 7. de reg. iur. & ne qs locupletetur cũ aliena iactura. patet enim, φ si statutũ diceret, φ contra instrumentũ nulla posset opponi exceptio; poterit tamen opponi exceptio solutiõis quia sic locupletaretur cum aliena iactura: nam bona fides non patitur, vt semel exactum iterum exigatur l. bonafides vbi Deci. de regu. iur. & in l. iure naturæ. eodem ti. Nec obstat, quod dicebat Ro. & Imo. in locis supra allegatis, φ. s. dispositio c. quamuis procedit, ẽt si nihil acceperit, quia bene hoc põt esse verũ in illis terminis, in quibus filia voluit gratis renunciare: secus tamen esset, si aliquid minimum accepisset in recõpensam renunciationis seu pacti de non succedendo, vt per Corne. in cons. 291. in fi. volu. 4. Amplius dico, φ etiam in simplici, & pura donatione filiæ, resultante ex pacto iurato de non succedendo, potest considerari læsio, quãdo scilicet, verisimiliter interuenit metus, vel dolus. quo casu talis renunciatio non valet. ita habetur per Pau. de Cast. in cõs. 174. vol. 1. Cor. in cõsi. 36. in fi. vol. 1. & in cõs. 124. vol. 3. Rip. lib. 3. resp. ti. de reuocan. dona. c. 15. n. 13. & 14. & Cur. iu. in cõs. 141. col. 3. in fi. n. 14. Ex quibus omnibus concludo, φ propter enormissimam læsionẽ, mulier, petita absolutione a iuramento, poterit venire contra suam promissionem de nõ succedendo: secus, quando enormis tantum læsio intercessit; quia non poterit venire contra: quidquid dixerit, & male Ant. de Petr. in repe. l. 1. n. 99. de iureiur. de quo tamen in simili differemus in octuagesi-
14 mo tertio priuilegio. † Et circa prædicta est notãdũ, φ renunciatio, simpliciter facta de hæreditate, vsque adeo præiudicat, vt si ex mille capitibus succedere posset, omnibus intelligeretur fuisse renũciatũ. Ang. in l. suũ. C. de iure delib. Dec. in cons. 266. vbi allegat Bal. in l. pactũ dota-
15 li. quæ. 16. C. de collat. † admonẽtẽ, ne renunciantes vtantur verbis generalibus. & Alexand. in consi. 11. col. 2. vol. 2.

Hoc nostrum priuilegium, φ iuramẽtum habeat ualidare pactum de nõ succedendo, ampliatur, & restringitur multis modis quorum aliquos sub ijciemus Et primo ampliatur procedere etiam, si renuncians nihil accipiat in recompẽsam renunciationis; quia vere voluit donare gratis. & remittere ius succedendi; dumtamen abfuerit dolus, vel machinatio, aut metus, vt supra dictum fuit.

Secundo ampliatur, vt procedat etiã, si renuncians postea susceperit filios, de quibus tempore renunciationis verisimiliter cogitauit, vt per Corn. in consi. 206. col. 7. vers. sed circa portionem. vol. 3. & habetur per Docto. in l. si vnquam C. de reuocan. dona.

Nunc autem limi. varie per Docto. in diuersis locis. & primo limi. per eos in dicta lege pactum dotali. C. de coll. vt non procedat de iure ciuili; sed tantum de iure canonico; quia illo iure nihil iuramẽtum operatur. & est communis opinio, vt dixi supra ad initium huius priui. Aduertendum est tamen, quòd talis limitatio videtur esse modicæ, vel nullius vtili-
16 tatis; quia † ex quo agitur de iuramento & sic de materia, in qua potest dubitari de peccato, seruandum est ius canonicũ, sicut & in alijs spiritualibus, iuxta not. per Docto. in cap. 1. de oper. nou. nuncia. Pau. de Cast. in cons. 29. colum. 2. volum. 2. Grat. lib. 2. respon. 38. in princi. & Bello. consi. 15. post nu. 2. & propterea Paul. de Castr. in consilio 53. columna 2. in
17 fi. ver. sed postremo. vol. 2. dixit; † quòd ex quo hodie iudices seculares tenentur ad mandatũ iudicis ecclesiastici obseruari facere in foro laicali iuramentũ, statuta disponentia super iuramẽto parũ operantur. φ autem iudices seculares in hoc ab ecclesiasticis compellãtur, tradit Im. in c. cum contingat. de iureiur. quod etiã voluit Bolog. in cons. 31. col. 4. in princi.
18 Secundo limi † non habere locum, quãdo tractaretur de præiudicio alterius, qui non iurauit; quia non esset seruandum, etiam de iure canonico: licet secus

sit in prçiudicium ipsius iurãtis l. 3. de iureiurã. l. 1. C. si mul. vent. nom. Gram. cons. 55. nu. 7. in ciui. Bologni. consi. 43. col. 4. in fi. & Gozad. in cons. 97. col. pen. versi. septimo. post nu. 23. pro hac limitã tione facit optimum simile.

19 Videmus, † q si maritus confiteatur accepisse dotẽ ab vxore, & iurauerit; valet talis confessio p̄iudicium sui ipsius: licet non valeat, quo ad p̄iudicium creditorum, vt per eũdem Gozad. in cõsi. 28. nu. 27. & Grat. lib. 1. resp. 54. nu. 35. & respo. 55. nu. 42. & seq. Rursus, quã-uis non valeat pactum de hæreditate viuentis, vt diximus in prçcedẽti priuilegio, tamen in sui præiudicium valet, vt not. per Bar. in l. fi. C. de pact. nam aufertur sibi hæreditas, tãquam ab indigno.

20 l. 2. in fi. de his. quib. vt ind. † sic & ratificatio actus, licet valere posit in præiudicium ratificantis: tamen, quando alteri præiudicium fieret, non valet; nec ratificari poteſt, vt per Paul. de Cast. in cons. 195. col. 3. ad fi. volu. 2. & Bologn. in consil. 39. colum. pen. in princ. versic. præterea.

21 Tertio † limita, non procedere facto testamento; quia ex eo succedere posset, non obstante pacto iurato de non succedendo, secundũ Bal. in l. pactum dotali. in tertia quæst. C. de collat. Capr. cons. 25. col. 3. ad fi. Aret. in cõsi. 93. col. 5. Pro hoc facit; quia dispositio intelligitur rebus sic stantibus. l. continuus. §. illud. de verb. obli. l. cũ quis. in prin. de solut. & c. quemadmodum. de iureiur. & sic intellitur pactum de non succedendo locũ habere, nisi nouum ius superueniat paciscẽti, vt in simili dicit Corn. in consi. 60. col. fi. vol. 1. ad fi. Et quòd taliter paciscens posit succedere ex testamento voluerũt Bar. & cõiter alij. in l. stipulatio, hoc mõ concepta. de verb. obli. Rui. in consi. 98. col. 4. ver. ex alio. vol. 1. quia renunciationes sunt stricti iuris, vt notatur. in l. post quã liti. C. de pact. Sozi. cons. 106. vol. 1. Rom. consi. 168. Dec. consi. 379. & con. 618. ad fi. Gozad. cons. 1. post nu. 7. Cur. iun. consi. 22. & cõsi. 25. col. fi. & alibi sæpe per Doct. & p hac limi. bene cõcinit qđ scribit Brun. in suo tractatu. de stat. fœmi. a succes. excl. in octauo arti. in prin.

22 in octaua quæst. & seq. vbi dicit q † si statutũ excludit fœminas a succesione, nõ intelligitur excludere, cõdito testamento; quia ex illo succedere possunt.

23 Quarto † limi. verum esse, quantũ ad hæreditatem patris cui renunciatum est per pactum de non succedendo. sed si de inde hæreditas perueniat ad fratrem renunciantis, vel ad aliam personam, quæ decesserit; taliter renuncians non prohibetur petere hæreditatem illam, quæ fuit patris, non obstante iuramento. ita Rom. in consi. 168. in primo dubio. Capra. cõsi. 12. & Guid. Pap. q. 192. in fi. & q. 231. & q. 261. Dec. in l. quoties duplici iure. & in l. hæreditas. ad fi. de regu. iu. & consi. 318. & consi. 230. Gozad. consi. 9. nu. 60. quia non dicitur amplius hęreditas patris, sed illius, qui primo patri succesit, vt per Roma. in consil. 40. Corn. in consi. 97. colum. 9. ad fin. volu. 1. & ita etiam scribit Rui. in consi. 99. col. 2. ad fi. volu. 1. & ibi concordant Maria. & Sozi. iun. in consi. 65. nu. 80. vol. 1.

24 Quinto † limi. non procedere, quãdo pater decederet intestatus. ex quo enim voluit hæreditatem suam peruenire ad venientes, & succedentes ab intestato, quos censetur vocasse. l. conficiuntur. de iure codicillo. taliter paciscens, non obstante eius renunciatione & iuramento, poterit venire ad dictam hæreditatem; quia pater per renunciationẽ, puta filiæ, censetur voluisse prouidere, ne eius indicium subuerti posset casu quo alios institueret: vnde cum testamentum non fecerit, videtur eam vocasse, d. l. conficiuntur. & per consequens succedere poteſt, quemadmodum pariter succederet, si fuisset ab eo instituta, vt dixi in tertia limi. & tradit Bal. in consi. 204. vol. 2. & Aretin. consi. 17. & in d. consi. 93. quod est intelligendum procedere, si non extent alij fratres ipsius renũciantis; qa tunc renunciatio vide-

tio videtur facta illorũ contemplatione. & ideo, si deficerent, deberet cessare effectus renunciationis, vt p Bologni. in consil. 35. col. pen. Guid. Pap. quæst. 192. & Gozad. in consi. 75. in fi.

25 Sexto limi.† vt per eundem Goza. in proxime allegato consi. 75. ad fi. vt procedat, quando nõ supersunt aliquæ psonę, in quibus est maior ratio succedendi. & inter alia allegat Soc. in suo tract. fallen. in reg. 150. & adde Bologni. in d. cõs. 35. col. fi. in princ.

26 Septimo† lim. verũ esse, si filia fuit dotata a patre; alias secus. & ita omnes declarant in d. c quamuis, de pact. in sexto, quod loquitur in filia renunciante hæreditati patris qui eam dotauerat. & sequitur Bologni. in d. consi. 35. col. pen. versi.

27 quod autẽ; & in consi. 38. col. 2. † Sic vidimus, ꝙ fœmina dotata exclusa a statuto propter masculos, intelligitur exclusa ab hæreditate dotãtis; non autem alterius. Bal. in l. 1. C. de legiti. hæred. Cor. in cons. 73. col. 4 in littera Q. vol. 1. & cõs. 143. eo. vol. cõsi. 48. col. 2. vol 2. vbi testatur de communi; & rursus consil. 123. in prin. eo. vol. quia tale statutũ dẽt restringi ad causam ipsius legis. l. cancellauerat. de his quæ in testa. delen. causa autẽ exclusionis est ipsa dotatio. l. qui volebat de hæred. insti. Cur. iun. in consi. 10. per tot. quod tamen ꝓcedit, nisi aliàs statutũ disponeret, quòd excluderetur etiam ab hæreditate alterius, quam dotantis, prout extat in terra Calanciani. & ita declarat Corn. in d. consil. 123. & in consi. 43. vol. 4. Idem ergo dicẽdũ est in pacto de nõ succedẽdo, vt videatur factum ex eo; quia pater dotauerit. quòd si dotẽ nõ habuerit, illam petere poterit; alias renunciatio nullius erit momenti, nisi aliter inter eos cõuenerit, prout in statuto dictũ

28 fuit. † Et in hac materia dotis notandũ est, quod nõ sufficit quælibet dotatio; sed debet esse congrua, hoc est, pro facultatibus, & pro dignitate viri & vxoris, l. quæro. de iure dot. Aret. in cõsi. 17. col. pen. in fine ver. ad sextũ. & tradit late Dec. in cõsil. 26. & consi. 181. col. 2. Grã. decis. 101. nu. 28. & talis congruitas consideratur tẽpore dotationis. Grama. decis. 57. nu. 80. Quando tamen dotatur a patre, præsumitur congruenter dotata; quia lex de illo confidit. & ideo dicitur, ꝙ non potest de illo conqueri, quod, scilicet, minus congruenter eam dotauerit, vt per Dec. in d. cõs. 26. & hoc est verum, nisi appareat de enormissima læsione, id est, quòd longo iteruallo excedat dimidiã legitimę, vt p eũdẽ Dec. in cons. 180. & 181. & 266. & 616. & Ias. in consi. 178. volu. 2. & consi. 134. vol. 4. Cur. iun. in consi. 53. cõsi. 101.

29 & consi. 141. & Affl. decis. 322. † Vt ergo dos intelligatur esse cõgrua, dicitur, ꝙ non debet esse minor legitima, vel nõ multum distans ab ea. Dec. in consi. 267. col. 1. & 2. nam & ex qualitate personarum facultate patrimonij & consuetudine regionis, posset esse minor legitima, vt scribit Cor. in consi. 48. col. pen. vol. 2. consi. 91. & consi. 107. col pe. eo. vol. cõs. 111. col. fi. cõsi. 162. & consi. 202. col. 3. in littera. H. d. vol. 2. cons. 3. col. 2. & 3. & cõsil. 100. vol. 3. & cõsi. 1. col. 5. vol. 4. Quod procedit etiam, si statutum diceret, ꝙ mulier deberet esse dote contenta, vt per eundem Corn. in consi. 77. vol. 2. de quo late Brun. in suo tracta. de statu. fęm. excl. in 9. art. prin. q. 1. col. 14. & dixit notabiliter Dec. in consil. 180. col. 1. quòd multum potest arbitrium iudicis in declarando, quæ dicatur dos congrua. & ideo bonum est habere iudicẽ amicũ, & fauorabilẽ; quia poterit ẽt arbitrari vltra legitimam, considerata qualitate personarum, & quantitate patrimonij, l. cũ post. §. gener. de iure dot. l. quæro. §. 1. eo. ti. l. si filiæ. de leg. 3. tradit per hæc iura Corn. in consi. 258. col. penu. vol. 4 Et pędicta procedunt, nisi aliter statuto caueretur; quia illud seruãdũ esset vt p eundẽ Cor. in consi. 210. col. fi. vol. 1. Sed contra supradictã limita. videtur facere; quia immo nõ est necessarium ꝙ mulier sit dotata; quia etiam, si nihil acceperit, renunciatio valet, vt supra dixi. quod & voluit

Alex.in consi.53.vol.3. & Rui.in consil. 204.col.3.vol.1. Ergo limi.non est vera: sed dicendum est,eam procedere, quando ex verbis renunciationis patet, ꝙ fuit renũciatũ cõtemplatione dotis, vel alias receptura doté,ꝙ si nihil omnino voluisset cõsequi,nihil repugnat quin renũciatio valeat.Prę terea,vt supra ẽt dicebã q̃ uis renũciasset hęreditati;tñ renũciãti remaneret facultas petẽdi dotẽ vel alimẽta; q̃a ꝑ publicã vtilitatem est mulieres remanere indotatas. l. 1. solu. matrim.

30 Octauo † limi.nõ ꝓcedere, quãdo interuenit vis, vel dolus; quia tunc poterit venire ꝯ proprium iuram̃.quando enim hæc interueniũt,iuram̃ nõ obligat; quia deficit consensus. l. dolus. C. de rescind. vẽd.& d.c.q̃uis,de pact.in 6.& Paris. cõsil.26.vol.3. Si vero interuenit metus,licet iurm̃ obliget ipso iure:tamẽ peti potest absolutio.glo.ĩ c.ad audiẽtiã,de his, quę met.ca.& est tex.in c.verũ de iureiu. Pau.de Cast.in consi.274.vol.1.& Bologni.in d.cõsi.35.co.pe.in fi. & sequen. & ideo qñ filia renũciat patri hæreditati paternæ;& enormissime læditur,censẽt re-
31 nũciasse ꝑ metũ;† quia qñ actus cõtinet enormem læsionem, & fit inter personas, inter quas cadit reuerentia, vt inter patrẽ & filiã;tũc actus ꝓsumitur celebratus ꝑ metũ.& ista est cõmunis opi.vt ꝑ Soc. in cõsi.263.col.1.in fi.& col.2.ver. sed ad præmissa respondetur. Corn. consi. 140. in fi.vol.3.Dec.in l.pactum dotali,in 3.limi.C.de colla. & c. causam matrimonij, col.2.nu.5.in fi.de off.de leg.Cur.iun. cõsil.141.col 3.nu.11.Rui.cons.60.vol.3.& voluit etiam late insistendo Corn. in cõs. 250.col.5.vol.4.

32 Nono † limi.non habere locũ,quãdo noua causa succedendi, & petendi superueniret; quia pactum, etiam iuratum, intelligitur subsistẽte semper eadẽ causa,nõ autem illa cessante,vt l.quæro.§.inter locatorem.locat. l. q seruum, de ṽb. obli. c. ex litteris, de constitu. Corne.in consi.80.vol.4.Cap.consi.12 ad fi.& Gozad.in consi.27.in princ. vbi concordantiæ.& ideo,quando filia renunciauit hæreditati paternæ, alterius contemplatione tale pactum quamuis iuratum,non nocebit renuncianti,deficiente illa persona, cuius contemplatione renunciatum fuit, vt dixi in quinta limi. & tradit Bal. in d. l.pactum dotali:vbi etiam Dec. col.4. C. de collat.idem Bal. in consi. 437. vol.1. Calca.consi.33.col.pen.in fi. Corn.in cõsil.291.vol.4.sequitur Graue.in cõs.242. nu.7.vbi cõcor.& cons.251.col.4.in medio,nã quãdo vnũ beneficiũ cõpetit,alterius contẽplatione,si remouetur illud cuius contẽplatione competit, intelligitur in consequentiã illud remotum, l.filio.§.
33 matri.de adimen.legat.& dici † solet, ꝙ finita causa principali intelligitur finitũ totũ fundamẽtum.l. a filia §.alumno, ad Trebelli.l.tam ex oratione,de excu.tuto. & ideo dicim9,ꝙ donatio causa mortis, facta ꝑꝑ aliquod periculum, censetur reuocata periculo cessante,glo.& Bar. in l. 3.de don.caus.mort.Pau.de Cast. in cõs. 384 nu 2.vol.1.Alba. consi.65. vbi pulcre.Et res ꝓhibita alienari extra familiã potest alienari,nullo de familia existẽte, vt ꝑ Doct.in l.filiusfa.§.1.de lega.1. Gozad.cons.vlti.post nu. 22 Et immunitas, concessa ꝑꝑ paupertatem,cessat superuenientibus diuitijs, & facultatibus, l. his oneribus.§.1.de vacat.mune.Rui. consil. 3.nu.11.vol.1.facit ad idẽ,qđ voluit Signo.in consi.208.vbi dr̃,ꝙ filia,exclusa a statuto ab hæreditate patris, vel fratris, censetur exclusa illorum cõtemplatione, de q̃bus fit mẽtio in ipso statuto; & ideo illis deficientibus nõ debet excludi. Bal. in d.l.pactũ,in 4 q.C.de colla per l. iubemus.C.ad Velleia.Rui.in cons.1. col.4.ĩ fi & cõs.204.in pri.vol.1.Grat.li.1.resp. 26.n.40.& 41.immo talis filia nõ dẽt ẽt excludi,qñ illi,quorũ contẽplatione esset exclusa, hæreditatẽ nõ adirẽt,vt ꝑ Bar ĩ l.2 §.se d fine & ibi not. ad Tertilli. & ĩ l.1.§.q habebat filiũ,de bono.posses.cõt. tabu.Corn.in consi.335.col.2.ver. nam hmõi statutũ,& cons.342.vol.1.cõs.206. col 2.vol.3 cons.42.col.5.consi.45. ad fi.

consi.

conſ.271.colum.6.in fi.& cõſ.256.circa prin.vol.4.Facit etiam,quod voluit in ſimili Rom.in cõſ.22.col.1.verſ. ſecundo ſi paciſcar,vbi dicitur ꝙ ſi promiſi cũ iuramento emphyteuſim nõ petere,ſi dein de fuerit mihi reuocata inueſtitura,eam potero petere,iuramento non obſtante; quia intelligitur rebus ſic ſtantibus. Idẽ ergo concludendum in caſu noſtro,vt pactum de non ſuccedendo,iuramento roboratum,intelligatur eadem cauſa ſubſiſtente;& ſic rebus in ſuo eſſe manẽtibus.

34 Decimo † limi. non habere locũ quo ad bona feudalia,& emphyteutica, quæ nõ eſſent hæreditaria;q̃a iuramẽto;& renũciatione nõ obſtãte de hæreditate paterna,illa peti poterũt.Bar.in l.itẽ videndũ.§.1 de peti.hær.Bal.in c.2.col.4.ti.an agnat.vel fi.Goz.in cõſ.9.poſt n.53.Alc. in cõſ.110.col.fi.vol.1. vbi teſtat̃ de magis communi.ſequitur Rolã.a Val.in tra

35 cta.ſtat.de lucr.dot.q.54.n.9. † ſicut etiã in ſimili dicitur de ſtatuto excludente fęminas a ſucceſsiõe hæreditaria,ſeu ab hęreditate; quia non intelligitur eas excludere a feudo,vel emphyteuſi,vt late comprobatur per Brun.in ſuo tract. de ſtatu. fœmi.a ſucceſſ.exclu.in octauo arti.prin. quæſt.22.& ſeque. quia aliud eſt hæreditas,aliud feudũ antiquum vel emphyteuſis:& ideo filij, qui nihil capiunt de hęreditate patris; poſſunt tamen habere feudũ,per ipſũ patrẽ alienatum. vt per Affl. ĩ c.1.§.Titius filios maſculos,ti. ſi de feu. defun.col.3.in ſexto not.n.13.& per Deci.in l.debitori,col.3.C.de pact. Et prædicta ſunt vera;& ꝓcedũt qñ eſt renũciatum hæreditati, & ſic nomine hæreditatis:ſecus ſi fuerit renunciatum bonis; q̃a intelligeretur etiã renunciatũ bonis feudalibus,& emphyteuticis ſecũdũ Spe.in ti.de loc.§.nũc aliqua.& Iaſ.in Auth. vnde ſi parens,col. 2.C.de inoffi.teſta. & in l.ſi non ſortẽ.§. libertus nu.34. vbi teſtatur de communi de cond.indeb.

36 Vndecimo limi.† ꝙ diſpoſitio d.cap. quamuis,non procedat,quando filia renunciaſſet in manibus patris, hæreditati matris,auiæ,patruorum,& aliorũ abſentium, quia tunc eſſet pactum de hæreditate tertij.quod non valet,etiã cum iuramento,ſecundũ cõem opi. de qua nos diximus in præcedenti priui. quamuis ego cõtrariũ ꝓbauerim eſſe verius.ita voluit Rom.in l.q. ſu pſtitis.quẽ ibi ſeq̃tur Are. col.4.de acq.hær. cũ alijs cõgeſtis ꝑ Bolog.in d.l.fi.n.59. C. de pact.vbi propterea dicit, ꝙ ad validitatẽ dictæ renunciationis oportet,matrem,auiã, & alias perſonas,quarũ hæreditati renunciatur, eſſe præſentes,& renũciationi cõnſentire. allegat Soz.in conſ.188.volu.2. & conſ.7. vol.3.& tetigi ſupra eodẽ pri.ante nu.12.

37 Duodecimo limi.† vt non procedat, quando renunciatio facta fuit per filiam ingredientẽ monaſteriũ ſub conditione ſi ingrediatur monaſteriũ;quia talis renũciatio nõ valet,ex quo vr̃ in pœnã ingreſſus ſe priuaſſe hr̃ditate paterna, vt ꝑ Sozi.in conſil.183.Corne.in conſi.272.volu.3.Vr̃.n. talis renunciatio ſub humõdi cõdõne retrahere renunciantẽ a vita cõtemplatiua,arg.tex.in Auth.đ ſãctis.epi. §.ſed hoc pñti. vñ ſumitur Auth. niſi rogãti vbi Bar.C.ad Treb.Bar.in conſ.111. q̃dam nomine Titi.& in conſi.130.quęritur an monaſteriũ.& Ab.in c.in pñtia, de probatio.& ideo nõ dẽt valere. Accedat ẽt ꝙ hmõi renunciatio videtur facta tempore quo defertur hæreditas:quo caſu reperitur effecta monialis, & ſub alterius ꝑtãte, vt latius deducit Bologne.in d.l.fi.nu.114.ad quem me remitto. C. de pact.& prædicta omnia vera ſunt,& procedunt non ſolum in ipſa filia renunciãte,ſed etiam in eius hæredibus, qui non

38 poterũt cõtrauenire tali renũciatiõi† cũ teneantur ad obſeruatiã iuri.ꝑſtiti ꝑ defunctũ,vt inquit Grã.in cõſ.100. nu.70. cum pluribus.ſeq. in ciuili. q̃nimmo teneñ ſatisfacere eius conſcientiæ & ꝓmiſsionẽ eius præſtare.Cal.cõſ.75.n.31. & Io. de Ami. in conſ.3.nu.20. quod in declara verum,niſi contractus poſſit reſcindi, ideſt,ipſa renunciatio,ſeu pactum de nõ ſuccedendo,alia ratione; quia tunc iura-

mentum non obligaret hæredem ad illius obseruantiam l. generaliter. in prin. C. de reb. credi. & ideo nec in tali casu esset necessarium petere absolutionem secundum Corne. in consi. 27. col. 5. ver. tamen, quia vinculum, vol. 4. & Dec. consi.
39 203. col. fi. item declara verũ esse, † nisi ipsa filia decederet adhuc viuẽte patre; quia talis renunciatio non noceret eius filijs & hæredib. si ipsi filij, & hæredes venirent ex persona eorũ propria, & nõ ex persona matris renunciantis, veluti ꝑ successorium edictum. Sign. consil. 116. nu. 4. Bal. in d. l. fi. C. de pact. & in l. pactũ dotali. C. de collat. Guido Pap. q. 223. Corn. cõsi. 116. col. 4. in fi. vol. 2. & sequũtur cõmuniter Doct. in l. qui superstitis. C. de acq. hęred. idem quoq; vult Rui. in cõsi. 204. col. 2. in prin. vol. 1. & est ratio; qa cũ ipsa mater renũciauerit, talis renũciatio ideo filijs obesse nõ dẽt, l. si vnus. §. ante omnia. de pact. & regula est, ꝙ res inter alios acta alijs non præiudicat. ti. res inter ali. act. in rub. & nigro. & Corn. in cõsi. 24. col. 1. vol. 1. præterea mater dicitur potius excludi morte, q̃ renũciatione: vnde filij admittuntur ex persona ꝓpria ex successorio edicto, vt statim admonuimus. qđ & belle ẽt scribit Bello. in consi. 15. nu. 5. vbi tamen limi. nisi mater receperit dotem. idem quoque esset, si mater renuncians; seu paciscens de nõ succedẽdo ingrederet̃ monasterium; quia ipsum monasteriũ succederet, vt ꝑ Rui. in consi. 204. vol. 1. cum tribus cõsi. ibi sequen. de quo etiam per Corn. in cõsil. 272. Alias limit. ad d. c. q̃uis de pact. in sexto, vide ibi per Doct. & in d. l. pa-
40 ctũ dotali. & interim, † nota duos mirabiles effectus huiusmodi pacti de nõ succedendo, & sic renũciationis. Primus, ꝙ taliter renuncians facit alijs partem, & illos excludit. Brun. in suo tracta. de stat. fęmi. exclu. a succes. in duodecimo arti. prin. quæst. 7. & ista est magis cõmunis opi. vt inquit Guid. Pap. quæst. 295. licet ibi teneat oppositum. Secundus effectus est, quód filij naturales poterunt capere ex testamento, cum alias non possent, vt per Roman. in consil. 43. in tertio dubio.

SVMMARIVM.

1 *Generalis dispositio generaliter intelligitur, & comprehendit omnes casus etiam quòd in vno sit maior ratio, quàm in alio. item & in odiosis, vt post nu. 8.*
2 *Indefinita æquipollet vniuersali.*
3 *Verba vniuersalia & generalia solent a Doctoribus indefinita appellari.*
4 *Paria sunt aliquid exprimere generaliter, & indefinite.*
5 *Verba vniuersalia plus comprehẽdunt, quam generalia.*
7 *Cauendum est a nimis effuso & generali sermone.*
8 *Generalis sermo facit comprehendi ea, quæ alias non comprehenderentur.*
9 *Iuramentum nõ comprehenditur in generali dispositione, nisi de eo fiat specialis mentio. amplia, vt nu. 13. cum pluribus sequen.*
10 *Dispositio generalis non comprehendit illud, in quo quis non habet potestatem.*
11 *Quietatio generalis non extenditur ad vsuras.*
12 *Expressio generalis tantum operatur, quantũ specialis; & quomodo.*
13 *Dispositio generalis, cõfirmata a Papa in forma cõmuni, non comprehendit iuramentũ.*
14 *Iuramentum, tam præstitum, quàm præstandum nõ continetur in generali dispositione.*
15 *Actu principali sublato, nõ intelligitur sublatum iuramentum.*
16 *Dispositio quamuis sit geminata, non comprehendit iuramentum.*
17 *Dispositio generalis etiam Papæ, vel Imperatoris non comprehendit iuramentum.*
18 *Dispositio generalis ob publicam vtilitatem comprehendit actum iuratum.*
19 *Princeps ob publicam vtilitatem potest alteri ius suum auferre.*
20 *Statutum non potest annullare vires iuramẽti, quas habet de iure diuino; licet possit consi derata a iure ciuili.*
21 *Dispositio generalis comprehendit iuramentũ, quando fuit obseruatum, vt comprehenderetur.*
22 *Consuetudo regulat omnes actus.*
23 *Iuramentũ cõprehẽditur in generali dispositione, quando est solitum, vel consuetum appond.*

Clausula

24 Clausule, pro expressis habentes, facit comprehendi in dispositione generali actum iuratum.

25 Clausula, Motu proprio, comprehendit actum iuratum.

26 Actus iuratus comprehenditur in dispositione generale, quãdo ex aliqua iusta causa potest recedi a iuramento.

27 Dispositio generalis emanans per viam legis comprehendit actum iuratum.

28 Iuramentum prestitum ob reuerentiam comprehenditur in dispositione generali.

29 Papa habet omnia iura in scrinio pectoris.

30 Dispositio comprehendit actũ iuratum, quando actus fuit prohibitus alicui ex aliqua rationabili causa.

31 Dispositio generalis comprehendit iuramentũ, quando actus iuratus deficit in solemnitate probatoria.

32 Solemnitas probatoria est introducta ob publicam vtilitatem.

33 Genere remoto, remouetur omnis eius species.

34 Dispositio generalis comprehendit actum iuratum, quando fuit prohibitus fauore tertii.

35 Feudum alienans cum iuramento nõ seruata solemnitate potest venire contra suum iuramentum.

36 Dispositio generalis habens actum iuratum pro simulato, quando non interuenit certa solemnitas, illum comprehendit.

37 Clausula derogatoria, Non obstantibus capitulis, & pactis, non comprehendit capitula, & pacta iurata.

38 Satuta si fuerint generaliter cassata, non intelliguntur cassata statuta iurata.

39 Confirmatio generalis facta p Papã nõ cõprehendit statuta annullantia iuramentum.

40 Limita. nisi fieret ex certa scientia, & cum causæ cognitione.

41 Satutum faciens mẽtionẽ simpliciter de cõtractu, non comprehendit contractum iuratum.

42 Statutum annullans contractum minoris ob non seruatam solemnitatem, non comprehendit contractum iuratum per eum.

43 Et procedit siue statutum concipiat verba in personam, siue in rem.

44 Item procedit, etiam si statutum annullet iuramentum, & contractum.

45 Iurans obligatur Deo.

46 Statutum faciens mentionem de actu, nõ habet locum in iurato.

47 Statutũ mandans inter cõsanguineos fieri cõpromissũ non extenditur ad causas iuratas.

48 Exceptio iurisiurandi impedit compromissum fieri sicut & inchoari processum.

49 Causa debet compromitti, quando negatur iuratum, & probationes non sunt in promptu.

50 Qualitas tribuens, vel auferens iurisdictionẽ, est allegenda, & probanda.

51 Compromissum valet parte non opponente, ẽt in causa iurata.

52 Exceptionem rei iudicatæ non opponens censetur eidem renunciare.

53 Statutum disponens, quod si quis non petierit debitum infra certũ tempus cadat a iure suo non comprehendit debitum iuratum.

54 Statutum quando trahitur ad preterita, non trahit̃ ad ea, in quibus interuenit iuramẽtũ.

55 Bannitus, qui fecit pacẽ cum inimico, & inimicus iurauit pacem seruare, non poterit ab eo offendi vigore statuti permittentis bãnitum posse offendi, licet alias sit secus.

56 Debitor, qui vigore statuti cadit a iure suo propter cessationem in soluẽdo si iurauit, incidit in pœnas. l. si quis maior. C. de transact. statuto non obstante.

57 Contrahentes videntur in dubio se potius referre ad statutum, quàm ad ius commune.

58 Statutũ vbi viget, illud seruãdum, quidquid disponat ius commune.

59 Saluu: conductus concessus debitoribus, non cõprehendit debitores iuratos.

60 Mentio si non fiat de eo, quod specialiter esset exprimendum, censetur neglectum.

61 Priuilegia sunt stricti iuris, & stricte interpretanda.

62 Princeps non potest venire contra contractum partium.

63 Priuilegiũ continens plura specialia, non valet.

64 Dispositio, quæ potest plura operari contra ius commune, sat is est, quod vnum tantum operetur

65 Clausula Omni meliori modo, facit, vt partes videãtur se retulisse ad omne remedium, per quod actus valere possit.

66 Clausula Omni meliori modo, non comprehendit modum per iuramentum.

67 Clausula Simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicii, licet excludat ordinem iudiciarium; non temẽ excludit iuramentũ.

68 Princeps non censetur remittere iuramentum vasallo ligio; quamuis concedat litteras ampliss. vt possit exire de suo statu.

69 Prorogatio intelligitur fieri cum omnibus suis qualitatibus de re prorogata.

PRI-

PRIVILEGIVM XXII.

VIgesimum secundum priuilegium est: nam tu scis vulgatissimam, & tritissimam illam regulam, quæ dicit,
1 quòd† generalis sermo, seu dispositio generaliter intelligitur, & includit omnes casus, etiam quod in vno sit maior ratio, quam in alio. l. 1. §. quod autem. de aleæ lus. & aleato. l. fi. §. vxori. d' aur. & arg. leg. l. 1. de leg. præl. l. in fraudē §. fin. & quod ibi Bald. not. de testam. mili. & l. prætor ait. §. ait prætor. & ibi. Pau. de Cast. de oper. nou. nūc. Et quāuis hæc iura loquantur indefinita oratione; non
2 autem vniuersaliter, seu generaliter,† qa tamen indefinita locutio, vel oratio æquipollet vniuersali. l. si ita. & l. si pluribus. & vbique Barto. de leg. 2. Ias. in l. sub prætextu. num. 5. C. de trāsa. & in l. in fundum. §. sub conditione. & §. si libertus. nume. 2. de leg. 1. & alibi sæpe. Satis ī dictis iuribus probatur supradicta regula; quia perinde est ac si specialiter loquerentur
3 per verba vniuersalia, seu generalia. † & solent a Doctoribus verba generalia indefinita appellari. Bart. in l. solent. §. non vero in totum. de offi. proc. & lega. num. 2. Soz. in l. nominatim. num. 12. de lib. & posthum. Quinimmo dixit Dec. in l. 1. nume. 17. de regul. iur. † quòd Paria sunt di-
4 cere aliquid indefinite, & generaliter. Generalia autem verba quæ & qualia sint, declarat Alci. in l. in vsu iuris. de ver
5 bor. signific. † Et quamuis non ignorem verba vniuersalia plus comprehendere, quam generalia, vt late declarant Doct. in l. 1. vbi præsertim Crauet. nu. 44. de lega. 1. & in l. 1. vbi Alex. num. 35. de officio eius cui. mand. & Dec. in l. 1. nu. 20. de regu. iur. tamen aliquando pro eodem vsurpantur: nam quamuis administratio omnium bonorum concedatur per verba vniuersalia, vt ī casu. l. creditor. §. Lucius. mand. tamen talis administratio appellatur generalis. l. licet. C. de iudi. & Azo. in
6 Sūma. C. de eden. † Generalis ergo dispositio generaliter intelligitur, & ad omnia extenditur. l. pluribus. de accepti. Afflict. in decis. 44. post nu. 12. & dixit Bal. in d. l. sub prætextu. col. 1. in fin. C. de transact. quod imputandum est contrahenti, qui non putauit in verbis generalibus omnia contineri; quia generalis sermo porrigitur etiam ad incogitata. dixit idem Bal. in l. tres fratres. in 4. not. de pac. quod tamquam notabile memoriæ commendauit Cot. in suis memorali. in vers. filius
7 renuncians. † Et ideo cauendum est a nimis effuso, & generali sermone, vt post Bal. originaliter dixit Ang. Are. Inst. qb. mod. tolli. oblig. §. itē per acceptilationē & qui dicit aliquid non contineri in generali dispositione, dicitur venire contra regulā; quæ est, q̄ comprehendat omnia, etiam casus priuilegiatos, secūdū Dec. in cons. 5. per tot. Neque hoc nouum vide-
8 ri debet, † quòd generalitas faciat aliqua comprehendi, quæ aliàs non comprehēderentur, l. si ex pluribus. §. 1. & ibi Bart. de solu. & idem Bart. in l. pluribus. de accepti. facit tex. in l. quædam. de acqui. rer. domin. & in l. in modicis. de contrahēd. empti. vbi in venditione bonorum immobilium generaliter facta comprehenditur locus sacer, vel religiosus, qui aliter non potest vendi. & agitur ex empto, vt tradit Sign. cons. 82. colum. 3. num. 8. Et ista regula procedit etiā in materia odiosa. Gozad. consi. 19. num. 17. consi. 50. colum. 8. num. 24. & in consil. 103. nume. 3.
9 Et Crauett. in consi. 118. nu. 14. † Tamen tanta est virtus, prærogatiua, seu priuilegium ipsius iuramenti, vt nūquam in generali dispositione comprehendatur, nisi de eo fiat specialis mētio. Gl. est in ore omnium, in Clement. dudum. §. penul. in versi. pacta. de sepult. Doct. in c. 1. de his, quæ fiunt a maior. par. Cap. Bar. in l. oēs populi. in 3. quæstione princ. vbi etiam Alexand. in addi. de iustit. & iu. Roman. in singul. 8. & consi. 397. colum. 3. Alexā. in princip. li. 1. colum. fina. ad leg. Falci. in cons. 27. colu. fin. volum. 1. & in consi. 125. eod. volu. & in consi. 37. volu. 2. Ias.

in

in Auctent. sacramenta puberum. colu. fin. C. si aduers. vendit. Thom. Ferra. in sua Caut. 16. Ias. in l. si quis maior. C. de transact. in l. quoties. C. de precib. Impe. offe. Marsi. consi. 107. nume. 10. cum plurib. sequen. Gozad. consi. 32. numero 10. & Felyn. in c. non aliter. colum. 8. versic. sed nota quattuor. & in cap. constitutus. colum. 4. in 7. limi. de rescrip. Gram. consil. 100. num. 78. & videtur, quod ideo in generali dispositione non comprehendatur iuramentum, seu actus iuratus; quia
10 non est in potestate † hominum saecularium quidquam de eo disponere, vt per Ancharan. in consi. 227. colum. 1. quem sequitur adducendo concordantes Grāmat. in d. consi. 100. nume. 79. in ciuil. & Boer. in decis. 247. nume. 8. sed est in potestate Ecclesiae, & ecclesiasticarū personarum potestatem habentium super eo dispensare, & prouidere. vt in statuto dicit Alexandr. in consi. 59. & in cons. 125. colum. 5. vol. 1. & Dec. in consi. 536. col.
11 fin. † Et certum est, quod dispositio generalis non comprehendit illud in quo seu super quo quis non habet potestatem, vt per eundem Dec. in cons. 218. colum. 2. nume. 3. Videmus in simili, quòd statutū quantumuis generale non comprehēdit personas, quae non sunt de iurisdictione statuentium. Bald. in l. omnes populi. de iustit. & iur. cum concordantis adductis per Gozad. in consi. 76. nume. 12. colum. penult. ergo pariter nec iuramentū. sicut nec matrimonium, nec alia res spiritualis, vt not. per Abba. & Doct. in capit. Ecclesia sanctae Mariae. de constitut. Vt ergo comprehendatur in generali dispositione, oportet de eo facere specialem mētionem; quia habet particularem qualitatem & naturam; veluti de vsuris, de matrimonio, de feudo, de emphyteusi, & similibus, vt dicit Abb. in consi. 114. colu. 3. in 3. dubio part. 2. vbi propterea vult,
12 quod † quietatio generalis ad vsuras nō extendatur. neque dicatur, quòd immo sufficiat generalis expresio, quae tantum operatur, quantum specialis, l. si chorus, de lega. 3. l. sicut, & l. omnes, de praescrip. 30. vel 40. annor. quia procedit, praeter quam in casibus in indiuiduo expresis in iure. gloss. in l. si quis mihi bona. §. sed vtrum, de acquiren. haered. sed in iuramēto reperitur expressum, quòd, de eo fieri debet specialis mentio secundum glos. in d. Clem. dudum. §. pen. versi. pacta, de sepultu. cum alijs supra allegatis: merito, &c. & bene facit; quia regulariter expresio specialis potentior est generali, vt per Barto. in l. si quis in principio testamenti. de lega. 3. & per Ruin. in consi. 17. col. 2. nume. 7. volum. 1. vbi concordantiae. facit, quod voluit Aretin. consi. 8. colum. 3. versi. nec obstante; vbi dicitur, ꝙ dispositio particularis plus operatur generali. quod itaque dicitur tantum operari generalem, quantum specialem expresionem procedit, nisi omnino a iure specialis expresio requiratur, prout in iuramēto omnes fatentur. Concludo igitur ex praedictis omnibus, iuramētum seu actū iuratum in generali dispositione non cōprehendi.

13 Ampliatur primo † istud priuilegium procedere, etiam si dispositio generalis esset confirmata a Summo Pontifice; in forma tamen communi; quia nihil operaretur quo ad ipsum iuramētum, vt per Dec. in consi. 17. col. 2.

14 Secundo † ampliatur procedere non solum quo ad actus & dispositiones praeteritas, super quibus esset iam praestitum iuramentum; sed etiam, quo ad futuras; quia nec in illis, si iuramentum apponatur, locum habebit generalis dispositio, vt per Alexand. in consi. 37. vol. 2 & consil. 137. vol. 6.

15 Tertio † ampliatur verum esse, etiam si iuramētum esset accessorium ad actū, nam sublato actu non tamen tolleretur iuramentum, secundum gloss. & Docto. in capitul. cum non decedat. de electi. in 6. & Alexand. in d. consi. 137. cum alijs allegatis per Anto. de Gabriel. in titul. de iureiuran. conclu. 5. nume. 2. de quo dicā infra in alio priuilegio.

Quar-

16 Quarto † amplia procedere, etiam si verba essent geminata; quia adhuc nõ cõprehenderetur dispositio iurata, secundum Alex. in allegato consi. 37 colu. 2. & consi. 38. col. 2. vol. 3. cum concordantijs, quas adducit idem Anton. de Gabrie. in d. concl. 5. nu 7.

17 Quinto amplia, † etiam si essemus in dispositione Papæ, vel Imperatoris, per tex. in capitul. constitutus, de rescrip. immo etiam si haberet clausulam derogatoriam, Non obstante, vt per eundem Ant. de Gabriel. in dicta conclus. 5. numero 18. & 19.

Limitatur nunc pluribus modis, varijs ĩ locis, & præcipuæ per Deci. & alios in d. c. constitutus, de rescr.

18 Et primo limitatur † non procedere, quando ageretur de fauore publico; quia tunc dispositio comprehenderet actum iuratum; vt cum conceditur indultũ generaliter debitoribus, qui venerint ad habitandum in tali loco, veluti Massæ, dominij Sen. vbi extat similis constitutio, seu indultum. quod quidem videtur emanare fauore publico, vt ciuitas hominibus repleatur. l. 1. solut. matrimon. Rui. consi. 202. in fin. vol. 1. & ideo extenditur ad debitores obligatos cum iuramento, vt per Alexand. in d. consi. 38. volu. 3. in fin. & Gram. in consi. 16. in ciui. vbi enim non ageretur de fauore publico, iam certum est, quòd tale indultum non cõprehenderet debitores cum iuramento, vt per Affli. decis. 111. nume. 13. & similiter si extaret statutum, quod quis nõ possit alienare bona immobilia in forenses; istud vtique statutum comprehẽdit alienationem, factam per contractum donationis, in qua donans iurauit, licet de iuramento statutum nullum verbum faciat ita voluit Corn. in consi. 78. volu. 1. quia dicitur introductum principaliter fauo

19 re publico; neque de hoc mirandũ. † videmus enim, ꝙ ob publicam vtilitatem Princeps potest alteri ius suum auferre Barto. in procem. Digestorum. Alexand. in consi. 115. volum. 2. Doct. in cap. quæ in ecclesiarum. de consti. facit, quod voluit Calca. in consi. 36. nu. 28. cum pluribus sequen. & consi. 52. colum. fin. vbi dicitur, ꝙ Princeps causa publicæ vtilitatis restituit bãnitũ etiam ad bona aliena ta. ista tamen limitatio est intelligenda, & declaranda, vt posit procedere solũ, quantum ad exactionem crediti, vt non posint debitores compelli ad soluẽdum durante indulto: sed quantum ad ipsum iuramentum, & periurium, iam forte incursum, ob nõ factam solutionem seu restitutionem rei debitæ in tempore promisso, arbitror, quòd indultum nihil possit operari; quia ad id non se extendit statuẽtis potestas, iuxta ea quæ scribit Paul. de Castr. in l. non dubium. C. de legi. & in conclu. 259. colum. 2. versic. circa tertium quæsitum, & colum. 3. volum. 2. &

20 Gozad. in consi. 16. † vbi dicitur, ꝙ quãuis laici posint annullare iuramentum, quo ad vires sibi attributas a iure ciuili: non tamen possunt annullare, quo ad vires, quas habet a iure diuino. & ideo videtur, quòd debitores, non soluendo in tempore promissionis efficiantur periuri. Neque obstaret, si diceretur, quòd statutum potest remittere partibus iuramẽtum, præstitum a partibus, ex aliqua rationabili causa naturali æquitate suadente; quæ in tali casu videtur militare, vt ciuitas hominibus repleatur, prout dicebat (in alijs tamen terminis) Roma. in consi. 12. quia istud posset procedere, qñ ageretur de iuramento, præstito per personas subiectas ipsis statuentibus. nam in tali casu si ciuitas concedit aliquod indultum circa debita persoluenda, etiam si sint iuramento roborata; tunc videtur, quod creditores intelligantur prius remisisse iuramentum ex eo, quòd ipsi tamquam de populo ciuitatis consenserunt tali indulto, vt per Alexan. in consi. 151. col. 4. nu. 11. vo. 7. sed in casu isto agitur de iuramento præstito per non subiectũ statuentibus: ergo non potest remitti, argum. l. fi. de iurisd. omni. iudi.

21 Secundo limi. † non procedere, quando sta-

do statutum, vel alia dispositio fuit in viridi obseruantia, quod comprehenderet actus iuratos, quamuis de iuramento nõ faceret mentionem; quia, stante illa obseruantia interpretatiua, dicendum est, quod etiam actus iuratus comprehendatur; quia minime mutanda sunt, quæ certam habuerunt interpretationem l. minime, & l. si de interpretatione. de legi. facit, quod voluit Grat. lib. 1. respon. 45. colu. 2. vbi vult, quod ex quo statutum per quotidianum vsum fuit interpretatum, quòd intelligeretur de bannito occidente aliũ bannitum; ita debet intelligi, ac si expresse id cauisset. facit etiam, quia consuetudo potest facere, vt quod specialiter esset faciendum, pro facto habeatur, etiam in dispositione generali, vt per eundem Grat. lib. 2. respon. 104. nume. 21. Et copia instrumenti probat (licet aliàs non probaret) quando aliquid secundum illam fuit obseruatum, vt pulcre per Crauet. in cons. 65. nume. 11. quoniam ex cõsuetudine cuiusque interpretantur eius gesta, l. vel vniuersorum. de pigno. acti. l. qui semisses. de vsur. l. si seruus plurium. §. fin. de lega. 1. & cap. ad nostram in fi. de emptio. & vendi. cum similibus. & cõsuetudo declarat legem & priuilegium, secundum Gozad. in cons. 23. colum. pen.
32 nu. 8. † Quinimmo a consuetudine omnes actus regulantur. l. quod si nolit. §. qui assidua. de ædil. edict. Felyn. late. in capi. 1. colum. 6. de proba. Dec. in l. semper. de reg. iur. Bello. cons. 61. nu. 2. pulcre Dec. in cap. cum M. Ferrarien. colu. 2. in quinto nota. de consti. & dixit Innoc. in capi. olim. de verb. signifi. quòd omnis dispositio, siue legalis, siue vltimarum voluntatum, siue cõtractus, recipit interpretationem a consuetudine. sequitur Rui. in cõsil. 160. colum. 3. nume. 13. volum. 1. ergo pariter est concludendum in consuetudine, quæ interpretata est dispositionẽ generalem, vt comprehendat etiam actum, in quo interuenit iuramentum, prout expresse, & in terminis voluit Alba. quem postea vidi in consi. 70. colum. 2. in princip. & cum ista sit consuetudo interpretatiua, non requirit spatium longi temporis ad hoc, vt dicatur inducta consuetudo: sed sufficit, quod aliquando in tali casu fuerit obseruatum, vt habetur per Crauet. in consi. 118 post nume. 2. vbi cõcordan. ego vero puto istam limi. esse dubiam; quia cum talis consuetudo, quãuis interpretatiua, sit super re, vel circa rem spiritualem, idest iuramentum, ad illud non se extendit ex defectu potestatis, vt supra dicebam, in princip. huius priui. vidi demus enim, quod consuetudo non potest introducere, vt alienatio rei ecclesiasticæ valeat sine solemnitate; quia ad hoc non se extendit eius potestas. cap. sine exceptione. 12. q. 2. tradit post Glo. Abb. in cap. cum causam. colum. penul. nume. 15. ibi bonæ addi. de sent. & re iudi. facit, quod voluit Anto. de But. in cap. fin. de consuetud. vbi dicitur, quòd congregatio ecclesiastica, veluti capitulum Canonicorum Ecclesiæ, vel clericorum, nõ potest quidquam statuere aut introducere per consuetudinem contra ius canonicũ; quia inferior, prout est clerus, non potest statuere contra legem superioris. capi. quod super his. de accus. & c. cum inferior. de maiori. & obedi. quanto minus ergo laici poterunt per eorum interpretatiuam consuetudinem introducere, vt iuramentum, quod est quid spirituale & diuini iuris, comprehendatur in eorum generali dispositione? videtur enim talis interpretatio, quæ versatur circa materiam iuris canonici, valde ambitiosa; & ideo nõ admittenda, ex quo ius canonicum extẽdit ad bonum animæ, vt in simili astruit Corn. in cons. 155. colum. pen. post litteram. E. volum. 4. Sed dicen. est, si suaderet naturalis ratio, & æquitas, vel bonum publicum, quòd tunc accedente tali interpretatiua consuetudine per dispositionem generalem comprehẽderetur actus iuratus. prout supra tactum fuit: nõ tamẽ dici posset euenire solum vi consuetudinis, ita interpretatis dispositionem, sed ratione etiam naturali, suadente æquitate, &

te,& ob publicam vtilitatem. cogita tamen.

23 Tertio limita † non habere locũ quãdo extaret consuetudo apponẽdi iuramẽtũ in illo actu, de quo loquitur dispositio quia tũc disponentes videntur ẽt de iuro cogitasse; vt p Gram.decis.12.post num. 14.& Ant.de Gabrie.in ti.de statutis.cõclu.11.n.10.q2 p̃sumitur, q̃ statuẽtes cogitauerint de eo, vt dixi, & q̃ ita ĩtellexerint, ex quo fuerit solitũ & cõsuetũ, vt iuramẽtũ apponeretur, d.l. quod si nolit.§. qui assidua.de ædi.edict.l.3.§.in commissoria. & q̃ ibi not. de lege cõmis.l.circa loca.& l.Titianus, quæ est lex vl.quod cum eo.quæ iura in simili proposito allegat Signor.in cons.138.nu.6. vers.venio ad secũdum. Et ista quoque limitatio intelligenda venit, prout præcedens; dũ tamen, scilicet, versetur publica vtilitas, vel dictet ratio naturalis, & æquitas, quòd etiam, si actus fuerit iuratus, censeatur comprehensus in generali dispositione, & de eo fuisse cogitatum: aliàs secus per prædicta.

24 Quarto † limi. vt non procedat, quando in dispositiõe esset adiecta clausula Pro expressis habẽtes; quia tũc cõprehẽdit actum iuratum. Soz.in cons.120. co. 4.in fi.vol.4.& cõs.196.co.6.ver.nã licet vol.1.& refert Ant.de Gabr.ĩ ti.de clau. cõcl.5.nu.7. Circa istã limi. ego valde dubito; quia de iuramẽto debet fieri specialis & expressa mentio: ergo dicta clausula non sufficit, vt per Fel.in c.nõnulli colu.10.ĩ 3.declaratione.de rescrip. & not. idem Anto.de Gab.vbi supra, nume.22. versi.nono limitã. Et quòd vbi de re aliqua debet fieri specialis mẽtio, talis clausula non sufficiat, consuluit Roma.in cõsi.327.colum.pen.in cons.437.colum.2. & consil.498.colum.fin. nam ista clausula est captiosa, & iuri contraria; & ideo non sufficit, vt late deducit consulendo Gozad.in cons.9.num.27.vbi allegat supradictam concl.Rom.& Fel. in c.accedentes, col.4.de præscrip. dicentes istam esse communẽ op.& istã ego amplector.

25 Quinto † limi.non habere locũ in dispositione facta motu proprio; quia comprehendit iurm, vt habetur p Rot.decis. 294.in nouis cũ alijs adductis p Ant.de Gab.in ti.de iureiu.concl.5.nu.28.

26 Sexto † limi. quando ex aliqua rationabili causa posset recedi a iuramento; quia tũc iurata dispositio comprehenditur, vt in proxime allegata decis.294. & per eũdem Ant.de Gab. vbi supra n.30. vbi allegat concordan.

27 Septimo † limi.quando dispositio emanaret per uiam legis generalis; quia tunc etiam derogatur dispositioni & actui iurato, vt traditur per Doct.in c. cum non deceat de elect.in 6.& per Ant.de Gab. in d.loco.

28 Octauo † limi.quando iuramẽtũ esset præstitum ob reuerentiã, vt cũ episcopus iurat non alienare bona ecclesiæ; nam habita licentia de alienãdo a Summo Pontifice, etiam in precibus nulla facta mentione de iuramento, comprehendit etiã bona, quæ cũ iuro promisit non alienare, vt per Fel.in c.constitutus, col.3.de rescri.& per eundẽ Ant.de Gabr.in d. con

29 cl.5.nu.37.de iureiu. † Nam cum Papa habeat omnia iura in scrinio pectoris sui, l.omn.ũ.C.de testam.c.1.de consti.in 6. concedendo licentiam alienandi, videtur ex certa scientia remittere iuramẽtum, quod sciebat fuisse præstitum; cũ ita de iuris canonici censura requireret, argu.tex.in l.fi.C.de alim.pupi.præst.& per Abb.in cons.46.col.2.vers.item cum pater.& cons.54.colu.2.in fi.par.primæ.per Bar.in.l.cum seruus.de verb.obl.& sequitur Calca.cons.23. col.2. circa medium.

30 Nono † limi.quando iudex prohibuisset alicui ex aliqua iusta causa, ne contraheret; quia quamuis iuret, contrahens nihil agit. Cremẽ.in sing.118. quod potest procedere, & verum esse quantum ad validitatem actus: nam per iuramentum nõ validaretur: iurans tamẽ obligaretur suo iuramento, vt in similibus tradit Corn.in cons.136.col.pen.vol.4.

31 Decimo limi. † quando deficeret sollemni-

lemnitas probatoria, inducta ob publicã vtilitatem; quia cum tunc actus non possit probari, ita nec iuramentum super eo præstitum probari poterit, vt per Sozi. in consi. 97. colum. fin. versic. tertia & vltima conclusio. volum. 1. quinimmo in tali casu actus non poterit validari ipso iura
32 mento; † quia tales solemnitates videntur requisitæ ob publicam vtilitatem, cui partes iuramento non possunt renunciare. l fin. & ibi Bald. si cert. peta l. ius publicum. de pact. Calcan. consi. 77. colum. pe. num. 19. ita dixit Gozad. consi. 16. nume. 13. & cons. 88. colum. 2. & quòd quando deficit fides actui, ex eo etiam videatur deficere iuramentum; quia ex illo probari non poterit, habetur per Paul. de Cast. in cons. 61. volum. 2. vbi tamen subdit, quod si iuramentum probari poterit aliunde, quàm per illam scripturam, vel actum, veluti per testes, vel per cõfessionem partis, poterit compelli ad illius obseruãtiã. ad idem in simili facit, quod voluit Ro. in consi. 294. in princi. vbi dicitur quòd confessio, referens se ad instrumentũ nullum, ex eo probari non potest: & cum fides, seu probationis virtus aufertur ab aliquo actu, censetur sublata in omnibus
33 eius partibus; quia † a quo remouetur genus, remouetur etiam quælibet eius species, l. si causa cognita, & ibi not. C. de trãsact. l. prima in princip. de suis, & legi. l. si chorus. de legat. 3. cap. pastoralis. §. item cum tot. de offic. de lega. cum itaque virtus probationis sublata sit instrumento, in quo iuramentum continetur, sequitur quod ex illo probari non poterit Grat. lib. 1. respon. 47. nu. 3. & per Anto. de Grabri. in tit. de iureiur. concl. 5.

34 Vndecimo limi. † quando actus iuratus esset prohibitus fieri, fauore tertij iurantis, nisi seruata certa solemnitate, vel forma, de quo dicam infra: nam comprehendetur in dispositione generali ille actus iuratus, & iurans poterit contrauenire; prout etiam tetigi in nona limi. ita dicit Barto. in l. post mortem, in princip. & ibi Alexã. in addit. ad eum, de adopt. Afflict. decis. 335. nume. 11. cum multis similibus adductis in Pedemont. decis.
35 178. nume. 2. † vbi dicitur qui feudum alienauit, non seruata forma alienationis potest venire contra proprium iuramentum. sed certe istud contingit ratione rei in qua iuramentum non supplet defectũ materiæ, vt dicam in priui. 29.

36 Duodecimo & ult. † limi. quando dispositio generalis diceret, quod non seruata certa solemnitate, de qua in ea, contractus, vel alius actus præsumatur simulatus, & in fraudem factus; quia tunc nõ firmaretur iuramento. & sic talis dispositio comprehenderet etiam actum iuratum iuxta glo. in l. 3. & ibi Bald. C. plus valer. quod agi. Bart. & alij, in l. Seius & Augerius, ad legem Falci. idem Bart. in l. omnes populi, nume. 24. de iusti. & iur. Alexand. qui dicit communem, in consi. 151. colum. 3. & 4. volum. 7. cum concordantijs allegatis per Gozad. in consi. 16. colum. 4. in princip. in quibus locis volunt iuramentum non validare actum, stante dicta dispositione vel statuto, vt supra. qđ tamen queadmodũ intelligendũ sit, dicemus in octuagesimo tertio priui.

Ex hoc priuilegio sic, vt supra, declarato, infertur ad aliquas notabiles deci-
37 siones. † & primo infertur, quòd clausula derogatoria, non obstantibus capitulis & pactis non comprehendit pacta, & capitula iurata. ita dixit Felyn. in cap. constitutus colum. 3. de rescript. glo. in c. cum non deceat, de. elect. in sexto; quam sequitur Roman. in consi. 404. in fi. & singul. 7. Ias. in consi. 239. colum. 2. post medium, volum. 2. Gram. decis. 12. nume. 1. cum sequen. & consi. 100. nume. 77. cum sequen. & Crauet. in consi. 241. colu. 11. in princip. versic. quinto respondeo. ratio istius decisionis est; quia cum pacta & capitula iuramentum contineant, quod habet vim derogationis, vt suo loco dicemus; requiritur ad illorum reuocationẽ clausula derogatoria seu reuocatoria specialis, vt notatur per Barto. in l. si quis in princip. testamenti de leg. 3. & dicam in

priui.

38 priui.75.† Simile videmus, quod in generali cassatione statutorum non censentur cassata statuta iurata. Afflict. decis. 307 nume. 19. sic etiam & reuocatio generalis non comprehendit obligationes iuramento roboratas. idem Affl. decis.
39 111 num. 13. † ex contrario generalis cōfirmatio, etiam facta a Papa, non cōprehendit statuta iurata, seu iuramentum annullantia. Aret. in consi. 8. per tot. Alexā.
40 in consi. 38. vol. 3. † fallit hoc, quando fieret ex certa scientia, & cum causæ cognitione; quia comprehenderentur, vt per Grat. lib. 1. respon. 41. colum. 2. num. 21. & respon. 47. num. 5. Gozad. consi. 16. nume. 6. Curt. iun. in consi. 170. nume. 32. cū alijs relatis per Ant. de Gabr. in ti. de statut. concl. 11. in fi.

41 Secundo infertur; † quia statutum, faciens mentionem de actu, non comprehendit actum iuratum. & ex hoc primo dicitur, quod si faciat mentionem de donatione simpliciter, non comprehendit donationem roboratam iuramento, secundum Abb. in cap. cum contingat, de iure iuran. Alexand. in consi. 39 in fin. volum. 3. & Ruin. in consi. 190. in principio. volum. primo; quia generale est, quod statutum, faciens simpliciter mentionem de aliquo actu, non comprehendit actum
42 iuratum. † Et ideo secūdo dicitur, quod si statutum annullat contractum minoris vel mulieris, ob non seruatam sollemnitatem, non comprehendit contractum, in quo minor, vel mulier interposuerit iuramentum; quia, non obstante statuto, contractus sustinebitur ex dispositione Authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. quia statutum annullans simpliciter contractum non habet locum in iurato. Roma. in consi. 343. consi. 404. & consi. 436. Are. cons. 22. colum. 3. versic. venio ad secundum & in consi. 54. Alexan. consil. 27. colum. 3. volum. 1. consi. 125. eod. volum. consi. 37. volu. 2. & consi. 29. vol. 4. Barba. consi. 21. colum. 4. nume. 23. volum. 1. Afflict. decis. 307. nume. 19. Corn. in consi. 36. volum. 1. & cōs. 35. volum. 3. vbi in fin. testatur de communi. idem tradit in cons. 67. volum. 4. & tangit etiam in consi. 180. colum. 1. in fin. volum. 3. Deci. in l. de alimentis. colum. fin. C. de transact. Ioan. Lup. in rub. de dona. inter vir. & vxo. §. 68, colum. pen. in fin. vbi cōcor. Bauer. in suo tracta. de virtu. iuram. in 24. effect. & Parisi. in consi. 16. nume. 88. volum. 2. & quamuis contrarium tenuerit gloss. in Auth. si qua mulier. C. ad Vellei. quam sequitur Roma. in repet. l. 1. de vsucap. & in cons. 12. & Angel. in consil. 160. Tamen contra dictam glo. se habet communis opi. vt patet ex supradictis. & de communi etiam testatur Ruin. in consil. 100. nume. 8. volum. 3. & ista conclu-
43 sio † procedit, siue verba statuti cō cipiātur in rem, siue in personam: quāuis Bar. aliter dixerit in Authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & in l. si quis pro eo. de fideiuss. qui in hoc communiter reprobatur, vt alibi dixi; quia semper militat ratio impotentiæ tollendi iuramentū
44 per statuentes. Item † procedit, siue statutum reprobet iuramentum & contractum, siue simpliciter contractum nō obstante iuramento; quia semper militat ratio supradicta, de qua per tex. & ibi Docto. in cap. cum contingat de iureiuran.
45 nam per † iuramentum Deo acquiritur obligatio, quam nec Papa sine causa potest tollere, vt per Abb. post gloss. in cap. quanto. de iureiuran. Alex. cons. 32. vol. 2. cons. 37. volum. 1. & cons. 39. volum. 5. & Ancha. consi. 217. Limitatur tamen istud dictum, & declaratur pluribus modis; de quibus ego dicam priuile. 83. vbi
46 videndum. † Et quia statutum, faciens mentionem de actu, non habet locum in iurato, vt dixi: tertio dicitur, quod stante statuto, quod probatio non possit fieri, nisi per instrumentum, tale statutum nō habebit locum in actu iurato; quia iuramētum poterit probari per testes, vt per Marsil. in sing. 126. de quo alibi dicam diligē-
47 tius. † Et similiter, stante statuto, quod inter consanguineos, vel coniunctos, si lis oriatur, debeat fieri compromissum: quæ

statuta

statuta sunt communiter per Italiam, vt scribit Blanc. in suo tracta. de compro. in princi. certe de causis iuratis non erit faciendum compromissum; quia in generali sermone casus vel actus iuratus nō cōtinetur. Docto. in l. eleganter. de cond. inde. & in l. si causa cognita. C. de transact. Paul. de Cast. in consi. 13. vo. 2. Ale. ī cōs. 37. vol. 2. Grat. libr. 1. respō. 33. col. 1. & resp. 41. nu. 21. Baue. in tract. de virt. iurā. in 24. effectu. Anto. de Petru. in rep. l. 1. vers. vigesimus septimus effectus, nume. 251. de iureiuran. cum alijs cumulatis p Blanc. in d. tracta. de compromis. quæ. 4. nume. 6. versi. ex iurata promissione. Gozad. in consi. 72. colum. 2. versi. quinto nō potest dici. Marsi. in sing. 467. & per Anto. de Gabrie. in tit. de iureiuran. conclu.
48 5. nume. 11. † Et est ratio; quia sicut exceptio iurisiurandi impedit processum inchoari. l. 1. & l. nam & postea vbi Ale. de iureiuran. ita impedit compromissū fieri, vt not. Bald. in l. fratris. C. de transact. in l. si iudex, in fin. de his, qui sunt sui vel alie. iur. & sequitur Dec. in l. postquā liti. colu. 1. nume. 10. C. de transact. Cott. in suis memorali. in versi. compromissum ex forma. Ista decisio ampliatur procedere, non solum in iurante; sed etiam in hæredibus iurantis, vt per Paul. de Castr. in consi. 13. volum. 2. supra allegat. quod tamen duobus modis declarandum videtur. Primo vt non procedat, quando inter partes reuocatur in dubium fuisse vel
49 non fuisse iuratum; † quia cum negatur iuratum, & probationes nō sunt in promptu, causa debet compromitti, sicut dicitur de transactione facta, post rem iudicatam, quæ valet, cum negatur iudicatū vt est tex. cum glo. in l. post rem. de transf. quam sequitur Alexand. in d. l. si causa cognita. post num. 6. C. eo. Accedat ad præ-
50 missa; † quia qualitas tribuēs iurisdictionem, vel auferens est alleganda, & probāda, vt per Roma. in cons. 208. in fin. & simile. in cons. 225. colum. 2. ad fin. Angel. in l. 1. §. si quis neget. quemadmodum testamen. aperia. Alexan. in consi. 82. colu. 2. volum. 1. Ias. in l. non solum. §. sciendū, in princip. de noui operi. nunci. & l. 1. colum. 3. C. de testamen. qui ergo vult dicere, causam non esse compromittendam, quia sit iurata; probare debet iuratum fuisse; quia cum sit facti aliter non præsumitur.

51 Secundo declaro; † quando actor ipse peteret compromissum. vel etiā ipse reus actore non contradicente; quia tunc iuramento non obstante, compromissum teneret; quia videtur renunciatum exceptioni sibi competenti, si illam actor nō apponat, l. si seruum. §. non dixit Prætor, de acquirend. hæredita. Crauet. cons. 87.
52 numer. 4. † sicut dicemus de exceptione rei iudicatæ, quam si quis non opponat, censetur renunciare ita, vt eam amplius non possit opponere, vt per Ioā. de Ami. cons. 33. post nume. 35. vsque ad numerū 37. vbi dicit, q licet aliàs non valeat trāsactio, neque compromissum super re iudicata, seu post eam: tamen hoc limitat, nisi pars patiatur compromissum fieri.
53 Quarto si extat statutum, quòd si quis nō petiterit debitum infra certum tēpus cadat a iure suo; tale statutum non vendicat sibi locum in debito iurato, nisi de iuramento faceret mentionem. ita concludit Corne. in consi. 328. colum. 4. volum. 1. & cons. 180. colum. 1. in fin. volu. 3. & per Docto. communiter in l. nam & postea. §. si is qui temporali. vbi Angel. Roma. & Ias. de iureiuran. Marsi. in singula. 141. Boe. decis. 328. cum alijs cumulatis per Anton. de Gabriel. in tit. de iureiur. conclus. 5. num. 12. & in tit. de statutis. cōclus. 11. nume. 4. & Bauer. in suo tracta. d. virtu. iuramen. col. 8. & est cōmunis opi. vt inquit Gra. lib. 1. respo. 41. col. 2. num. 14. & dicam alibi.
54 Quinto † dicitur; quia dato, quòd statutum trahatur ad præterita, cum tamen regulariter prospiciat in futurum, capit. 2. de consti. & habetur per Calcan. in cōsil. 15. colum. 4. post nume. 12. non tamen trahetur ad ea; in quibus interuenit iuramentum Ias. in l. causas colum. 1. C. de transact.

trãsact. Cassa. cons. 7. col. pen. quia statuentes nihil omnino possunt statuere sup iuramento præstito, vt per Io. de Imo. & Gemi. in c. quamuis de pact. in sexto per l. quæ sub conditione de cond. institu.

23 Aufidium.de opti.legat. † per quem dixit Rip.in l.serui electione. de leg.1.nume.18. quod quādo verbum est additum cum infinitiuo, tunc importat executionem; & ideo verbū Volo donare, impor

tat

tat donationẽ. faciunt not. in l. in uendẽtis. C. de contrahen. emptiò. Si ergo quis dixerit, Promitto renunciare, erit renun
24 ciatio; quia importat executionẽ. † Hæc vera sunt, & intelliguntur maxime procedere, quando promisio de faciendo, vel potentia ad actum, est proxima actui prout in casu nostro, ex quo renunciatio pendet a sola voluntate renunciantis: secus si potentia esset remota; quia non haberent locum. Alexand. in l. a diuo Pio. §. fin. de re iud. & in consi. 97. colu. 3. vol. 3. & Sozi. iun. consi. 120. nume. 18. volu. 1. prout etiam nec in odiosis; sed in fauorabilibus, vt per Imo. in procem. sexti. & Ioan. Lup. in repe. rubri. de donat. int. vi. & vxo. §. 38. nu. 11. Rimi. iun. Insti. quib. alie. lic. vel non. in princip. nu. 93. & per Brun. in suo tracta. de statut. fœm. a success. excl. in sexto arti. prin. in 41. mẽbro seu casu. q. 18. & Rolan. in tracta. de stat. super lucr. dot. quæst. 19. nume. 13. in casu autem nostro sumus in promisione ꝓxima actui, vt supra dixi, nec versamur in odiosis, vt de se patet. Vltimo ego cõsidero, quòd dato, quòd non esset renunciatio; quia hoc verba non importarent; sed esset opus actuali renũciatione; istud esset de subtilitate iuris, & de eius rigo-
25 re † & sic de apicibus ipsius iuris, q̃ non debent attẽdi de iure canonico, propter importantiam iuramenti. Bald in cap. ex rescripto. colum. 3. de iureiuran & quamuis Ioan. Andr. & reliqui Docto. loquantur in simplici promisione de se obligãdo: tamen indubitanter videtur vera illorum opi. quando interuenit iuramẽtum per hanc vltimam rationem, per quam possunt tolli omnia, quæ in contrarium adducuntur; quia procedunt de rigore iuris, qui non debet attendi propter iuramentum, cuius respectu res iudicãda ve-
26 nit secundum ius canonicum † quo sola æquitas spectatur. ca. dilecti. de iudi. not. in c. 1. de pact. Gozad. in cõs. 66. post nu. 13. Bello. in cons. 15. post nu. 2.

In contrarium tamen multi sunt Doctores, & in primis contra dictam opin. Ioan. And. tenet Dec. in d. l. cum fundus §. seruum tuum imprudens. si cer. peta. & nouissimi repeten. in l. 4. §. cato. de verb. oblig. & in materia, & terminis renunciationis, de qua in c. quamuis. de pact. in 6. quòd dicta doctrina nõ procedat, tenet Grat. lib. 1. respon. 109. & pro ista parte multa adducuntur. & primo, quia, vt supra dictum fuit, aliud est venditio, aliud promisio de vendendo. vt in d. l. in bonæ fidei de eo, quod cert. loco. Barto. in l. iurisgentium in princip. de pact. cum aliis adductis per Grat. in d. respon. 109.
27 colum. 1. in fi. & ista regula † procedit, etiam si interponatur iuramentum: nã si promisi nulli vendere, nisi tibi, medio iuramento; quamuis postea de facto vendã alij, tenet venditio, licet sim periurus: ergo prima non fuit venditio; sed tantum promisio de vendendo. Innoc. Hosti. & Abb. in c. dilecto. in penul. colu. de præbe. & ibi communiter omnes. & idẽ Ab. in cons. 3. col. antepen. versi. ad alia contraria. par. 2. Sed tenendo opinio. Ioann. And. & aliorum, de quibus supra, ad hoc responderi potest, quòd ideo promisio de vendendo non est venditio; quia reqrit obligationem vtriusque idest, tã emẽtis, quàm vendentis. hic enim respectu rei, quam vendit; ille vero respectu pretij, quod soluere tenetur, requiritur vt Insti. de emptio. & vend. in princ. l. Labeo. §. contractum. de verb. & rer. signi. & sic non pendet a sola voluntate venditoris: & ideo opus est illa actuali venditione, vt de pretio emptor cõueniri posit. nos vero loquimur, quando actus promisionis dependet a sola voluntate promittentis; quia tunc recipit perfectionem suam a principio, cum nihil vltra sit expectandum. Præterea quamuis venditio facta alteri contra promisionem de non vendendo, nisi illi, sit venditio: non tamen sequitur, quod in illa promisione de vendendo, non potuerit esse venditio; cum & tunc potuerit vendere de præsenti; & deinde alteri rursus vendere. nihil enim impedit, quin eiusdem rei duplex fieri

posit

posſit venditio. Amplius dico; quòd in illa promiſsione de non vendendo,niſi il li,ideo non eſt venditio; quia fuit conce pta negatiue,& ſic promiſſum de non vē
28 dendo:† vnde non poteſt reſultare factū affirmatiuum,Bald.in l.2.in fin.de condi tio.infer.Dec.in conſ.184.col.1.ver.non obſtante impugnatione. Ruin.conſi.41. colum.4.volum.1.& quamuis adiectum fuerit,Niſi tibi,vel illi.ideo non eſt venditio;quia in tali promiſsione ineſt tacita conditio,quatenus,ſcilicet,taliter pro mittens habuerit animum vendendi. & ita concludit Corne. in conſ.188. colu. fin. ad finem ; volum.1. Secundo contra opinionem prædictam in terminis renū ciationis,de qua nos loquimur,circa quā procedere non poteſt. facit ſecundum Grat.in d.reſpon.109.colum.2.in princ. tex. in d. cap. quamuis. de pact.in 6.qui loquitur in renūciatione formali expreſſa,& per verba de præſenti, & correctoria iuris ciuilis,quo pactum de non ſuccedendo non valet,iuxta l.pactum dotali.C.de colla. ergo debet tantum intelli-
29 gi in eo caſu; † & maxime , quia renunciatio eſt ſtricti iuris, & interpretatur, vt minus contineat.l.ſi domus. de ſeruit. ruſti.prædio.& tot.ti.de renun.Roma.in conſi.168.Dec.in conſ.379.& conſ.618. ad fin.cum ſimili.adductis per Gozad.in conſi.1.nume.7.& conſ.42.colum.fin.nu. 20. ergo cum ſtet in vim promiſsionis, licet poſſet intelligi in vim renunciationis;tamen debet intelligi in vim promiſsionis; quia minus nocet. Verum ad hoc reſponderi poteſt: nam quamuis ſimus in correctorijs; ideo tamen diſpoſitio d.cap.quamuis,loquens in renunciatione formali, & per verba de præſenti, debet extendi ad hunc caſum promiſsio nis de renunciando; quia militat eadem ratio l.illud ad legem Aquil. Abb.conſil. 93.colum.penul.in medio.par.1.& con-
30 ſil.65.col.4.par.2.†.Et quamuis ex idem titate rationis in correctorijs, nō debeat fieri extenſio.Glo.in Authen. quas actiones.C.de ſacroſ. Eccl. Barto. in l. omnes populi.in 4.quæſt.ſexta.q.princ. de iuſti. & iu.& in l.ſi conſtante,in 9.quæſt. ſolut. matrimon.Curt.iun.in conſi.6.num.13.
31 cum ſimi. † tamen hoc non procedit, quando ratio eſt expreſſa in diſpoſitione vel vnica tantum reddi poteſt: quo caſu cenſetur expreſſa ſecundum Iaſ.in d. Authen.quas actiones colu.7. in prima fallen.& in l.emancipata.§.emancipata.colum.5.C.qui admi.& facit Glo.in l.quāuis,& ibi Bald.C.de fideicom.& Pau.de Caſt.ibidem & idem Bald. in l. maximū vitium,colum.4.C. de lib. præteriti. ſed in d.c.quamuis, habetur ratio expreſſa, ſcilicet,ne in periurium incurratur in diſpendium ſalutis ęternæ:ergo ad hūc caſum promiſsionis debet fieri extenſio.
32 Secundo dico,† quòd cum agatur de ſalute animæ.ideſt de piurio,& ſic de peccato vitando, etiam ſi eſſemus in pœnalibus,& odioſis,deberet fieri extēſio Abb. in ca.ex tenore.qui filij ſint legi.& in cōſil.114.colum.4.ad fin.par.2.& Dec.in c. 1.colum.12.in princ.verſi. non obſtant al legata. de probat. ergo multo magis in correctorijs.Tertio facit contra ſupradictam opin.Ioan.And. prout mihi quidē
33 videtur, ſatis probabiliter: nam † actus agentium non operantur vltra eorum intentionem ſecundum Philoſo. in ſecundo de anima;quem allegat Barba.in conſil.28.poſt nume.8. inter conſilia Calca. & probatur in c. venerabilem. de elect. & in l.non omnis.ſi cert. peta. ſed ſi promiſsio de renunciando eſſet renunciatio,operaretur vltra intentionem iurantis;quia renunciaret; cum tamen renun-
34 ciare non intelligeret.† Et certiſsimi iuris eſt,ꝙ actus noſtri voluntarij non extēduntur vltra quam gerantur l.ſi certis annis.vbi plene not.C.de pact.Bar.in l.Titium,& Meuium.§.altero.de admi. tuto. Corn.in conſ.9.colum.1.ad fin.volum.1. vbi concordan.& conſ.196.poſt princip. volum.3.iſte autem promittens renūciare non renunciat; ſed potius tractat de futura renunciatione.Dec.in conſi.469. in princip.quæ quidem non infertur neceſſa-

35 cessario ex ipsa promissione; † quia mul
ta dicuntur, quæ non fiunt l. multũ inter-
est, vbi Bal. colum. 2. C. si quis alte. vel si.
Dec. in consi. 11. colum. 2. circa princip.
& consi. 18. col. pen. in medio. & ideo de-
bet inspici effectus subsecutus, vt late per
eundem Dec. in consi. 36. colum. 3. versi.
36 quinto non interuenit. † Hinc videmus,
quod dos promissa non est idem, quod
data; nec statutum, loquens de dote data
habet locum in promissa; quia sunt diuer
sa, vt late per Rolan. a Valle in suo tract.
statu. de lucr. dot. in 6. quæst, & ibi con-
37 cord. † sic statutum loquens de marito,
non habet locum in sponso. Cyn. in l. nõ
fine, C. de bonis quæ libe. Ancha. cõs. 21.
colum. 3. nume. 8. & est ratio; quia spon-
sus est maritus futurus. l. 1. cum sequẽ. de
sponsa. Signo. consil. 144. post numer. 2.
38 † & sponsalia sunt promissio futuri ma-
trimonij; non autem matrimonium c. no
strates. 30. q. 5. Anto. But. & alij. in rubr.
de sponsa. Corne. in cons. 91. colum. 3. in
princip. volum. 3. & Bello. in consi. vlti.
nume. 10. & contrahentes, qui conuene-
runt de faciendo instrumentum, non di-
cuntur contraxisse, nec contractus dici-
tur fuisse perfectus. Paul. de Castr. in cõ-
sil. 241. nume. 2. volum. 1. & Dec. in cons.
259. nume. 4. quia fuit tractatus faciendi
contractum, nondum est contractus per
fectus, qui quidem, si deinde fiat, cẽsetur
factus in executionem præcedentis trã-
ctatus; vt per Alexand. in consi. 25. colu.
3. num. 9. & eo. volum. 2. & late per Alc.
in suo tract. præsump. reg. 2. præsumptio.
24. Abb. in cons. 54. col. 2. par. 1. & cons.
116. colum. penult. & fi. par. 2. & Roma.
consi. 91. post nu. 8. cum sequen. sic idem
dicendum in casu nostro, quòd promis-
sio de renunciando non dicitur renũcia-
tio; sed tractatus futuræ renunciationis,
quæ si deinde fiat, censenda erit facta in
executionem præcedẽtis tractatus de re-
nunciando: ergo a principio illa promis-
sio de renunciando non est renunciatio.
Sed, defendendo aliam partem; dicitur
veram esse regulam, quòd actus agentiũ
non debẽt operari vltra intentionem eo
rum: sed dicitur, quòd hic non operatur;
quia ex huiusmodi promissione de renũ
ciando resultat, iuris interpretatione, ip-
sa renunciatio propter iuramentum, vt
inutilis circuitus euitetur; & quia cum
promiserit renunciare, & statim renun-
ciare potuerit, iam renunciasse intelligẽ
dus est, argum. l. qui potest facere. de reg.
39 iur. † Et cum talis interpretatio sit de
mente iuris, cum eo promittens renũcia
re præsumitur voluisse se conformare,
vt sic per dictam promissionem de renũ-
ciando renunciasse intelligatur, per ea
quæ habentur in l. hæredes mei. §. cũ ita.
vbi Alexand. & alij ad Trebell. Quarto,
& vltimo contra opi. Io. And. facit; quia
si talis promissio de renunciando esset re
40 nunciatio, † sequeretur, quòd ex accesso
rio inferretur ad principale contra l. qđ
per manus de iure codici. & l. ex pupil-
lari. de vulgari & pupi. subst. nam ipsa ꝓ
missio videtur quoddam accessorium;
quia renunciatio est principale quiddã:
& ideo dicitur, ꝙ ex ipsa renunciatione
nascitur ius reale; non autem ex promis-
sione de renunciando, ex qua solum com
petit actio personalis ad interesse, secun-
dum Ias. in d. l. in bonę fidei colum. 2. de
eo, quod cert. loc. per l. si sterilis. §. si sibi.
de acti. emp. Angel. in consi. 184. & De-
ci. in consi. 502. sed responderi põt, quòd
immo ipsa promissio de renunciãdo nõ
est accessoria; cum ipsamet dicatur renũ
ciatio, iuris interpretatione. nec est verũ,
quòd non competat actio realis seu saltẽ
exceptio, si contra agatur ad ipsam rem,
vt per Paul. de Castr. in cons. 342. vol. 2.
& in promissione de donando. late scri-
bit Ang. Insti. de acti. colum. 4. & 5. in §.
in personam. & ibi late quoque Gomes.
41 colum. 16. num. 41. † Et quòd in promis
sione de donando competat actio, præci
sa ad rem nominatam in promissione, in
clinant Doctores magis communiter,
vt scribit nouissime Alba. in consi. 22. co
lum. 1. in fin. & sequen. ergo & in promis
sione de renunciando tali rei, veluti hæ-
redita-

reditati.& istam partem ego amplector, saltem propter priuilegium iuramenti, quod obligat præcise ad promissum, vt suo loco dicemus.

Sed hic quæro; posito, ꝙ promissio de faciendo non sit idem quod facere; & ꝓpterea sit opus vendere, donare, vel renũciare, vel aliquid aliud adimplere, infra quãtũ tẽpus debebit suæ ꝓmissioni satis facere? Respondeo, ꝙ in actibus depẽdẽtibus a sola voluntate promittentis debet quamprimum potest exequi suã promissionem;
42 † quia obligatus sine præfinitione alicuius temporis statim dicitur obligatus implere, l. in omnibus obligationibus. de reg. iu. Craue. in consil. 246. in princ. & ibi concord. & ideo si aliquis sit obligatus ratificare, debet hoc facere quamprimum potest: aliàs si scit, & tacet in his, quæ possunt sibi præiudicium generare, censetur improbare, si non ratificat intra breue tempus. l. ratum. de solu. l. quo enim tutiore. & ibi Bart. in §. 1. rem rat. habe. l. procurator. ad exhiben. §. fin. eod. ti. sequitur Corne. consil. 248. col. 3. ver. accedit ẽt. vol. 4. Sed in actibus depẽdentibus a voluntate non solũ promittẽtis; sed etiam illius cui promittitur; prout in promissione de vendendo, erit obligatus quousque per emere volentem fuerit requisitus, non tamen propterea erit
43 perpetuo obligatus: † nam poterit se a tali obligatione liberare, protestando contra illum, cui promisit vendere, quòd est paratus suæ promissioni satisfacere: nam elapsis duobus mensibus, nõ erit amplius obligatus l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbo. oblig. per quem ita dixit consulendo Roma. in cons. 182. in fi. cui addo Tiraq. in tract. de vtroq. retra. ti. 1. §. 1. gloss.
44 10. nu. 29. † Et est notandum, ꝙ taliter promittens liberabitur vendendo (loquor nunc in promissione de vendẽdo) etiam si non tradat, secundum Bal. in l. fi. C. de pact. inter. empto. & vend. & Aret. in cõs. 6. ĩ primo dubio, & late ẽt Tiraq. de vtroq. retra. ti. 1. §. 1. gl. 2. post n. 41. & nu. seq. vbi de veritate huius dicti.

45 Notandum est † etiam, quod qui promisit vendere seu alienare, perinde haberi debet, ac si alienasset seu vendisset, qñ statutum prohibet, ne aliquo modo possit alienare. & in tali casu promittens alienare siue vendere dicitur contrauenisse statuto, propter illa verba, Aliquo modo quæ sunt vniuersalia. l. fi. C. ad legem Falci. & per Barb. in cons. 51. vol. 1. quod est valde singulare.

SVMMARIVM.

1 *Stipulari pro alio nemo potest.*
2 *Iuramentum validat stipulationem pro altero factam.*
3 *Deus recipit iuramentum vice partis.*
4 *Notarius pro omnibus, quorum interest, stipulari potest.*
5 *Notarius simpliciter stipulando nihil agit.*
6 *Notarius potest compelli officio iudicis, ad stipulandum pro eo cuius interest.*
7 *Iuramentum in terris Ecclesiæ non est necessarium ad validandum stipulationem, alteri factam.*
8 *Confeßio facta absente parte in terris Ecclesiæ valet.*
9 *Confeßio facta absente parte debet plene probari.*

PRIVILEGIVM XXIIII.

Vigesimum quartum priuilegium est valde singulare. non enim ignoras, ꝙ
1 † regulariter alteri stipulari nemo potest, si nihil eius interfit, vel interesse poßit. §. alteri. Insti. de inuti. stipula. l. stipulatio ista. §. alteri. & §. si stipuler, & ibi Barto. Alexand. Ias. & alij. de verbo. obligatio. & Corne. in consil. 2. colum. 1. volum. 1. & Tiraq. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. glo. 9. numero. 130.
2 † Tamen interueniente iuramento stipulatio valet, si pro absente fiat, ex speciali prærogatiua, & priuilegio iuramenti. ad hoc solet allegari gl. in c. quoties cordis oculus 1. q. 7. Bal. in Auth. sacramẽta puberum. in vlt. col. C. si aduer. ven. Abb. in

ꝓœmi. Grego. nu. 25. Alex. in d. §. alteri.
Corn. consi. 113. col. 3. in fin. vol. 1. Rui.
in cons. 49. in fin. volum. 1. Ant. de Petr.
in repe. l. 1. num. 195. de iureiur. Marian.
iun. in cons. 118. colum. 3. vol. 2. & Grat.
lib. 1. respon. 12. nu. 9. cum multis simili.
adductis per Ant. de Gabri. in ti. de ver.
obli. concl. 1. nume. 69. nam huiusmodi
iuramentum videtur esse præstitum Deo
c. debitores. de iureiuran. qui, cum vbiq;
sit supplet præsentiam partis absentis, cui
3 stipulatio acquiritur; † & videtur reci-
pere promissionem vice partis l. prope-
randum. §. sin autem reus. ibi, Dei præsen
tia. C. de iudi. & ita tradunt omnes in d.
§. alteri & §. si stipuler. & Abb. in ca. sicut
& infra. colum. 2. versic. nota. ex secunda
parte num. 5. de iureiuran. Felyn. in cap.
si cautio. colum. 9. versic. modo prædicta
regula. num. 21. de fide instrum. vbi pul-
cre hoc declarat. idem quoq; voluit Cur
ti. iun. in tracta. de feud. in secunda parte
principali. col. 15. nume. 68. Paris. consil.
107. num. 52. vol. 3. & Rui. in cons. 101.
in fi. vol. 1. vnde debet promittens obser
uare, quod iureiurando promisit. cap. &
si Christus ibi, Redde Deo iuraméta tua
de iureiur. Aduertendum est tamē, quòd
Glo. in d. ca. quoties cordis. parum vide-
tur facere; quia loquitur in promissis ad
pias causas. & ita eam intelligit Bald. in
l. illud. C. de sacrosan. Eccles. vbi dicit d.
glo. esse vnicam, quod quis possit pijs lo-
cis, etiam ꝑ verba directa, stipulari: quā-
uis Bart. ibi aliter sentiat. item idem Bar
to. in l. generaliter. C. de non nume. pecu.
allegat d. gloss. quòd confessio, ad exo-
nerationem conscientiæ facta, parte ab-
sente, præiudicat: & sic semper illam in-
telligit loqui in casu speciali; quasi vero
secus sit dicendum. Corn. etiam in consil.
220. colum. 5. volum. 2. & in consil. 211.
colum. 2. volum. 3. dicit dictam glo. pro-
cedere posse in foro conscientiæ seu ani-
mæ; quia etiam de iure canonico, sicut
de iure ciuili, quis alteri stipulari nō po-
test, nisi intersit paciscétis, vt in c. cum in
ter, & c. seniorem. de electi. & c. non so-
lent 11. q. 9. dictam tamen glo. commu-
niter ad hoc nostrum priuilegiū proban
dū Docto. vbiq; allegāt. & priuilegium
istud sequitur Affl. deci. 135. in fi. & de-
cis. 395. & Nat. in cons. 501. nu. 36. cons.
506. nu. 17. & cons. 531. nu. 17. & in tali
casu Doctores dicunt actionem acquiri
sine cessione, vt dicam in sequenti priui-
legio. Secundo aduertendum est circa ꝑ
dicta, quòd quando notarius vigore sui
officij, idest, notariatus, stipulatur pro ab
sente, non dicitur tunc valere stipulatio
propter iuramentum; quia etiam absque
illo notarius potest alteri stipulari; & ac-
quiritur actio. & Doctores volentes in
tali casu acquiri propter priuilegium iu
4 ramenti, non bene dicunt; † quia, vt dixi
notarius potest pro omnibus stipulari,
quorum interest. l. 2. vbi Bart rem pupil.
saluam fore. l. non aliter. de adopt. l. nec
ei. eo ti. Bar. in d. l. stipulatio ista §. si sti-
puler; vbi etiam Ias. testatur de commu-
ni. de verbo. oblig. Abb. in cons. 73. colu.
3. par. 2. Alex. in cons. 65. colu. 7. versicul.
item notarius. num. 31. vol. 6. & ibi con-
cordantiæ. Corn. in cons. 50. col. 3. versic.
& alteri, in littera. E. vol. 1. & consi. 6. co
lum. 3. in fi. vol. 2. vbi dicit communem,
& consuetudine approbatam. & idem in
cons. 129. col. 2. vol. 2. & cons. 139. in fi. vo
lum. 3. Dec. cons. 207. col. 2. & 3. Natt. in
consi. 534. in fi. vbi pariter testatur de cō-
muni, subdens, quòd absque cessione ali-
quā ius acquiritur; & adducit alios con-
cordan. Anto. de Gabriel. in ti. de verbo.
oblig. concl. 1. nu. 95. Grat. lib. 1. resp. 12.
supra alleg. n. 8. & dicit Pedem. deci. 33.
nu. 4. quòd hanc opi. totus Mundus se-
5 quitur. † Quæ tamen procedit, quando
notari⁹ stipulat̄ noīe illi⁹, ꝓ quo rogat̄ de
ꝯctu: sed si stipulet̄ simpliciter, nō adijcié
do ꝑsonā pro qua stipulat̄, nihil agit, vt
in pulcro casu respondit Grat. li. 1. resp.
25. co. 2. ver. maturius. qđ est notā. & hoc
idem diffuse prosequitur. & firmat Cor.
in d. consi. 129. col. 3. in fi. vsque ad fin. con
6 sil. vol. 2. † Quinimmo notarius in tantū
ratione sui officij alteri stipulatur, vt ét
ad hoc

ad hoc iudicis officio compelli poſsit,vt
tradit Paul.de Caſtr. in d.l.2.rem pupil.
ſalu.fore.

7 Iſtud † autem Priuilegium,quòd in-
tercedente iuramento quilibet pro alio
poſsit ſtipulari,limitatur non procedere
ſeu potius ceſſare in terris Eccleſiæ; quia
in eis propter æquitatem iuris canonici
præſentia non attẽditur; ſed ſola promiſ
8 ſio volentis ſe obligare; ſicut † dicitur de
confeſsione, quæ in dominio ſeu terris
Eccleſiæ ſimiliter non deſiderat præſen-
tiam eius,ad cuius fauorem fit confeſsio
cum,& eo abſente valeat. Glo.in d. capi.
quoties.verſ.ex parte 2.q.7.Fel.pulcre in
d.cap.ſi cautio.col.7,verſ.fallit ſecundo,
de fid.inſtrum. & ſequitur Curtius iu. in
conſ.168.colum.4.ver.tertio reſpondeo
addo Ant.de Gabriel.in ti.de verb.obli.
concl.1.ver.ſexto limita.nu.67.Grat.lib.
9 2.reſp.58.nu.3.† quod tamen procedit,
quando talis confeſsio,vel promiſsio ple
ne probatur,vt per eundem Grat.reſpõ.
2.nu.59.eo.lib.& Corn.in conſ.247.col.
4.in fi.vol.2.& talis confeſsio,plene pro-
bata, de æquitate canonica facit plenam
probationem: cum tamen ſecus ſit de iu-
re ciuili,vt per eundem Corne.in conſil.
113.col.3.ver.in contrarium volu.1.vbi
tamen loquitur in confeſsione iurata fa-
cta abſente parte.

SVMMARIVM.

1 *Actio vt acquiratur, opus eſt ceſsione.*
2 *Limi.quando interuenit iuramentum.*
3 *Ius nullũ acquiritur abſẽti abſq; ratificatione.*
4 *Ampliatur procedere etiam interueniente iu ramento.*
5 *Ratificatio tacita ſufficit, vt acquiratur ius.*
6 *Ius in actib.iudicialib. acqritur ſine ceſsione.*

PRIVILEGIVM XXV.

VIgeſimum quintum priuile-
gium eſt: nam diximus in
priuilegio præcedenti, ꝙ
alteri regulariter ſtipulari
nemo poteſt.ideo autem di
xi Regulariter; quia in pluribus caſibus
quis poteſt pro alio ſtipulari, vt not. per
Doct.in §. ſi quis alij. Inſti. de inut. ſtip.
vbi notãtur ſexdecim caſus. in illis tamẽ
1 eſt obſeruandum,† ꝙ ad hoc, vt ius, vel
actio acquiritur ei,ꝓ quo interceſsit ſti-
pulatio,opus eſt ceſsione,vt habetur in l.
poſſeſsio quoque.§.ſi poſſeſsio. de acqui.
poſſ.& in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.vbi
not.de verb.obli.& hoc procedit non ſo
lum de iure ciuili,ſed etiam de iure ca-
nonico ſecundum Imo.in cap. cum con-
2 tingat.de iureiu. † Tamen ſi in ipſa ſtipu
latione interuenit iuramentum,actio in-
telligitur acquiſita ipſo iure abſque ali-
qua ceſsione,vt per Bar.ĩ d.§.ſi poſſeſsio
& Ro.in conſ.76.& refert Ant. de Petr.
in repe.l.1.ver.54.n.306.de iureiu. Ale.
qui multos allegat in conſ.207. vol.7.&
conſ.ſeq.in prin.tradit Crau. in cõſ.304.
col.3.ver.2.reſpondeo Gra.lib.1.reſpon.
12.nu.8.Rui.in conſ.144.col.fi.nu.8.vol.
1.& iſtud indubitanter ꝓcedit, & eſt ve
rũ ſecuta ratificatione illius, pro quo ſti-
pulatio interceſsit; quia regula uulgaris
eſt,quòd Abſentibus, & ignorãtibus nõ
3 acquiritur aliquod ius,†etiam ſi notarius
publicus ſtipuletur pro eis; quia ſemper
requiritur ratificatio;& ante ratificatio-
nẽ poteſt reuocari quidq̃d actũ eſt.Pau.
de Caſtr. in conſil.195.in ſecundo. du-
bio.col.5.ver.2.vidẽdũ eſt.vol.2.Dec. in
cõſ.226.col.2.& 3.in cõſ.217.conſ.239.
cõſ.247.col.3.in l.cõtractus.in quinta li-
mi.de reg.iu.Ale.in cõſ.153.vol.3. Cur.
iu.in cõſ 53.& conſ.120.Gra.lib.1. reſp.
25.col.pen.poſt nu.36. cum concordan-
tijs cumulatis per Rimi.iu. Inſti. de do-
nat.in rub.nu.14. vbi adducit atteſtantes
de communi.Contra ſupradictam cõclu
ſionem tamen, ꝙ ſit opus ratificatione,vt
ius acq̃rat̃,tenuit Rui.ĩ cõſ.172. coln.2.
ver.ſed p̃miſsis.n.15.vo.1.volẽs,ꝙ immo
nõ ſit neceſſaria ratificatio, ꝑ tex.ĩ l.3.rẽ
ratã habe.vbi tex.parificat,ꝙ ſeru[9] pupil
li vel infãtis ſtipuletur ꝓ dño,vel ꝙ nota
rius ſtipulet̃ ꝓ eo;hoc tñ excepto,ꝙ per
notariũ q̃ritur vtilis, ſed per ſeruũ actio

directa. Sed dicas, ꝙ hoc est in pupillo vel infante, fauore eorum, qui ꝓpter ætatem ratificare non possunt & talis acquisitio fit per legem absque aliqua illorum ratificatione, quia sunt inhabiles ad ratificandum. sic videmus, ꝙ lex habet pro rato ad fauorem filiæ in cõstitutione dotis, facta per matrem, secundum Bal. in l. Pomponius l. 1. de nego. gest. & idem
4 Rui. in cons. 224. nu. 8. col. 1. † Et prædicta intelligimus procedere, etiam quando interuenit iurm; quia adhuc est opus ratificatione. & ita tradit Bauer. in suo tract. de virt. iura. in duodecimo effectu. & Dec. in cons. 432. colu. fi. & sequuntur moderni Bononien. in l. fi. post nu. 149.
5 C. de pact. † est tamen verũ, quod sufficit tacita ratificatio, vt scribit multos allegãdo Tiraq. in suo tract. de const. relatus ꝑ Viui. in ver. donationẽ stipulãs notarius. Concludo igitur, quòd ex priuilegio iuramenti actio acquiritur sine aliqua cessione; quod est intelligendum vtiq; de directa; quia quo ad vtilem, illa transmittitur absq; aliqua cessione, in stipulatione facta pro altero per notarium. & istã opi. dicit communem, & tenendam Corn. in consi. 50. col. 4. in fi. vol. 1. & melius ibidẽ
6 col. 6. in prin. † Idem videmus in actibus iudicialibus, in quibus per procuratorẽ actio acquiritur domino absque cessione, l. in causæ. de ꝓcur. l. prætoriæ. de prætor. stipul. quia æquiparãtur iudicia, quo ad actionum translationem sine cessione, ad alios actus, vt patet in quarantigia, & in iuramento, quod habet vim sententiæ & iudicij. & pro hoc adduco Ro. in terminis ita dicentem in cons. 86. ad finem.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim specialis consensus, & expreßionis.*

2 *Instrumentum confeßionis dotis receptæ paratã habet executionẽ, stante statuto, quòd instrumenta habeãt paratã executionem.*

3 *Dos soluto matrimonio restitui debet, etiam si de restituendo nihil cautum fuerit.*

4 *Præsumuntur inter contrahentes venisse ea, quæ sunt de natura contractus, vt pluribus exemplis demonstratur.*

PRIVILEGIVM XXVI.

Vigesimum sextum priuilegium est; quia si iuramẽtũ appositum sit in instrumẽto dotis confessæ vel receptæ, quæ vt scis restitui debet. l. dos a patre. C. solu. matri. l. iure succursum de iure doti. Doct. in l. post dotẽ solut. matri. Alex. in cons. 150. n. 5. & consil. 67. vol. 7. & cõs. 240. vol. 1. quamuis đ restituẽdo in instrõ nihil dictũ sit tamen propter prærogatiuam, & priuilegiũ iuramenti perinde habetur, ac si expresse đ
1 restituendo dictũ esset; † quia iurm hẽt vim specialis consensus, & expreßionis. Bal. ĩ l. 1. col. 4. C. cõmod. quẽ seqtur Roma. in l. 1. §. si quis ita. de ver. obl. Grat. li. 1. resp. 17. nu. 13. & Goza. in cons. 69. nu. 19. & sic perinde est, ac si nũcupatim de restituenda dote cautũ esset, secundum
2 Alex. in cons. 133. col. 3. nu. 11. vol. 5. † & propterea paratã habebit executionẽ, vt voluit Abb. in cõs. 73. post n. 5. par. 2. vbi vult, quòd statutũ dictãs, quòd instrumẽtum quarentigiatum, vel aliàs liquidum habeat executionem paratam, cõprehendat etiam instrumentum dotis confessæ. idem voluit in terminis Calca. in consil. 18. col. 5. in fin. vers. trigesimo pro ista sẽtentia. & ante istos Bar. in l. 1. in prin. de his, quæ in testa. delen. per tex. in l. si duo patroni. §. Marcellus. de iureiur. vbi contra maritum inquit vxori vtilem de dote actionem dandam, quæ iurauit ab ea dotis nomine rem accepisse: de cuius dicti veritate alibi erit diligentius differendum. Ego vero arbitror in hoc nullum versari priuilegium iuramenti; quia, etiã si nihil iuratum sit, ex quo in se tacite cõtinetur ex natura rei ipsius, idest, dotis receptæ restitutio, satis vtique expres-
3 sum fuisse dicitur. † Et quòd pacto cessante dos reuertatur ad vxorem, soluto matrimonio, ex iuris dispositione absque eo, quod de restitutione quidquam dicatur; patet in Authen. dos data. C. de donat. ant. nup. iuncta glo. 1. & in c. fin. de

donat.

donat.int.vir.& vxor.& Glo.in §.penul.
Insti.de donati. & Corne. in consi. 285.
in princip. volum. 4. vnde iuramentum,
quod ad hoc attinet, nihil videtur operá
ri.& ita apparet voluisse Bal. in l. vnica.
§.& vt plenius. C.de rei vxor.acti.& Ias.
post Ang.in §.fuerat.col.11.num.60.In-
sti.de actio.& Corne.in consi.92.in prin
cip.volum.4.& consi.551.col.2.eod. vol.
& Gram.in decis.103.post nu.15.& hoc
confirmari potest per illam vulgarem re
4 gulam, quæ † dicit inter contrahentes ve
nire illud,& tacite subintelligi, quod est
secundum naturam.l.cum quid. vbi om-
nes.si cert.peta.& in tali casu semper taci
tum habetur pro expresso, per illum tex.
& in l.si duo.de acqui.hæred.& in l.dam
ni infecti quidam.in prin.de damn.infe-
cto.cum concord.ibi.traditis.Et ideo vi
demus, quod quamuis in venditione rei
nihil dictum sit, quòd vẽditor de euictio
ne teneatur; tamẽ semper tenetur l. in vẽ
dendo & l.pacta conuenta. de contrahẽ.
empt.l.ex empto.de acti.empt. Step han.
de Feder.in tract.de interpretatione iu-
ris.par.1.nu.22.cũ pluribus sequentibus
qa hoc venit ex natura rei.& quamuis ẽt
dictũ nõ sit ꝙ ex vẽditione possessio trãs
feratur,& ꝙ fructus ad emptorẽ ꝑtineãt
tamen subintelligitur, quia venit ex natu
ra rei.c.illo vos.cum Glo. de pigno. & l.
hæreditatẽ.de donatio. & in mutuo quã
uis nihil expressum sit, quod debeat esse
gratuitum; & quod restituatur æque bo-
num: tamen pro cauto habendum est, qa
venit ex natura rei.d.l.cum quid si cer.pe
ta. Idem ergo dicẽdum est in casu nostro
nam quamuis de restituẽda dote expres-
sum non sit, pro expresso tamẽ haberi de
bet; quia venit ex natura rei. & ideo in
hoc iuramentum nullum habet priuile-
gium.cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante, reus absoluitur.*
2 *Iuramentum in causis modici præiudicii ple-ne probat.*
3 *Probatio plena requiritur ĩ causis magni præ-iudicii.*
4 *Causa magna, vel parua quando dicatur, est in arbitrio iudicis.*
5 *Assertioni alterius aliquando statur absque iuramento in minimis.*
6 *Iuramentum in causis etiam criminalibus paruis, & ciuiliter intentatis habet vim ple-næ probationis.*
7 *Iudex etiam in causis magnis ex causa potest iuramentum deferre.*
8 *Iuramentum probat, quando agitur de mittẽ-do in possessionem ex primo decreto.*
9 *Probatio semiplena sufficit in causis modici præiudicii.*
10 *Fama plene probat in causis modicæ importã-tiæ.*
11 *Testes singulares ꝓbant in causis minimis.*
12 *Iuramentum probat modicas expensas factas pupillo.*
13 *Itinerator probat per suum iuramentũ se ca-rere suspicione pestis. & ibi de veritate.*
14 *Iuramentũ probat equũ mortuum in itinere.*
15 *Conductor equi debet probare illum esse equũ mortuum, quem conduxit.*
16 *Conductor equi tenetur illi facere expẽsas, & quæ sunt modici præiudicii.*
17 *Equus si moriatur infra triduũ quo fuit ven-ditus, & repertus est habere malũ intus, præ-sumitur mortuus ex causa de præterito.*

PRIVILEGIVM XXVII.

VIgesimum septimum priui-
legium est: nam tu scis ter-
tiam illam regulã, quæ di-
cit, quod † Actore non ꝓ-
1 bante reus absoluitur. l.qui
accusare. C.de eden.c.si.de iureiurã.cum
vulgaribus.tamen si contingat, ipsum suã
intentionem probare non posse,& volue
rit reo deferre iuramentum, & is noluc-
rit iurare, sed potius referre; & actor iu-
rauerit, vel aliter sibi iudex detulerit iu-
ramentum ad probationem suæ inten-
tionis, & is iurauerit; in tali casu huius-
modi iuramentum facit plenam proba-
tionem, si causa fuerit modici præiu-
2 dicij; † quia in eis habet vim plenæ
probationis, l. Thesaurus. ad exhiben.

Bart. Alex. & alij in l. si constante. in princip. solu. mat. l. actori. cum sua materia. C. de reb. cred. Anch. cons. 18. colu. 2. Ias. in l. huiusmodi. §. si tamen. nume. 11. de leg. 1. Bauer. in suo tracta. de virtute iuramẽ. in quinquagesimo tertio effectu. Ant. de Petru. in repe. l. 1. num. 372. & 376. de iureiuran. Craue. in consi. 182. colu. pen. in princ. versi. similiter. Glo. in ca. licet 1. & Glo. in c. nuper. de testi. & per Abb. post
3 glo. in c. 1. de libelli obla.† secus si de causis magni præiudicij agatur; quia tunc requiritur plena probatio, nec sufficit iuramentũ, vt per Bar. in l. Carbonianũ. §. causæ. in fi. de Carbon. edi. & in l. iudex. C. d̃ iudici. & latius ĩ l. 1. §. fi. de præto. stip. cũ concordan. relatis per Ias. in l. in pecuniarijs. col. 1. ad fi. n. 4. de feri. & in repeti. l.
4 admonondi. nu. 188. de iureiur.† Quando autem dicatur causa grauis, vel modici præiudicij, communis resolutio est, & opi. Doctorum, ꝙ arbitrio iudicis est remittendum, secundũ eũdẽ Ias. ibi. n. 272. Abb. in c. de appellationibus. ti. de appellat. Boer. decis. 8. n. 18. Marã. in suo Spe. in quarta parte prin. in nona distincti. n. 72. & 73. In causis ergo modici ꝑiudicij iurm plene probat, vt dictum est.

5 Quinimmo † aliquando, etiam sine iuramento, sola assertio probat, quando res est modici præiudicij; vt per Bello. in cõsil. 49. nume. 13. vbi dicit, quòd creditur episcopo, asserenti se dedisse clericatum alicui d̃ licẽtia sui Ordinarij; quia clericatus est modici præiudicij, vt ibi per eũ facit ad hoc Glo. in Clemen. 1. in versic. sed nunquid. de priui. quæ vult, quod de licentijs, quæ non tendunt in præiudiciũ alterius, standum sit asserenti: quam glos. sequitur Paul. de Castr. in consil. 13. col. penul. in princip. vol. 1. Vbi ergo ageretur de præiudicio alterius, hoc dictum non procederet: quinimmo tũc, nec etiã Cardinali crederetur, aliquid asserenti in alterius præiudicium, secundùm Abba. in cap. cum olim el. 1. de priui. Goza. in consi. 41. post nu. 15. Et dixit Paul. de Castr. in cons. 70. col. 3. nu. 4. vol. 1. quod testes examinati absq; iuramento, quantumcunque magnæ & excellentis sint auctoritatis, non probant, per tex. in l. iurisiurandi. C. de testi. Secundo istud, quòd in his, quæ sunt modici præiudicij, aliqñ stetur simplici assertioni absque iuramẽto, intelligo verum, vt stetur & credatur ei, non tamquam testi in figura iudicij, sed tamquam relatori, secundum gl. in c. cum olim. & habetur in c. nuper nobis. d̃ testi. & in c. fi. de iuramen. calum. sic videmus in simili, quod licet inter milites, q̃ sunt in armis, vel saltem in tentorijs, valeat conuentio de succedendo, videlicet alter alteri, tamẽ non valet in vim pacti, sed in vim testamenti, secũdũ Glo. in l. licet inter priuatos. C. de pact. & sequitur Rui. cons. 99. col. 2. vol. 1. sic & sententia nulla, quæ est de cõsensu partium approbata, non valet tamquam sentẽtia, sed tãquam pactum, vt per Are. in cons. 57. colu. 2. vers. sed tamẽ siue valeat. late Marã. in suo Specul. in secunda par. prin. num. 4. & in alijs plerisque casibus cõtingit, ꝙ vnum valeat tanquam aliud, vt non mirum sit dictum asserentis sustineri, nõ tãquam dictum testis sed relatoris.

Supradictum nostrum priuilegium, quòd iuramentum plene probet in causis
6 modici præiudicij, † ampliatur procedere non solum in causis ciuilibus; sed etiã in causis criminalibus paruis, & non magni præiudicij, vt sentit Ab. in c. fi. quod met. caus. Bal. post glo. in Auth. minoris debitor. vbi tamen hoc glo. non dicit. C. qui dare tut. vel cur. pos. item si sint ciuiliter intentatæ. vt per Ant. Butr. in c. fin. de iureiuran.

7 Secundo † ampliatur procedere etiã aliquando in causis grauioribus, in quibus iudex potest ex aliqua causa rationabili deferre iuramentũ, quamuis agatur de magno præiudicio. arg. tex. in l. si quis pro redemptione. C. de donat. & eorum, quæ notantur in l. in fundo. de rei vendica. est tamen hoc faciẽdũ cũ magna prudentia, & moderatione. vt l. quæ sub conditione. de condi. inst. Ex hoc nostro Pri

uilegio

uilegio inferri poteſt ad aliquas deciſio-
8 nes,non omnino inutiles. † Et primo in-
fertur,ꝙ poterit fieri ꝓbatio per iuramē
tum,quando agitur de mittēdo aliquem
in poſſeſsionē ex primo decreto;q̃a tunc
tractaẽ de modico p̃iudicio, ex quo pōt
reparari per ſecundum decretum.ita tra
dit expreſſe Bar.in Extrauaganti. ad re-
primen.in ver. ſummarie.nu.17. faciunt
tradita per eundē,& alios.in l.ſi conſtan
te.in prin.ſolut.matr.quatenus volunt, ꝙ
9 † in cauſis, in quibus ſententia lata facit
modicum præiudicium,ſufficit ſemiple-
na probatio.& ſequitur Baue.in d.tract.
de virtu.iuram.nu.93.& Ant.de Petr.in
d.l.1.ſupra alleg.Io.Lup.in repeti.ca.per
veſtras.§.18.col.fi.d' donat.int.vir.& vx.
Fel.in c.ſuper.col.6,de re iud. & per De
ci.in conſ.28.vbi dicitur, ꝙ ſufficit ſemi
plena probatio in cauſa poſſeſſorij; quia
10 eſt modici præiudicij. Sic fama † plene
probat in cauſis modici præiudicii, vt p
Iaſ.in rep.d.l.admonendi.col.96.de iure
iur. & generaliter regula eſt in materia
probationis, ꝙ vbi agitur de modico p̃-
iudicio, non requiritur plena probatio;
quæ alioquin eſſet neceſſaria,vt per Bar.
in l.ſi q̃s a liberis.§.ſi q̃s ex his.de lib.agn.
& ideo Ab.in cōſ.113.col.4.ver. vel poſ
11 ſumus dicere.par.2.† dixit,ꝙ vbi agitur
de modico præiudicio, teſtes ſingulares
probant, vt in probanda poſſeſsione di-
cit Dec.in conſ.221.col.fi.& conſi.272.
col.5.quia,vbi agitur de modico præiu-
dicio,multa conceduntur contra regulas
iuris,quæ alias non concederentur; ideo
defertur iuramentum ſuppletorium, qđ
aliàs non deferreẽ in cauſis magni præiu
dicij,vt per Ab.in c.veniens.nu.9.de te-
ſti.& dicā alibi in priui.trigeſimotertio.
& propter modicum præiudicium ſuffi-
cit citatio facta domi;quæ alias non ſuffi
ceret.c.ſignificauit,vbi Ab.nu.8. de teſti.
& propter modicum præiudicium nihil
refert,quòd primo citetur dominus; de-
inde procurator,vt per eundem Abb. in
c.cauſam.nu.11.de dolo & cōtu. & tamē
ſi cauſa eſſet grauis præiudicii, primo eſ-
ſet citandus dominus principalis, ſecun-
dum Bart.in l.meminerint. C. vnd.vi.&
in l.ſolent.de alimen.& cib.lega.Rot. de
ciſ.750.in antiquis.& Dec.in cōſ.460.co
lu.4. & ꝓpter modicū præiudiciū teſtes
vniuerſitatis,vel collegij admittuntur,q̃
aliàs non admitterentur. Abb.in c.inſu p
num.3.de teſti. & alia plura exempla per
eundem Abb.in c. 2.col.2. & 3. de dilat.
in c.cum aliquibus.nu.4.de ſent.& re iu-
dica. & alibi ſępe per eum. & latius per
Craue.in conſ.182.nu.15. ex quibus col-
ligitur non eſſe mirum,ꝙ etiam,quando
agitur de modico præiudicio, iuramen-
tum faciat plenam probationem.
12 Secundo infertur, † quòd in modicis
expenſis,factis per tutorem, ſtandum eſt
eius aſſertioni cum iuramento, vt habe-
tur per Alci.in ſuo tract. præſumptio. 4.
nu.6.per Curt.iun.in l.admonendi.num.
125.de iureiur.& per Crau. in ſuo tract.
de antiqui.tempo.ſectione incip.quarto
limitatur.nu.24.cum plur.ſequen. Adde
Guid.Pap.q.614.
13 Tertio † infertur, quòd ſi itinerator
velit probare ſanitatem,& ꝙ nullo labo
ret morbo epidemiali;immo careat om-
ni eius ſuſpicione, prout hoc potiſsimū
tempore contingit, ex quo in nonnullis
Italiæ ciuitatibus, & locis, Deo ſic per-
mittere ob innumerabiles noſtras iniqui
tates,viget peſtis, poterit hoc vtiq; pro-
bare per proprium iur̃m,quādo, vel per
teſtes, vel per fidem publicam, probare
non poſſet;quia cauſa eſt ſūmaria,& mo
dici præiudici.Ita dicit Rip.in ſuo tract.
de peſte,in rub.de remedijs ad conſeruā
dū vbertatē,poſt n.263.vbi allegat Spe-
cula.in ti.de appella.§.nūc breuiter tranſ
currēdū.ver.quid ergo ſi appellator.Sed
certe hodie vix crederetur abſque fide
publica loci,vnde itinerator diſceſsiſſet,
propter principum decreta: & non ſine
ratione,quia falſitas iuramenti poſſet pa-
rere præiudicium maximum, & irrepa-
rabile:veluti ſi intromitteretur intra mæ
nia loci,qui deinde ſimili contagione pe
ſtis ſeu epidemiæ affectus detegeretur.

& ſic ſtante magnitudine præiudicij, dictum Rip. non videtur poſſe procedere.

14 Quarto īfertur; † ꝙ ſi ambaſciator ſeu legat⁹ dixerit, itinere ſibi deperiſſe ęquū ſine eius culpa, producendo ſimplicem fidem alicuius cum ſuo proprio iuramēto, erit credendum, quia res eſt modici præiudicij. ita Bal. in rub. C. de fid. inſtr. ſequitur Bauer. in ſuo tracta. de virtu. iura. nu. 94. & Anto. de Petru. in repet. l. 1.

15 poſt num. 161. de iureiuran. † Et eſt notā dum (licet incidenter) in hac materia equi mortui in itinere, quòd conductor debet probare equum mortuum eſſe eundem, quem conduxit; aliàs ſuccūberet, ſecundum Dec. in conſi. 220. colu. pen. ver

16 ſic. circa ſecundum. † & tenetur etiam eidem facere expēſas, & alia, quæ ſunt modici præiudicij, vt per Abba. in conſ. 85. nu. 3. par. 2. & dixit Alci. in tract. præſum

17 ptio. reg. 2. præſump. 26. in fine, quòd † ſi equus moritur intra triduum, poſtquam venditus eſt, præſumitur mortuus ex cauſa de præterito, ſi repertus fuerit habere malum intus. idem dixit Ioan. Andr. in addi. Speculato. in ti. de emptio. & vendit. §. ſciendum. colu. 15. verſi. & nota. ꝙ in venditionibus. in verſ. variè. Iaſ. in l. lecta. poſt num. 19. ſi cert. peta. Ange. Aret. in §. in duplum. Inſti. de acti. col. fin. vèr. quæro quid ſi bos. Bald. in l. 1. col. 4. C. de ædili. edi. & in l. 2. col. 3. verſi. & ſi dubitatur. C. de reſcin. vendi. Grat. lib. 1. reſpo. 110. num. 15. & Boer. deciſ. 323. nu. 12. vbi concordan.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit præſumi pro iurante.*

2 *Iuramentum eſt introductum ad præſumptionem veritatis inducen.*

3 *Iuramentū non facit præſumi pro iurāte, quādo in contrariū militat aliqua præſumptio.*

4 *Iuramentum minoris nō inducit præſumptionem veritatis.*

5 *Iuramentum inſolitum non facit, quod pro iurante præſumatur.*

6 *Iuramentum inſuetum reddit contractū magis ſuſpectum.*

7 *Pacta inſolita faciunt præſumi contractū vſurarium.*

8 *Priuilegium dicitur ſuſpectum, quando continet aliquid, quod non ſolet per Principem concedi.*

9 *Dolus præſumitur ex nimiis, & inuſitatis cautelis.*

10 *Dolus præſumitur in bancherio ſeu nummulario, qui non tenet libros in loco ſolito.*

11 *Dolus præſumitur in eo, qui non vadit per viā conſuetam.*

12 *Iuramentum vniuerſale non ſufficit, vbi requiritur particulare.*

13 *Iuramentum facit præſumi pro teſte, quòd dixerit veritatem.*

14 *Teſtium dicta ciuiliter, & non iudaice debent interpretari.*

15 *Iuramentum facit, quod in duobus dictis contrariis ſtandum eſt potius dicto iurato, quam non iurato. & ibi. limi.*

16 *In duobus dictis iuratis ſtandum eſt primo; & non ſecundo.*

17 *Iuramētū facit præſumi pro ſententia iudicis.*

18 *Præſumitur contra iudicem, quando non ſeruat ordinem iuris.*

19 *Præſumitur contra ſententiam, quando per inſpectionē actorum apparet, ordinem nō fuiſſe ſeruatum.*

20 *Notario aſſerenti ſe ſcripſiſſe, vel publicaſſe inſtrumentum ſtandum eſt.*

21 *Notariis ſolet attribui, & adhiberi maxima fides a iure.*

22 *Nuncio ſtandum eſt de diligentia adhibita in reperiendo citandum perſonaliter.*

23 *Iuramentum facit præſumi, quòd matrimonium non fuerit allegatum ad excuſationē fornicationis.*

PRIVILEGIVM XXVIII.

VIgeſimum octauum priuilegium eſt; quia † iuramentū facit, quòd pro iurante præſumatur; & ſic, ꝙ quis non mentiatur, ſed dicat veritatē l. fi. C. ad legē. Iuli. repetūd. Gui. Pap. in ſingula. 795. & Pedem. deci. 66. nu. 14. non enim præſumendū eſt, quemquā venire contra proprium iuramentum; quia eſſet præſumere delictū, quod fieri nō debet.

bet, argu. l. merito, quæ vbique allegatur. pro socio. & per Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. de noui operis nunci. & late
2 per Rom. in l. 1. eodem ti. † quia iuramẽtum est introductum ad præsumptionẽ veritatis inducendam; & hinc dicitur testimoniũ veritatis. ca. etsi Christus. de iureiur. & tradunt Doct. moderni in l. si quis maior. C. de transa.

Hoc autem priuilegium recipit ali-
3 quas limitationes. † & primo limitatur non habere locum, quando cõ iurantem militaret aliqua præsumptio per ea, quę dixi in primo priuilegio in secũda limi. & rursus in quarto priui. in 7. lim. nu. 77. quę non repeto.

4 Secundo limita, † nõ procedere in iuramento minoris, asserentis se maiorem, vel aliarũ personarum suspectarum; quia in tali iuramẽto facile præsumitur fraus; vt dicit Bal. in l. quidã cum filium. de hę red. insti. & ideo tale iuramentum lex nõ admittit. Rom. in consi. 12. Soz. consl. 66. vol. 1. & Aret. in consi. 74.

5 Tertio limita, † notabiliter procedere in iuramẽto, solito apponi in actu; qa tunc pro iurante bene præsumitur: sed si appositum, vel præstitum sit contra solitum; tunc secus, vt per Aret. in consil. 24. col. 2. vbi dr̃, quod iuramentum insuetũ, præstitũ a vassallo, præsumitur metu extortum, vt habetur in c. super hoc, de renunci. & p Specul. in ti. de confessio. §. nunc viden. ver. sed numquid patris. nu. 11. vbi dr̃, q patris confessio nõ nocet filio in legitima, etiã si sit interpositũ iuramentum. quod est intelligendum procedere ex eo, quia insuetum est ita iurari. Idem voluit Alex. in consi. 57. nu. 2. vol. 5. & Pedem. decis. 170. post nu. 14. inmo
6 † tunc tale iuramentum reddit actũ magis suspectũ, vt per Bar. in l. si quis sub cõditione. de condi. insti. sequitur Gozad. in cons. 69. post. nu. 11. Suspitio enim plerunq; oritur ex insolitis, vt in d. l. si quis sub cõditione. & p Dec. in consi. 94. col. 1. & Craue. in cõs. 44. in fi. & ideo dicit,
7 † q pacta insolita, faciunt præsumi cõtra ctum vsurarium, vt not. in c. illo vos, de pignor. & in c. ad nostram. de contrahẽ. empti. Rom. in consi. 423. in fin. Paul. de Cast. in consi. 114. col. 2. nu. 3. vol. 2. Cor. in consi. 23. col. 2. vol. 3. & Curt. iuni. in
8 consil. 132. post num. 9. † & priuilegium legitimandi dicitur suspectum, si continet aliquid, quod non solet per principem concedi, vt per Grat. lib. 2. respon.
9 158. nu. 16. Et præsumitur † dolus ex nimijs, & inusitatis cautelis, vt per Roma. in consi. 520. n. 12. Abb. in c. quod super. de fide instrum. Dec. in l. quæ dubitationis. nume. 3. de reg. iur. & in consil. 399. Curt. iuni. in consil. 178. Crauet. in consi.
10 192. Et dolus præsumitur in argentario, vel bancherio, qui non tenet libros in loco solito, & consueto, sed in loco suspecto, secundum Calca. in consi. 85. col.
11 pen. in princip. num. 13. † & dolus arguitur in eo, qui non vadit per viam consuetam, & solitam, sed potius per transuersum, vt per Craue. in consi. 115. nume. 5. Et stylus insolitus reddit rescriptũ Papę suspectum de falso; nec est ei fides adhibẽda. Glo. in c. cautam, quæ. in ver. obuia rationi. de testib. & c. porrecta d' cõfirm. vti. vel inut. & c. ex parte, de rescrip. quæ adducit Ro. in cõs. 376. col. fi. & clausula posita in testã in loco insolito, arguit suspicionẽ contra notariũ. Bolog. in consil. 53. col. 2. ad fi. vers. decimo præsuppono.

12 Quarto limi. † & declara pcedere solum quantum ad inducendam præsumptionẽ pro illis, qui iurare solẽt, vt antianis; de quibus per Abb. in c. fi. de pcurat. in Commentariensi de quo in Clem. 1. §. porro de hæreti. in notarijs, vt in c. ad audientiam, de præscripti. in mercatoribus numularijs, vt l. quidam. §. númularios. de edendo. & in alijs similibus qui vniuersaliter iurant, fideliter eorum officium exercere, de quibus per Io. de Selua. in suo tracta. de iureiuran. in secunda parte, ver. quæro primo quot sũt genera. Non tñ illud iuramentum vniuersale est sufficiens ad validitatem depositionis particularis vel scripturæ priuatę, quæ re

gúlariter

gulariter non facit fidem vt l. instrumenta. C. de proba. l. scripturas. C. qui potio. in pigno. c. 2. de fide instrũ. Bar. ĩ l. admonendi, in materia apochæ. de iureiuran. ita Roma. in consi. 204. col. 2. in prin. vbi hoc expresse voluit. & idem etiam sentit in consi. sequen. in prin. vbi iuramentum mercatoris, quod præstitit iuxta nota. in d. l. quidam §. numularios. de edendo, nõ satis est ad faciendum adhiberi fidẽ scripturæ priuatæ in iuditio productæ, non aliter ac si deponeret viua voce, absque iuramento. quo casu certum est nullam probationem facere, & illud iuramentũ nihil facit; quia fuit vniuersale, nec sufficit ad depositionem particularem validandam. & allegat tex. in c. pen. de iureiur. sic in simili videmus, quòd si statutũ disponat accusationem in damnis datis probari per iuramentum, non sufficit, si tempore productæ accusationis, accusator iurauit esse veram, & non calumniosam accusationem; quia istud est iuramẽtum vniuersale calumnię; quod nihil facit quãtum ad probationem. ita Bald. in addi. Specula. ti. de sec. decr. §. fi. versic. & ideo si per statutum. & sequitur Crauet. in consi. 196. vbi concordan. Alibi dixit in simili pariter Grat. lib. 1. resp. 15. n. 13. quòd iuramẽtum generaliter prestitum nihil operatur in his, quæ debent specificari. allegat Bal. quem sequitur Ias. ita expresse dicens. in l. sancimus. colum. 2. C. de testamen.

Ex hoc priuilegio, vt supra diximus declarato, infertur ad nonnullas decisiones. & primo infertur, † quod præsumi-
13 tur pro dicto testis, quòd ipse, scilicet, dixerit veritatem propter iuramentum. c. tuis de testi. Rom. in d. l. 1. de noui oper. nunci. Feli. in ca. quoniam contra in ante pen. col. de probatio. & propter hanc p̃-
14 sumptionem dicimus. † quod testium dicta debent ciuiliter intelligi, & non iudaice, vt dixit idem Rom. in consil. 301. in prin. & secundum populi intelligentiam; non autem secundum iuris peritorum interpretationem, vt per eundem in consi. 490. nu. 12. & dixit Bal. in c. tertio loco. de probatio. vbi etiam Dec. col. 4. in prin. quod testium dicta debent benigne interpretari. & alibi dixit idem Bal. videlicet, in l. de quibus. col. fin. de legi. qđ dicta testium sũt iuuanda, nõ autẽ cauillanda, vt per eundem in l. 2. in quinto not. in fi. C. de temp. appell. & tradit Ange. in l. ex militari. in fin. de testa. mili. Corn. in consi. 280. ad fin. vol. 4. Gramm. consil. 36. circa fin. consil. 39. colu. 2. circa prin. & consi. 50. nu. 38. in ciuili. Item dicimus, ꝙ si testes sint inter se contrarij, reducuntur regulariter ad concordiam, vt falsitas euitetur; quia propter iuramentũ non est credendum, quod voluerint dicere falsum, c. cum tu. de testi. c. periculose. de pęniten. distinct. 1. l. item videndũ. vbi Bal. de peti. hæred. Aret. in l. si cui. in primo not. de lega. 2 & Bart. in cõs. 166. cum similibus adductis per Dec. & alios in l. 2. §. creditum. si cer. pet.

15 Secundo infertur, † quod in duobus dictis contrarijs statur potius dicto iurato, quàm non iurato, quia præsumitur ꝓ iuramento. Crauet. in consi. 55. num. 4. & consi. 6. nu. 15. Innoc. in c. causam quæ. de testi. & in c. veniẽs. eod. ti. Marsi. in sing. 268. Feli. in c. cum in tua. de testi. & ista videtur esse cõmunis opinio, vt p Alex. in consi. 66. nu. 20. vol. 6. & Corn. in consil. 58. col. pen. in prin. vol. 1. vbi dicit, ꝙ quando sunt duo dicta contraria, vnum inualidum, aliud validum, (quod ego intelligo respectu iuramenti) standum est dicto valido, non autem inualido. & dicit, quod in hoc omnes concordant, nullo discrepante. Ista conclusio limitatur non procedere, quando pro dicto nõ iurato militaret aliqua ratio, vel præsumptio, seu coniectura, quod standum esset dicto nõ iurato. Bal. in c. litteris. de præsum. & Abb. ibi. & in c. cum in tua. de testi. de quo ibi. Feli. fecit festum. & bene notandum dixit Io. Lup. in rub. de donat. int. vir. & vxo. §. 60. col. 8. ver. secundo limita. & not. etiam Aufre. in decis. Tholos. 376. & est communis opi. vt per

Viu.

Viui.in versic. testis dicens. addo etiam Craue.in consi. 75. nume. 32. Alexan. in d.consi.66.num.20.vol.6. & Corn. in d. consi.58.in prin.vol.1.

16 Sed hic quæro † quid, si vtrunque dictum fuit iuratum, cui standum erit? in ista quæst.Doct.plurimum variant, ideo ad faciliorem intelligentiam,& vt plana doctrina habeatur,facio infrascriptã cõclusionẽ,quæ ex dictis Docto.colligitur, itaque sit conclusio: Quòd in duobus dictis iuratis contrarijs,& validis (vt quia tam primum,quàm secundum,factum sit in iudicio, & cum iuramento) neutri standum est.& sic non statur, nec primo, nec secundo;quia manifeste conuincitur de periurio. Anto. Buc.in c.cum in tua. de testi. Alex.in consi. 20.col. 2. & 4.vol. 4 sequitur Dec.in consi. 189. col.7.& late insistendo tenet & concludit Rui. in consi.57.col.2.ad fi.& sequen.& ibi testatur de communi. Ista conclusio ampliatur procedere, etiam quãdo nõ sunt omnino contraria,sed diuersa,vt quia in primo aliquid affirmauit,& in secundo postea repetitus deponit de credulitate; qa destruit primum dictum Corne. in consil.197.in fin. volu. 2. & Craue.in consil. 249.& hoc est verum,si vtrumque dictũ fuit validum,& factum in iudicio; sed si extra iudicium,secus esset, vt per Roma. in consi.505.vbi dicitur, quòd in tali casu standum esset primo dicto. Quando ergo per secundum dictum, in iudicio factum,destruitur primum, si non reperitur lata sententia super primo dicto,non potest amplius ferri, vt concludit Alex. in consi. 2.nu.7.vol.7. & in consil.47.nu. 18.vol.6.Abb.in consi.52.col. 2.par.1.Si vero reperitur lata sententia;tunc, quia esset ius quæsitum parti,non diceretur illud primum dictum destrui per secundum;sed eidem standum esset secundum Bal.in l.duobus.§.fin.de iureiur. Alex.in consi.16.col. 3.vol.3.sequitur Dec.in cõsil.536.col.pen.ver.octauo obijcitur, & Abb.in d.consi.52. Supradicta cõclusio, quod in duobus dictis contrarijs iuratis, & validis,neutri sit standum, limita. non procedere, quando sua sponte in secundo deponit contrarium; quia tunc tenet primum dictum, & non secundum, vt habetur per Bal.in l.verba. C.de adulter.Bar.in l.si postulauerit.§. pe. de adulte.& Guid. Pap.q.593. & habetur in c.sicut nobis.de testi. & per Abba. in c. per tuas.de probat. vbi dicit, quod si prima confesio est iurata, & de facto proprio, vel quasi,secunda non valet;quia conuincitur necessario inter duo iuramenta cõtraria:allegat tex. in l. generaliter C. de non num. pecu. vbi standum est primæ confesioni, quando non potest probari contrarium,vt in casu isto,quando, scilicet, est prima confesio facta cum iuramento.cuius contrarium si deinde diceretur cum iuramento, necessario conuinceretur inter duo iuramenta contraria. quod & voluit Dec.consi.189.col.3.post nu.6.& Calca.consi.110.col. 2.num.6. & Craue.in d.consi.6.nu.44.cum duob.sequen.& propterea dicitur, quod si testis diceret, se primum deposuisse persuasionibus partis,ei non crederetur, nec posset addere quicquam primo dicto, in ꝑiudicium eius,pro quo deposuit, vt habetur apud Alex.in consi.94.nu. 3. vol 6. & consi.58.col. 2.nu.7.volu.7. & Gram. consi.31.in ciui.Quod procedit etiam, si hoc diceret in articulo mortis, vt late ꝑ Corn.in consi.186.col.1.vol.1.

Secundo limi.non procedere,quando secunda depositio esset facta cum tortura;quia præualeret primæ.& sic standum esset secundo dicto, & non primo. Bar. in l.eos.de fals.Rom.in d.cons.505.Dec. in d.consi.189.Capici.decis.152. & Alcia.in tracta. præsum. reg. 2. præsumpti. 29.nume.9.

Tertio ex nostro priuilegio infertur: nam tu scis vulgatum esse,in dubio interpretationem esse faciendam ne sonent in delictum; sed potius in meliorem partẽ, vulgata l. merito. pro socio. c. estote de reg.iur.& cap.in scripturis.96. distincti. Tamen tanta est vis, & præsumptio iuramenti,

menti, quæ facit præsumi iurantem dicere veritatem, vt ob hanc præsumptionẽ interpretatio fiat in malam partem; licet potuerit fieri in bonam. tex. est in c. cum dilecti. de accusa. vbi confessio iurata, quæ potest interpretari ad bonũ, & malum finem, interpretatur ad malum propter iuramentum; nam ibi ille episcopus a principio iurauerat meram ac simplicem dicere veritatem: vnde, si postea velit suam confessionem excusare, non auditur; quia præsumitur, quòd voluerit dicere veritatem, propter iuramentum, vt dixi. ita reperio declarare, & intelligere illum tex. Io. Lup. in quadam sua allegatione, quæ habetur post repetit. c. per vestras. de donat. int. vir. & vxo. ver. octauo. incipien. ad sextũ. in d. c. cum dilecti. qđ est notan. quia confessio in dubio interpretari debet in fauorem confitentis, vt not. ꝑ Bar. in l. inter stipulantem. §. 1. de verb. obli. Dec. in consi. 539. nu. 2. vbi allegat etiam Alex. in consi. 183. col. 2. vol. 5. puto tamen hoc dictum procedere in foro conscientię, & cum agitur de salute animæ; quia in dubio quis præsumitur potius ligatus, quã solutus, c. iuuenis. cũ vulgaribus. de sponsali. alias enim iuramentum debet intelligi secundum mentem iurãtis communem, & verisimilem. c. ex parte. de cleri. non resi. & cap. quemadmodum. de iureiur.

17 Quarto infertur; quia iuramentum facit præsumi pro sententia iudicis, qui iurauit, vt habetur in Aut. iusiurandum qđ pręstã. ab his. per to. & per Alci. in tracta. pręsumption. reg. 3. ꝑsumptio. 7. post num. 5. quod tamen non procedit in arbitro, nec arbitratore, vt per eundem in d. tracta. eadem reg. præsumpti. 12. num. 3.

18 † Secundo non procederet, quando non seruaret ordinem debitum, vt per Craue. in consi. 106. col. 3. nu. 11. Abba. in c. consultationibus. col. 2. de iure patrona. tradit Maran. in eius disputatione. 1. ad fi. Hinc dicimus, quod decretũ iudicis, interpositum in contractibus minorum, vel mulierum sine causę cognitione est nullum. Io. de Imol. in consi. 98. nu. 6. Ancha. consi. 330. col. 3. ver. concludendum. Affli. decis. 87. Corsce. in suis notab. in ver. minor. Cotta. in suis memorabilibus. in ver. decretum continens. & Alcia. in d. tract. præsump. reg. 3. præsumptio. 10. quia ex eo, quod non adhibuit ordinem iuris, non potest pro ipso præsumi, cũ de contrario constet per inspectionem actorum. vt ꝑ Ab notabiliter in consi. 92. par. 1. Natt. in consi. 526. nu. 4. & consil. 540.

19 nu. 17. † vbi dicitur, quòd quamuis præsumatur pro sententia: tamen non procedit, quando per inspectionem actorum apparet de contrario, ꝙ, scilicet, sollemnitates nõ fuerint obseruatæ, aut adhibitę, quæ alias præsumerentur.

20 Quinto † infertur, quod propter iuramentum stãdum sit notario asserenti se scripsisse, vel publicasse iuramentum, vt per Alcia. in sæpe allegato tracta. præsu.

21 reg. 3. præsum. 13. n. 17. † Notario enim solet attribui maxima fides a iure, ita vt in dubio ꝓ eo pręsumatur, vt per Corn. in con. 79. col. 3. in littera G. vol. 1. prout etiã pro eius instruméto, vt scribit Grat. lib. 1. respon. 74. nu. 2. vbi propterea vult, quod quamuis testes deponẽtes sint omni exceptione maiores, tamen quãdo deponerent contra instrumentum notarij, & quid minimum eis opponeretur, non dicerentur omni exceptione maiores. Ideo autem adhibetur fides notarijs, vt dictum est; quia iurãt de fideliter exercẽdo eorum officium, vt per Corn. in consi. 149. col. 2. vol. 3.

22 Sexto † infertur, quod propter iuramentum stabitur nuncio in commissis eius officio. l. magis puto. §. illud. de reb. cre. c. cum parati. de appella. Doct. in c. quoniam contra. de probat. & ideo standum erit illi de diligentia adhibita in reperiendo citandum personaliter, & illũ non potuisse reperire, vt in simili scribit Bologni. in consi. 52. & per Foller. in sua pract. cano. pagi. 134. nu. 19. Ideo autem dixi, In commissis suo officio; quia de his, quæ ad eius officium non pertinent, non est

non est illi credendum, vt per Corne. adducen.concordan.in consi.79. colum. 2. ad fin. volumine 3.vbi propterea infert non esse standum nuncio,quòd fecerit venditiones pignorum ad instantiã partis (loquitur tamen de pignore conuentionali non autem de iudiciali.) Et generaliter iuramentum facit præsumi pro eo, qui iurauit legaliter officium seu artem suam exercere, vt in mercatore,milite & similibus; de quibus per Alci.in d.tract.p̄sump.reg.3.p̄sum.16.ad fi.

Septimo infertur, quia propter iur̃m præsumitur, quòd non per calumniam quis litẽ instituerit, vel se defenderit, vt toto tit. de iuramen. cal. & habetur per Alex. Ias.& alios in l.properandum §.sin autem alterutra. C.de iudi. & dixi supra in decimo tertio priui. vbi etiã tractaui, an excusetur ab expẽsis.nõ repeto.quinimmo operatur,vt reus se possit defendere, cũ aliàs minime posset,vt insti.de pœna. tem.liti.in prin.

23 Octauo † infertur, quia iuramentum facit, vt quis non præsumatur allegasse ad excusationem delicti fornicationis: quod tamen secus esset sine eo. vt toto titu. Digestorum, & Codicis. de adulter. Bald.in l.vni.nu.17.C.de confess. Cæpol. caut. 42. Marsi.in sing. 22. & tradit Bauer.in tracta.de vir.iuramen. ver.quadragesimooctauo,nu.67. & Anto.de Petruc. in rep.l. 1. in 71. effectu, numero 336. de iureiuran. Et hoc procedit, quando quis inquiritur, vel accusatur de fornicatione: nam tunc assertioni ipsorũ accusatorum, quod in matrimonio essent inuicem copulati, non staretur absque iuramento.secus aliàs, nisi contrariũ probaretur,vt per Abb. in consi. 51.col. pen.ver.quinto adduco.par.prima,vel nisi etiam asserentes essent disparis conditionis;quia in his casibus non staretur eorum assertioni,vt per Bal. in l.Eam quã. colum.6. C. de fideicommis.l. imperialis.§.præsertim.ibi, Dum tamen dotalibus omninò instrumentis. C.de nupti.& Glo.in c.aliter 30.quæst.quinta cum concordan.per Tiraq.adductis.de legi. connubiali.l.5.n.28.& 29. Cõcluditur ergo, quòd iur̃m operatur, vt stãdum sit asserẽtibus matrimonium contraxisse, & si timeretur allegari ad excusationẽ delicti, ex quo pro iurante est præsumẽdum per supradicta quod tñ intelligendũ est ꝓcedere cum temperamento, de quo dixi in primo priuilegio, in secunda limi.& rursus in quarto post nume.septimum.

SVMMARIVM.

1 *Actus præsumitur metu factus, vbi interuenit iuramentum.*
2 *Metus iacturæ honoris grauior est ipsa morte.*
3 *Metus periurii maximus est.*
4 *Metus futuræ excommunicationis inducit iustum metum.*
5 *Vsuræ propter iuramentum dicuntur extorqueri ab inuitis.*
6 *Solutio spontanea purgat metum præcedentẽ.*
7 *Limita,quando in obligatione earum interuenit iuramentum.*
8 *Verbum Sponte, non probat liberam voluntatem, quando interuenit iuramentum.*

PRIVILEGIVM XXIX.

1 Vigesimũ nonum priuilegiũ est;† quia,vbi interuenit iuramentum, ibi actus dicitur per metum factus:& sic iuramentum videtur ingerere seu inferre metũ,secũdũ Bar.& Bal. in l.2.C.qđ met.caus.& facit tex. in c.debitores de iureiu.Dec.in l.diuus,nu.9.& in l.cuius per errorem.de reg.iur.& talis metus,scilicet,periurij incurrendi videtur esse iustus metus;quia cadit in constãtẽ virum. Nam † si metus iacturæ hono-
2 ris dicitur maior, quàm metus mortis.l. isti quidem. quod met. caus. Grat. libr. 2.respon.115.num.25.Gram.decis.
3 5.nume.10. & decis.18. † quanto magis erit metus periurij, per quod non solum quis amittit honorem, cum efficiatur infamis, iuxta not.in l. si quis maior.C.

ior. C. de transa. sed etiam incurrit iactu ram æternæ salutis propter offensam, quam facit Deo, non obseruando iura-
4 mentum: & videmus simile in excommunicatione, cuius metus, similiter iustus reputatur, & qui cadat in cõstantem virũ, vt late per Roma. in consi. 359. in secundo dubio. Glo. in c. olim. el 3. de resti. spoliat. & Dec. in cõsi. 214. col. 3. in prin. Cum ergo quis propter iuramentum cogitur aliquid facere metu inductus, & non libera eius voluntate: faciunt notata per Bal. in l. nouissime, in princ. ver. in tex. ibi Metum quod cum fals. tuto. Io. And. in c. bona fides. de reg. iu. in 6. c. præterea. de iure patrona. cum simi. adductis per Dec. in c. cum M. Ferrarien. de consti. in quibus locis habetur, quòd actus non dicitur voluntarius, quando fit ab
5 eo, qui compelli potest. † Ex hoc priuilegio infertur, quod recte dicimus vsuras extorqueri ab inuitis; quia scilicet, propter iuramentum, quo se illas soluturos promiserunt, non est in ipsis postea soluentibus libera voluntas, & ideo illas repetunt, vt per Fed. de Sen. consil. 18. Dec. in consi. 170. col. 1. quinimmo tales exigẽtes vsuras, raptores, spoliatores, ac fures appellantur, ca. si quis vsuram. 14. q. 4. quod non esset, si voluntarie, iuramento non obstante, soluere dicerentur, argum. l. 1. §. vsque adeo. de iniur. & c. scienti. de reg. iur. in 6. & quòd soluens ex eo, quòd iurauit, dicatur per metũ soluere, habet etiã per Crau. in cõsi. 6. n. 84.
6 Secundo infertur: † nam quãuis aliàs solutio spontanea videatur purgare metum, vt in d. l. 2. C. quod met. caus. l. si ob turpem causam, vbi Ias. in primo nota, de cond. ob turp. caus. Affli. decis. 336. late per Dec. in consi. 219. col. 3. cum concocordan. adductis per Grat. resp. 87. colum. 3. in princip. ver. præterea datæ. nu.
7 15. lib. 1. †. Tamen, quando in obligatione interuenit iuramentum, metus non purgatur; q2 cẽsetur solui metu piurij. Aret. in consi. 14. in quarto dubio. Corn. in consf. 293. col. 2. vol. 4. & pro singulari memoriæ mãdauit Marsi. in singula. 89. Craue. in d. consi. 6. nu. 84. Ant. de Petru. in repeti. l. 1. ver. quinquagesimus quintus effectus. nu. 307. de iureiur. & Rimi. iu. Inst. de donat. in princ. nu. 243. adde Crau. consf. 253. col. 6. circa princ. & Ma-
8 ran. disput. 6. nu. 10. & 35. & videtur † procedere etiam si in solutione diceretur, quod sponte soluit; quia talia verba non probant liberam voluntatem, vt per Aret. in d. consf. 14. col. 11. ver. & licet interpretatis. Dec. in l. qui cum alio. in fin. de reg. iur. Bar. in l. si quis vltro. n. 7. de quæstio. late Gram. consi. 91. nu. 10. & consil. 95. nu. 40. in ciuili. & istud est indubitanter verum, eadem causa metus subsistente, vt per Dec. in d. consi. 219. col. 3. & Grat. li. 2. resp. 20. nu. 9.

Vltimo infertur: nam quamuis soluẽs scienter indebitum, repetere non possit l. cuius per errorem. de reg. iu. & l. 1. de cond. indeb. etiã si recipiens sciebat causam non subesse solutionis, vt per Rui. in consi. 12. col. 7. num. 11. vol. 1. tamen quãdo interuenit iuramentum, censetur solutũ metu periurij: & propterea non præsumitur donatio, vt alias præsumeretur; vt volunt Doctor in c. debitores. de iure iur. quod & sequitur Corn. in consi. 293. co. 2. ver. tamen his non obstãtibus. vo. 4.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit valere depositionem testis.*
2 *Ampliatur procedere etiam in religioso, immo etiam in Episcopo, vel Cardinali; quia & ipsi iurare debent.*
3 *Testis bonæ cõditionis, et notabilis qualitatis, examinatus absque iuramento, facit præsumptionem.*
4 *Testis si iurat post depositionem in continenti an dicatur deponere cum iuramento.*
5 *Dignius trahit ad se minus dignum; non econtra.*
6 *Testis qualitas attenditur de tempore iuramenti.*
7 *Corrigere se ipsum quis non præsumitur.*
8 *Præsumptio non sumitur ex his, quæ fieri non solent.*

Actus

9 *Actus requirens aliquid ad eius validitatem seu ad effectum legitimãdi personam, illud debet interueni re in ipso actu.*
10 *Iuramentum testis est de veritate dicenda.*
11 *Citari debet pars ad videndum iurare testes.*
12 *Arg. ab absurdo validum est in iure.*
13 *Vnum inesse alio, quando adiicitur in continenti, dicitur quando res illa, in qua inesse debet, non est habita pro perfecta.*
14 *Perfectæ rei nihil addi potest.*
15 *Decretum iudicis, quod interponitur ad solemnizandum actum, debet interponi in ipso actu.*
16 *In continenti dicitur aliquid fieri quando non diuertitur ad extraneos actus.*
17 *Testamentum fieri debet vnico contextu.*
18 *Paria sunt aliquid fieri in actu, vel ante, vel post in continenti.*
19 *Paria sunt aliquid fieri in termino, vel parũ post terminum.*
20 *Ordo non consideratur in his, quæ coniunctim fiunt.*
21 *Forma mutari non potest.*
22 *Iuramentum potest remitti per partem.*
23 *Formæ renunciari non potest.*
24 *Formæ quæ sunt non possunt adhiberi post actum.*
25 *Iuramentum est de iure diuino.*
26 *Papa potest dispensare contra ius diuinum.*
27 *Papa potest dispensare super iuramento.*
28 *Statutum, vt credatur testibus non iuratis, nõ valet.*
29 *Papa dispensat contra ius diuinum ex maximis causis.*
30 *Iuramentum testis validat eius depositionem, etiam si prius iurauit non deponere.*
31 *Iuramentum per falsos deos validat dictũ testis. & inibi, quomodo hoc procedat.*
33 *Iuramentum debet præstari coram competente iudice, vt validare habeat testis depositionem.*
34 *Iurandum an sit, quando standum est dicto alterius, prout illi videbitur.*
35 *Arbitro standum non est, absque iuramento asserenti sibi non liquere de causa.*
36 *Iuramentum absente iudice præstitum, non validat depositionem testis.*
37 *Iurans in die feriata non propterea validam reddit suam depositionem.*
38 *Iurans parte non citata non validat suam depositionem.*
39 *Testis deponens extra articulum, dicitur deponere non iuratus.*
40 *Testis in dubio præsumitur iurare super tota causa.*
41 *Testis plerisq; casibus probat absque iuramento.*
42 *Testes de peritia an præstent iuramẽtum veritatis, vel potius credulitatis.*
43 *Sententia, lata de consilio peritorum, non trãsit in rem iudicatam.*
44 *Testis an præsumatur iuratusr*

PRIVILEGIVM XXX.

1 TRigesimum priuil. est; † quia iuramentum facit valere dictũ testis, id est, eius depositionẽ in iudicio factã, quæ aliàs absq; iuramento nõ valeret. l. iurisiur. C. de testi. c. tuis q̃st. & c. nuper & ibi Abba. in vlt. nota. simili ti. de testi. Corn. consi. 241. in princ. vo. 4. & Marsi. in consi. 2. num. 26. cum simili.
2 Hoc nostrum † priuilegium ampliatur procedere pluribus modis. & primo procedit etiam si testis esset religiosus, immo etiam si esset Episcopus, vel Cardinalis; quia adhuc ei sine iuramento non crederetur, neque probaret, d. c. nuper. & c. si. de iuram. calum. glo. in c. cum olim. el 1. in ver. fratrum. de priuil. l. comparationes, cum ibi notatis per Glo. C. de fid. instrum. Paul. de Cast. in consi. 71. col. 3. in princ. nu. 4. vol. 1. Bauer. in tract. de virtu. iuramen. nu. 104. Ant. de Petru. in repe. l. 1. vers. septuagesimusquintus. n. 281. de iureiur. Grat. lib. 2. respon. 123. in vltimis verbis, & Cott. in suis memoralibus,
3 in ver. testi non iurato: † vbi tamen vult q̃ huiusmodi personæ faciant præsumptionem. quod etiam voluit Alex. in consil. 124. post num. 7. vol. 6. vbi loquitur in personis asserentibus aliquid extra iudicium; & sic in fortioribus terminis. Sed contra huiusmodi ampliationem videtur esse glo. in l. iurisiurandi. C. de test. in glo. 1. & habetur in d. c. cum olim. Sed potest dici, quòd dicta glo. procedit, vt credatur personæ religiosæ absque iuramento, non tanquam testi examinato, & deponenti in forma iudicij: sed vt relato

ri, vel assertori extra iudicium, vt declarat Alex. in consi. 92. nu. 14. vol. 6. & tetigi supra in vigesimo septimo priui. nu. 5.

4 Secundo † ampliatur procedere etiã, si incontinenti iuraretur post depositionem, quia adhuc diceretur deponere absque iuramento; quia iuramentum debet præcedere depositionem. tex. est in d. l. iurisiurandi; vbi inquit, Iurisiurandi religione, testes priusquam perhibeant testimonium, iamdudum arctari præcepimus. & ita etiam adnotando obseruauit Marsi. in consil. 12. num. 17. quod & voluisse videtur Abb. in cap. de testibus. nu. 8. ti. de test. Et videtur esse ratio; quia iuramentum in teste requiritur ad effectum, vt metu periurij, & religione iuramenti, moueatur ad veritatem deponẽdam, vt habetur in d. l. iurisiurandi. & in l. qui sub conditione. §. quoties. de cõdit. institu. quę ratio cessat, si prius deponat, cum nos magis vrgeant præsentia, quam futura iuxta illud Poetæ: Vrget pñtia Turni. vnde, quamuis postea iuretur, nihil prodest; quia verum est testem deposuisse nõ iuratũ. & si aliter diceremus, sequeretur, quod iurm traheretur ad depositionem: qđ vtiq; incõueniens videtur,

5 † cũ dignius deat ad se trahere minus dignũ; non ꝰ. §. si quis in aliena tabula. Insti. de rer. diui. cõstat antẽ iurm esse dignius ipsa depositione: & ideo ipsa trahit ad iurm. secũdũ Abb. in c. significauit. in vlti. not. de testi. & Marsi. in singula. 113.

6 & hinc est, qđ dicimus, † quod qualitas siue conditio testis attẽdit de tẽpore iuramẽti. vt not. in l. 3. §. duæ. de verb. obli. Alex. in consi. 78. col. pen. ver. & circa. volu. 1. Dec. in consi. 163. nu. 21. cum similibus: & inspicitur dies, quo testis iurauit; non quo deposuit, quando agitur de tempore attestationis; ex quo tũc dicit deposuisse, vt colligit ex his, quæ scribit Corn. in cons. 196. col. 3. ad fi. volu. 4. Præterea, si testis posset post suam depositionẽ iurare facile fieret, vt committeret falsitatem; quia videns, quod absque iuramento deponit, non timet se in periurium: posse incurrere, & propterea animo suis aliquid falsum commisceret: & quamuis postea sibi deferretur iuramentum, non propterea mutaret suam depositionem, pręsertim si non appareret de aliquo verisimili errore; tum ne falsum videretur deposuisse:

7 † tum etiam, quia non est præsumendũ quòd vellet se ipsum corrigere, licet posset, vt per Ancha. in consil. 479. in princ. Dec. in cons. 11. col. pe. ver. itẽ correctio. & consi. 24. ad fi. col. 4. Aret. consil. 1. col. 2. in prin. & Cur. iuni. in consi. 5. colum. 16. versic. tertio. neque verisimile est, eũ cogitasse de iuramento sibi post depositionem deferendo, cum deferri non soleat, dato, quòd de facto sibi deferre-

8 tur; † quia non pręsumuntur, quæ fieri non solent l. quod si nolit. §. qui assidua. de ædili. edi. a contrario sensu. Amplius ad confirmationem pdictæ opinio. facit;

9 † quia, quando aliquid requiritur ad effectum legitimandi personam, & validãdi actum: tunc illud adhiberi debet in ipso actu; non autem post actũ, vt p Paul. de Cast. in l. liberorum. §. fi. in fin. de his qui not. infamia. & Tiraquel. de legib. connubia. l. fi. Glo. 6. nu. 2. cum pluribus sequẽ. sed iuramentum in teste requiritur, ad effectum prædictũ; quia alias non valeret d. l. iurisiuradi. C. de testi. cũ alijs supra allegatis; merito ergo. Rursus probatur

10 dicta opi. † quia iuramẽtum testis est iuramentum veritatis dicendæ, quia iurat de veritate dicenda; non autẽ dixisse. Innocen. in c. ad hæc. de testi. sequitur Calca. in consi. 80. col. 6. post. nu. 17. & quamuis deponãt aliquando per verbum Credulitatis, vt l. 1. de ventre inspici. & c. proposuisti. de probat. tamen tunc non dicũtur proprie testes, secundum gloss. in l. 2. §. idem Labeo. & ibi quoque Barto. de aqua pluuia arcen. ergo dẽt præcedere; nõ autem sequi, quia sic esset de veritate iam dicta, & potius videtur iuramentũ confirmatorium, quam assertorium. Ac-

11 cedat præterea, † quia sic posset deferri iuramentum post depositionem factam in continenti, frustra citaretur pars ad videndum

videndum iurare testes, ad effectum dandi interrogatoria, prout obseruat cõmunis practica iuxta theoricam Bart. in l. 1. colum. tertia. si cert. peta. & Signo. in consil. 19. col. 2. quia reperiretur examinatus. Et si diceretur, quòd posset repeti, istud esset peruertere ordinem iudicij, cum super interrogatorijs esset reiterandum iuramentum; uel si non reiterandũ, vt quia sufficeret iuramẽtum præstitum post depositionem, forte super articulis, tunc nõ verificaretur conclusio Docto. quòd testis posit iurare in continenti post depositionem, ex quo deberet examinari sup interrogatorijs: & non diceret deposuisse, & ex consequenti nec iurasse post depositionem. præterea cum citato esset assignandum congruum tempus ad videndum iurare testes, esset pœne imposibile, quòd iuraret in continenti. & cum resultet ista absurditas, videtur dicendum, quòd non debeat posse iurari post depo-
12 sitionem, validum † est enim argum. ab absurdo l. scripto hæred. vnd. lib. l. nã absurdum. de boni. lib. & §. cum ergo. in ti. quib. ex caus. manu. nõ lic. & cum ita, vt supradictum est, semper obseruauerit cõmunis practica, vt, scilicet, prius testes iurent, deinde deponant, non est temere dicendum, quod hoc mutari posit, ordinem peruertendo, vt inquit tex. cum Gl. quæ loquitur in terminis huius materiæ in lege minime. de leg. Vltimo facit pro
13 dicta opi. † quia tunc iuramentum diceretur inesse ipsa depositione ex eo, quòd in continenti post eam præstitum fuisset, quando ipsa depositio non esset habita pro perfecta; vt tenent magis communiter Docto. in l. lecta. si cert. peta. & habetur per Corn. in cons. 288. col. 4. ad fi. vol. 3. sed certum est, quod testis, cum nihil vltra probare intendit, dicitur suam depositionem perfecisse: ergo iuramentum nõ dicitur inesse, hoc est, esse intus depositionem, sed apud eam: quo casu nihil iu-
14 ramentum potest operari, † cum rei perfectæ nihil addi potest, l. perfecta. C. de dona. quæ sub mod. & si diceretur depositionem non esse perfectã, donec iuretur respondeo iuramentũ non respicere perfectionem depositionis; sed potius validitatem ipsius; quia iuramentum nihil addit ei, vt, scilicet, plus contineat, sed solum robur & efficaciam præstat, quam tamen in isto casu præstare nõ potest, quia præstaretur ad confirmandam depositionem; non autem ad eam sollemnizandã & roborandam: & nos sumus in iuramẽto assertorio; non confirmatorio: & sic iuramentum præstatur, vt sollemnizet, & roboret ipsam depositionem; non vt eam confirmet: ergo debet præstari in ipso actu, id est, antequam testis deponat. ꝑ hoc adduco Bologni. post Bald. ab eo allegatum, in consi. 59. colum. 3. in fin. & se-
15 quenti, vbi † vult, quod quando decretũ iudicis interponitur ad sollemnizãdum & roborandũ actum, debeat in ipso actu præstari; sed si ad confirmandum, tũc possit præstari seu interponi, etiam ex interuallo. in hoc tamen non facio magnum fundamentum; quia dicitur decretum interponi in ipso actu quãdo negocio peracto inter partes adhibetur: & secundũ hoc satis dicitur interpositũ in ipso actu sicut videretur quoque posse dici de iuramento præstito post depositionem in continenti, quo casu iuratum censetur in ipso actu, idest, in ipsa depositione: per quam rationem nonnulli fuerunt in contraria opinione, quòd, scilicet, iurari possit post depositionem, dummodo in continenti iuretur: quam opinio. tenet Ias. in repeti. l. admonendi. cuius ibidem meminit Ripa. nu. 195. de iureiuran. vbi volunt in effectu, quòd si post depositionẽ statĩ iurauit, nõ diuertẽdo ad extraneos actus, talis depositio valeat. & hoc etiam vr̃ tenere Nat. in consi. 537. nume. 9. tunc enim dicitur factum in continenti, quãdo partes non diuertunt ad extraneos actus, vt post alios dixit Corne. in consi. 288. colum. 4. in littera G. vol. 3. & in ca-
16 su † nostro dicitur non diuertisse ad extraneos actus, quãdo non discesit ab examinatore, vt dixit Gram. ĩ cõs. 79. col. 2. in prin.

in prin. in ciui. Alex. in consi. 54. col. 3. nu me. 14. vol. 7. Alc. in tracta. præsum. regu. 2. præsum. 29. nu. 2. post Bal. ab eo allega-
17 tum in d. l. lecta. si cer. peta. † Sic in simili dicimus, testamentum debere fieri vnico contextu, id est, antequam diuertatur ad extraneos actus l. cũ antiquitas. C. de testam. l. si is, qui. eo. ti. Calca. cõs. 91. col. 1. ver. in contrariũ. & quia, vt dictum fuit, ea, quæ fiunt incontinenti, videntur ines
18 se; † paria enim sunt, aliquid vel in ipso actu fieri, vel ante; vel post in continenti vt per Ias. in l. non solũ. §. morte. col. 5. de noui. ope. nunc. & in l. qui in aliena, §. ius
19 sum col. 4. de acq. hære. † & alibi dicitur ꝙ paria sunt aliquid fieri in termino, vel parum post terminũ. Glo. not. in l. Pomponius. §. ratihabitionis. in ver. contestationem de procura. cum concord. relatis
20 per Gram. in cons. 107. nu. 8. in ciui. † Et rursus alibi habetur, ꝙ in his, quæ cõiunctim fiunt, non attenditur ordo prioritatis, & posterioritatis. l. quidã, de inut. stipul. & §. ante hæredis. de leg. Sed his omnibus, quæ adduci possent, respõdetur, ꝙ procedunt, quando non tractatur de ordine necessitatis, prout vere tractatur in casu nostro, ex quo sumus in dispositione legis, ita expresse mandantis, quòd prius iurari debeat, deinde testimoniũ perhiberi, vt d. l. iurisiurandi. C. de testib. tunc enim præposteratio ordinis vitiat actum Sali. in l. præposteri. C. de testa. quod & voluit etiam Corn. in consi. 136. col. 2. in princ. vol. 3. cum enim lex mandat prius iurari, vtiq; prohibet iurari post, l. cũ lex. de legi. l. statuliberum. §. Stichum. de leg. 2. l. pater. §. fundum. de leg. 3. & lex prohibitiua inducit actus annullationẽ, vt per Calca. in cõs. 17. col. pen. in prin. & procedit quamuis expresse non dicat, quòd actus sit nullus, si contra fiat. ita Paul. de Castr. in l. non dubium. col. 1. ver. primo, quod factum. C. de legi. ca. cum dilecta. de rescrip. & c. exhibita. de iudi. cũ alijs adductis per Marsi. in cons. 24. num. 27. Cum ergo lex prohibet iurari post, sequitur, ꝙ depositio testis erit nulla, si contra fiat. & tempus in dispositione adiectum, prout in d. l. iurisiurandi habetur, in qua designatur per illã dictionẽ Prius, videtur respicere formam, vt in simili not. per Pau. de Cast. post Bal. in Auth. quæ suppli
21 catio. C. de preci. Impe. offeren. † & forma mutari nõ põt. c. cũ dilecta. & ibi Fely. nu. 42. & nu. 58. de rescrip. c. Pisanis. de rest. spolia. l. qui Romæ. § 1. de verb. obl. & l. constitutionibus. ad munici. Secundo tamen pro hac secunda opi. facit tex. cũ Gl. in l. generaliter, in prin. in versi. de finitiua. C. de reb. credi. vbi iur̃m interpositum post sententiã, dicitur interpositũ in ipsa sententia, si fuit in continenti iuratum. sed ad hoc respon. eodem modo; quia ibi non est ordo necessitatis, sicut in casu nostro, in quo per legem traditur forma, vt prius iuretur; deinde testimonium perhibeatur; & ab hac forma non potest discedi. dict. l. constitutionibus. ad muni. & l. certa forma. C. de iure fisc. li. 10. cũ alijs supra allegatis. Tertio & vltimo facere vr̃; quia immo suadetur iuramentũ in teste non esse de forma; & ideo quomodocunque interueniat, siue ante, siue post, nihil interest, & satis est, ꝙ iuretur. quòd autem non sit de forma patet,
22 † quia iur̃m põt remitti per partẽ, vt in c. consuluit. de vsur. & c. 2. cũ ibi. not. de rescrip. & per Bar. in l. Lucius in fi. de fi-
23 deius. ergo non est de forma; † quia certum est, ꝙ formæ renunciari non potest l. quidã decedens. de admi. tu. Sig. consil. 155. col. 2. ad fi. & Calc. in cons. 25. colu. 14. & supra sæpe dixi. Sed alteri, & sic primæ opinioni adhærendo, quæ vr̃ cõis, & vera, ad hoc faciliter respondetur & dicitur, potius hãc rationẽ ꝓbare cõtrariũ cũ enim remisso iuramẽto, talis ita examinatus, nõ dicat̃ testis in figura iudicij; sed tãquã relator, vt supra dixi circa pri. huius priuile. & habetur per Nat. in cõs. 489. n. 8. & seq. manifeste sequitur, quòd sit de forma. præterea non sequitur, renũciari potest huic iuramẽto; ergo non est de forma; quia formæ introductæ ob propriã vtilitatẽ renũciari põt, vt habet̃ in

d. c.

d.c. cũ dilecta. & dicã ẽt alibi. hoc autẽ
24 præsuppositio, q͂ sit de forma.† infertur, q͂ nõ poſsit adhiberi poſt actũ Gl.eſt no ta.in c.1.75.diſt.& not.in d.c.cũ dilecta.

Tertio ampliatur procedere, etiam ſi Papa reſcriberet, vt crederetur teſtibus non iuratis:nam adhuc eis, ſine iuramen
25 to examinatis,non crederetur;† quia iuramentum in teſte eſt de iure diuino, vt c.& ſi Chriſtus.de iureiu.Bolog.in conſ. 31.col.3.verſi. præterea dato & ita dicit Rip.in d.l.admonendi.n.194. de iureiu. allegat Geneſ.c.30. quæ ratio non cõclu dit;quia quamuis iuramentum ſit de iure diuino, tamen in ipſo teſte eſt ſollemnitas inuẽta a iure ciuili ad eius dictum validandum: quoniam ex creſcente hominum malitia cepit eis non credi, vt di cit tex.in d.c.& ſi Chriſtus.& ideo circũ ſcripta iſta ſollemnitate iuris ciuilis bene dictum teſtis valeret, vt poſt alios notabiliter ſcribit Dec.in l. milites. colum.
26 fi.in fi.C.de teſtam.milit.Præterea †Papa poteſt etiam diſpenſare contra ius diuinum, maxime ex cauſa, vt per Innoc.& Abb.poſt alios in c.quæ in Eccleſiarũ.de conſtitu.Barto.in proœ.Digeſtorum colu.3.& dicunt Doc.in c.propoſuit.de cõ ceſſ.præben vbi Inno.Hoſt.Io.And.Ab. & alij, quòd Papa poteſt in omnibus diſpenſare, præterquam in articulis fidei.
27 † & nuncupatim, quod poſsit diſpenſare in iuramento, habetur in Gl.1.& ibi Docto.in c.quanto.de iureiu.& Rom. in cõ ſil.12.cum alijs adductis per Goza.in cõ ſil.51.colu.7.in princ.poſt num.16. Ideo dicendum eſt, quòd propterea Papa non poteſt reſcribere, quòd credatur teſtibus non iuratis;quia iuramentum in teſte, in ductum eſt fauore partium, cui quamuis ipſæ(inquam, partes) renunciare poſſint:Papa tamen non poteſt contra earũdem voluntatem diſpenſare;quia ſic præſtaret occaſionem delinquendi ipſis te-
28 ſtibus.† Et hinc eſt etiam; quod non valet ſtatutum, vt credatur teſtibus non iuratis, vt tangit Dec.in d.l. milites.in fi. ſicut etiam non valet, quòd credatur teſtibus deponentibus de credulitate, vt per Roma. in ſingul.358. eo quod teſtes iurant de veritate dicenda; non autem de credulitate, vt per Iaſ.in rub. de iureiur. & ſic debet deponere de eo, q͂d vere nouerunt;nõ de eo, quod crediderunt. Calca.in conſ.80.col.6.poſt n.17.vbi allegat Innoc.in c.ad hoc. de teſt.addo Abb. in c.2.nu.10.& 12.de iureiur.nec obſtat, q͂ poſsit diſpenſare circa iuramentum per Glo.in d.c.quanto; quia procedit quantum adhoc, vt ipſe habeat interpretari, an ex iuſta cauſa præſtitum fuerit; & ſic an fuerit obligatorium;non autem, vt ex toto tollatur, in præiudicium aliorum. De qua materia diſpenſandi circa iuramentum habes latiſsime per Ioã.de Sel-
29 ua in ſuo tracta.de iureiuran.†Amplius dico, quod Papa non abſolute diſpenſare poteſt contra ius diuinum; ſed ſolum ex magna atque graui cauſa, vt copioſe deducit Gozad. ad quem ſemper recurre circa hunc articulũ, in d. conſ.51. col. 14.verſ.aggredior ſecundum articulum.

30 Quarto ampliatur † procedere, etiam ſi primo iuraſſet non deponere; quia, eo iuramanto nõ obſtante, ſecũdum adhuc validabit eius depoſitionem quia primũ iuramẽtum fuit temerarium; & ideo nõ obligat, vt c.intimauit, & ibi Abbas.& ad eundem addi. & in c.conſtitutis el 1. de teſti.

31 Quinto† ampliatur procedere, etiam ſi iuraretur per falſos Deos;quia facit valere dictum ita iurantis, cũ aliàs abſq; aliquo iuramento non valeret; quia habet rationem ſiue formam veri iuramenti, quo ad periurium, & alios iuris effectus, etiam ſi per Chriſtianum fuerit iuratum vt per Innoc.& Abb.col.fi.& alios. in d. c.& ſi Chriſtus.de iureiu.Io.de Selua in d.ſuo tract.de iureiu.q.1. ad fi.quæ tamẽ ampliatio procedit, quando iurans credebat ſe per vera numina iurare, vt declarat Couar.in c.quamuis.de pact.in 6. §.quartus.in prin.in 3.parte. ita tamẽ iurans grauiſsime peccat, vt idem dicit in eo.c.§.1.nu.7.in prima parte.

Vltimo ampliatur non solum procedere in prima depositione; sed etiam in secunda, cum de nouo producitur testis, vt repetatur, secundum Glo. nota. in leg. si. in ver. iterum. C. de testi.

Hoc nostrum priuilegium recipit aliquas notabiles declarationes seu limitationes. & primo limi. † nō procedere, qn̄ iuramentum testis fuisset remissum ab ipsis partibus. quod fieri potest, ex quo iuramentum in illo requiritur, fauore ipsarū partium, vt supra diximus, & tradit quoque Abba. in c. Tuis quæstionibus. in 3. not. de testibus. Roma. in consi. 20. colu. 1. versi. primo quia. Affli. decis. 191. post num. septimum. Felyn. in cap. constitutus in 8. colum. post num. 23. Marsi. in singu. 214. singul. 268. & singul. 434. isto tamen casu non erit vere testis in figura iudicij, vt sæpe dictum fuit, auctoritate Alex. in cons. 92. nu. 14. vol. 6. cum alijs supra allegatis.

33 Secundo limi. † verum esse quādo testes iurant coram suo iudice competente; quia tunc bene iuramentum validam redderet eius depositionē; secus, si iuraret corā iudice incompetenti, vt in clerico dicit Abb. in c. si qui testium. nu. 6. & in c. cum nuncius. de testi. vbi dicitur, ꝙ quando examinandus est coram iudice laico, debet prius iurare coram suo iudice ecclesiastico; alias non valet. Idem tradit Rui. in cons. 57. col. 2. ver. tertio. vol. 1. & Craue. in cons. 2. nu. 7. & ideo etiam dicitur per eundem Craue. in cons. 115. col. 2. ver. & primo considero, ꝙ si quis iuraret coram priuata persona, prout est, quando non est iudex competens, nihil iuuaret tale iuramentum.

34 Tertio † limi. quando statutum diceret, ꝙ deberet stari dicto alicuius de eo, quod sibi videbitur, quia cēsetur electus, vt arbitrator: & ideo illius dicto stādum est etiam, si non iurauerit & sic in isto casu iuramētum non est necessarium, & ꝙ stari debeat taliter deponenti, habetur ꝑ Bart. in l. Theopompus. de dot. prælega. Rom. in d. cōs. 20. col. 2. ver. tertio, quia & sequitur Ant. de Pet. in rep. l. 1 n. 383. de iurei. Sed ꝯ hoc vr̄ obstare vulgatum dictū Ang. licet notā. in l. si vacātia. C. de bon. vacan. li. 10. vbi vult, ꝙ stante statuto, vt ī certis causis stari debeat dicto alicuius, intelligitur mediante iuramento, & allegatur tex. in d. l. Theopompus, cū ibi not. de dot. prælega. ibi Iuratus scripsit. & concordan. referuntur per Alexā. in consi. 11. vol. 3. & per Bauer. in suo tract. de virtu. iuramen. in 56. effectu. numero 104. & per Mars. in singul. 401. Idē Alexand. in cons. 64. nu. 3. & consil. 82. nu. 4. vol. 6. & Tiraq. in tracta. præscr. §. 1. gl.

35 8. versi. illud tamen præmittendum. † Et ideo dicitur, quòd non debet stari arbitrio asserentis, quod sibi nō liquet de causa ad effectum inualidandi laudum; nisi iurauerit, vt voluit Blanc. in tracta. de arbit. quæstio. 9. num. 34. quinimmo etiam in arbitratore idem dicitur; quia si sit cōmissum aliquid conscientiæ alicuius faciendum, si vult actum suum sortiri effectum, debet prius iurare, quòd ita eius conscientiæ videtur, vt scribit Paul. de Cast. in l. de pupillo. §. qui opus. post Ange. ibi. de noui. oper. nunci. & ibi dicit esse notabile. & dixi de hoc supra late. in 2. priui. cogitabis tamen.

36 Quarto † limi. non habere locū, qn̄ testis iurauit, & iudex non intellexit eius iuramentum, vt quia erat absens; nam tale iuramentum non validaret eius dictum, quia iuramentum ita præstitū nullum est, vt legitur & notatur per Mars. in cōs. 2. nu. 26. & cōs. 4. ad fi. quinimmo diceretur non iuratus, & ex consequēti nō probaret, vt habetur per Gram. in cons. 150. nu. 26. in ciui. vbi allegat Bal. in l. fin. col. 1. in vlt. not. C. de compensa.

37 Quinto limi. † quādo testis iuraret in die feriata, quia tale iurm̄, tamquam nulliter præstitum, non validaret eius dictū l. omnes. & l. dies. C. de feri.

38 Sexto † limi. quando testis iuraret parte non citata. l. si quando. C. de testamen. l. iudices. C. de fid. instrum. Sign. per hæc iura, in cons. 241. colu. 2. in princ. Marsi. in sing.

in sing. 24. facit etiam tex. in c. 2. de testi. & Corn. in cons. 34. vol. 2. cum simi.

39 Septimo † limi. vt non procedat, quãdo iurauit, & deposuit extra articulũ; q̃a quo ad illud dicitur deposuisse non iuratus. Gl. in c. de testibus. & ibi Doct. tit. de testi. Are. in l. 2. C. de edẽ. Gram. cõs. 53. col. fi. nu. 7. in ciui. Ab. in d. c. de testibus. Calca. in d. cons. 80. nu. 17. Et ideo cautela est, quòd testis iuret se deponere super tota causa, vt tradit Abb. in c. p̄ tuas.
40 in fi. de testi. & in dubio † videtur iurare super tota causa, vt per eundem Abb. in d. c. de testibus. num. 6. & Alex. in l. si duo §. idem Iulianus. nu. 17. de iureiur. Fely. in d. c. per tuas. colum. pen. & in d. cap. de testibus. col. fin. & Bologn. in l. 1. post nu. 27. si cert. peta.

Octauo limi. procedere, quãdo testes iurarent in iudicio valido; aliàs iuramẽtum, & depositio nihil releuarent, vt per Corn. in d. consi. 34. cum simil. quæ possunt allegari.

41 Nono † limi. & declara nostrum priuilegium procedere in illis casibus, in quibus necessarium est iuramentum; quia in illis bene habet validare depositionẽ; secus in alijs casibus, in quibus testis probaret absque iuramento, secundum Ro. in l. admonendi. de iureiura. vbi vult, ꝙ quando deponit super notorio, item ad informationem iudicis, vel deponit in causa, in qua potest procedi sine strepitu, & figura iudicij, vel omissa iuris sollemnitate; nam in his casibus putat non esse necessarium iuramentum. & idem dixit in d. consil. 20. vbi etiam vult non oportere testem iurare, quando deponit de credulitate, de quorum veritate non aliter nunc tractandum censui, sed remitto me ad Doct. in d. l. admonendi. vbi viden. Hoc solum admonuisse sufficiat, quòd in casibus, in quibus testis probat absque iuramento, non est proprie testis, sicut supra sæpius commemorauimus.

Decimo limi. vt bene procedat in ipsa depositione, & dicto testis, vt non valeat absque iuramento; secus autem in declaratione ipsius dicti; quia non est necessarium iuramentum. & valet talis declaratio, quia, qui declarat, nihil noui facit. ita voluit Roma. in cons. 482. ad fin. post Bart. in l. hæredes palam. §. si quid post. d̃ testam. & Bal. in Auth. hodie. C. de iuramen. calu. & not. in l. fi. C. de test.

Vndecimo, & vltimo limi. non procedere, quando testes iurarent ante litẽ cõtestatam; quia eorum depositio non probaret, quãtumuis iurata, vt toto ti. vt lit. non contest. c. 1. & c. accedens. el 2. eo. ti. & c. dudum. el 2. de electio. nisi examinarentur ad perpetuam rei memoriã; quæ res quẽadmodũ procedat, declarat Corne. in cons. 185. col. 3. ad fi. vol. 1.

Non est prætermittẽdũ vnũ, quod in hac materia dicit Bauer. in tract. de vir-
42 tu. iuram. nu. 104. † nam vult, quòd deponentes de peritia artis præstant iuramentũ d̃ veritate, non autẽ de credulitate ex eo, quod deponunt super arte ipsorum. l. semel C. de re milita. lib. 11. & l. comparationes. C. de fid. instrum. quæ iura ad hoc adducit Signo. cons. 115. colu. 2. nu. 7. aliàs enim si deponerẽt super arte, quã ignorarent non facerent probationem, vt per Aret. in consi. 83. colum. 8. ver. venio nunc ad duo. Alexan. in cons. 116. in princip. volum. 3. Mars. in l. 1. §. præterea nu. 33. ad leg. Cor. de sicar. Grat. lib. 2. respon. 81. n. 51. & resp. 150. n. 7. & Gram. in cons. 36. col. 1. ad fi. in ciui. Hoc tamẽ non videtur verũ, ꝙ, scilicet, tales deponentes de peritia iurent de veritate; q̃a immo eorum testimonium est credulitatis; nõ veritatis, secũdũ Bar. in l. 1. de vẽt. inspi. & tradit Cępo. in cõs. 28. col. antep. in prin. vbi, dicit, ꝙ quãuis aliàs testibus de credulitate non sit credẽdũ, vt p̄ Are. in cons. 44. & Mars. in singul. 19. cum simi. tamen hoc limitatur in testibus deponentibus de peritia. quod etiam voluit Corn. in consi. 134. col. 3. in littera G. volu. 3. nam si iurarent de veritate dicenda sæpe deponerent falsum; cũ aliquãdo, immo etiam frequenter fallantur, & peritiores

43 res deponant contrariũ.† & hinc est, ꝙ sententia lata de cõsilio peritorũ, nõ trãsit in rem iudicatã; quia potest retractari, si peritiores contrariũ attestentur, vt per Dec. in c. proposuisti. nu. 14. vbi dicit cõmunẽ esse opinio. de proba. quãuis ipse post Abb. & Aret. teneat contrarium.

44 Notandum † est etiam satis ad propositum nostri priuilegij, quòd de iuramẽto testis debet constare ex actis ipsius iudicij; quia regulariter testis nõ præsumitur iuratus, cum iuramentum non præsumatur. Bald. in l. ne in arbitris. ad fi. C. de arbi. Ab. in c. tuis quæstionibus in fi. de testi. Tiraq. in tract. de præscr. §. 1. gl. 4. ver. vigesimo tertio. Ideo autem debet cõstare per acta, quia tale iuramentum est de actis, & acta non probantur, nisi per scripturam, per tex. in l. a consulibus. C. de appellat. & in c. quoniam contra. de probat. & Guid. Pap. q. 528. Creditur tamẽ notario de actis ipsius sine testibus. l. in donationibus. C. de donati. tradit Ruin. consi. 56. col. 3. nu. 5. vol. 1. Sed hic dubitari cõtingit, an si notarius dicat in actis: Titius testis, citatus, relatus; & iuratus, &c. probetur per hæc verba iuramentũ ipsius testis? videtur, quòd non; quia de iuramento fit mentio per verba enunciatiua, quæ regulariter non probant, c. si Papa. de priui. in 6. §. plane. Inst. de mili. testamen. cum vulgari. & ita, quòd iuramentum non probetur, tenet Corn. in consil. 121. col. 4. in fi. vol. 2. & sine aliqua cũctatione affirmauit Io. de Amic. in cons. 73. nu. 18. vbi expresse inquit, ꝙ nisi ex actis aliter constet de iuramento, non satis est notarium dicere: Titius testis iuratus, &c. pro qua opinio. facit, quod in simili dicitur de clausula Visis actis, quæ ponitur in procemio sententiæ: quæ non probat, vt censeantur acta visa per iudicem. vt habetur per Bertachi. in suo tracta. de episcopo. lib. 4. par. 4. nu. 128. Abb. in ca. quoniam contra. n. 26. de probat. de quo etiam per Marsi. in l. 1. §. si quis dicatur. nu. 5. de quæstio. & Nat. cons. 525. nu. 42. quod non videtur aliunde procedere, nisi quia verba sunt enunciatiua, quæ non faciunt aliquam probationẽ. In contrariũ facit, quia cũ ď stylo omniũ curiarũ sit, vt testes iurent, arguendo à solitis, iuxta l. 2. de eden. & Mars. in singula. 1. & singu. 336. vbi habentur concordantiæ; videtur dicendum, ꝙ stari debeat notario ita asserenti, quamuis per verba enunciatiua, vt per Imo. in consi. 56. quem refert & sequitur Couar. in c. quamuis. de pact. in 6. §. 1. ver. ꝙ si lex exprimat. ad fi. in prima parte. & quod probet iuramentum, tradit Bald. in l. fin. in vlti. colu. ver. quæro cauetur. C. de re iudi. & concordan. adducit ad hoc Viui. in versi. testes cum iuramento. nec obstat, quod verba enunciatiua non probant; quia non procedit, quando verba enunciatiua sunt necessaria ad actum; quia tunc illud probant, quod necessario requirebatur ad actum, vt legitur, & notatur apud Abb. in cons. 17. in fin. par. 2. & Dec. in cap. venerabilis. colum. 12. post nume. 22. versic. vnde aliter respondetur. de exceptio. nec obstat etiam, quòd iuramẽtum est de actis, & acta debent probari per scripturam, vt supra dicebamus; quia respondeo, ꝙ procedit in sententia, libello, & in alijs actis, quæ de substantia requirũt scripturam; non in iuramento, quod probabitur per ipsum notarium, vel per testes, prout sentit Bald. in l. 2. colum. 3. versi. nota. ex lege nostra. C. de eden. vbi dicitur, ꝙ iuramentum & alia acta iudicialia, in quibus scriptura nõ est de substãtia, possunt probari per testes. quod etiã voluit Ale. in cõsi. 1. volum. 4. & istud sane procedit, quãdo examinatio fuit facta tali die, qua per testes iurari potuit; aliàs secus, secundum Bald. in d. l. fin. C. de re iud. & in Authen. si quis in aliquo documento. colum. 2. C. de eden. & in l. iurisiurandi. col. 7. ver. sed pone, ꝙ reperitur. C. ď testa. vide alias lim. apud Mar. sin. 268. & 434. & Felyn. in suo Reperto. in ver. testis si non sit iuratus. fol. 130. col. 4. in prin. Abba. in c. proposuisti. n. 4. de proba. in c. tuis quæstionibus, & in c. de testibus. de testi. & in

cap.

c.cum olim.de dolo.& contu. Putarem tamē ad remouendas istas opinionum diuersitates, dici posse, ꝙ aut per notarium fit mentio de iuramento per verba enunciatiua in modū, de quo supra; & tunc ꝓcedit opi.prima, ꝙ non probatur iurm; aut de ipso iuramento fit mētio aliter in actis, vt quia dicatur tales testes comparuerunt tali die, & iurauerunt; & tunc ꝓcedit secūda opi.quia stādū est scripturæ de actis sine testibus, vt supradictū fuit.

SVMMARIVM.

1 *Interesse debet liquide probari.*
2 *Interesse, vbi non probatur, præstari non dēt.*
3 *Nemo sine interesse experitur.*
4 *Appellatio sine interesse interposita est nulla.*
5 *Sententia lata pro eo, qui caret actione; dicitur nulla.*
6 *Iuramentum suppletorium defertur ad probandum interesse.*
7 *Interesse, vt liber, vel instrumentum edatur, probatur per iuramentum.*
8 *Interesse probatur per iuramentum, quando ita inter partes cōuenit, & valet talis conuentio.*
9 *Iuramento non statur; quando iuratur de interesse non verisimile.*
10 *Allegans inverisimile non debet audiri.*
11 *Testes deponentes inuerisimilia sunt repellendi, & sunt suspecti de falso. nu 12 1.*
13 *Instrumentum continens inuerisimile est suspectum de falso.*
14 *Verisimilitudo in omnibus debet attendi.*
15 *Verisimilitudo maior vincit minorem.*
16 *Iuramentum non attēditur, vbi sequitur enormissima læsio.*
17 *Læsio enormissima æquiparatur dolo ex proposito.*
18 *Iuramētū nō attēditur, vbi est suspicio vsuræ.*
19 *Hæres non iurat de interesse, iuxta conuentionem defuncti.*
20 *Interesse probatur per iuramentum, vbi intercessit dolus aduersarii, & difficultas probationis.*
21 *Mora non est dolus sed lata culpa.*
22 *Qualitas facilius probatur, quàm substantia.*
23 *Qualitas facilius præsumitur, quàm substātia.*
24 *Actor iurat in litem ob retardatam solutionē centū, ad quæ reus fuerat condemnatus.*
25 *Debitor magis peccat in non restituendo, quā in non soluendo.*
26 *Iudicia non debent initiū capere a præceptis.*
27 *Iuramentum in litem vt deferri posset, debet de dolo vere constare.*
28 *Interesse an differat ab extimatione rei.*
29 *Interesse appellatione, res principaliter debita non continentur. sed ea quæ sunt circa vel extra rem.*
30 *Quantitas pecuniæ mutuatæ probatur per iuramentum.*
31 *Dolus in committendo maior est dolo in omittendo.*
32 *Culpa in faciendo non compensatur cum ea, quæ est in omittendo.*
33 *Culpa leuissima in faciendo æquiparatur leui in non faciendo.*
34 *Pater si destruat bona filii in committendo, aufertur sibi administratio; aliàs secus.*
35 *Delictū in negligēdo nō punitur criminaliter*
36 *Mora in committendo odiosior est ea, quæ cōsistit in negligendo.*
37 *Minori facilius conceditur restitutio in integrum ex læsione in omittendo, quàm in committendo.*
38 *Feudatarius, qui conuenit cum domino ne ob culpam priuaretur, priuatur ex culpa consistente in facien.*
39 *Argumentum de delicto in faciendo ad delictum in omittendo non valet.*
40 *Facere non est idem quod omittere.*
41 *Mendaciū facit perdere beneficia legum.*
42 *Mendaciū facit quem in expensis condēnari.*
43 *Mendacium facit heredem non deducere expensas.*
44 *Mendacium facit quem condemnari in eo, de quo agitur.*
45 *Mendacium facit fideiussorem amittere beneficium excussionis.*
46 *Mēdaciū facit feudatariū priuari iure feudi.*
47 *Mendacium facit quem priuari emphyteusi.*
48 *Mendacii causa leges introduxerunt multa singularia.*
49 *Mendacium non potest esse sine dolo.*
50 *Dolus ita in omittendo, sicut in faciendo committitur; & vterque est verus dolus & quomodo procedat. nu. 58.*
51 *Notarius, omittens apponere indictionem in instrumento, vitiat illud.*
52 *Facti appellatione, continetur non factum.*
53 *Dolus præsumitur, si quis non faciat quod facere tenetur.*
54 *Dolus quanto latentior, tanto magis punibilior.*

L. 4 55 Ani-

55 *Animus magis facto, quã verbis, declaratur.*
56 *Affirmationes sunt magis entia.*
57 *Sollemnitas vbi omittitur, ibi præsumitur esse dolus.*
59 *Iuratur in litem, non solũ super intereße dãni principaliter illati, sed etiam super emergentibus.*
60 *Iuramentum in litem non defertur contra notarium, qui per errorẽ aliquid falsum scripsit.*
61 *Error potius præsumitur, quàm falsitas. & ibi quomodo procedat,*
62 *Iuramentum in litem non defertur contra tertium.*
63 *Iuramentum in litem non defertur contra fideiußorem.*
64 *Statutum loquens, quòd de dãno stari debeat iuramento damnum paßi, non vendicat sibi locum in furto.*
65 *Damnum dupliciter consideratur.*
66 *Genus comprehendit omnes eius species.*
67 *Verbum vnum positum in statuto, quod potest capi, vt genus, & species, capitur in specie.*
68 *Statutum, quod stetur iuramento damnũ passi est contra ius ciuile naturale, & diuinum.*
69 *Verba vniuersalia faciunt venire in dispositione, quæ aliàs non venirent.*
70 *Iuramẽto damnũ paßi non statur, quando per euidentiam rei probatur contrarium.*
71 *Sollẽnitas extrinseca in antiquis præsumitur.*
72 *Statutum prohibens opponi exceptionem nullitatis, non comprehendit eam, quæ ex facie instrumenti constat.*
73 *Iuramentum in litem non defertur, vbi reus vult diem & tempus ilati damni specificari.*
74 *Iuramentum in litem, si non sit verisimile, nõ admittitur.*
75 *Iuramentum in litem non defertur coram arbitratore.*
76 *Damnum debet prius legitime probari, vt iuramentum in litem deferri poßit.*
77 *Statutum, quòd de damno dato stari debeat iuramento damnum paßi, non valet.*
78 *Extrema habilia sunt præsupponenda in omni dispositione.*
79 *Dispositio, volens currere tempus negligenti, præsupponit personam habilem, vt contra eã currere poßit.*
80 *Dispensatus ad plura beneficia retinenda, intelligitur, si ea canonice obtinuerit.*
81 *Statutum, mandans mulierem non obligari, sine consensu duorum consanguineorum, intelligitur si adsint.*
82 *Statutum, mandans agnatos præferri cognatis, intelligitur, quod debeãt esse pares in gradu.*
83 *Statutum volens, vt instrumentum exequatur, si in eo fuerint descripti testes certa qualitatis, intelligitur, qđ de illa qualitate debeat prius constare, vt exequi poßit.*
84 *Inconuenientia non debent multiplicari.*
85 *Iuramentum in criminalibus non defertur.*
86 *Probatio, requisita per modum conditionis non potest fieri per coniecturas, & præsumptiones.*
87 *Probatio in his, quæ difficulter probantur, fieri potest regulariter per eas probationes, quæ aliàs non admitterentur.*
88 *Iuramentũ in litem a iudice est deferendum.*
89 *Iuramentum in litem non defertur, nisi iurãs sit omni exceptione maior.*
90 *Pupillus non iurat in litem.*
91 *Iuramentum est probatio irregularis.*
92 *Probatio omnis admittit probationem in contrarium.*
93 *Citari quilibet debet in omni actu, in quo de eius præiudicio agitur.*
94 *Iuramentum in litem non defertur in causis magnis.*
95 *Iurandi facultas in litẽ transit ad heredem.*
96 *Iuramentum in litẽ facilius defertur in actionibus bonæ fidei, quàm stricti iuris.*
97 *Contractus omnes de Mundo de iure canonico sunt bonæ fidei.*
98 *Iuramentum in litem in arbitrariis defertur etiam, si non subsit difficultas probationis.*
99 *Iudex arbitratur intereße partis in iudiciis arbitrariis absque aliquo iuramento.*
100 *Iuratur in litem contra iudicem, per dolũ iniquam sententiam ferentem: idem si sit negligẽs, vel nulliter sententiã ferat per dolum.*
101 *Iudex tenetur parti ad ĩtereße ex iniqua sẽtentia, ex negligẽtia, & ex aliis, vt ibidem.*
102 *L. si quando. C. vnde vi extenditur ad quemcumque, damnum inferentem.*
103 *Iuratur in litem cõtra maritum super rebus in eius domum illatis, si casus restituẽdæ dotis veniat.*
104 *Legatarii iurant in litem contra heredem, occultantem dolo res legatas.*
105 *Iuratur contra inferentem iniuriam super ipsius extimatione.*
106 *Iuratur in litem contra amouentẽ terminos.*
107 *Iuratur in litem contra cauponem de rebus existentibus in valisia.*

Iura-

PRIVILEGIVM XXXI.

TRigesimum primum priuilegium est valde quidem p̄cipuum, & in iudicijs sæpe
1 frequentatū; † qa tu scis, ꝙ regulariter interesse debet liquide probari, vel testibus, vel alijs legitimis ꝓbationibus. l. vnica. vbi omnes. C. de sent. quæ ꝓ eo. qđ inter. profer. l. fi. de p̄tor. stip. §. fi. insti. de verb. obli. Natt. in
2 consi. 490. † quia vbi nullū ꝓbatur interesse, ibi nemo tenetur illud præstare, vt
3 dixit Affli. decis. 316. nu. 2. † Et est iuris regula ꝙ sine interesse nemo agere potest. l. si ex conuentione. vbi Pau. de Cast. C. de pact. Rom. in consil. 499. † & alibi
4 dicitur, quòd appellatio interposita sine interesse est nulla, vt per Roma. in consi.
5 374. † Et sententia lata pro eo, qui nullū habeat interesse; & sic carebat actione, pariter est nulla. idem Roma. in consil. 378. & de nullitate testamenti quis dicere non potest, si eius non intersit, vt habetur per Caprā. in consi. 83. in fi. quod procedit tam de iure canonico, quam ciuili, vt per Rom. in consi. 441. col. fin. post nu. 7. & si nihil interfit mandantis, non agit actione mandati, inquit tex. in l. si procuratorem. §. mandati. ti. mād. Et vsq; adeo verum est illud, quod diximus, interesse,
6 scilicet, debere legitime probari, † vt nō deferatur iuramentum suppletorium ad illud probandum, dato, quòd per vnum testem fuisset semiplene probatum, vt per Ia. in §. curare. colum. fi. Insti. de acti. Craue. consi. 320. in fin. & alibi dicemus. Tamen iuramentum habet huiusmodi priuilegiū, circumscripta disputatione, quam super hoc facit Pedem. decis. 57. nu. 4. & Alex. consi. 214. in prin. vol. 7. ꝙ in multis casibus est sufficiens ad illud ꝓbādum. Ego hic aliquos attīgam, qui frequentius in vsu quotidiano habentur: nā si omnes prosequi vellem, tractatū longissimum conficerem: quod non est meę intentionis, cum de cęteris priuilegijs mihil sit agendum. Primus ergo casus
7 est; quia † si iure municipali caueatur, quòd quilibet teneatur edere librum; vel instrumentum illi, qui dixerit sua interesse illud sibi edi, hoc quidem interesse ꝓbabit per suum proprium iuramentum, vt per Rom. in consi. 83. in fi. vbi allegat Bar. ī l. de tabulis. ad fi. de tabul. exhi. qđ facit ad statutum nr̄um sub rub. de instrumen. & actis quibus in aliqua cā quis vti voluerit, in formam publicam exhiben. vbi cauetur expresse, de interesse petentis sibi instrumentum publicum edi,

ſtandum eſſe iuramento aſſerentis.
8 Secundus † caſus eſt, quādo inter partes conuenit, vt de intereſſe ſtari debeat iuramento illius, qui paſſus eſt illud, ex eo forte quòd non fuerunt ſeruatę, pmiſsiones; nam valet talis conuentio, ſecundum Bal. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. de iureiuran. Alex. in conſ. 47. nu. 4. vol. 1. conſi. 130. eo. vol. conſ. 37. col. pen. nu. 30. conſ. 47. col. 2. & conſ. 54. col. pen. vol. 2. conſi. 113. col. 3. vol. 4. Ab. conſi. 51. in princ. par. 1. Affl. deciſ. 91. cũ multis ſimilibus adductis per Cagno. in l. quatenus cuiuſque interſit. nu. 24. verſi. ſucceſsiue, quæro. de reg. iur. Nec poteſt paciſcẽs pœnitere. Abb. in c. dilecti. col. fi. de foro compe. & in c. finem litibus. ad fi. de dolo & contumacia. Signo. conſil. 157. col. 2. Alex. in d. conſi. 37. col. fi. vol. 2. & conſi. 13. col. 2. vol. 4. Soz. conſil. 96. col. pe. & fi. vol. 4. Fel. in c. 2. col. 4. de fid. inſtrumen. Iaſ. in d. l. iuſiurandum quod ex conuentione in prin. de iureiur. Dec. in c. ad hæc. el 2. col. 2. de appella. Bertachi. in ſuo reperto. in verbo Promiſsio. ver. 55. Contrarium tamen; quod ad hoc ſcribit Bolognet. in rub. C. de ſent. quæ pro eo, quod int. profer. poſt nu. 105. vbi dicit, quod poteſt promittens reuocare: arg. l. ſi quis iuſiurandum. C. de iureiurã. nam ſi poteſt in iudicio reuocari, ergo & extra; cum iudicium habeat vim ſtipulationis. l. cum oſtendimus. §. pen. de fide iuſ. tut. Bar. in l. fi. de pto. ſtipula. & Alex. in conſi. 130. vol. 1. cum alijs per eum allegatis. Sed cogita, an dici poſsit, quòd iſta opinio procedit antequam acceptetur per partem; alia vero poſt acceptationem talis promiſsionis. facit quod not. Bal. in l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & poſthum. vbi confeſsio facta pręſente parte, & acceptante, non poteſt reuocari; alias ſecus, ſequit Grã. cõſ. 17. n. 11. ĩ ciu.

Iſta concluſio, quòd ſtari debeat iuramẽto ſuper intereſſe iuxta conuentionẽ,
9 † limitatur non procedere, quando iuraretur quid inuerisimile; quia tunc non ſtaretur tali iuramento, vt per Alex. in d.
10 conſi. 47. nu. 5. vol. 2. † quia in eo, quod eſt inueriſimile, quis non debet audiri. Gram. late in conſil. 62. nu. 1. in cri. & in
11 cõſ. 65. col. 4. in ciuili. & hinc † dicimus, ꝙ teſtes deponentes inueriſimilia, ſunt repellendi Anch. conſ. 57. col. vlt. Innoc. in c. auditis. de præſcripti. & plene Fel. in c. licet cauſam. de probation. Quinimo
12 † tales teſtes ſunt ſuſpecti de falſo. Abb. in c. quia veriſimile. ad fi. de præſcrip. cũ alijs adductis per Craue. in conſil. 28. in
13 prin. † Sic inſtrumentum continens inveriſimilia eſt ſuſpectum de falſo, vt per eundem Crau. in conſil. 56. numer. 19. & conſi. 249. poſt nu. 7. & dixit Bald. in l. 1. col. 3. C. de ſerui. fugiti. quòd illud, quod non eſt veriſimile, cenſetur quid impoſsibile, & veluti imago falſitatis. quod & ha-
14 betur per Dec. in conſi. 43. col. 2. † Veriſimilitudo igitur debet attendi, non ſolũ in contractibus, vt l. conuentionibus. de verbor. ſignifi. & l. ſi debitor. §. veriſimile. de contrahen. emptio. ſed generaliter in omnibus. l. nec eſt veriſimile. vbi Glo. & Doct. de eo. quòd met. cauſ. quia veriſimilitudo dicitur cognata naturæ, vt dixit Bal. in conſi. 180. vol. 3. adde Crau. cõſil. 73. in fin. & conſil. 75. nu. 22. & 23. Et vbi eſſent, vel concurrerent plures veriſi-
15 militudines † inſpicienda eſſet maior. Bal. in l. ſiue poſsidetis. C. de proba. late Marſi. in ſua pract. in §. diligenter. a num. 192. vſque ad nu. 199. Calca. conſil. 61. col. 6. ver. & ideo tollitur. Iaſ. in l. ſi extraneus. col. 2. de cond. cauſ. dat. Marſi. in rub. C. de prob. col. 25. Et dicit Curt. iu. in conſi. 17. col. 2. & Barba. in conſi. 32. col. 2. vol. 1. & conſ. 83. vol. 4. quod ſemper debemus attendere, & ſequi veriſimile. Cum ergo iurans aſſerat aliquid inueriſimile non debet ſtari eius iuramento: ſed in tali caſu Iudex poterit taxare, & moderari intereſſe, vt per Bart. in d. l. fi. col. pen. de præto. ſtipula. & iſtud communiter ſequitur Iaſ. in d. l. iuſiurandum, quod ex conuentione. colu. 1. de iureiur. Marſ. in rub. C. de probat. colu. 30. Fel. in c. veniens. col. pen. & in c. ſuper. el 2. in fi.

de

de test.Bolo.in rub.C.de sent. quæ ꝑ eo, quod int.profer.post nu.105.

16 Secundo limitatur, † dumtamen non sequatur enormissima læsio apud eum, contra quem iuratur, vt per eundē Alex. in d.consi.47. volu.2.vbi etiam declarat quando dicatur læsio ęnormissima.& habetur etiam per Affli.in d.decis.91.& latissime per Sozi.in cons.90.col.2.nu.12.

17 vol.4.† & est ratio; quia enormissima lęsio dolo æquiparatur ex proposito.Bal.in consi.213.vol.1.consi.280. eo. vol.Sozi. consi.263.col.3.versi.ad præmissa.& col. 6.versi.secūdo respondeo.vol.8.Cor.cōsil.161.col.3.& Grat.lib.1.resp.88. nu.4. vbi testatur de magis communi.qui quidem dolus semper in omni actu videtur exceptus.l.creditor.§.Lucius. mand.Pedem.decis.33.& est communis opin. vt habetur in alia Ped.decis. 41.in 1. arti.

18 Tertio limi.† non procedere, quando subesset aliqua suspicio vsurariæ prauitatis, ꝑ quā cōtractus redditur inualidus, vt ꝑ Dec.in cōs.183.& consi.322.& Craue.consi.73.nu.24.

19 Quarto † & vlt. limi. dictam conclus. procedere in eo cui promissum est; non etiam in ipsius hærede; quia non stabitur eius iuramento, vt not.per Marsi.in sing. 346. Curt.iuni.in l.in actionibus. nume. 43. de in lit. iur. Bald. in l.2.de iureiuran. Alexan. in l. qui damni. de damno infe.& in cons.54.nu.1.vol.2.Tiraq.in l. si vnquā in ver.reuertatur.nu. 247. C.de reuocan.donati.

20 Tertius † casus est, vbi interuenit dolus aduersarij, & difficultas probationis: nam his duobus concurrentibus, interesse poterit probari per iuramentū, l.si quādo & ibi Glo.Barto.& reliqui omnes.C. vnde vi.l. in actionibus. vbi pariter omnes.& præcipue Ias.n.17.& Dec. nu.13. & 91.de in lit.iur.l.semper.§.hoc interdicto.quod vi aut clam.Glo.in §.fin.& ibi Io. Fabr.& Ange. Aret. Instit. de verb. obli.Bald.in l.qui accusare. C. de eden. Gloss.in cap. dilecti., de for. compe. Innoc.in c.super eo.quod met.ca.Roma.in sing.401.incipien.interesse.cap.fin.quod met.causa.Paul. de Castr. in l. sicut iniquum. de fide instrum. Affli. decis. 13. nume. 10. Natt. in consil. 545. Bauer.in suo tracta.de virtu.iuram.Ant.de Petru. in repe.l.1.num.72.& nu.337.cum pluribus sequentibus.de iureiuran. & est communis opi.vt post alios indicat Bologne. in d.l.in actionibus, nu. 50. vbi adducit concordan.

Sed contra hunc tertium casum obstant quam plura, ex quibus redditur valde dubitabilis.& primo, quia non videtur verum, quòd omnino requiratur dolus, sed quod etiā sufficiat sola culpa, ad effectum, vt deferatur iuramentum ad probandum interesse, per tex. in d.l.in actionibus.§.plane. vbi expresse dicitur, quòd ob moram promissionis iuratur in litem, si res desierit esse in rerum natura:

21 † & tamen mora non est dolus, sed potius lata culpa, l. mulier. §.sed enim.ibi Sed eius. quæ dolo proxima est.ad Trebellian.l.si mora.vbi Glo. Bal.& Ang.solut.matri.

Pro resolutione istius difficultatis, Docto.in d.l.in actionibus, multa scripserunt, ex quibus vix legentium animi conquiescunt.& primo fatentur, tex. in d.§. plane.procedere in mora, quæ sit culpa, & sic propter culpam, concurrente difficultate probandi, admittunt extimationem rei per iuramentum probari posse: sed non poterit probari res ipsa, quæ tamen, vbi dolus intercedit, ꝓbari potest. volunt ergo quòd vbi dolus intercessit, non solum ipsius rei extimatio probari

22 possit, sed etiā ipsa res.d.l.si quando.† & est ratio, quia leuiores probationes admittuntur in probanda qualitate rerum, quàm in probanda earundem substantia l.si ita scripsero.de cond.& demonst. l.solent.de alim. & cib.legatis cap. per tuas.

23 de proba.† sicut & facilius illa, quàm ista præsumitur, vt per Natt.in consi. 485.n. 11.vnde non est mirum, quod ob solam culpam iuretur in litem, probando extimationem rei. Sed ista declaratio & intelligentia

telligentia præter id,quod est contra cõmunem intelligentiam ad d.§.plane.quẽ volunt intelligi debere in dolo; non autem in culpa,vt statim dicemus; non potest modo aliquo substineri, quia si per iuramentum probatur extimatio rei, in consequentiam probatur ipsa res, sine qua extimatio non procedit:nec tex.in d. l.si quando. dicit,quod per iuramentum probetur res, sed solum extimatio rei, ibi Sacramento extimationem rerum. & ideo secũdo loco dicunt, quod tex.in d.§.plane. loquitur in mora cõmissa post præceptum iudicis.quod patet, quia ibi res deducta erat in iudicio,& iudex erat in limine ferendæ sententiæ; & ideo, ibi dicitur, quia iudex extimare sine delatione iurisiurandi non potest rem,quæ non extat.Constat autem talem moram dolũ esse,quo non uidetur carere,qui iudicis præcepto non obtemperat. l. non potest. ubi not. de reg. iur. & ita scribit Curt.iu.in d.l.in actionibus.num.17. de in lit.iur.quod etiam uoluit Bal.in cõsi.
24 395.vol.2.vbi dixit, † quod si iudex tibi iussit,quod mihi centum solueres, & tunon soluis; potero meum interesse dictorum centum non solutorum probare ꝑ proprium iuramẽtum in litem l.nũmis de in lit. iuran.& ista declaratio videtur communiter recepta secundum Curt.in loco proxime allegato. Sed contra eam fortiter obstat;quia præsupposito, quod ibi sit dolus propter moram factam in non soluendo Stichum;tamen ille dolus est præsumptus, non autem verus, cum potuerit ex iustis, & rationabilibus causis,moueri ad non soluendum,& certissi
25 mi iuris est improbioris esse animi eum, qui non restituit,quàm qui non soluit,vt per Ias.in l.quod tẽ.nu.26. si cert. pet.cũ is,qui non soluit multa allegare posit,ex
26 quibus soluere non teneatur, † Et communiter iudicia à præceptis initium capere non debent l.nec quidquam. §. vbi decretum,& ibi Gloss.& Docto.de offi. Procon.per Imol.in c.cũ venissent colu. 4.in fi.de resti.in integ. & in ca.ad aures. de tempori. ordi. Stante ergo dolo pręsumpto, non potest deferri iuramentum,
27 † quia de dolo debet vere constare,vt ꝑ Ias.in d.l.si quando.nu.41. C. vnd. ui. & in l.in actionibus.n.40.de in lit.iur.Glo. in d.c.dilecti.de for.cõpete.Cott. in suis memorali. in ver. iuramentum in litem. Craue.in consi. 287. nu.5. Tertio igitur Docto.in d.l.in actionibus.dixerunt d.§. plane.esse intelligendum, quod loquatur de iuramẽto in litem veritatis;quod tũc intelligitur procedere cum ꝓsequimur illud dumtaxat, quod a nobis re ipsa abest dolo aduersarij, & non aliquid vltra postulamus, vt declarant omnes in d.l. in actionibus. & de cõmuni testat̃ Alex. in l.cum pater.§.legato. ad legem Falci. Dec.& Curt.iun. in eadem. l. in actionibus.& sic volunt,quod iuramentum veritatis posit deferri, vbi est dolus aduersarij præsumptus: nam, vt supra diximus, non videtur loqui in vero dolo.Sed contra hanc declarationem facit, quia vbi agitur de iuramento veritatis,non vide-
28 tur probari aliquod interesse, † sed solũ quanti ea res est,id est,pretium ipsius rei quod multum distare videtur ab interesse,vt probatur nuncupatim.in l. hæc verba quanti.de verbo.signi. vbi hæc verba Quanti eam rem esse apparet, non ad id quod interest, sed ad rei extimationem referuntur,vt etiam probatur in l.empto rem.§.fi.de actio.emp.& quamuis aliquã do ipsa rei extimatio seu pretium appelletur interesse, vt in l.fi. de prætor. stipu. & in l.si quis a socio.pro socio. & in plerisque alijs legibus, quas citant moderni Bononien.in rub. C. de senten. quę pro eo quod int.proferu.nu. 71. quod & voluit etiam Rui.in consi.141. col.fi.vol.1. hoc tamen ideo est,quia illud Quanti ea res est, loco eius quod interest succedit, vt patet per tex.in l.fi.si quis in ius vocat. non ier. iuncta l. 2.§.fi..qui satisd. cogan. & simile in l.arbitro.de dolo. iũcta.l. fi.§.
29 hæc autem actio. vi bon. rapto. & † regula est, sub nomine interesse,res nobis principaliter debitas, non comprehendi, sed

di,sed ea,quæ sunt circa rem debitã, vel extra. vt per Grat. lib. 2. respon. 150.nu. 38.Sed certe ab hoc videtur posse defendi communis intelligentia, vt satis dicatur interesse,quando res a nobis abest, vt expresse inquit tex.in l. si commissa. rem rat. habe. ibi agitur ad id quod interest, id est,quantum mihi abest: quamuis etiã regulariter lucrũ cessans complectatur. & quòd pretium rei cõputetur in interesse ex eo, quod quis priuatur ipsa re ,pbatur in l.liberum,ibi.In quam cõputationem.de religio. & sumpti.fune.& sic debẽt intelligi omnia iura,quæ dicunt interesse esse pretiũ rei quia habent respectũ ad computationem ipsius pretij in interesse, id est, quia in interesse cõputatur pretium prout latius deducunt moderni Bono.vbi supra,& istã cõmunem intelligentiam possumus confirmare ex alia cõ-
30 muni conclusione; quæ est † quod si ego mutuaui tibi pecuniã, & de mutuo ,pbaui p legitimas ,pbationes,licet nõ de quãtitate ; tñ ad ipsam quantitatem probandam dabitur mihi iurm veritatis, vt per Cepo.in caute.210. Marsi.in singu. 322. Dec.in consi.536.nu.12.& cõsi. 146.nu. 14.Alex.in consi.189.nu.26 vol.6.& diffuse Craue.in tract.de antiqui.tempo.in prima parte.in sectione incipien. Videmus,& abunde.

Secundo principaliter obstat contra id,quod diximus, in iuramento in litem requiri dolum aduersarij, & difficultatẽ probationis, tex. videlicet, in l.argentarius. §.cum autem. de eden. vbi etiam si dolus sit, tamen interesse contra argentarium probari debet testibus, & alijs legitimis probationibus. & ad hoc not. ibi Ias.illum tex.n. 6. & sic nõ videtur verũ, quod vbi concurrit dolus, & difficultas probationis, interesse probari possit per iuramentum in litem ipsius actoris. Ad hunc tex.respondet Ias.ibi, quod loquitur & procedit in dolo commisso in omittendo, cum ille omitteret exhibere librum rationum, qui dolus cum sit quid minus dolo adhibito in cõmittendo non est mirum ꝙ interesse legitime probari debeat. sed in casu nostro loquimur in dolo consistente in commitendo: & ideo sufficit iuramentum.& ita etiam dixit Roma. in sing.401.& declarat Ba-
31 ue.in suo tract.de virt.iuramen.† Quod autem dolus in committendo, sit quid maius dolo consistente in omittendo,ꝓbatur per Glo.singula.in l.si mora.in ver. ne facto. solu. matri. & in l. auxilium. §. in delictis.de minoribus. & late per Tiraq. hoc disputantem in tract.de minuẽ. pęn. leg. causa.54.per tot. notatur in l.si constante. §.si maritus. vbi Glo. in versi. culpanda. solu.matri. Bald. in l.Imperator.colu.pen.de stat.homi.cũ alijs cumulatis per Cagno.in l. contractus. post nu. 67.de reg.iur.Gozad.consil.1. col.5.nu.
32 20.& Craue.consi.8.& ideo dicĩt,ꝙ † q̃uis paria delicta mutata compensatione tollantur,vt per Pau.de Cast.in consi.70. col.5.ad fi.& sequen.volu.1.culpa tamen in faciendo non compensatur cum ea, quæ est in omittendo;quia illa maior est ista,l.item si obstetrix. §.fi. ad leg. Aqui. Corn.consi.40.col.2.ad fi.vol.2.Gozad.
33 in consi.31.numer.19.† Et alibi dicitur, quod leuissima culpa in faciendo æquiparatur leui in nõ faciendo. Bar. in l. qđ Nerua.in 7.quæst.deposi.& Aex. in d.l.si
34 mora.† Et si pater destruat bona, ĩ qbus hẽt vsumfructum,committẽdo, aufertur sibi administratio;secus si in omittendo Bal.in l.cum oportet.§.non autẽ.in prin.
35 C.de bon. libert. Afflı.decis. 3. † Et delictum in negligendo non punitur criminaliter;secus in committẽdo. Bal.in l. data opera. col.2.ver.vel distinguo.C.q accusar.non pos.Sequitur Paul.de Cast. in l.1.nu.9.de legi.refert & sequitur pariter Dec.in c.2.n.12.de constitut. Et mo
36 ra † in committendo odiosior est in negligendo,vt dixit Ancha.consi.158.nu. 1.& consi.411.col.1.Corn.in consi.178. col.2.ad fi.vol.1. Grat.li.1.respon. 93.nu. 63.cũ alijs cumulatis p Tiraq.de pœnis leg.minuen.causa.44.nu.24. cũ pluribus sequen. quod patet; quia quando est in

commit-

committendo, nõ purgatur, nisi intra modicum tempus, cum quæ in non faciẽdo consistit, etiam ex interuallo, & vsque ad litis contestationem, purgari possit l. si insulam. & ibi Doct. not. de verb. obliga. iuncta l. si in lege. §. colonus. locat. quod & tenet Ruin. in consi. 65. nu. 4. vol. 1. & impossibilis conditio in faciendo vitiat stipulationem, secus in non faciendo l.
37 impossibilis. de verb. obli. † Et minori læso in omittendo facilius, quàm in cõmittendo, conceditur restitutio. Aret. in cons. 66. col. pen. ver. non obstat. sequitur Pedem. decis. 157. nu. 6. immo non dicitur delinquere in omittendo, & ideo nõ videtur opus restitutione, secundũ Paul. de Cast. in l. minoribus. C. de his quib. vt
38 ind. Et feudatarius, qui ex sui culpa in omittendo priuari non potest; quia sic cum domino conuenit, quòd scilicet, ob culpam priuari nõ posset, si culpã subeat in faciendo, priuabitur, vt per Grãmati. decis. 105. nu. 43. Et quamuis per subreptionem, quæ in tacendo consistit gratia non vitietur, quando supplicans ignorauit, quod exprimere debuisset. c. gratia de rescri. in 6. tamen per obreptionem, quę narrãdo falsum cõmittitur, vitiatur, quia plus nocet, & magis vitiat, vt post alios ab eo relatos tenet & concludit Rui. in cons. 28. col. 4. nu. 8. & consi. 158.
39 col. 2. in fi. nu. 10. vol. 1. † Et generaliter concludendum est, non valere argumentum de delicto in committendo ad delictum in omittendo; quia dicitur factum de maiori ad minus. Bar. in l. licet. §. fi. de pecu. Dec. in consil. 151. nu. 9. consil. 178.
40 col. 3. & consi. 192. nu. 5. † & non dicitur idem facere, quod omittere, vt not. in c. delictum personæ. de reg. iur. in 6. & in l. fi. C. de acqui. poss. non est ergo mirum, quod in d. §. cum autem, ad probandum interesse requiratur legitima probatio, ex quo ibi fuit dolus in omittendo. Hæc tamen respõsio Ias. ex pluribus non videtur vera. primo per tex. l. qui restituere. de rei vendi. vbi contra committentem dolum in omittẽdo restituere, probatur interesse per iuramentum. ad hoc repelicat idem Ias. in d. §. cum autem. d. l. argẽtarius. de eden. quod istud est propter cõtemptam iudicis maiestatem, quæ replicatio est directe contra tex. in l. vni. si qs ius dic. non obtemper. vbi expresse dicitur, quod ob contemptum iudicis pars non agit ad interesse. Verumtamen si qs vellet amplecti principalem Ias. solutionem posset ad tex. in d. l. qui restituere. respondere duobus modis. Et primo, ꝙ illud sit propter mendacium illius, qui negabat se restituere posse: & sic, vt mendax puniatur suo mendatio, contra eum
41 iuratur in litem. † nam videmus, quod ꝓpter mendacium quis perdit priuilegia seu beneficia legis vt ꝑ Capic. decis. 19.
42 num. 6. Et † propter mendacium quis in expensis cõdemnatur, vt per Affli. decis.
43 126. † Et propter mendacium hæres nõ deducit expensas, vt in addit. ad Alex. in l. scimus. §. in computatione quæ incipit
44 Litigando. C. de iure deliber. † Et propter mendacium negantis propriam scripturã, in dubio condemnatur in id quod in ea continetur, Roma. in consi. 273. in prin. & Pau. de Cast. in consi. 302. vol. 2.
45 Et † propter mendacium fideiussor amittit beneficium excussionis, vt per Grat. lib. 2. resp. 63. nu. 44. & resp. 119. num. 21.
46 Et propter mendacium feudatarius priuatur iure feudi, vt not. in c. vasallus, el 1. si de feud. fue. cõtro. inter. domi. & agna. Gozad. consil. 86. nu. 8. & Pedem. decis.
47 29. in prin. † Et propter mẽdacium quis priuatur emphyteusi, ac omni iure suo. Gozad. in consi. 46. nu. 7. & propter mendacium creditor tenetur probare, pecuniam sibi solutam debitam fuisse. c. fin. de
48 solutio. † Et plura singularia in odium mendacis leges introduxerũt, de quibus per Marsi. in rub. de fideius. nume. 32. & Dyn. in reg. nullus. de reg. iu. in 6. & alibi
49 sępe; quia mendacium non potest esse sine dolo, l. si quis affirmauerit. §. 1. & l. quod venditor. de dolo. l. falsus. §. si quis de furt. Gozad. in consil. 46. supra allega. n. 7. & dixit Arist. in 4. Ethico. c. 14.

Omne

Omne mendacium prauum esse, & fugiendum. Et quod propter mendacium iuretur in litem, voluit Crau. in tractat. de antiqui.tempo.in prima parte.sectione incipiente Vidimus,& abunde.nu.17. Plot.in l.si quando nu.666.C. vnd. vi.& probat tex. in Authen. contra qui propriam.C.de non num.pecu. Secundo ad d.l.qui restituere.de rei vend. potest responderi, quod immo ibi tex. loquitur in dolo consistente in faciendo: nam in quantum negans habet rem pœnes se, solum manu militari res aufertur, & ad fructus omnisq; causæ nomine tantũ condemnatur, non autem ad aliquod interesse. sed si dolo desijt possidere, quia dolo facit quominus possideret, & sic, vt restituere posset, rem in alium transferendo, quanti in litem iurauerit actor, merito condemnabitur. & ita fuit dolus in committendo, seu faciendo consistens, prout etiam voluit Dec.in l.qui accusare post num.9. C.de eden. Secundo contra dictam Ias. solut.facit, quatenus distinguit inter dolum in committendo, & dolum in omittendo. quæ distinctio vltra superius allegata traditur quoque per Bal.in d.l.argẽtarius.§.cum autem.de eden. Alex.Imo. & Ang.in l. si prius de noui oper. nunc. & in l.admonẽdi.vbi omnes. de iureiur. & in d.l.si quando.C.vnde vi. vbi Ias.& alibi sæpe. secundum modernos Lucen. videlicet, quendam Phanucium de Phanucijs. in tracta. de in lit. iu. in secunda
50 par.& secundo membro.nu.82. † Quia ita dolus comittitur in omittendo, sicut in faciendo; & vtroque casu dicitur verus dolus, qui satis est ad faciẽdum deferri iuramentum in litem.quod dolus, probatur per tex.in l. 1. §.1. de dolo. & not. post Sozin in consi.459.numer. 25. quinimmo secũdũ prædictos aliquando grauius delinquitur in omittendo, quã in faciendo, vt in iudice tradit Cassa.in cõ-
51 sil. 38. nume. 14.† item patet in notario qui si omittat apponere in instrumento indictionem, vitiatur instrumentum, & tamen erronee apposita non vitiatur. vt in Aut.ut ꝑpõna.nom. Imp.Bal.in l.Imperator col.4.de stat.homi.Fel.in c.inter dilectos.col.9.de fide instru. Calca.consil.87.col.2.in princ. & consil.118.nu.3. Dec.in ca.1.colu.4.de fid. instrum.Ias.in rep.l.admonendi.col.69.de iureiu.quod tamen intelligas esse verum, nisi aliàs esset consuetudo in loco, quod indictio nõ apponeretur, quia tũc nõ vitiaret.vt per Ias.& Dec.in dictis locis.Corn.in consi. 93.volu.4. & Sozi. in l.si nominatim de cond.& demonstra. & quod in dolo cõsistente in omittendo iuretur in litem, probat tex. in l. tutor qui repertorium. de admi.tut.vbi iuratur in litẽ, ꝓpter omissum inuentarium: & tamen ibi nullus est contemptus maiestatis iudicis, vt dicebat Ias. & propterea concludit præfatus Doctor. Phanucius, nõ posse fieri regulam, quod dolus in omittendo non sit verus dolus. Et pro confirmatione hu-
52 ius opinio. optime facit; quia facti appellatione continetur non factum, Glo. in § si res legata. Insti.de leg.Dec. in l.id quod nostrum.de reg.iu. facit etiam tex. in l.4.§.Cato, vbi Doct. & ꝑcipue Aret. de verb.obli. & tex.in §. non solum.insti. eod.ti.& ideo non facere, dicitur facere etiam in pœnalibus Dec. in l. qui nihil facit.de reg.iur.& minus facit, qui nihil facit l.minus solutum. de verbo. signifi.
53 †& dolus præsumitur etiam si quis non faciat, & sic omittat, quod facere debet. Roma.in consi.191.per tex. in l.duobus. mandati.vbi Iurisconf.inquit; Dolus est, si quis nolit persequi, quod persequi potest; aut si quis non exegerit, quod exigere potest; aut si quis nolit soluere, quod exegerit.quod etiã voluit Alex. in consil. 52.col.2.& cõs.84.col.2.ad fi.vol.6.Cor. consi.116.ad fi.vol.1.& consi. 128. col.2. post princ.vol.3.Curt.iun.in consi.19.in princ.& Crau.consi.100. nu. 9. & consil. 115.post nu.2. & cum dolus sit machinatio quædam ad aliquem decipiendum.l. 1.§.dolũ. de dolo. tam potest verificari in facto, quam in omisso, cum in animo consistat l.plagij.ad l.Flau.de plagi. & satis

tis est, quod quis malitiose machinatus sit ad fallendum aliquem, non faciendo,
54 vt dolus dicatur. † Quinimo ego dico, quòd cum dolus, consistens in non faciẽdo, sit latentior, eo magis videtur punibilior. l.2.§.pe.de his q̃ sunt sui, vel alie.iu.l. non existimo.de adminis.tut. Bal. in l.cõtra legem.cum l.sequen.de legi.& Corn. in cons.303.col.5.ver. & per consequẽs. vol.3. latentior autem videtur, quia cum in animo consistat, nõ potest ita ex omissione probari, sicut ex actibus in faciendo consistentibus, ex quibus animus deprehenditur, vt per Ancha.in cons. 302.
55 & Rom.in consi.96.† & hoc patet, quia magis facto, quam verbis, animus declaratur, l.certum.si cert.pet. Ancha.consi.9. col.2. Sozi.consi.192.colu.3.& consi.24. columna 3. Rom. cons.271. Gram.vot. 10.in princ.& Craue.in cons.204.nu.11. si ergo animus minus declaratur ex verbis quam ex factis, quanto minus declarabitur ex non factis, quæ non videntur minus quàm verba? Ceterum puto non esse discedẽdũ a communi omnium doctrina, constituente inter dolum in faciẽdo, & in nõ faciendo differentiam. Nec obstant in contrarium adducta; quia potest responderi, quòd, quamuis dolus in omittẽdo cõsistens dolus sit, nõ tñ ita dolus est, sicut dolus ĩ cõmittẽdo q̃a dolus ĩ cõmittẽdo hẽt se p̃ modũ affirmationis; dolus autẽ in omittẽdo per modũ negationis; vnde nec inficiari potest, quòd il-
56 le non sit magis proprie dolus;† quia affirmationes sunt magis entia; immo negationes dicuntur nõ entia. l.accus.de pact. & ibi Bal.& idem Bal.in rub.C.res int. ali.act. Franc. Ponzi. in tract. de lamijs. num.14.quod & dixit Bart.in l.inter stipulantem.in prin.num.4. de verb. obl. q̃ vbi est negatiua, ibi dicitur esse priuatio & propterea dicitur, q̃ actus omissiuus, id est in non faciendo consistẽs, non infert aliquam voluntatem, vel deliberationem, vt per Dec.in consi.79.col. 2. in fi.cons.151.col.5.ver. vltimo non obstat. consi.276.col.2.in fin.& dixit alibi Bald. relatus per Cor.in cons.212.vol.4. quòd silentium nõ habet verum actum animi; quia silens nihil gerit l. 2.C. de seruit.& aqua & alibi dicitur, quòd actus positiui seu affirmatiui magis vigent, quam actus priuatiui, vt per Innoc.in c. olim.el 3.in fi.de resti.spoliat.& Abb.in c.non nebene dicimus.col.3.ver. item fallit quarto. de præsumpti.& Dec.in d. consi. & in l. non vult hæres esse nu.7. de reg.iur. vbi dicitur quod actus in faciendo magis demonstrant voluntatem, quàm in patiendo.& Arist.in 1. Physi.tex. 79. dixit, q̃ priuatio non est ens per se. Cum ergo q̃s in cõmittẽdo dolum adhibet, magis dolus videtur, quàm si omittit. sequitur propterea, quòd contra illum iuretur in litẽ. non etiã contra dolosum in omittendo per predicta. Vel respondeo quòd superius allegata procedunt in ijs, quæ possunt esse licita, & illicita; secus in ijs, quæ omnino sunt illicita, quia magis delinquit, qui palã facit, quã qui clam. ita omnes in §.ex maleficijs. Insti.de actio. Nec obstat, quòd contra omittentem facere inuentarium, iuretur in litem; quia illud procedit fauore pupillorum, quorum gratia introductum est, vt ob latam culpam iuretur in litẽ, vt l.is, q. & l.alio. C. de in lit.iur.Bar.in d.l.tutor, qui repertorium.de adm.tut. nu.20. & consi.149.& consi.seq. Non obstat, q̃ omissio indictionis vitiet instrumentum; erronee autẽ apposita non vitiet; quia illud est, quia in
57 omissione est dolus præsumptus: †nam vbi omittitur sollemnitas iuris, in actu requisita, ibi præsumitur esse dolus. Glo. in l.pe.C.de fid.instr.& iur.hast.fis.lib.10. Rom.in consi.54.nu.4.Barb.consi.6.vol. 4.& cons.14.vol.2. quinimmo dicit Bal. in l.Caius.de hæred.insti.quod instrumẽtum præsumitur falsum, si fuit omissa sollemnitas iuris.& sequitur Barba.in cons. 48.vol. 1. sed quando erronee apposuit, id est, vnam indictionem pro alia, iã cessat præsumptio doli; quia de errore patet euidenter. & ideo vbi in appositione indictionis fuisset adhibitus dolus, magis

gis deliquiſſet notarius;quia grauius in faciendo, quam in non faciendo delinquitur, vt ſupra late demonſtratum fuit: Non obſtat,quod dolus in omittendo videatur latentior,& ideo punibilior;quia pro reſolutione conſiderandum eſt, ineſſe fallaciam in relatione;quia ſequeretur quod magis diceretur delinquere committendo dolum in non faciendo,veluti per deſidiam,vel negligentiam,quàm in faciendo aliquid per calliditatem,& machinationem:quod eſt manifeſte falſum. Cum itaque dicitur dolus latẽtior, intelligi debet,quando fit aliquid fraudulenter,& per verſutiam,& calliditatem ; & tamen aliud agi ſimulàtur,ne dolus detegatur;quia tunc procedit argumentum, quod quanto latentior eſt dolus,tãto magis punibilior. nec verum eſt, quod dolus in ommittendo aliquid per deſidiam & negligentiam dicatur latentior dolo, in faciendo conſiſtente,per machinationem,& verſutiam, cum ſi quis negligat aliquid facere,manifeſte deprehendatur eum eſſe in dolo;quia non facit,quod facere debet, l.dolus.mand.

58 † vel dicas, ꝙ regula procedit in eo caſu, qui aliquo iure permittitur, vt eſt tutorem contrahere cũ pupillo. & in hoc caſu plus punitur,quod fit clam, quam quod fit palã. & hoc ideo eſt, vt magis euitetur dolus & fraus;ſecus in caſu,qui nullo iure permittitur,quia tunc plus punitur,quod fit palam quam quod fit clã. Et ideo manifeſtus vſurarius plus punitur quã occultus,vt in c.quia in omnibus.de vſur.ſimile videmus in fure: nã ſi manifeſtus ſit, plus punĩt,vt Inſt.de act.§.ex maleficijs. Non omitto ẽt,ꝙ Ang.in d.l.argẽtarius, §.cũ aũt.de eden.dicebat, ꝙ aut iurãs habet aduerſariũ obligatũ iure actionis;& tũc intereſſe ꝓbabit per iuramentũ, ſiue delictum fuerit in committendo, ſiue in omittendo.d.l.qui reſtituere.de rei vendi.aut non habet obligatum aduerſariũ iure actionis, ſed aduerſus eum competit officium iudicis; & tunc, ſi delictum conſiſtit in omittendo, non iuratur in litem,nec procedit d.l.ſi quando. C. vnde vi.refert & ſequitur Cur.iu.in d.l.admonendi.nu.347.de iureiu.& Grat.lib.2.reſpon.10.colu.3.nu.21.pro quo ſatis facit in propoſito,quia videmus, quod quãdo quis tenetur iure actionis, ſi allegat ſe amiſiſſe ſcripturam, non ſtatur eius iuramento;ſecus ſi officio iudicis.vt per Gra. lib.1.reſpon.23.colum.2.poſt nume. 21. Sed quidquid ſit de hac Angel. doctrina, de qua non intelligo vlterius diſputare,ex omnibus ſupradictis patet affirmari poſſe communem cõcluſionem, quod vbi eſt dolus aduerſarijs & difficultas ꝓbationis actori datur iuramentum in litem ad probandum proprium intereſſe : nec ſufficit lata culpa.& cum hac opinione tranſit Corñe.in conſi.318.col.3.ad fi. volum.4.

59 Amplia † iſtam concluſionem non ſolum procedere reſpectu rei principalis; ſed etiam ſuper emergentibus,& contingentibus damnum, veluti ſuper impenſis factis pro reperiendo,& probãdo dãnum,vt habetur per Bar.in l.ſolent.colu. pen.de alimen.& cib.lega.Aret.in conſi. 83.colu.3 Paul. de Caſt.in l. cum hi. de tranſact.Iaſ.in l.2.col.fin.de edicto diui. Adriani tol.& in l.ait prætor.§.ſi petitor nu.9.& 10.de iureiu. & eſt tex. quem ad hoc ibi ponderat Bald.in l.iuſiurandum la 3.eo.ti.Marſ.in ſing.17.Iaſ.i l.ſi duo. §. ſi quis iurauerit col.3.nu. 13. de iureiur. alijs modis etiam ampliatur, de quibus ad ſaturitatem per Plot.in d.l. ſi quando C.vnd.vi.vbi ponit quinquagintaquinq; ampliationes,ad quas me remitto, cum nobis de alijs iuramenti priuilegijs ſit agendum. Limitatur autem ſupradicta concluſ. vt non procedat in pupillo, cuius gratia & fauore, iuratur in litem contra tutorem, etiam ſi non fuerit in vero dolo, ſed in præſumpto ; vel etiam in lata culpa, ob non confectum inuentarium,iuxta tradita per Bart.in d. l.tutor,qui repertorium.de admi.tuto.& ſupra demonſtratum fuit : in alijs autem ob culpam tantum non iuratur

60 in litem, vt statim diximus. † Et ideo si notarius per errorem falsum scripserit, contra eum non iuratur in litem, sed interesse plene probandũ venit, vt per Bal. in l.fin.colum.fin.quæst.5.C. de edẽ. quẽ etiam sequitur Natt. in consilio.545. & tradit quoque Felyn in cap.sacro.ad fin. de sente.excomm. Longe diuersum erit, si dolum in conscribendo instrumentum adhibuerit: quia contra eum iuratur in litem. Ias.in l.si prius.colum.14.numero 49.de noui.oper.nunci.& l.fi.C.de magistra.conue.Bal.& Alex.in l. qui accusare C.de eden.Ias.in d.l.argentarius. §. cum autem.de eden.& in cons.174.volum.1.

61 † Et in dubio in notario præsumitur potius error, quam falsitas seu dolus.Doct. in l.quoties.§.1.de hæred.insti.Bal.in l.1. de leg.Cæpol in cõs.21. quod intelligas verum, nisi aliàs notarius esset vilis conditionis, vel solitus falsitates in similibus committere, secundum Gram.siue alium inter eius consilia consil.66. post nũ.29. in ciuili. Item intellige verum, quando omisit aliquid, quod ad ipsum notarium spectabat, veluti indictionem, vel quid aliud simile l.generali.C.de tabull.li.11. quia tunc præsumitur errasse, & potest p seipsum corrigere; nisi sit data copia partis; aliàs secus. Rursus intellige, nisi aliàs sit expressum a lege, vel a statuto, quod illud tale commissum per notarium sit falsitas; quia tunc non poterit præsumi error, vt per Grat.lib.1.respon.16. numero 43. Quod ergo diximus contra notariũ iurari in litem posse, quando per dolum scripsit aliquid in instrumento, extenditur etiam ad notarium, qui per dolum occultat, vel negat instrumentum; quia pariter contra eum iuratur in litem, quãuis iste dolus sit in omittendo, vt voluit Dec.in l.qui accusare.supra allega. & ibi etiam Bolognet. nume. sexto .. Addo Bald.in l.penult.in fin. C. quemadmodũ testam.aperi.& Barto.in l.prima §.fin.de tabul.exhi.& pulcre Crauet. in consi.75. & hoc potest esse, vel ratione mendacij, vt supra dicebam, vel in odium ipsius, in quo maior fides desideratur per ea, quæ dixi in 28.priui.

62 Secundo † limitatur non procedere, quando ageretur contra tertiũ, quia contra illum non iuratur in litem, etiã si dolus adsit, sed interesse plene probari debet, vt per Bar.in l.1.§.1. de furt. Exemplum. statutum dicit, quod villa teneatur emendare damnum, nisi dederit malefactorem, iuxta ea quæ copiose scribit Calcan.in consi.39. cum tribus alijs sequen. nam contra villam non iurabitur in litẽ, vt per Cæpol.in consilio 18.numero 12. & 23.& per Bald.& Salic.in d.l. si quando. C. vnd. vi. & ibi Iason numero 37. Docto.in d.l.in actionibus.de in lit.iur. Corne.in consilio 123. columna penult. versi.nec obstat in contrarium, in littera K.volum.1.vbi inter alia allegat Bartol. in l.1.arbo.fur.ces. & hoc idẽ tenet post alios ab eo relatos Paris. in consil. 158. numero 27.volumnine quarto, vbi testatur de communi, & Anto.de Petru.in repe.l.1.numero 345.de iureiuran.& in tali casu ille, qui damnum passus est, debebit cõtribuere, tamquã vnus de vniuersitate. & sic illud minus consequetur, vt dixit notabiliter Ioann.And.in capitulo Cum non debeat.de electi.in sexto. Item aliud exemplum. statutum seu lex dictat patrem teneri pro filio: nam contra patrẽ non iurabitur in litem, vt per Felyn. in capitulo cum Bertoldus.colum.8.nume.

63 20.vers. sed adhuc. de re iudic. † Idem in fideiussore, qui pro tutore fideiussisset, quia contra eum in litem non iuratur, tã quam contra tertium, qui dolum non cõmisit, vt per Bart.in l.1.quand.ex fact.tuto. Paul.de Castr.in consi.124. volum.1. Craue.in cons.287.Marsi. in singul.338. & Bauer.in suo tracta.de virtut.iurame. post nu.80.

64 Tertio limi. † quia quamuis iuretur in litem, ob damnum passum cõtra eum, qui damnum dedit, ex forma statuti, non tamen habebit locum in causa furti, vt p Bald.in l.nauta. §. quæcunque.nau.caup. stabula.&in l.ait prætor.in princip.de iu

reiu.

reiuran. Alexand. in consilio 167. colum. 1. volum. 2. & in cons. 20. in princip. vol. 5. Calca. pulcre in cons. 100. col. 3. versic. quantum ad accusam. Marsi. in consi. 6. Paris. in consilio 158. volum. 4. & est cõmunis opinio de qua per Viui. in versic. statutum disponens, quod de damno. vbi alias concord. adducit. cõtrarium tenuit Cæpo. in cons. 18. & late disputando scribit Rip. in l. damnum. in princip. de damno infe. Ias. & Dec. in l. si familia. de iurisdi. omni. iudic. Pro concordia moderni Lucen. in tracta. de in litem iuran. in 2. parte, membro secundo, post numer. 67.
65 dicunt post alios † damnum posse dupliciter considerari, videlicet, vt genus cõprehendens omnem patrimonij diminutionem, quomodocunque contingat. l. 2. de adm. infect. & not. Institu. de lege Aqui. in princip. & isto casu comprehendit furtum, quia est patrimonij diminutio. item potest considerari tamquam species a furto separata, vt dicta lege Nauta. § final. sicut in simili dicitur de adoptione. Si ergo verbum istud erit positum in statuto, tamquam genus comprehẽdetur
66 etiam furtum; quia † genus comprehendit omnes eius species, sicut & eo remoto ipsæ quoque remouentur. l. si chorus. in princ. de lega. 3. l. 1. de suis & legi. hæred l. si causa cognita. C. de transa. l. si pater. §. 1. ad Maced. & c. pastoralis. §. itẽ cũ tot. de offic. delega. Si autem erit positũ tamquam species, tunc non comprehendetur furtum. & subdunt, quod hoc poterit cognosci ex subiecta materia. exempli gratia, si statutum dicat, in certis casibus aliquem teneri de omni damno: nam in tali casu verbum istud, Damno, est positum tãquã genus. & ideo furtũ cõprehẽdetur, vt per Barto. in l. quod Nerua. depositi. Gl. in dicto prin. de lege Aquil. in Institu. & procedit opi. Cepo. & aliorũ contra communem. Si vero erit positum tamquã species; quia statutum loquat in materia damni dati, tunc furtum nõ continebitur. Sed hic quæro, quid in dubio dicendum erit, si non appareat ex subiecta materia, quo modo illud verbũ, Damnum positũ in statuto, accipi debeat? siquidem prædicti Moderni nihil dicũt; & in hoc
67 videtur imperfecte scripsisse: † Respõ. ꝙ in dubio verbũ huiusmodi positũ in statuto, quamuis possit capi, vt genus, & vt species, tamen erit accipiendum, tãquam species l. hoc legatũ. de leg 3. not. in l. certi condictio. in prin. si cert. peta. & sic debet accipi, vt damnũ in specie, quod non habet aliud nomen specificum. ita dixit validissimis rationibus Grat. lib. 2. resp. 154. vbi propterea concludit, huiusmodi statutum loquens de damno dato, nõ habere locum in furto. & ideo si illo caueatur, quod de damno stari debeat iuramento illius, qui damnum passus est, in
68 causa furti standum non erit; † quia huiusmodi statutum est cõtra ius ciuile naturale, & diuinum, & sic correctorium. & ideo debet strictissime interpretari, vt minus offendat ius commune, quã sit possibile, etiam impropriãdo verba Abba. & alij. in c. dilectus. de consuetud. cũ simil. quod vero sit contra ius ciuile patet, quia nullus in causa propria est idoneus testis l. nullus. de test. & tamen iurãs dicitur esse testis in facto, & causa propria. item quod sit contra ius naturale, & diuinum, patet, quia in ore duorũ, vel trium stat omne verbum, l. vbi numerus. de testi. c. in nostra. simil. ti. & tamẽ iurãs est vnicus, nec obstat dictum Bar. in d. l. quod Nerua. quia respondet Grat. in d. respon. 154. quod loquitur in promissione, in qua quamuis comprehendatur furtum, non tamẽ idẽ dici debet in statuto: quod mihi nõ satisfacit, cum ẽt in ꝑmissione verba stricte accipi debeant l. quid quid adstringẽdæ. de verb. obl. ideo respondeo secũdo modo, ꝙ ibi fuit dictũ, vt omne damnum deberet resarciri: & ideo, qui omne dicit, nihil excludit. l. Iulianus. de leg. 3. nimirum si furtum quoq; quod damnum esse dicitur, contineatur;
69 † quia verba vniuersalia faciunt non solum venire ea, quæ sub verbis ipsis comprehenduntur. cap. solite. de maio. & ob.

c.si Romanorum.19.distinctione: sed etiã, & quæ aliàs non comprehenderētur vt not.in l.2.§.prætor ait. vbi Ias. qui satisd.coga.l.si pluribus.§.1.& ibi Bart. de solu.& idem Bar. in l. pluribus. de accepti. Quinimmo verba vniuersalia faciũt quod dispositio porrigatur etiam ad incogitata prout inquit Bal. in l. tres fratres.in 4.not.de pact.l. sub prætextu. vbi Doct.& præcipue Aret.C.de transa.quãto magis igitur statutum in casu Bart.loquens de damno,comprehendet furtum quod ipsum damnum est cum ex vi illius vniuersalis dictionis,omne furtum venire possit, quod aliàs non veniret simplicis damni appellatione. Et ideo in casu nostro concludendũ arbitror,quod stante statuto,vt de damno stari debeat iuramento damnũ passi, non erit standum in causa furti,prout concludebat Grat. in respõ. pluries allega.sicut etiam se habet communis opinio.

70 Quarto limi.† nõ procedere, quando aduersarius per euidentiam rei vult demõstrare rem aliter se habere; & sic vult probare contrariũ; quia tunc non statur iuramēto.& ita se habet communis opi. & practica,vt refert Viui.in ver. statutũ disponens.facit Gl.singul.in c.2. in versi. affectata.de tempor. ord. in 6. cuius quidem Glo.meminit Ias.in repe.l.admonēdi.ante nu.305.de iureiur.vbi etiam alia allegat.addo etiam Cepo.caut.104.& est ratio,quia talis probatio,tamquam legitima, & quæ omnibus præfertur probationibus,& habeat plura singularia,vt ꝑ Gram.in cons.44.per tot.in ciuili.debet præferri probationi faiendæ per iurm,q̃ irregularis est, & contra ius ciuile naturale,& diuinum,vt supra dixi, & habet etiam per eundem Gra. li.2.resp.10.nu.

71 24.† Et videmus in simili,ꝙ quamuis in antiquis sollemnitas extrinseca presumatur,vt l.sciendum.vbi omnes.de verb.oblig.Ias.in l.qui aliena. nu.9. de acquiren. hæred.Afflict.decis.251.in fi.decis.107. & decis.345.Fely. in c.1.in 3.not.de iud. & Gram.cons.15.col.2.nu.5.in ciuili.tamen hoc non procedit quando per euidentiam rei,veluti per instrumenta, apparet de contrario,vt per eundē Gra. in cons.77.col.fi.in prin.& cons.144. nu.8. in ciuili.Ias.in d.l.sciendum col.7. Alex. cons.1.vol.4.cum concordan.allegatis ꝑ

72 Gozad.in cons.73.nu.9.† Et stante statuto,quod contra instrumētũ nõ possit opponi exceptio nullitatis;poterit tamē illa apponi, quæ resultat per euidentiã rei id est,ex facie illius instrumēti .Rom. in cons.42.col.1.in fi.& seq.

73 Quinto.† limita non procedere,quãdo reus instaret, vt exprimeretur dies illati damni,quia forte vellet arguere de falso: nam tunc esset iurandum,vt refert Viui. in d.ver.statutum disponens,quod de dãno dato.vbi allegat Bal.in l.1.in fi. C. de iudi.& dicit communem opinio.de qua per Doct.in l.arbitraria.§ si quis ephesi. de eo,quod cer.loc.& in l.libellorum.de accusati.

105 Sententia in criminalibus potest ferri, etiam per solas præsumptiones, non tamen condemnatur ad pœnam delicti.
106 Probatio per præsumptiones, & coniecturas admittitur in his, quæ sunt difficilis probationis.
107 Præsumptiones legum dicuntur liquidissimæ probationes in his, quæ difficulter probantur.
108 Præsumendum de inimico omne malum;
109 Iuramentum suppletorium defertur in causis criminalibus paruis.
110 Iuramentum suppletorium defertur, quando agitur ad pœnam conuentionalem.
111 Præsumptio delinquendi cessat in personis valde fide dignis, & legalibus.
112 Iuramentū suppletorium non defertur in causis grauibus.
113 Iuramentum suppletorium nō defertur in causa matrimoniali.
114 Iudex in causa quantumuis graui potest deferre iuramentum suppletorium, concurrentibus tamen pluribus.
115 Testes in causa matrimoniali debent esse omni exceptione maiores, cum agitur de dissoluēdo matrimonio alias secus.
116 Parentes in causa matrimonii sunt idonei testes, quando deponunt ad eius fauorem, alias secus.
117 Testi vno deponenti pro matrimonio magis creditur, quam pluribus in contrarium deponentibus.
118 Interpretatio fit, vt actus sustineatur: & præfertur omnib. aliis interpretationib.
119 Nominatio patris de filio facta in testamento non facit illum legitimum, si impugnat testamentum; secus quando vult illud conseruare.
120 Princeps non præsumitur vti plenitudine potestatis, nisi quando alias actus non valeret.
121 Inducta ad diminutionem operantur augmentum, quando alias actus non valeret.
122 Ordo scripturæ denotat ordinem intellectus, nisi alias actus non subsisteret.
123 Statutum non comprehendit forensem, quando tractatur de inualidando actum gestum in eius fauorem; secus si ageretur de validitate actus.
124 Iuramentum suppletorium non defertur, quādo agitur de maiore parte bonorum.

125 *Iuramentum non defertur in causa feudali.*
126 *Causa feudalis dicitur causa grauis.*
127 *Iuramentum suppletorium n ōdefertur in causa Monacationis.*
128 *Iuramentum suppletorium non defetur in causa usurarum.*
129 *Iuramentum suppletoriū non defertur in causis beneficialibus,& num.seq.*
131 *Iuramentum suppletorium non defertur,quādo aliquid probandum venit per modum conditionis.& num.133.*
132 *Conditio importat formam.*
134 *Fideiussoris præstatio, si facienda sit per modū conditionis, expreße præstari debet; non per æquipolens.*
135 Declarare *aliquid mente,& facto non sunt paria,quando declaratio requiritur,per modū conditionis.*
136 *Dispositio hominis non ita ampliatur, sicut dispositio legis.*
137 *Iuramentum suppletorium non defertur in p banda præscriptione.*
138 *Præscriptio est odiosa,& stricti iuris.*
139 *Præscriptio dicitur impium præsidium.*
140 *Præscriptio est contra naturalem æquitatem.*
141 *Præscriptio fuit introducta ad ius naturale cōseruandum.*
142 *Negligentia dicitur dolus.*
143 *Iudices debent studere,vt lites abreuientur.*
144 *Iudex quando videt partem calumniari nō debet ei concedere id, quod esset aliàs concedendum.*
145 *Dilationes sunt amputandæ.*
146 *Præscriptio qualiter diffiniatur.*
147 *Præscriptio est inuenta, vt obuiet iuri agēdi.*
148 *Statutum conditum ad tollendum lites dicitur fauorabile:quod intellige, vt nu. 160.*
149 *Æquitas suadet pacta seruare:item & nō seruare.*
150 *Præscripto principali, intelligitur præscriptum & acceßorium.*
151 *Præscriptio cœpta contra defunctum perficitur contra hæredem.*
152 *Notorium facit,vt recedatur à regulis iuris.*
153 *Sententia in notoriis non requiritur, quamuis pœna imponatur.*
154 *Ordo in notoriis non seruatur.*
155 *Ordo in omnibus seruari debet.*
156 *Præscriptum tantum est,quantum poßeßum.*
157 *Iudicandum est in dubio contra præscriptionem.*
158 *Dies captus in præscriptione non habetur pro completo.*
159 *Præscriptio est odiosa, quia in odium negligentis introducta.*
160 *Iuramentum suppletorium non defertur in pbando intereße singulare.*
161 *Statutum loquens de testibus non comprehendit testes de peritia.*
162 *Testis deponens per viam industriæ debet reddere rationem,etiam non interrogatus.*
163 *Testis dicens Titium habere in bonis bis mille, quia habet nota eius bona, & quia vicinus,& practicus non probat.*
164 *Iuramentum suppletorium non defertur, cum testis est examinatus ad perpetuam rei memoriam.*
165 *Testium examinatio facta ad perpetuam rei memoriam est irregularis.*
166 *Testes examinati ad perpetuam rei memoriā debent produci in iudicio ordinario; aliàs non probant.*
167 *Iuramentum suppletorium defertur, quando testis patitur defectum naturæ.*
168 *Fœmina est testis omni exceptione maior.*
169 *Iuramentum suppletorium non defertur, vbi lex requirit legitimam probationem.*
171 *Probationis legitimæ appellatiōe venit ea,quæ fit per testes,vel per scripturas.*
172 *Probatio plena dicitur,quæ nulla adiectione indiget.*
173 *Probationis appellatione quamuis veniat præsumptiua,& quæ fit per coniecturas,numquā tamen venit,quando lex loquitur cum verbis qualificatiuis,vt puta,quia dicat, verbis, legitimis,apertißimis,plenis,& huiusmodi.*
174 *Probationis appellatione venit legitima.& pcedit etiam si diceretur de qualicumque probatione.nu.seq.*
176 *Fidem facere pertinet ad fidem.*
177 *Iuramentum suppletorium potest deferri, etiā si a iure requiratur plena probatio, quāda res est difficilis probationis.*
178 *Dispositio non refertur ad impoßibile.*
179 *Probatio in his, quæ sui natura difficilis sunt probationis fieri potest per præsumptiones, & coniecturas.*
180 *Iuramentum suppletorium nō defertur in probanda exceptione excommunicationis propesita in vim dilatoriæ.*
181 *Exceptio excommunicationis est maximi præiudicii.*
182 *Excommunicatio quid operetur.*
183 *Excommunicatio quomodo probetur.*
184 *Exceptio excommunicationis potest opponi in foro sæculari.*

185 *Iura-*

185 *Iuramentum suppletorium non defertur ad probandum dominium.*

186 *Testes deponentes in his, quæ iuris sunt debēt reddere rationem, etiam non interrogati.*

187 *Testes deponentes in his, quæ iuris sunt, probāt præsumptiue; non autem vere.*

188 *Poßidens iure familiaritatis non dicitur vere poßidere.*

189 *Testis quomodo probet stipulationem.*

190 *Item quomodo consuetudinem.*

191 *Iuramentum suppletorium non defertur, vbi agitur per denuntiationem euangelicam.*

192 *Iuramētū suppletoriū nō defertur, nisi petatur.*

193 *Iudex non potest de aliquo cognoscere post conclusum in causa.*

194 *Iuramentum suppletorium, si non fuerit petitum in prima instātia, poterit peti in secūda.*

195 *Iuramentum suppletorium potest iudex deferre ex officio parte non petente, etiam post conclusum in causa.*

196 *Iuramentum suppletorium non defertur, quando testis non respondit super interrogatoriis sibi factis.*

197 *Testis non tenetur respondere interrogationi criminosæ.*

198 *Iuramentum suppletorium non defertur lacerāti suum instrumentum.*

199 *Iuramentum suppletorium nō defertur ei, qui se astrinxit ad probandum.*

200 *Astringens se ad probandum potest parti deferre iuramentum.*

201 *Iuramentum suppletorium non defertur in vltimis voluntatibus.*

202 *Iuramentum suppletorium non defertur, vbi causa est decidenda de rigore.*

203 *Aequitas in pari causa præfertur rigori.*

204 *Iudæus an præstet iuramentum suppletorium.*

205 *Aequitas an seruetur cum Iudæis*

206 *Iuramentum suppletorium non defertur sine causæ cognitione.*

207 *Præsupponēda sunt habilia ī omni dispositiōe.*

208 *Iuramentum suppletorium non defertur, cum quis protestatur contra personam testis.*

209 *Reprobatum semel non potest approbari.*

210 *Iuramentum suppletorium non defertur, si testis non reddidit rationem sui dicti.*

211 *Testis loquens sine ratione dicitur loqui, vt pecus.*

212 *Testis inhabilis iunctus cum habili plene probat.*

213 *Testis habilis quamuis singularis probat.*

214 *Testi nobili magis creditur, quam ignobili.*

215 *Testis reddens rōnem præfertur non reddenti.*

216 *Iuramentum suppletorium non defertur personæ ignotæ.*

217 *Iuramentum suppletorium non defertur nō informato.*

218 *Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.*

219 *Limita non procedere in facto momentaneo.*

220 *Iuramentum suppletorium non defertur corā arbitratore.*

221 *Iuramentum suppletorium non defertur, quando agitur de probando impedimento habito in non prosequendo appellationem.*

PRIVILEGIVM XXXIII.

TRigesimum tertium priuilegium est satis in foro practicabile;
1 † quia tu scis vnum testem de visu facere semiplenam probationē, vt per Gl. in l.admonendi. in vers. exactio. & ibi Docto. omnes. de iureiu. & Glo. in l. bonæ fidei. C. eo. in l. 4. §. fin. de testam. & vbi est semiplena probatio, alias est regula, quod defertur iuramentum in supplementū ad faciendum plenam probationem, quia iu
2 ramētum habet hoc priuilegium, † quòd habet vim plenæ probationis, vt per Pau. de Castr. in consi. 473. colum. 2. versi. præterea non plus. volum. 1. vbi dicit, quod non plus deducitur ad fidem iudex per vnum testem, quam per iuramentum, cum plura posſint opponi contra testem, quam con
3 tra iuramentum. † Et duæ semiplenæ probationes, simul iunctæ, faciunt plenam probationem, secundum Barto. in d. l. admonendi. quem cæteri communiter sequuntur, & habetur per Grat. libro 1. respon. 120. numero 14. & libr. 2. respon. 152. numero 3. per Alberi. in l. 2. §. final. de excusat. tuto. & Corne. in consil. 63. colum. 2. versi. Sed hoc omisso. volum. 1. & alibi sæpe per Doctor. quod intellige verum in ciuilibus causis; secus in criminalibus, quia ad condemnandum, non cōiunguntur, vt per omnes in d. l. admonendi. Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. de eden. Marsi. cōsil. 20. nume. 48. cum pluri. sequen. idē tradit Dec. in cons. 615. num. 10. & est communis opi. vt testatur. Grat. lib. 2. resp. 47.

col. 2. ver. his tamen nõ obstantibus. Quia ergo iuramentum habet vim semiplenæ probationis, regulariter debet illi deferri qui semiplene probauit. & † si iudex hoc
4 negligat, vel recuset facere, potest appellari, sicut si deferat, quando non est deferẽdum, secundum Barto. in d. l. admonendi. vbi communiter Doctores, & facit tex. in l. generaliter. C. de iureiuran. & Abb. in c. fin. eod. ti. sequitur Grat. lib. 2. respõ. 147. nume. 10. Istud nostrum Priuilegium, ꝙ iuramentum debeat deferri ei, qui semiplene probauit, quia, scilicet, iuramentũ habeat vim semiplenæ probationis; pluribus modis limi. de quibus per Doctor. in dicta l. admonendi. vbi Curt. iun. congerit septuaginta septem limitationes. idem facit Sozi. in suo tractatu fallentiarum in regu. 204. vbi ponit octuaginta limitationes. nonnullas etiam cumulat, tanquam memoria dignas, Cott. in suis memoralibus. in versicul. iuramentum necessarium. & in versi. iuramentum in supplemẽtum. & alibi sæpe Docto. in varijs locis. Ego hic de eis, quia ad nostrum priuilegium pertinent, tractabo compendiose, vt potero eas ad breuiorem numerum redigendo, quia Doctores videntur, illarum aliquas supperflue reiterasse, sicut ex infra dicendis apparebit. Antequam tamen deueniam ad dictas limitationes, non omitto vnum valde necessarium pro vniuersali intelligentia huius materiæ, de quo per recentiores in d. l. admonendi. & per Maran. in suo Specul. in sexta parte princip. in nono actu, dum agit de iuramento, quod
5 quo ad hoc, vt deferri possit iuramentum in supplementum semiplenæ probationis septem copulatiue requiruntur. Primo, ꝙ sit semiplene probatum. Secundo, quod iurans sciat verisimiliter veritatem. Tertio, quòd sit omni exceptiõe maior. Quarto, quod testis non patiatur aliquam exceptionem. Quinto, quod causa sit modica. Sexto, quod semiplena probatio non sit aliqua ex parte elisa. Septimo, & vltimo, quod sit petitum deferri iuramentum ante conclusum in causa. Istorum doctrina mihi non satisfacit, quia in pluribus est defectiua, & in pluribus etiam superflua. De defectu ipsius patebit ex infra dicendis; quia etiam si omnia supradicta concurrant, non tamen est locus iuramento suppletorio, vt per multas limitationes demonstrabitur. Item, quod sit superflua in pluribus patet; quia vbi est semiplena probatio, non potest dici, quòd sit elisa: & si elisa, ergo non semiplena, §. 1. institut. de
6 excepti. † Item si testis, vel ipse iurans non sit omni exceptione maior, non facit semiplenam probationem; quia vbi vnus facit semiplenam, ibi duo faciunt plenam, vt habetur in d. l. admonendi. de iureiuran.
7 & per Grat. lib. 2. respon. 152. num. 2. † sed duo testes, non omni exceptione maiores non faciunt plenam probationem, sed habentur loco vnius. Ioan. de Imo. in l. qui testamento. in princip. de testamen. sequitur Calca. in consi. 110. col. 2. num. 5. ergo nec vnus semiplenam: sed duo erunt necessarij, vt patet per eandem rationem. Et si iurans pariter non esset omni exceptione maior, eius iuramentum non faceret semiplenam probationem, sicut etiam si verisimiliter ignoraret veritatem: ergo frustra ista requisita sunt conculcata. Rursus in quantum dicunt, iuramentum suppletorium esse petendum ante conclusionem in causa, aduertendum est, quia hoc non transit sine difficultate, & contrarium tenet Saly. in l. in bonæ fidei. colum. fi. C. de reb. cred. & Fulgos. in consi. 198. colu. fin. qui volunt, quòd etiam post conclusum in causa peti possit. Et licet Ias. in d. l. admonendi. conetur defendere primam par
8 tem, † quæ est communis: tamen in rei veritate non bene respondet rationibus Saly. Hoc dicere volui, non vt intelligã hic declarare, & determinare vtra istarũ opinionum sit verior: sed vt demonstrarẽ, supradictam doctrinam etiam in hoc nõ esse omnino indubiam. Hæc regula, ꝙ deferatur iuramentum suppletorium, vbi est semiplene probatũ, ampliatur procedere
9 pluribus modis. † Et primo procedit, etiã si iudex haberet solũ ꝓbabiles cõiecturas

Bal.

Bald.in l.si fundus.in fi.C. de rei vẽd. vbi vult eo casu deferri iuramentum suppletorium:quod refert,& sequitur etiã Gra. lib.2.resp.152.col.2.nu.4.

10 Secundo †ampliatur procedere etiam in causis magnis,in quibus esset,plusquam semiplene probatum, & persona volentis iurare esset fide digna, bonæ ac honestæ conditionis, vt per Alexand. in cons.66. colum.2.vers.nec ad hoc obstat.volum.1. in cons.103.num.9.vol.7. consi.185.in fi. & cons.sequen.nu.6.eod.vol.& Abb.in c. mulieri.in penult.colum.de iureiuran.In causis ergo magnis regulariter non est deferendum iuramentum,vt habetur ꝑ omnes.in d.l.admonendi.Paul.de Cast.in cõ sil.169.in fin.volu.1. & ex hoc inferri po-

11 test,† ꝗ in possessorio magnæ rei poterit deferri iuramentum suppletorium, vt per Barto.in d.l. admonendi.nu.55.& 56.Deci.in cons.252.colu.1. versi.restat dumtaxat.cum alijs relatis in Pedem. decis.99.

12 nu.30.† quia causa possessorij non reputatur magna,sed minimi præiudicij, vt per Alex.in cons.91.nu.2.vol.5.& per Corn. in cons.62.col.9.ver.hinc videmus.vol.1. cum simil.Quod tamẽ intellige verũ quãdo possessorium ordinatur ad petitorium sed si simpliciter intentetur iudicium possessorium, tunc dicitur esse pleni præiudicij:& ideo tunc esset necessarium, ꝗ esset plusquam semiplene probatũ,sicut in alijs causis magni præiudicij.Quod autẽ,quãdo possessorium non ordinatur ad petitorium,dicatur esse pleni præiudicij, habetur per Grat.lib.2.resp.3.nu.9.& ibi concordan.ista tamen non est vere ampliatio ad reg.prædictam, quæ loquitur,quando est solum semiplene probatum.

13 Tertio ampliatur † procedere, etiam si actor plene suam intentionem probasset nam adhuc reo, qui semiplene probauit, deferendum esset iuramentum suppletorium.Gl.in l.cum probatio.C. de probat. Glo.& communiter Doct.in d.l. admonẽdi,sequit̃ Gra.in d.resp.152.nu.11. lib.2.

14 Limi.nunc primò † non habere locum quando lex seu statutum requirit certum numerum testium,iuxta tex.in c.præsul.2. q.4.tunc enim quia deficiunt substãtialia, si nõ adsit forte nisi vnus testis;tunc ille solus non faceret semiplenã ꝓbationẽ; quã. tis alias esset secus, vbi talis dispositio nõ prouideret.& ideo non erit locus iuramẽto suppletorio.ita Bal.in d.l.in bonę fidei C.de reb.cred.& sequitur ibi Sal.& Cur. iun.in d.l.admonendi.n.188. idem tradit Bal.in c.1.de mili.vas.qui contu.est.quem pariter refert ac sequitur Calca. in consil. 25.col.4. in fi. vbi inquit hoc ideo eueni-

15 re,quia talis probatio est de forma,† cuius omissio vitiat actum.Glo.in l.nullum §.denique.de repu.Roma.& Alexan. in l. sciendum.de verbo.obli.sequitur Gozad. consi.73.num.10.Tu etiam adde,quod cũ

16 statutum loquatur † de vera probatione, quæ fit per testes secũdum Bal.in Aut.sed nouo iure,in fi.C.si cer.peta.& habetur ꝑ Dec.in rub.de probatio.non comprehendit iuramentum,quod secundum communem opinionem non est vera probatio,vt l.sed & si possessori.§.fi.de iurei. facit pro prædicta limi. quia vbi in contractu requiritur sollemnitas probatoria; tũc iur̃m nihil potest operari,per ea quæ dixit Goza. in cons.16.col.4.nu.14.& in cons.88. col. 2.nu.6.vbi dicitur,ꝗ iur̃m nihil operatur quando non adhibetur fides instrumento ex quo deficit sollemnitas probatoria. qđ & idem dicendum esset,si statutum prohiberet iur̃m suppletorium, vt per Paul. de Cast.in cons.261.col.2. in medio. vol.2.

17 Secundo limitatur non procedere,quãdo agitur de probando errore publici instrumenti,vt per Bal.in l.imperatores. de stat.hom.& in l.fi.col.pen.C.de edẽ.vbi di-

18 cit,ꝗ error debet plene probari.† Certũ est autem,ꝗ ad reprobandũ instrumẽtum saltem duo testes requiruntur,qui sint omni exceptione maiores. l. optimam. C.de contrahen.& commit.stipul.Paul.de Castr.in cons.261.colu.2.in prin.vol.2. Ale. in cons.53.nu.2.vol.7.Crau.consil.75.nu. 34.Gram.cõs.35.Bal.in cõs.37.nu.6.vol. 1.& Cep.in cõs.21.in crim.nu.5.& 6.& licet ꝗdã videãt velle cõtrariũ, vt patet ꝑ

Corn.in consi.232. volu.1.& per Craue. in consil.56.nu.2.tamen de istorum opinio. non est magnopere laborandum; ex quo habemus in cōtrarium communem opi. & istorum opi. posset forte procedere,quo ad exceptiones, quas patiebantur testes tempore confecti instrumēti; & nō ad postea superuenientes; vt habetur per Alex.in consi.191.n.1.vol.7.de quibus nō præsumitur a partibus fuisse cogitatū:& ideo nec cēsētur remissæ,nec satis esse ad reprobandum instrumētum scđum communem opi.quæ in tali casu procedere potest.& ita ēt vř sentire Craue.in d.cōs.56. nu.10.& cōem opi.sequēdo idē not.Nat.
19 in cōs.633.nu.18.Et qñ † qs vult actualiter reprobare instrm,tunc dēt articulari, & probari, ꝙ illi testes,contra instrumentum examinādi sunt omni exceptione maiores; alias non dicerentur reprobare instrumētū.l.eū actū.de neg.gest.tradit Bar. quem alij frequentius sequūtur in l.1.§. si quis neget.colu.fi.quemad.testa.aperia. & cōcord.adducit Gra.lib.2.resp.2.n.35. simile videmus in matrimonio probando; quod per testes omni exceptione maiores ꝓbari dēt,vt in c.1.vbi Ab. in 3.nota. de consangui.& affi.Fel.in c.1.col.1.vt lit.nō cont.& in rub.de spon.Barb.cōs.45.colu. 1.&cōs.53.col.3.in fi.vol.1.Dec.cōs.133. col.1.& cōs.310.i pri.Paris.cōs.51.n.53. cons.53.nu.9.& cons.55.nu.11. & cōs.58. nu.20.& nu.79.cons.59.in prin.& consil. 62.in fi.vol.4.Soz.iun.in cons.86. colu.2. vbi alios citat,& consil.88.col.1.vol.2.& tamen hoc debet articulari,& probari, vt per Barba.in d.cōs.45.& cons.53. & Dec. in d.cons.310.& Soz.iun.in d.cons.86.& Craue.in cons.169.& quo ad testes deponentes contra instrumentum, vt debeāt esse omni exceptione maiores, hoc dř contingere ratione maximę fidei, quæ a iure tribuit notarijs,& publicis instrumētis ipsorum.† Et ideo,licet in alio negotio te-
20 stes sufficienter probarent, & dicerentur omni exceptione maiores:tamen quando agitur de reprobatione instrumēti; ꝓpter q̃d minimum non sufficiunt, nec dicūtur integri testes,vt per Cuma.in cons.135.& Fulg.in cons.79.refert & sequitur Grat.libr.1.resp.74.num.2.Hoc autem, quod diximus,testes volentes reprobare instrumētum, esse debere omni exceptione maiores,temperandum est, & limitandum non procedere in testibus instrumentarijs, vt per Corn.in consi.332.col.4.in littera Y. vol.1.& ibi concord.Cum itaque regulariter duo testes requirantur omni exceptione maiores, ad reprobandum instrumētum,vt supra dictum est, iam sequitur manifeste quod vnus testis cum iuramento suppletorio nōn sufficeret,& consequē-
21 ter non esset deferendum: † quia non est faciendum quod factum non releuat l.stipulatio.§.diuus.vt legat. nomin. caueat.l. non cogendum.in fin.de procur. & probatio non admittitur, quando probatū non releuat.l.ad probationem.C.de probat. c. cum contingat.de offi.delega.capitulo in præsentia.de probat.Abb.in consil.60. colum.fin.circa princip.parte 2. Calca. cons. 18.colum.penul.Accedat etiam, quod iuramentū est probatio irregularis,quæ cō-
22 tra instrumentum admitti non debet,† ꝑsertim, quod instrumenta videtur esse de iure diuino, loquente domino per Prophet.Hierem.capitulo 32.vbi sic inquit: Agri pecunia emantur,& in libro scribātur,& exprimantur signis, & testes adhi-
23 beantur.Et † ꝙ vnus testis non sufficiat ad reprobandum instrumentum, licet illud faciat vacillare,vt per Corne.in cons.261. colum.3. in fin. volum. 4. tradit Gram.
24 consi.66.colum.4.numer.26.in ciui. † Si tamen cum vno teste concurrat vilitas notarij, qui fecit instrumentum, vt propterea sit suspectæ fidei,& ꝓbitatis, istæ duæ probationes,imperfectæ simul iunctæ,faciunt vnam perfectam probationem,cōtra instrumentum, argum. l. sancimus.C. de testamē. & l.rationes.C.de probati.ita tradit Paris.de Petru.in suo tracta. de instrumen.rea re absumptio.rub.24. in fine.
25 Notandum † est tamen circa supradicta, quod instrumentum facilius impugnatur ad effectum ne probet, quam quod de falso ar-

so arguatur, secundum Saly. in l. in exercẽdis. C. de fid. instrum. cum alijs adductis p Craue. in cons. 56. ad fi. vol. 20. Unde quãuis vnus testis omni exceptione maior, & iuramentum suppletorium, non sufficerent ad reprobandum instrumentum: tamen satis sufficerent ad faciendum illud vacillare, vt non probaret. Per supradicta videmus, quod quamuis instrumentũ ex vitio inuisibili, videlicet, ĩtrinseco, reddatur suspectum de falso, ad effectum ne probet: non tamen redditur illud falsum ad effectum, vt penitus reprobetur, vt pulcre declarat Alba. in suo consil. 99. nume. 20. vbi vult, quod ad faciendum illud penitus reprobari, requiratur vitium visibile, veluti abrasio, cassatio, & simile, in lo-
26 co suspecto. † Simile videmus in teste, qui facilius defenditur ad effectum, vt excludatur falsitas, quàm ad effectum, vt probet, vt habetur per omnes, in lege secundo. §. creditum. si cert. peta. & cap. cum tu. de testi. Rom. in consi. 157. in prin. & cõs. 301. nu. 9.
27 Tertio † limi. quando agitur de probãdo aliquo notorio, vel de probanda consuetudine, quia cum in his casibus possint haberi verisimiliter plures testes, non est confugiendum ad iuramentum suppletorium, quod est inuẽtum propter inopiam probationum, vt dicit Bartol. & Curt. iun. in d. l. admonendi. post numerũ 191. de iureiuran. & iuramentum defertur, vbi per testimonium veritas inueniri non potest, vt dictum est, & habetur in l. fin. C. de reb. cred. quam ad hoc allegat Gloss. in §. æque. in ver. iniquum. Insti. de exception. Et subdit Curt. in loco statim allegato pro quarta limi. ad nostrum priuilegium, quod idem esset, si tractaretur de probanda fama; ex quo ad eam probãdam possunt haberi plures testes, vt ibi p eum, & iterum numero 217. & per Mars. in singul. 461. facit pro hac limi. quod voluit Are. in consi. 13. colum. 7. in prin. ver.
28 cum matrimonium. vbi dicit, † quod testes consanguinei, qui deponunt in aliquo actu interfuisse quadraginta homines, & vltra, sunt suspecti, si ipsi soli actum, qui illos quomodolibet tangit, probẽt, quia verisimiliter alij super eodẽ actu haberi potuerunt, qui non essent suspecti. & propterea idem Are. in cons. 122. colu. 2. vers. & quamuis remaneat. dixit, quod nunquam defertur iuramentum suppletorium in p banda fama, prout etiam statim dictũ fuit & q in talibus casibus non sit locus iuramento suppletorio, voluit etiam Bal. in l. bonæ fidei. C. de reb. cre. & Dec. post alios ab eo relatos in cons. 538. col. fin.
29 Quarto limi. non procedere, quando actor fuisset negligens in faciendo examinare plures testes, quos habere potuit; & tamen non fecit examinare, nisi vnũ: nam in tali casu nõ defertur ei iuramentũ suppletorium, vt expresse voluit Bal. in ca. fi. de iureiu. & sequitur Cur. iu. vbi supra. & est ratio, quia iuramentum est deferendũ, vbi aliæ deficiũt probationes, vt supra diximus: & cum alios testes non fecerit examinare ex eius negligentia, sibi venit im-
30 putandum, & non alij. l. mora, de vsur. l. quod te. si cer. peta. † Et est aduertendum, quod si fuit negligens in faciẽdo illos examinari in prima dilatione, non poterit postea petere secundam dilationem ad effectum, vt examinentur, vt per Signor. in consilio 29. columna 3. versicul. sed eo ad secundum dubium. & per Abba. in consi. 64. colum. 2. in fin. par. 2. & dicit Signor. in d. cons. 19. ad fin. quod actor debet implorare officium iudicis; & sic non imputabitur ei negligentia, vel culpa; immo debet instare, quod testes pignorentur, secũdum Gram. in cons. 78. nume. 4. in ciui. & dixit Bal. in l. properandum. §. sin autem vtraque. C. de iudi. quod partes debent facere, vt in actis appareat de instantia, & sollicitudine, per plura iura, quæ adducit.
31 † Et simile videmus in instantia causæ, quæ perit damno actoris, si ter non institit apud iudicẽ, vt deberet sentẽtiam ferre, vt per Ioann. de Amic. in consil. 32. in
32 fin. & est † notandum, q de negligentia dicitur constare ex eo, q in actis non apparet de sollicitudine & diligẽtia, cũ po

tuerit, actor īstare, & sępius efflagitare iudicē & tamen non fecit. Glo. in c. si clericus. in uer. negligentis. de præben. in 6. Ar
33 chid. in c. 1. decimatertia distin. † Istam limita. ego sublimito, & declaro non procedere in minore agente; quia minor nō dr̄ negligentiā incurrere, secūdum Calc. in consi. 75. post nu. 47.

Quinto limit. ubi esset semiplene ꝓbatum alio modo, quā per unum testē de
34 uisu, ueluti per famam. ita Bal. in d. l. admonendi. & cum eo transit ibi Curt. iuni. post numer. 193. & Aret. in d. consil. 122. col. 2. ver. & quamuis. & Crauet. in consil. 260. nu. 8. quia fama non est probatio per se, sed factæ probationis confirmatio. l. 3. §. ideoque diuus. de testi. Sed ista limitatio cum sua ratione non videtur vera, qa immo fama est probatio semiplena, vt colligitur per Glo. in d. §. ideoque diuus. ponderando illud verbum, Consentiens quasi simul sentiens, de quo in illo tex. inferēdo propterea, quod secundum aliquos poterit deferri iuramentum suppletorium, vt ibi habetur. Et insuper, quod fama sit pro
35 batio patet, quia dicitur † esse testimoniū vulgi, dicti sui rationem non reddētis, sed opinantis, vt inquit idem Bald. in l. filium diffinimus. de his, qui sunt sui, vel ali. iu. &
36 vt † dictum est, facit semiplenam probationem, vt etiā habetur in c. itē sæpe. 4. q. 3. & moderni in d. l. admonendi. & Bart. in l. de minore. §. si pluriū. col. 5. de quæst. & Glo. in c. veniens. de testi. & in ca. 1. de
37 appel. quinimmo dicimus, † ꝙ fama in his quæ sunt difficilis probationis, facit plenā probationē. c. præterea. vbi Ant. de But. & alij. de testi, c. veniens. eo. ti. Bar. & alij. in l. si quidem, C. de solut. Alexand. in consil. 66. volum. 3. sequitur Ias. in l. si quis ex argentarijs. §. pen. de eden. & idem in antiquis, in quibus similiter facit plenam probationem. Gloss. in l. proprietatis. C. de ꝓbat. cum concordantijs adductis per Calca. in consi. 56. col. pen. post numer. 11. & Natta in consi. 501. nume. 34. Cum ergo non solum semiplenam, sed etiam plenam faciat probationem, iam sequitur, quòd sit probatio per se. Nec obstat tex. ī d. §. ideoque diuus. quia procedit, quando cum fama concurrit alia probatio; quia tunc potest dici illius confirmatio; & in eo quòd fama consentit alijs probationibus, dicitur probare & simul firmare, quod alij firmant, id est, probant. & sic ille tex. ita ponderatus potius probat contrarium, quòd fama, scilicet, sit probatio; non probationis factæ confirmatio. Præsupposito ergo pro vero, quòd fama sit probatio, videtur esse deferendum iuramentum: & eo magis, quia fama inducit vehementem præsumptionem, secundum Glo. in d. cap. præ
38 terea. de testi. † Et habenti pro se vehementem præsumptionē defertur iuramentum suppletorium. Glo. in c. cum clericis. de testi. Grat. lib. 2. resp. 141. nu. 9. Cęterū nō discedendo ab opi. Bald. & sequaciū, q̄
39 vera est, ego respondeo, † quòd licet fama faciat seu inducat semiplenā probationē tamen non dicitur vera semiplena probatio, sed præsumptiua, vt per Are. in consil. 13. col. 5. in prin. vnde merito non defertur iuramētum suppletorium; quia per famam est solum semiplene præsumptiue ꝓ
40 batum; non autem vere. † Et ideo dicitur ꝙ vnus testis de visu præfertur famæ, vt dixit idem Aret. in consi. 38. col. fi. in princi. quia probatio, quæ fit per testem, est vera probatio; illa vero, quæ fit per famam, est præsumptiua, & non est vera probatio, vt not. in rub. de probat. & præsum: & not. ēt Dec. in cap. post cessionem. col. 2. in prin. versic. tertio nota. de probati. & dixit ali-
41 bi Bal. in consi. 276. volu. 1. † quòd fama est deterior testis, qui possit haberi; quia populus non cognoscit veritatem per sensum corporis; & quòd vnus testis sit validior probatio, quam illa, quæ fit per famā habetur per Abb. in cap. 2. de clandest. de spon. & sequitur Ruin. in consi. 68. col. 4. in fin. volu. 1. cum ergo sit deterior probatio, quia est, scilicet, præsumptiua, & semiplena probatio, non defertur iuramētum suppletorium, vt supra dictum fuit, & habetur quoque per Roma. in consil. 91. colum. pen. in prin. Gra. lib. 2. resp. 110. n. 19.

& Curt.

& Curt.iuni.in d.l.admonendi. nu.212.& 318.de iureiur.& Marſ.in ſingu.83. & poteſt rō aſsignari, quia pſumptio pōt elidi ſcđm Bal.in l.vni.§.ille etiam verſi.modo quæro.C.de lati.lib. tolle. & ex hoc patet non recte dixiſſe Rom.in conſi. 127.circa finē, dum cōſtituendo differentiam inter famam quæ facit ſemiplenam probationem;& famam, quæ ſolum pſumptionem, vult in vtroq; caſu poſſe deferri iurm ſuppletorium: dum tamen in ſecundo caſu, quando ſcilicet, fama inducit ſolum præſumptionem,cum ea concurrat alia pſumptio:cum enim in vtroque caſu dicatur pſumptiue ſemiplena probatio, quæ poteſt elidi,& non eſt vera probatio;ſed debilior ea,quæ fit per vnum teſtem, vt ſupra diximus;non poteſt deferri iuramentum ſuppletorium. Et per hanc rationem ſatis quoque dubito de eo, quod voluit Paul. de Caſt.in conſi.312.vol.2.vbi dicit,quòd iuramentum ſuppletorium defertur in ſupplementum ſemiplenæ probationis, factæ per comparationem ſcripturæ; quia illa ſemiplena probatio eſt præſumptiua, & minus vera ſemiplena probatione. Nec obſtat Glo.in d.c.præterea. quia ſolum dicit violentā pſumptionē loco pbationis hñdā.& Grat.ī d.reſp.141.n,9.nihil allegat.

42 Sexto limi.non procedere,† quando ille vnus teſtis de viſu non eſſet omni exceptione maior,vt quia eſſet amicus, conſanguineus,vel affinis, aut aliam pateretur exceptionem;quia is dicitur eſſe maior omni exceptione cui nulla (inquā) exceptio opponi poteſt.Gloſſ. in c.1. de conſang.& affi.Glo.in §.item verborum.in verſi.idoneos.Inſti.de inutili.ſtip.Cepo. conſil. 32. col.4.verſi.& licet.Gram.conſ.18.& conſ.
43 41.in ciuilib.Vbi ergo † patitur exceptionem,non dicitur ſemiplene pbare; quia q libet minimus defectus in teſte impedit eā facere,vt ibidem dicit nu.17.allegando Alex.in conſi.32.vol.1.qđ ēt voluit Io.de Amic.in conſi.71.in fi & conſi.73.nu.4.& ſeq.& Marſ.in ſingu.197.ergo non pōt deferri iurm ſuppletoriū,quod defertur, vbi eſt ſemiplene probatum, vt dicitur per omnes in d.l. admonēdi.de iureiur.& not. per Marſ.in ſingu.451.& in conſ.74.num. 33.& Corn.in conſi.194.col.2. in fi.in lit-
44 tera A.vol.2.† Quinimmo,qñ teſtis patitur aliquam exceptionem,potius vr̄ in iudicem inducere ſuſpicionem, quam illi fidē facere.ſm̄ glo.in l.etiam matris.đ prob. & in hoc omnes Doct. conueniunt in d. l. admonendi. Nec mirum nobis videri debet,quia fides vnius tantum teſtis multum dicitur exorbitare a regula iuris communis, ſecundum quam omnis probatio conſiſtit in ore duorum vel trium. cap. in omni. cap. a nobis. de teſti. ita Bald. in cap. 1. §. ſacramentum. de conſuet.rect.
45 feud. Accedat † etiam,quod probatio per iuramentū eſt priuilegiata, vt inquit Alex. in d.l.admonendi.nume.16.& omnino irregularis, vt ſæpe diximus. & ideo faciliter impeditur, ne locum habeat.argum. l.eius militis. §. militia miſſus. de milit.te-
46 ſtamen. Si ergo † teſtis fuerit vſurarius non facit ſemiplenam probationem, vt per Curt. iuni. in d. l. admonendi, nume. 8.& per Marſi.in ſingu.273. Item ſi fuerit periurus,vt per eundem Curt. iun.ibi.no-
47 na limi.† Item pauper:qui quamuis ob ſolam paupertatem non repellatur,de ipſius tamen fide detrahitur. Aret.in cōſi.8.Dec. in conſi.163.nu.4.Nam teſtis pauper reputatur vilis perſona. Staphil. de lit.grat.tit. de grat.expecta.nume.60.Crau.conſi.249.
48 nume.11.Item † amicus,vel familiaris vt per Crat.lib.2.reſp.110.nu.18.cum plurib. ſequen. & denique omnis alius teſtis, qui patiatur aliquem minimum defectum, vt ſupradixi, nou faciet ſemiplenam probationem. Et illud tamen obſeruandum, quod ſi fuerint duo teſtes, licet non omni exceptione maiores, quia faciunt ſemiplenam probationem, vt per Calc.conſil. 110.col.2.nu.5.poterit deferri iuramentū
49 ſuppletorium. Et quia etiam dixi,† quod ille dicitur teſtis oī excpetione maior, cui nihil opponi,vel obijci poteſt;de quo etiā per Barto.& Docto.in d.l.admonendi.per Bald. in l.optimam.col.2. C. de contrahē. & commi.ſtipu.Abb. in c. at ſi clerici.col.

7.de

7.de iudi. Alex.conf.18.col.4.& consi.141. vol.1.& consi.60.col.7.vol.2.Feli.in ca.cũ Io.col.12. de fid.instrum. & Gram. consi. 59.nu.17.in ciuili. & alibi sæpe; & in tali casu testis dicitur idoneus, vt per Abb.in
50 c.vt debitus.nu.24. de appella. † Quæro, an in dubio testis præsumatur omni exceptione maior;& consequenrer an ista qualitas sit probanda.& videtur dicendum, q non; quia quilibet præsumitur esse omni exceptione maior, vt per Gram. siue aliũ inter eius consi.conf.66.nu.42. ver.r̃ndeo. in ciuili.Curt.senior in cõsi.55 col.2.Feli. in c.Ioannes.col.13 de fide instrum. & Sozi.iuni.in consi.29.num.26.vol.2.vbi hoc tenet, si sint plures, q̃ duo: sed contrarium tenet Imol.in l.1.§.si quis neget. quemadmod.testa.aperi.& in l.cum ab initio. nu. 3.eod.tit.Sozi.in consil.272. col.12.vol.2. Idem tenet Paris.in consi.81.nu. 21.cum duobus sequentibus volu.1.& Sozi.iuni.sibi cõtrarius in consi.22.nu.11.vol.1.Alex. consi.82.vol.2.Dec.in c. dilecti.col. 6.de appellatio. & ista videtur esse communis opi.quia tametsi regulariter quis præsumatur bonus,& sic bonæ vitæ, & conditionis. l.merito.pro socio.l.ab ea parte.de probati.l.cum pater.§.nepos.de leg.2. non tamẽ p̃sumitur omni exceptione maior.& hanc partem dicit magis communem Alci. in suo tract.præsumptio.reg.2.præsu.2. versi. sexto vltra Doct.Et propterea tenentes cõtrarium non bene dicunt, & communiter reprobantur, vt dicit Petrus Beninten. in
51 conclus.bon.62.ad fin. † ex quo cum agitur de alterius præiudicio,nemo bonus p̃sumitur,c.cum in iure.vbi Abb.& Feli.de offi. delega.Dec.in conf.528.nu.3.& Craue.in consi.244.col.1.versi.& si dicatur.Et p hac communi opi. videtur facere quod scribit Bal.in c.1.§. si instrumentum.de notis feudo.Ang.in l.2.§. diem. quemadmo. testam aperi.Calca.consil. 25.colu.5. post nu. 14. Abb.in c.1.de consangui. & affi.& Dec.in cap. licet causam.nu.24. de proba.
52 † in quibus locis volunt, quòd vbi in dispositione aliqua dicitur, quòd res debeat probari per testes omni exceptione maiores:tunc talis qualitas testium erit probanda:quod non esset necessarium,si alias præsumeretur.Ceterum, si quis vellet tenere contrariam partem, posset ad hoc q̃ facillime respondere: nã ideo in casu isto qualitas debet probari; quia dispositio redderetur superflua,nisi probaretur: quod non est dicẽdum.& pro hac responsione addu-
53 co optimum simile; † nam si statutum dictat præscriptionem procedere cum titulo,& bona fide,istud statutum operatur,vt non debeamus stare præsumptioni, quæ est,vt præsumatur bona fides,vel titulus, q̃ bona fides regulariter præsumitur. vt l.verius.de proba.gl.Insti. de vsucap.in princ. & per Abb.in consi. 102. col. 2.in medio. par.1.Alci.in trac.præsump.reg.3.præsumpti.5.sed in tali casu debet expresse allegari,& probari, vt statutum aliquid operetur.glo.& Bar.in l.1.C.de fi. instru. glo.in l.1.si quadrup.pauper.feci.di.cum concordanti.adductis per Barba.in consi. 28 col. 3.in fi.inter consilia Calca.& Crau.in consilio 201.post nu.13.Natta consi. 581. nu. 21.Sic dicendum in proposito nostro, q quamuis aliàs præsumatur quis esse omni exceptione maior:tamẽ ne dispositio reddatur superflua,debet hoc operari,vt non sit standum dictæ præsumptioni,sed sit omnino probandum. & ita loquitur Sozi. iu. in d.consi.22.& quòd quis debeat præsumi omni exceptione maior, videtur satis persuaderi,quia talis præsumptio concordat cum statu originali ipsius hominis, q
54 nascitur omni exceptione maior:†& præsumptio, quæ congruit cum natura, debet alijs præsumptionibus præferri. facit singulare dictum Bal.in l.si quis decurio.in pen. col.de fals. vbi dicitur, quod præsumptio, q̃ iuri cõi est cõsona,pluribus p̃sũptionib. p̃ferri debet.sequitur post Anch.ab eo allegatũ Grat.lib.2.resp.64.n.46. ergo multo quidẽ facilius erit ista p̃ferenda, quæ congruit,& consentiens est iuri naturali. Sic in simili videmus, q testes probantes aliquẽ esse sanæ mentis,præferũt deponẽtibus de furore,sin Barto.in l. nec codicillos. de codicil.qa p̃sumptio naturæ est pro eis. q

faciunt

faciunt notata per Innoc. cum quo transeũt alij, in c. auditis. de præscripti. vbi dicitur, ꝙ testibus verisimiliora deponentibus magis creditur, iuxta. l. 3. & l. ob carmen. §. fi. de testi. ad idem facit: nam videmus, † quòd illa interpretatio in statutis
55 assumenda est, que congruit cum iure cõmuni, & cęteris alijs interpretationibus præfertur. cap. cum dilectus. de consuetu. Grat. lib. 1. respon. 2. num. 26. & Natta in consi. 514. nume. 9. & talis interpretatio dicitur esse fauorabilis: merito igitur debet præferri. c. odia. de reg. iu. in 6. Ego tamẽ, quamuis prædicta videantur aliqualiter vrgere, non discederem a communi sententia; quia quamuis homines nascantur omni exceptione maiores: tamen, quia postea carnis infirmitate, & procliui ad malum natura, in varios errores & casus prolabuntur, ex quibus deinde redduntur, & fiunt non omni exceptione maiores, sicut experientia docet, dicen. est, hanc qualitatem, quæ a communiter accidentibus in omnibus hominibus perditur, non debere præsumi. † Et cum talis præsumptio, ꝙ
56 quis non sit omni exceptione maior, ex solitis colligatur, quia scilicet homines soliti sunt desinere esse tales, valeatque argu. a solitis. l. ꝙ si nolit §. qui assidua. de ædili. edi. cum concordan. relatis per Corne. in consi. 255. colum. 1. in littera Z. volum. 1. perinde est ac si tales sint, si non probetur contrarium, iuxta ea, quæ notãtur in l. certe. de præca. l. neque natales. C. de probat. Grat. lib. 1. respon. 13. nume. 39. Præterea non videtur absolute uerum, quòd quis nascatur omni exceptione maior, quia quilibet nascitur consaguineus, vel affinis alicuius; & illius, vel illorum respectu, quibus est coniunctus, non dicitur omni exceptione maior: item plerique nascuntur spurij, naturales, incestuosi, nothi, mansɛres, ex infamibus, & vilissimis parentibus; nonnulli etiam dementes, vt l. discretis. C. de testamẽ. Ruin. consi. 67. colum. pen. in fin. volum. 1. item pauperrimi & quod cõmune est omnibus hominibus, Omnes nascimur filij irę, & serui peccati: cuius respectu, sicut & in alijs prænarratis casibus non dicimur nasci omni exceptione maiores. Amplius non potest dici, quod quis nascatur bonus, vel malus: cũ istæ sint qualitates seu habitus acquisiti, ex quibus vitia vel virtutes nuncupantur. Concludo igitur cum communi sententia, neminem in dubio præsumi omni exceptione maiorem.

57 Septimo limi. quando vnus testis deponit remotum a solito, vel natura actus; & sic deponit aliquid non verisimile; quia tunc insurgit contra illum quædam mala præsũptio, quæ non conuenit iuri. & ideo non defertur iuramentum suppletorium; vt per Cur. iun. in d. l. admonendi. numer. 204. de iureiuran. Gozad. consi. 11. col. 2. versicu. præterea alia ratione. item si contra illum militaret aliqua præsumptio in contrarium, veluti consuetudinis, vel alterius rei; quia pariter non defertur iuramẽtum in supplementum. ita Bald. in cap. 1. in fin. quid sit inuesti. & sequitur Cur. iun. vbi supra. Et ista limitatio differt a præcedenti, quia in illa agitur de exceptione respiciente personam testis, hæc vero dictũ
58 illius. & pro hac limitatio. facit reg. † quę dicit, testem inuerisimilia deponetem esse repellendum. Innoc. in cap. auditis. de præscrip. plene Fely. in cap. licet causam. de proba. rex. in cap. quia verisimile. de p̃sump. in l. 3. §. 1. & in l. ob carmen. §. fin. de
59 testi. † Immo dicitur, quòd tales testes sũt, suspecti de falso, vt dicit Abba. in d. cap. quia vulgo fertur, quòd illud, quod nõ est verisimile, habet imaginem falsitatis, vt p Grat. libr. secundo respon. 25. ad fin. cum simili.

60 Octauo limi. † quando ageretur de probando aliquid contra iudicem, stantẽ ad sindicatum, in quo de iniustitia barrataria, seu simonia, negligentia, & similibus, parti tenetur ad interesse. Bal. in cap. 1. §. iudices. versi. quæro nunqui d. de pace iuram. firm. Abb. in rubr. de appella. Paul. de Cast. in Authen. statuimus. colum. 2. ad fin. & colum. fi. C. de episc. & cleri. Gram. consi. 109. num. 13. & sequen. & ibi habẽtur

61 tur concordan. in ciui. nam contra † tales officiales requiruntur probationes multũ euidentes, secundum Bal. in l. obseruare. §. proficisci. de offi. procons. & Paris. de Put. in suo tracta. sindicatus. in pluribus locis
62. † ex quo pro illis in dubio præsumitur. l. si quis. C. de offi. ciuili. in d. c. in præsentia. de
63 renũciat. † Et dixit Natt. in consi. 525. nu. 41. quod iudex in pronunciando semper habet præsumptionem pro se, vt non fallat
64 neque fallatur. † Et hinc dicimus, quod p̃sumitur pro sententia, quod, scilicet iusta fuerit. l. Herennius. §. Caio. de euicti. & d. c. in p̃sentia. de renunci. Dec. in consi. 375. Aret. in consi. 62. & consi. 68. colu. 2. in fin. Alci. in suo tracta. præsumptio. reg. 3. præsumptio. 9. n. 6. & præsump. 15. & Gram. de
65 cis. 24. nu. 7. † Et vsque adeo præsumitur ꝓ iustitia sententiæ iudicis, vt si fuerit iniusta, reputetur casus fortuitus. Bar. in l. si per imprudentiam. de euictio. & Dec. in consi.
66 7. in princ. † Et hinc rursus traditur, quod spoliatus auctoritate iudicis, non restituitur, nisi causa cognita, an scilicet, fuerit iuste, vel iniuste spoliatus, proter p̃sumptionem, quam pro se habet iudex, vt per Cra-
67 ue. in consil. 302. nu. 3. † Et testi asserenti iudicem noluisse audire querelantem, non crediur, ex quo non deponit verisimile, cũ sit præsumendum cõtrarium. d. l. si quis. C. de offi. ciui. iud. & per. Grat. lib. 2. resp. 74. nu. 64. Et quamuis aliàs testes post deducta, & testificata super eisdem, vel directo cõtrarijs, non possint examinari, vt in Authẽ. de testi. §. quoniam vero. hoc tamẽ est verum ad instantiam partis: sed officio iudicis poterunt examinari, quia in eo cessat præsumptio, & timor subornationis, vt pulcre per Rom. in consil. 379. & generaliter semper præsumitur pro officialibus, vt, scilicet, ab ipsis absit omnis dolus & fraus. l. 1. C. de pedã. iudi. lib. 10. & in l. si quos. C. de decur. Bald. in l. pacta nouissima. C. de pac. & sequitur Alci. in d. præsump. 15. Cum ergo pro illis præsumatur, vt dictum est, sequitur, quod contra illos ex vnico teste non debeat deferri iuramentum suppletorium propter repugnantem præsumptionem per tex. not. in l. fi. quem ponderat ibi Bal. & Ang. in fi. C. vbi de ratioci. agi opor
68 tet. † quia quando agitur contra officialẽ in sindicatũ, dicitur agi de graui præiudicio. l. iudices. C. de digni. lib. 12. Contra hãc limi. facit Glo. in Authen. vt iudi. sine quoq. suffra. §. necessitatem. in ver. ostenditur. & Tiraq. de minuen. pœn. leg. in causa quinquagesima octaua, num. 7. vbi dicitur, quod contra officialem semiplena probatio cum iuramento suppletorio sufficit, & hoc propter enormitatẽ criminis p Glo. magnam in fin. in d. l. admonendi. de iureiuran. & tangit etiã Bauer. in tract. de vir. iuramen. nu. 92. sed ad hanc Glo. patebit responsio ad finem istius limi. Contra hãc quoque limitationem insurgit Curt. iu. in eadem. l. admonendi. nu. 27. vbi inquit, q̃ visa semper sibi fuit dubitabilis. mouetur primo per tex. in d. l. fin. C. vbi de ratioci. agi opor. vbi Imperator vtitur verbo, Po-
69 test; nõ aũt verbo Debet. † Et verbũ Potest, affirmatiue prolatũ, importat liberã facultatẽ. l. sæpe audiui. de offi. præs. Natta in cõsi. 504. nu. 2. & ideo non quidquid iudex facere põt itidẽ facere necesse habet l. non quidquid de iudi. & l. 1. C. quom. & quando iud. vbi ergo verbo, Debet, vsus fuisset,
70 necessitatem imposuisset; † quia hæc est huius verbi natura, vt necessitatẽ importet l. debitor. de verb. signi. & l. dẽt in prin. naut. caup. stab. quamuis habeat alias significationes: de quibus per Corn. in consi. 35.
71 col. 2. vol. 3. Sed ad hoc respondeo, † quod illud verbum, Potest, exponitur ꝓ verbo, Debet, propter subiectam materiam, l. si vno. vbi Bar. locat. Ias. in d. l. sæpe audiui. & facit. l. fideicommissa. §. hæc verba. de lega. 3. vbi testator, qui mandauit filio diligentem agrorum curam, vt ad eius filios peruenire possent, fideicõmissum reliq̃sse interpretatur. & sic capitur pro verbo Debet: prout etiam similem expositionem facit Glo. in. §. sin autem per procuratorem. in vers. potest. Insti. de satisda. & volũt Doctor. in l. 1. de iurisd. omni. iud. qui loquuntur in ver. potest ad iudicẽ directo, vt habeat necessitatem importare, prout etiam

proba-

probatur p tex.in l.peto.de lega.2.& in l.si tibi.§.fi.mand.& per Barto. in l.Gallus. in princ.de liber.& posthum.& in l.1.in prima opposi.de iniust.rup.& ir.fact.test.& licet ipse non loquatur in dispositioue legali:tamen hoc expresse tenet Corne.in consil.175.col.2.in fi.vol.3. quamuis ergo tex. in d.l.fi.dicat,ꝙ verissima possunt documēta præstari,debet tamen subaudiri, Et necesse habent:sicut fit in d.l.Gallus. in prin. & ita adstruit in simili faciendum Rui.in consi.108.col.2.nu.14.vol.1.Cum ergo in materia nostra contra iudicem, vel officialem debeat plene fieri probatio,non est dicendum,hoc repositum esse in libera facultate ipsum iudicem vel officialem sindicā
72 tis. † Secundo respondeo,quod illud verbum,Possunt, intelligitur secundum iuris dispositionē,& cēsuram.sm̄ quam plenæ ꝓbationes requiruntur,vt dictum est ꝓ hoc adduco Abb.in consi.67.col.2.in fi.par.2. vbi dicitur.ꝙ verbum,Potest,refertur potius ad ius,quàm ad factū:cum itaque (inquit ille tex.)& verissima possunt documēta præstari, intelligi debet secundū quod iuris censura prædicta in simili causa requntur,propter eius grauitatē, d.l.iudices.
73 C.de dignit.lib.12.†.Et facit regula generalis,quæ dicit,Verba esse intelligenda de iure;non autem de facto.l.conficiuntur,in fi.prin.de iure codici.& Insti.eo.tit. in fin. princip. nota.Ias.in l.1.nume.5. C. de his quib.vt indign.Aret.in cons.18.col.2.ver. secundo.cum simili. Secundo, idem Cur.
74 iuni.in d.loco considerat, † quod hæc crimina Barattariæ seu simoniæ solent fieri in occulto, & secreto, in camera: & ideo non possunt probari per testes de visu. ita Bald. in l. si quis in hoc. C.de epis. & cle-
75 ricis. Cum ergo † simus in his, quæ non, nisi dificulter,probantur ex natura rei, admitti debent probationes per coniecturas, & præsumptiones. cap. afferte.de præsumpti. Barto.in l. qui ea mente. de furt. Abb.in cap.fin.de testi.cogen Bal.in l.fin. C.de proba. & in l. si quis adulterij, C.de adulte.Alexan.in consi.64.col.fin. vol.1.& consil.24.col.2.vol.2.Ias.in l.prætor ait.§. prætor.col.3 de eden.Corne.in cons.113. col.2.in littera N.vol.1.& consi. 171.col. 2.in prin.vol. 2. vbi hoc expresse dicit de crimine simoniæ, quod.s. in eo probando admittuntur coniecturæ, & probationes, aliàs non integræ & idem tradit in consil. 23.col.1.vol.3.& cōs.288.col.6.in medio. eo.vol.& idem circa supra dictam regulā, quod in his, quæ sui natura difficilis sunt probationis, admittantur coniecturæ,& p̄sumptiones, voluit Calca. in consil. 23.in princip.& consi. 85.col.2.num.6. Felin.& Dec.in c.tertio loco.de prob.idem Dec.in consi.575.Grat. lib.2.respon.10. nu.1.respon.45.nu.4.& respon.50.nu.3.& alibi sæ-
76 pæ.& præcipue Marsi.consi.5.nu.10. cum plurib.sequen.Sed defendendo communē limitatio.responderi pōt,hāc regulam nō procedere,quando lex pręsumit in contrarium eius, quod probari intenditur; quia tunc, etiam si res sui natura difficilis sit ad probandum, propter illam pręsumptionē in contrarium, legitimis probationibus probandū venit.& pro hoc adduco Grat. lib.1.resp.94.nu.7.vbi dicitur quod quando quis se fundat super eo,quod nō est verisimile,tunc efficaciores,& clariores probationes requiruntur. & ideo dicimus, ꝙ quando militat pręsumptio contra iurantem,non admittitur probatio per iuramētum suppletorium, vt alibi demonstrauimus. Cum itaque in casu nostro militet pręsumptio pro officiali, quod.s.barattariam non commiserit, non debet admitti probatio per iuramentum suppletorium; sed ꝑ verasac legitimas probationes, etiā si versemur in casu difficilis probationis. Secundo responderi potest, quod cum d. l.fin.C.vbi de ratioci.agi.oport. faciat mētionem de probatione cum illis verbis pręgnantibus, & qualificatiuis, videlicet, Et nota testimonia,& verisima documenta;tunc appellatione probationis non comprehenditur probatio per coniecturas, & iuris pręsumptiones: & consequenter nec per iuramentum, quę est probatio irregularis. Glo. in l. cum de indebito. in ver.legitimis.de probat.cum alijs allegatis

per.Grat.lib.2. resp.94. nu.4. & per Alci. in tractat.præsump.reg.1. præsumpt.39.& ideo Bal.in Authen.nouo iure. C. de pœn. iud.qui male iud.dicit,quòd ad hoc vt iudex poßit puniri de corruptela,requiritur quòd is,qui dicit aliquid iudici dedisse, illud probare debet; alias punitur. Tertio considerat Curt.iun.quòd contra istos officiales agi potest ciuiliter: & sic non pro delicto,vel negotio graui; & ideo in tali casu poterit deferri iuramentum sed respondendum est eodem modo, quod procederet, nisi militaret præsumptio in contrarium pro ipso officiali,pro quo; vt diximus, lex præsumit. Et ista ratio militat nō solum,si criminaliter agatur, sed etiam si ciuiliter. Præterea posset esse causa grauis, tametsi ciuiliter ageretur, vt si de magna quantitate pecuniæ,verl de re alia maximi valoris ageretur, quæ obijceretur data ipsi iudici per corruptelam. quo casu certißimi iuris est,iuramētum non deferri in supplementum semiplenæ probationis, vt infra alibi dicemus, in hoc ipso priuilegio. Neque mirum videri debet,quòd hoc singulari quodā iure requiratur in iudicibus,

78 & officialibus puniendis;nam sicut † contra leues, & suspecti nominis ꝑsonas leuiores probationes admittuntur, vt pulcre ꝑ Crauet.in consi.73 post nu.22. ita æquum est ex contrario, quòd contra personas ꝓ quibus lex præsumit,euidētiores deposcātur vt contrariorū sit eadem disciplina. & ita argumentatur in terminis Graue.in d. consi.73.& consi.75.nu.12. Concludo igitur per supradicta, quod cum requirantur contra officiales verisſimæ probationes, iuramētum suppletorium non debebit deferri.& ita in terminis nostris hanc quæstionem late disputando determinat Gram.in consil.35.in crimina. vbi nuncupatim respondet ad Glo. de qua supra mētionem fecimus,in Authen. vt iud. sine quoquo suffrag.in §.necesſitatem habente.in ver.ostēditur:nam procedit, postquam officialis arripuit fugam; & in odium ipsius, vt ibi per eum,nu.42.

79 Nono limita.quando ageretur de reuocando sententiam seu aliud iuramentum præcedens;quia tunc in supplementum semiplenæ probationis iuramentum non defertur,vt per Bal.in l.fin.per illum tex. C.si mino.se maio.dixe.quod Curt. iuni.in d.l. admonēdi.de iureiur.num. 208. intelligit procedere, si agatur de retractatione sentētiæ,vel iuramenti propter iniquitatem;secus si ex causa alicuius sollennitatis; vel ex defectu procuratoris iam reuocati: nam hoc poterit probari cum vno teste,& delatione proprij iuramenti,vt dixit Io. And. post Host.in c.cum pro causa.de procur.& pro singulari memoriæ mandauit Corse. in suis notabi. in ver.mādatū. licet ipse in

80 contrarium arguat. Et † quod poßit probari reuocatio procuratoris per vnum testem cum iuramento,probatur in c.ex insinuatione.de procurat. quem dicit notabi. Curt.iuni.vbi supra post Roma.ibi in 26. col. Aduertendum est etiam,quia Bald.in d.l.fi.C.si mino.se maior.dixe.nō loquitur retractatione sentētiæ,sed solum de declarando sentētiam nullam, vt etiam illum intelligit,& declarat Corn. in consil.324. in prin.vol.3.

81 Decimo limi. quando ageretur de probanda quantitate personæ:exempli gratia, quòd quis sit procurator:nam tunc non satis est probare per vnum testem cum iuramento,etiam si esset in rem suam.& ꝓ hoc Curt.iun.in eadem l.admonēdi.nu.209.dicit esse tex.cum Glo. quam ponderat Bal. & Ang.in l.non solum.§.quia alieno.de ꝓcur.Pro hoc bene facit

82 † quia mandatum regulariter probari debet per scripturam, secundum Innoc.in c.1.de proba. Bald.in additi. Specula.in ti.de procur.ver.in litteris.Pau.de Cast.in l.1.§.editiones.de edē.

83 & per Guid.Pap.q.582. Et † quòd qualitas personæ debeat plene probari, & non satis sit præsumptio, vel iuramentum suppletorium,voluit Ang.in l.1.colu.3.in fin. C.de testā.& Gram.in consi.150.col. ante pen.nu.33.in ciuili.& est tex.not.in c. tuæ. de cleri.peregri.vbi habetur,quòd ordinatio illorum,qui sunt ignoti,debet probari legitime, id est (inquit tex.) per litteras

siue

ſiue per teſtes:quem tex. reputat ſingularē,
& vnicum Corſe. in ſupradicto nota. in
ver.mandatum. Sic etiam de poteſtate iu-
dicis exequentis debet plene conſtare , vt
inquit idem Curt. iuni.in d.l.admonendi.
nu.273.de iureiu.Et generaliter vbi requi
ritur ſcriptura,ibi debet fieri plena proba
tio,nec ſufficit iuramentum,vt ibidem per
85 eundem numero 281. † Qui autem ſint
illi caſus , in quibus requiritur ſcriptura,
enumerat Guid.Pap.in d. q. 582.

Vndecimo limi.quando ageretur de ꝓ-
86 banda ingratitudine ; quia nō defertur iu
ramentum ſuppletorium,tex.eſt not.in l.fi.
& ibi Bal.C.de ſecund.nupt. ſequit Curt.
iuni.vbi ſupra.num. 210.& iſtam limi.tan-
quam ſingularem,memorię commendauit
Cotta in ſuis memorali.in verſi.ingratitu-
do.Et dixit Guid.Pap.q.180. quod ingra
titudo vaſſalli debet probari per quinque
teſtes , omni exceptione maiores. allegat
tex.in c.vni.tit.quot.teſt.ſunt neceſſ. habet
enim ingratitudo multa ſpecialia, qa eius
cauſa ſæpe receditur a regulis iuris cōmu-
nis.&.ideo dicitur,quod ſi ingratitudo in
terceſsit,donatio reuocatur.l.fin. C.de re-
uo dona.item liberti in ſeruitutem repetū
tur.l.ſi manumiſſus.C. de libert. & eorum
libe.quod eſt contra regulam.l.ſicut C. de
acti.& obli.multaque alia ſtatuunt ſingula
ri iure aduerſus receptas communeſq; iu-
ris traditiones:de quibus nonnulla per Iaſ.
in l.ex hoc iure.col.11.de iuſti. & iur.vide
Bar.in l.liberi.& l. omni modo.C. de inof.
teſt. & Fel.in c.prudētia.§. ceterum col.1.
87 de offi.deleg.† An autem iuramento par-
tis ſtari debeat , ſi ita inter partes conuen-
tum ſit,habetur per Alex.in conſ.130.vol.
1.vbi concludit,quòd ſic.

88 Duodecimo limi.non procedere quan
do haberetur recurſus ad Eccleſiam pro-
pter defectum iuſtitiæ ſecularis; quia tunc
cauſa grauaminis legitime probari debet,
vt habeat locum recurſus. ita inquit Bal.
in c.item ſiquis per triginta.in fi.ſi de feud.
89 fuer.cōtro. † & iſte eſt unus de multis caſi
bus,quos enumerat Maran. in ſuo Specul.
in 11. diſtincti. nu.11. in quibus iudex ec-
cleſiaſticus cognoſcit inter laicos. & pro
dicto Bart.facit in ſimili, quia idem vide-
90 mus in appellatione, † ſecundum cuius na
turam regulatur recurſus , vt per Marſi. in
ſingula. 88.licet in quibuſdam differant
ſecundum Corn.in conſi. 177. col.fi.vol.2.
91 † nam in appellatione per ipſum appellā-
tem legitime probari , & doceri debet de
grauamine,vt per Crau.in conſi.273.col.
6.in princ. Sed vbi legitime aliquid pro-
bandum venit, non eſt locus iuramēto ſup
pletorio.Et hanc limit.pro notabili com-
mēdauit memorie Cott in ſuis memorali.
in ver.iuramentum neceſſarium.

92 Decimo tertio limit. quando fideiuſſor
repeteret a principali debitore illud quod
pro eo ſoluit:nam tunc non eſt ſatis proba
re per vnum teſtem de viſu, cum iuramen
to ſuppletorio : ſed legitime cōſtare debet
de ſolutione per ipſum facta , vt probatur
in c.peruenit.ibi Quatenus ſi ex confeſsio-
ne prædictorum clericorum,vel alias legi
time vobis rem ita ſe habere conſtiterit
de fideiuſ.Et quamuis Curt.iu.in ſæpe alle
gata.l.admonēdi.dicat illum tex. parum fa
cere: tamen optime facit , & probat hanc
limitationem, dum vult legitime de ſolu-
tione conſtare.& ſic manifeſte oſtēdit , nō
poſſe hoc probari per iuramentum ſupple
torium ; quia non eſt legitima probatio,
ſed potius contra regulas iuris,vt ſæpe di-
ximus.Et quod ſatis ſit conſtare de ſolutio
ne per confeſsionem partis , aſſerentis ſe
eſſe ſatisfactam, prout dicit tex.in d c.per
venit.tradit Alexan.in l.duobus. §.1.de iu
reiur.vbi allegat Bar.in conſi.160. qui ita
dicit.idem Alex.in conſi.25.vol.2.& cōſi.
123.vol.6.Affli.deciſ.94.& deciſ.91.Dec.
93 conſi.393.col.1.Et notandum,† quod fi-
deiuſſor non debet ſtatim ſoluere , ſed te-
netur opponere exceptiones ꝑemptorias,
quæ eius principali competebant : veluti,
quod cautio ſeu ſcriptura creditoris non
erat in forma probante: alias ſoluens repe
tere non poſſet , vt legitur apud Bello.in
94 conſi.75.nu.18.† non tamen tenetur op-
ponere exceptiones ſuo principali compe
95 ten.cū ſuo ꝓprio robore,† ſed poteſt agno
ſcere

ſcere bonam fidem, quamuis eas de rigore potuiſſet opponere. Abb. in conſi. 60. colu. 2. par. 1. & conſi. 7. col. 4. ver. venio ad tertium. part. 2. Craue. in conſil. 6. nu. 82. vbi fideiuſſor repetit a principali, licet nõ opposuerit exceptionem pacti nudi, vt fidem ſeruaret. iuxta. l. 1. de pact. quia talis exceptio opponebatur cũ rubore, cum quę procedũt de labijs noſtris non ſint irrita faciẽda, prout inquit Pſalmiſta. cuius meminit in ſimili Grat. lib. 2. reſpon. 26. poſt num.
96 17. † & quod fideiuſſor poſsit agnoſcere bonam fidem, & ſponte ſolutionem facere, probatur per tex. in l. ſi fideiuſſor. § quædam. mandati. vbi non imputatur fideiuſſori, ſi omiſit exceptiones, quę ſunt de apicibus iuris, dum tamen de veritate negotij diſputarit. idem legitur apud pau. de Caſt. in conſi. 252. col. fin. volu. 2. Affli. deciſ. 49. & Bello. in d. conſi. 75. nu. 4. quod eſt intelligendum, ſi vere ſit debitor ſuus principalis; alias ſecus, vt per Craue. in conſil. 132. poſt num. 14.

97 Decimoquarto limi. quando ageretur de probando dolo, ſecundum Bald. in l. 1.
98 C. qui & aduer. quos. Et eſt ratio, † quia ius in dubio præſumit dolum abeſſe, niſi ꝓbetur. l. quoties. § qui dolo. de proba. l. dolum. C. de dolo. l. cum ita legatur. § ſpecies. de fideicom. liber. Iſta ratio non videtur concludere, quia iuratur etiám contra p̃ſumptionem, quando eum iurare volẽte concurrit ex aduerſo aliqua probatio, vel præſumptio, aut coniectura, vt dixi in primo priuilegi. vbi ergo iurans probaſſet ſemiplene dolum, videtur poſſe deferri iuramentum ſuppletorium, præſertim, quod videtur etiam iurari poſſe de animo alterius, vt demonſtraui in d. primo priui. in
99 prima amplia. † Quinimmo ad probandũ dolum admittuntur probationes, quę alias non admitterentur ſecundum regulas iuris cõmunis. l. tutor. § qui repertorium. vbi not. de admi. tuto. & ad hoc allegatur per Grat. lib. 2. reſpon. 153. num. 26. Verumtamen non eſt recedendum ab hac limitatione, quæ veriſsima eſt, cum ſit impoſsibile, directe de animo alterius poſſe ꝓbare: quod fieri contingeret, ſi alterius iuramento ſtandum eſſet: qui enim iuraret aduerſarium dolum adhibuiſſe, immediate diceretur de illius animo probare quod eſt impoſsibile, quia animus ſoli Deo patet. & cum animus aduerſarij directe probari non poſsit, nõ poteſt etiam probari dolus,
100 † qui in animo cõſiſtit. l. plagij. C. ad leg. Fab. de plagi. Signo. conſ. 75. col. pe. in fin. Probatur ergo de animo alterius indirecte. ideſt per coniecturas, & præſumptiones, quę tamen nõ ſint leues, ſed perſpicuę. vt d. l. dolum. & ibi Bartó. C. de dolo. Nec obſtat, quod diximus, probari poſſe de animo alterius; quia illud ſpeciale eſt in vxore, quæ cum marito eſt vna, & eadẽ caro, vnum velle, & idem nolle; preterea habuit vxor animum ſui viri notum ex verbis, & cohabitatione. ex verbis, & geſtis ipſius, ex quibus ſibi patebat illius animus. & ideo non eſt mirandum, quod ſtari debeat eius iuramento. Inſuper ibi non repugnabat aliqua præſumptio in contrarium, vt in caſu iſto, in quo repugnat præſumptio ceſſationis doli.

101 Decimo quinto limita, vt non procedat in pęnalibus, in quibus non defertur iuramentum ſuppletorium. Bar. in l. admonendi. vbi omnes. de iureiu. Bald. in l. 1. C. de his, quæ pœn. nomi. & eſt ratio ſecundum Cur. iuni. in d. l. admonendi. poſt nu. 213. qa in criminalibus non deferẽ iuramẽ
102 tum ſuppletorium; † ex quo in his probationes debent eſſe perſpicuæ, & vt dicitur luce meridiana clariores. l. fin. C. de proba. Gloſſ. in cap. veniens. cum ibi plene nota. de teſtam. Bal. in d. l. 1. col. 2. C. de his, quæ pęn. nomi. & in l. in teſtamento. de condi. & demo. per Dec. in conſi. 310. conſi. 63. & conſi. 183. & late per omnes in l. qui accuſare. C. de eden. Corn. in conſil. 172. col. 2. in princ. vol. 3. & in conſil. 324. in princip. eo. vol. Circa iſtam limi. puto eſſe animaduertendum ad aliqua. & primo, quia non videtur bona ratio illa, quã aſsignat Curt. iu. dum inquit, in pœnis ideo non deferri iuramentum ſuppletorium, quia in crimi-
103 nalibus non defertur: † iſta enim eſt ratio

eadem

eadem cum dicto;& ex consequenti non bona.l.pro hæred.de peti.hæred.l.fi.de of fi.procur.Cæsa.l.Labeo.de procura.l.1.ď excep.Barto.in tracta.de test.in verf.testis interrogatus.nu.3.& Alex. in consil.131.
104 col.4.vol.1.†Et ideo testis,q. dicit Scio quia scio, nihil probat. Grā. post alios.in consi.1.col.2.ad fi.& cons.27.col.2. num. 8.in ciui.nisi aliam bonam rationem adiungat:vt si diceret Scio,quia vidi:nam ī tali casu probaret. vt per Bello.in consil. 6.post num.7.Secundo aduertēdum,quia non videtur bona alia ratio assignata, quod ideo non possit deferri iuramētum, quia in pœnis debeant esse liquidissimæ probationes.quæ ratio fuit Cyn.in l.in bo
105 næ fidei.C.de iureiuran.† cum enim in eis perueniatur ad sententiam per solas p̄sumptiones,& coniecturas,licet tunc non possit fieri condemnatio ad pœnam delicti,sed mitius sit agendum,vt per Marf. in consi.3 nume.36.& Cepo. in consi.6.col. 3.consi.27.col.4.& cons.32.col.9.& colu. penult.ad fi. & late comprobat Tiraq. in tracta.de pœn.minu.causa.27 nu.2.& Bo er.decis.164.nume.6.sequitur, quod talis ratio non est bona,tāquam generalis, nec in probatione concludens,iuxta not. in l. non omnium.de legi.in l.cum tale.§.falsū de condition.& demonstration.l. nō hoc vnde cogna.& cap.in præsentia.de proba tio.Non obstat,quod in pœnis probationes debeant esse liquidissimæ; quia procedit, quando ex natura rei tales haberi pos
106 sunt;† aliàs enim si versemur in his,quæ occulte perpetrantur,& propterea non nisi difficulter probari possunt,admittuntur præsumptiones,& coniecturæ, quæ aliàs non admitterentur.Bart.in l. si quis.ex argentarijs.§.prætor ait.vbi alij. de edendo. Alex.in consi.53.vol. 2.& cons.69.eo.vol.
107 cum alijs supra allegatis. † Et in huiusmodi casibus pręsumptiones, & coniecturæ reputantur liquidissimæ probationes, l.si quis locuples.de manu.testa.l. licet.Imperator.vbi notat.de lega.1.Gloss.nota.in l.si tutor.de peri.tuto.& late Fely.& Dec. in rub.de probatio. Ego propterea cogitabam,quod ideo in pœnalibus seu criminalibus non potest deueniri ad iuramē tum suppletorium,quia in his agētes mouentur ex iniuria ipsis illata; aliàs agere non possent,toto.ti.C.qui accu.non poss. ad eas,scilicet, pœnas petendas, propter quam iniuriam facile fieret, vt peierarent cum ex iniuria recepta quis præsumatur inimicus; vt accidit quando minæ, vel verba iniuriosa intercesserunt, vt habetur per Marsi.in consi.3.num.11.cum plu rib.sequen.& Gram.cons.57.num.7.& 8.
108 in ci. Et † de inimico omne malum est præsumendum.Dec. post alios ab eo allegatos,in consi.64.colu.pen.in princip. & Crauet.in consi.35.colum.2.in princip.& vbi est periculum de periurio, non est facile deferendum iuramentum: & si iudex deferret,grauiter peccaret.ca.ille qui 22. q.6.Cogitabam etiam posse aliam assigna ri rationem, q. ideo in criminalibus non defertur iurm̄ suppletoriū,quia causæ cri minales sunt maximi p̄iudicii,ex quo infamant,vt in § ex q̄busdam.Insti.de pœn.te mer.litigan.& ita per hāc rōnem fuit decisum in actione iniuriarum, vt habet̄ in decis. Tholo.243. & ibi Aufre. dicit ita fuisse determinatum.pari modo quando fuit actum per procuratorē: quāuis enim in illo casu euitetur infamia iuris: non tamen euitatur infamia facti. & sic actio criminalis est maxime p̄iudicialis.
109 Istud†tamē intelligo ꝓcedere,nisi aliàs causa ipsa criminalis esset parua,& consequenter minimi præiudicii,vt scribit Abba.in c.fi.quod met.caus.& Bald.post Gl. in Auth.minoris debitor. C.qui dari tut. pos.Item intelligo,nisi esset plusquam semiplene probatum; quia tunc deferretur iuramentum in supplementum probationis,vt dicit etiam Curt.iu.in d.l. admonē
100 di.nu.108.& seq.† Itē intelligo,nisi ageretur ad pœnā conuentionalē; & persona agens esset multum fide digna, & legalis,
111 ita,vt non esset timor periurii:† in similibus enim personis cessat præsumptio delinquendi,vt per Craue.in consi.21.num. 9.vbi concordan.Tertio intelligo, nisi cā

O crimi-

criminalis esset ciuiliter intentata, vt per
112 Anton. But. in c. fi. de iureiur. † Quod autem diximus in causis pęnalibus seu criminalibus nō deferri iurm suppletoriū, pcedit ēt in qualibet alia cā graui, veluti, Status, filiationis, spurietatis, & similium, vt post alios scribit Curt. iuni. in d. l. admonēdi. nu. 317. & 321. de iureiuran. nisi etiam esset in his quoque plusquam semiplene probatum, vt per Gozad. in consi. 11. num. 18. Notandum tamen quod quando dicatur causa grauis, nō dicitur esse in iure determinatum, & ideo residet in arbitrio iudicis hoc determinare secundū Corn. in consi. 101. col. 4. vers. & licet. in littera N.
113 vol. 1. † Et ex hoc infero, ꝙ iuramētū suppletorium nō habebit locum in causis matrimonialibus; qa causa matrimonialis dicitur grauis, vt not. Anto. Butri. Ab. & alij in c. si pro debilitate. de offi. delega. Grat. lib. 2 respon. 2. num. 32. & ęquiparatur causæ criminali. vt habetur per Gram. in consil. 50. colum. 3. nume. 25. in ciuili. & idem Grat. lib. 2. respons. 59. num. 32. & propterea in ea plenissimæ probationes fieri debent, vt per eundem, respon. 38. nu. 31. eo. lib. quod tamen procedit, quando iuramētum peteretur ad infirmandum seu dirimendum matrimonium; secus, si pro matrimonio, & ad illius fauorem iurandū esset, quia tunc iuramentum huiusmodi deferretur, vt per Roma. in consi. 367. circa prin. Craue. in consi. 73. nu. 24. ver. videmus in simili. & habetur in decisi. Tholos. 171. vbi declaratur verum esse, nisi ageretur, seu nisi iurandum esset in præiudicium alterius matrimonij, quod clarissime constaret, vt ibi habetur; & per Gozad. in consil. 77. numero 12. vbi concordan. neque mirum videri debet, in causa matrimoniali posse deferri iuramentum suppletorium, quando iurandum est pro matri-
114 monio; † quia etiam in causa, quantumcunque graui, & ardua, iudex potest, si velit, deferre iuramentum, concurrentibus tamen pluribus coniecturis; & quod iurans sit alias persona notabilis; vel plusquam semiplene probatum, vt sæpe diximus, & late declarat Curt. iuni. in d. l. admonendi. nume. 310. cum duob. seq. argument. Tex. in l. si quis pro redemptione C. de dona. & eorum, quæ not. in l. si patris. & in l. si fundo. de rei vindicat. Et sic istud faciendum est cum magna prudentia, & moderatione, vt l. quæ sub conditione. de condit. institu. Vnde si iurare volens esset alias rusticus, paruæ conditionis, & pauper, non deferretur iuramentum suppletorium. & ita has causas considerauit Sozi. in consil. 136. colum. 3. in fine. & colum. seq. volum. 1. & in dubitatum est iuramentum suppletorium non deferri, nisi iurans sit omni exceptione maior, vt per Marsi. in consil. 73. numero 33. Et supradictæ conclusionis ratio, quod, scilicet, ad fauorem matrimonij, possit deferri iuramentum suppletorium, est fauor validitatis actus idest, matrimonij; quia permittūtur multa ad validitatem actus, quæ aliàs non permitteren-
115 tur. † Hinc dicimus in terminis nostris loquendo, quod quando agitur de dissoluendo matrimonio, testes debent esse omni exceptione maiores; secus quando agitur de illo conseruando, vt per Dec. in consil. 163. colum. 6. circa princip. Et ideo, quamuis aliàs parentes non sint idonei testes, l. parentes. C. de testi. cap. itē
116 parentes, 3. q. 3. tamen ad fauorē † matrimonij admittuntur, & dicuntur idonei testes cap. videtur. qui matri. accus. poss. faciunt not. in ca. 1. 3. q. 5. & in c. cum in tua.
117 de sponsali. † Quinimmo dixit notabiliter Feli. in rub. d. titu. de spon. quod magis creditur vni testi, deponenti pro matrimonio, quam pluribus deponentibus in contrarium, contra tex. in l. 3. § eiusdem. de testi. Glo. in l. ob carmen. §. fin. eod. titu. & l. 1. §. 1. de vent. inspici. & ibi idem Feli. ponit plura singularia fauore matrimonij, vt.
118 ipsum substineatur; † quia interpretatio in dubio fieri debet, vt actus sustineatur, l. si prætor. in princip. de iudi. l. 3. de testa. mili. l. quoties. de reb. dubi. & cap. Abbate. de verb. signifi. & dicitur fauorabilis, & præfertur omni aliæ interpretationi, vt

per Dec. in cap. quoniam Abbas colum. 6. versic. secundo limitatur. de offi. delegat. Grat. lib. 1. respon. 16. nume. 40. & respon.
119 70. nume. 14. Et † ideo videmus, quod nominatio facta per patrem de filio in testamento nullo, quamuis non faciat illum legitimum, vt tradit Barto. in suis quæst. in quęst. 11. incipiẽ. Filium habeo. tamen illud procedit, quando qui dicit se legitimum, impugnat testamentum; secus, quando vult illud conseruare. Dec. in consil. 176.
120 colum. 1. versic. non obstat. Item, † quãuis alias princeps non pręsumatur vti plenitudine potestatis. Bald. in l. si testamentum. C. de testam. sequitur Calca. consil. 120. numero 10. & concordan. adducit Rimin. iun. Insti. quib. alie. lic. vel non. §. 1. numero 37. tamen quando alias actus non valeret, contrarium præsumitur. Paul. de Castr. in l. ex imperfecto. in fin. C. de testam. & in consi. 414. col. 3. in medio. versic. primus, quando actus. vol. 1. & Alex. in l.
121 quamquam. C. de testam. mili. † Item quamuis inducta ad diminutionem, regulariter non debeant opperari augumentum. l. legata inutiliter. de adim. legat. cum vulg. tamen, vt actus substineatur, secus est contra regulam iuris, ac propriam naturam. l. denique. §. interdum. de pecul. legat. Dec.
122 in l. 1. colum. penul. de reg. iur. Item † quãuis ordo litterę denotet ordinem intellectus, vt late per Maran. in suo Specul. in 3. par. principali. numero 107. tamẽ quãdo agitur de validitate actus, illud, quod est posterius in ordine litteræ, interpretatur esse prius. Dec. in l. in contrahenda. de regul. iur. sequitur Grat. lib. 2. res-
123 pon. 77. colum. fin. nume. 19. † Sic statutum non comprehendit forensem, quando tractamus de in validando actum gestum in eius fauorem; quia tunc statutum non potest pręiudicare forensi; secus si ageretur de validitate ipsius actus, vt per Bart. in l. cunctos populos. colum. 10. C. de summa. Trini. & fide Catho. & multa similia exempla cumulat Crau. in cõsil. 52. & pro prędictis facit regula satis vulgata, quæ habet non esse eandem rationem confirmandi actum, & illum infirmãdi; sicut in testamento dicit Alexand. in l. 1. colum. 2. C. de testam. Concludo igitur ex prædictis merito deferri posse iuramentum suppletorium, quando iurandum est pro matrimonio; & sic fauore matri-
124 monij conseruandi. † Secundo infero ex supradicta limit. quod si agatur de maiore parte bonorum, vel de omnibus bonis, non esse deferendũ huiusmodi iuramentum suppletorium; quia dicitur causa grauis. l. propter li tem. de excusati. & Glo. in §. itẽ ꝑpter litem. Insti. eodem & Craue. in consil. 31. in princip. Tertio
125 infero † quod iuramentum non poterit deferri in causa feudali, vt habetur per Lanfran. in repet. d. l. admonendi. numero
126 91. de iureiuran. † quia dicitur magna, & grauis. ita Bald. in l. in bonæ fidei. C. de iureiuran. Ias. in procem. feudo. in princip. & Gozad. in consi. 11. colum. 2. versic. præterea, & si dicatur. Hoc tamen, quod non deferatur iuramentum suppletorium in causa feudali, videtur temperandum, & declarandum non procedere, quando deferretur possessori; quia possessio aliquid adiungit probationi factæ per vnum testem, vt not. in cap. 1. §. sacramentum. de consuet. rect. feud. ita post alios ab eo relatos tradit Gozad. in d. con
127 sil. 11. post numerũ 19. † Quarto infero, quòd iuramentum suppletorium non poterit deferri in causa monachationis, per ea, quæ not. Glo. in c. mulieri. de iureiu. Doct. communiter. in l. 3. §. 1. simili titu. & sequitur Curt. iuni. in d. l. admonendi. num. 312. quia ista dicitur causa status, & consequẽter causa grauis. † Quinto infero, quia
128 nõ poterit deferri in causa vsurarum, secũdum Bal. in l. qui accusare. C. de eden. Marsil. late in singu. 273. Grat. lib. 2. respo. 157. nu. 3. Crau. in consi. 73. nu. 24. vbi dicit, hoc verum esse, nisi aliqua præsumptio sit in contrarium, vel nisi fuisset plusquam semi plene probatum, & volens iurare, esset persona notabilis, & honestę vitæ; vel etiã, nisi ageretur de repetitione ipsarum vsurarum. ita Curt. iuni. in d. l. admonendi.

num.313. & Crau.in d. consi.73. & est ratio, quia dicitur causa grauis, cum sit grauissimum crimen, omni iure prohibitum.

129 † Sexto infero, quia iuramentum suppletorium non poterit deferri in causis beneficialibus, secundum Bal. in d.l. in bonæ fidei. C. de iureiur. Curt.iun.in d.l.admonendi.nu.316. vbi intelligit verum, si quæstio sit de beneficio, vt ibi per eum; secus si de fructibus: allegando Gemini. in cap.1. in vlti.colum.de eo, qui mitt.in pos.caus.rei ser.in 6.& est ratio, quia cum agitur de beneficio, dicitur agi de re spirituali, & gra-

130 uis; & in spiritualibus † nō defertur iuramentum suppletorium, vt per Abba. in cap.quanto nume. 3. & 4.de iudi. & tradit etiam Grat.lib.2.resp.2.nu. 32. & Maran. in suo Specul. distinctio.nona.nu.42.& est generale, ꝙ in causis magnis, quales sunt oēs supradictę, non defertur iurm̄ suppletorium, sm̄ Glo.& Doct. in l. admonendi. & ista est cōmunis opi. vt attestatur Corn. in consil.58.col.3.vol.3.vbi ēt subdit, ꝙ quando dicatur causa magna, vel non, consistit in arbitrio iudicis, nisi a iure sit determinatum.per l.1.de iure deliber.& c.de caus. de offi. delegat.

131 Decimo sexto limita.non procedere quā do ageretur de verificanda conditione, adiecta per iudicem: puta, quia dixit, Condemno te si non probaueris: nam in isto casu non satis erit probare per vnum testem cum iuramento suppletorio.Bald. in d.l.in bonæ fidei.C.de iureiur. Gerard. in singu. 86. Rui.in consi.68.col.5.ver. & tanto magis.& col.8 ver.nec obstat.volu.1. & latius per Curt.iuni.in d.l.admonendi. num.230. vbi hoc declarat & Cot. in suis memorali. in ver.sententia lata sub conditione. Et dixit Gozad.in consi.2.num.12.quod conditio debet impleri ꝑ iuramentū. & videtur

132 esse ratio huius limitationis;† q̄a illa conditio, Si ꝓbaueris, importat formam, secundum Bald. in Authen. matri, & auiæ. C. quando muli. tut. offic. fungi. & forma specifice impleri debet, & non per ęquipollens. l. qui hæredi. & l. Meuius. de condi. & demonst. & l. 1.vbi omnes. de liber. & posthum. per Roma. & Alexan.in l.sciendum.de verb.obligatio. Grat. lib.1.respon.4.nume.53.& Gozad. in con-

133 sil.73. nume. 10. Et † quod vbi probatio fieri debet per modum conditionis, nō possit deferri iuramentum suppletorium patet, quia, vt dictum est, requiritur propria, & vera probatio, est tex. in l.Lucius. de cond. & demonstratio. vbi Barto.& habetur per Alexan. in l. licet imperator. de legat.1.Grat. lib.1.respon.54.nume. 53.& lib.2.respon.10.num.9.& respon.94. nume. 6.& Gozad.in d.consi.2.num.22.supra allegat.& ista est communis opi.secundū Dec. in rubri. de proba. quamuis ipse ibidem

134 contrarium teneat.† Sic videmus in simili, quod si præstatio fideiussoris facienda est per modum conditionis, debet adimpleri in casu expresso, & non per æquipollens. dixi idem Grat. lib. 1. respon. 138.

133 nume. 16. Sic † quamuis paria sint, mentem suam declarare facto, & verbis.l. Paulus respondet, rem rat. habe.& l. de quibus.de legi. Tamen, quando sumus in his, quæ per modum conditionis requiruntur, non sunt paria declarare facto,& verbis, ex quo conditio debet specifice impleri.& ita argumentatur Grat.lib.2.respon. 102. nume. 48. Et quamuis ex diuturnitate temporis omnia præsumantur sollemniter acta, vt not. in d. l.sciendum. de verb. obliga.& l.si filius.vbi Doctor.de peti. hęred.tamen, quādo illud, quod debuit interuenire, venit probandum per modum conditionis, non sufficit probatio resultanş ex diuturnitate temporis, quę non est vera probatio, sed præsumpta. ita Ruin. in d. consil. 68. colum.8.num.18.volum.1. vbi subdit se putare notand. & de iure verum. Concludo igitur idem dicendum in casu nostro, ꝙ q̄n s. probatio requiritur per modum conditionis, non potest deferri iuramentum suppletoriū. Sed cōtra omnia prędicta facit, quod not.in l.qui accusare.vbi Glo. in ver. probante. C. de eden. sentit deferri posse iuramentū suppletoriū: nam actori vult sufficere ēt semiplenam probationē, quæ verba tacite innuunt, posse in supplementum

illius

illius semiplenę probationis deferri iuramentum, quia illa semiplena probatio nõ sufficeret per se sola, nisi in quibusdam casibus, de quibus ibi non agitur: & tamen ibi probatio erat prolata per modum conditionis. Solut. quidam ibi dicunt, quod nostra limi. & sic dictum Bald. in sæpe allegata. l. in bonæ fidei. procedit, quando probatio profertur ab homine per modũ conditionis; secus a lege, vt in d. l. qui accusare. Et pro hac solutione ego adduco, bene facere regulam, quæ dicit,
136 † quòd dispositio hominis non ita facile ampliatur, vel moderatur, sicut dispositio legis secundum Gloss. magnam in l. assiduis. C. qui potio. in pign. hab. Natta in consil. 602. numero 6. & dixit etiam Craue. in consil. 118. nume. 22. quod latius proceditur in interpretatione legis non scriptæ, quam vbi agitur de interpretanda dispositione hominis. & ibi plura allegat. quod etiam tangit Rui. in consil. 34. volum. 4. in princi. post nu. 10. volum. 1. Secundo respondent allij in eadem. l. qui accusare. quod dictum Bald. procedit, quando probatio profertur affirmatiue; non autem negatiue: inter quæ duo est magna differentia, vt per Bart. in l. si is, qui ducenta. de reb. dub. Tertio respon. Dec. quod probatio sumitur secundum subiectam materiam, vt per Bald. in l. perempto rias. C. senten. rescin. non poss. col. fi. & per Bar. in l. si cõstante. in 1. q sol. mat. & ĩ extra uag. ad repri. in ver. summarie. quæ solutiones sunt notã. pro declaratione istius limi.
137 Decimoseptimo † limi. non procedere, quando ageretur de probanda præscriptione triginta annorum; quia non defertur iuramentũ suppletorium, vt dicit Bal. & Ange. in l. 1. de præscripti. trigin. anno.
138 † ex quo præscriptio est odiosa. & stricti iuris, vt per Bar. in l. 1. C. edict. diui. Adr. tollẽ. & per Doct. in l. traditionibus. C. de pact. & ideo iudex in ea supplere non debet, prout faceret si vellet deferre iuramẽtum suppletorium quia in odiosis non de-
139 bet supplere, † & præsertim in præscriptione, quæ dicitur impium præsidium. tex. est in Authen. vt eccles. Roma. cent. anno. gaud. præscrip. §. habeat. quem pro notab. allegat Ange. in l. sequitur. §. si viã. de vsucap. Craue. in tract. de anti. temp. in quarta part. in sectio. incipiente, Materia ista nume. 61. & nume. 125. & in consil. 29. in fin. & consi. 201. nume. 37. & Marsi.
140 in sing. 370. † vbi etiam dicit præscriptionem esse contra naturalem æquitatem. facit tex. in l. nam hoc natura. de cõd. indeb. quod etiam patet, quia vsucapere seu præscribere, & vsurpare idem videntur, vt in rub. de vsucap. seu vsurpati. Sed contra hanc limitationem facit, qui a immo iudex in odiosis videtur supplere: nam videmus, quod in criminibus supplet defectum probationis partis. Bald. in l. 1. in fin. C. qui & aduer. quos. & in l. reos. C. de accusati. Item facit in contrarium illud quod voluit Ioan. Andr. in reg. posses-
141 sor. de reg. iur. in 6. vbi † inquit, quod immo præscriptio fuit introducta ad ius naturale conseruandum: quod patet, quia coseruat duas regulas iuris naturalis. prima est, quod negligens puni-
142 tur: † Negligentia enim dicitur dolus & peccatum mortale, in his, qui ex officio ad diligentiam obligantur. Craue. in consil. 132. numero 4. Secunda quia litium, & rixarum materia omni via possibili amputatur. l. fin. pro suo. & in hoc maxime inuigilarunt iuris prudentes. l.
143 pperandũ. in princip. C. de iudi. † & ad hoc iudices summopere debent animaduertere. l. quidam extimauerũt. si cert. peta. Abb. in cap. pastoralis. num. 26. de ex-
144 cep. & in c. ad hæc. de appellat. † Et ideo dicitur, quòd quando iudex videt partẽ calumniari in litigando, non dicitur a iuris tramite deuiare, si quidquam non concedit, quod alias fuisset concedendum, vt notanter dicit Afflict. in decis. 351. nu. 7. & ideo si videt partem opponere per calumniã aliquam exceptionẽ, ẽt iustam, quæ tñ non debuisset opponi, eam nõ dẽt admittere, sed reijcere. Cotta in suis memoralib', ĩ ver. exceptio dominij. nec ĩ tali casu dẽt curare de appellatione, qa nõ

prodest, nisi probetur veritas causæ, vt per Abb. in cap. super eo. in fin. vbi bona addi. de appell. Pariter si videt malitiose peti aliam dilationem, eam non dēt cōcedere:
145 tum, qa malitiose petitur: tum ēt, † quia dilationes sunt amputandę, vt per Abb. in d.c. super eo. nu. 18. quia sic lites breuiores sunt. Et quod per pręscriptionem, litium & discordiarum causę, & occasiones tollā tur, patet ex eius diffinitione, quam quidā
146 in hūc modum diffiniunt. † Pręscriptio est ius quoddam ex tempore congruens, auctoritate legis vim capiens, pœnam negligentibus inferens, litibus finem imponens. refert Natta in consil. 512. num. 10.
147 & alibi dicitur, † quod pręscriptiones sunt inuentę, vt per eas obuietur iuri agendi, & sic litibus instituendis; non etiā iuri excipiendi. Vide Craue. in consil. 10. numme. 11. l. sicut. C. de pręscript. trigi. anno. l. vbi pure. §. fin. de except. Signo. consil. 140. Grat. lib. 2. respon. 13. num. 44. & ideo tanquam fauorabilis debet interpretatione coadiuuari, vt in ea propterea videatur posse deferri iuramentum sup-
148 pletorium, † vt in simili dicitur de statuto, quod est conditum ad tollendum lites: & ideo tanquam fauorabile debet interpretatione coadiuuari, iuxta nota per Ias. in l. qui se patris. C. vnde lib. quamuis ergo videatur pręscriptio deuiare directe a dispositione iuris naturalis per d. l. nam hoc natura. de cond. indeb. tamen reducit nos indirecte ad idem ius ipsum naturale, per prędictas duas regulas. Non obstat tex. in d. Authen. vt eccles. Roma. cent. anno. gaud. pręscri. § habeat. quia respondetur, quod ibi est speciale fauore Ecclesię Romanę: nam eius gratia videbatur statuendnm, nullam pręscriptionem locum habere: & tamen, quia publice intererat, ne in incerto rerum dominia essent, censuit Imperator, vt centenarię pręscriptioni locus esset. nec sequitur, pręscriptio est impium, quo ad Ecclesiam Romanam: ergo est idem, quo ad alias
149 generaliter; quia videmus in simili, † qꝫ ęquitas naturalis suadet, vt pacta seruentur. l. 1. in princip. de pact. tamen eadem æquitas suadet, quod quandoque pacta non seruentur, puta in aliquo casu particulari, vt in l. 1. in princip. de mino. & similiter videmus, quod vnum potest esse iustum, cuius tamen contrarium erit iustius. l. exigendi. C. de procur. quam ad hoc allegat Corne. in consil. 123. colum. 2. in fin. volum. 3. Idem ergo dicamus in casu isto: nam quamuis respectu Ecclesiæ Romanæ præscriptio sit iniquum compēdium: tamen respectu aliarum rerum erit æquum. Secundo respondetur, quod ille textus intelligitur, quia præscriptio procedebat cum mala fide, habito respectu ad defunctum, quod patet ibi. Ne tutus peccandi locus scientibus relinquatur. & ita nuncupatim respondet, & declarat Roma. in consil. 149. colum. 2. versicu. quintam autem. Istam quoque responsionem sentit Corne. in consil. 145. in fin. volum. 4. nam dicit, quod ille text. procedit in pręscriptione procedente sine titulo, & bona fide: & ideo ibi dicitur Iniquum compendium: tamen secus videtur in pscriptione longi tēporis, quæ videt ęqua. l. 1. de vsucap. & dato, quod respectu initij diceretur de rigore aliquid acquisitum, mediante præscriptione; & sic per impium præsidium: tamen postea æquum est ius quæsitum vnicuique manuteneri argum. tex. in §. iuris præcepta. Inst. de iusti. & iu. & per hanc rationem subdit dixisse Barto. in Extrauagan. ad reprimē. in versic. videbitur. in fin. quod qui cognoscunt de ęquitate, debent admittere exceptionem præscriptionis longi temporis. Tertio respondetur per eundem Corne. in consil. 176. colum. penul. versic. confert ad supradicta. volum. 1. quod ibi non dicitur, quod scientes semper peccent: sed quia iniqui facile peccarent, ideo remouet præscriptiones minores centum annorum. fiunt enim sæpe generales dispositiones, vt fraudes euitentut. non tamen contingit, quod semper fiant. Quamuis ergo dicatur ibi, Ne iniquum compendium iniquis relinquatur: non tamen

dicitur

dicitur propterea, quòd semper compendium præscriptionis sit iniquũ. & ita etiã illum tex. declarat in consil. 277. colum. penul. volum. 4. Non obstat tex. in l. nam hoc natura de cond. indeb. quia ex supra dictis satis patet esse responsum : nam quãuis æquum sit neminem locupletari cum alterius iactura, & detrimento : non tamen iniquum est in casu contrario ; immo æquissimum, quod quis locupletet in aliquo casu particulari, vt in præscriptione, quæ, vt dixi, introducta est, ad hominum negligentiam coercendam. pro hoc est tex. notabilis in l. exigendi. C. de procurat. quem supra allega. & not. Gloss. in cap. domino sancto. 50. distinctio. in Glo. fi. quam in in simili adducit Gomes. in rub. Insti. de actio. nu. 5. vbi licet vnum sit æquum, eius tamen contrarium non est iniquum : nam si in contrarijs mutantur causæ disponendi, & variantur fines intentionis, possunt duo cõtraria esse simul mala, & simul bona, ex diuersis finibus; non tamen ex eisdem. & ideo si consideramus finem conseruationis generalis, malum est auferre rem alterius, quia impeditur eius conseruatio; & procedit d. l. nam hoc natura. tamen si mutamus causam disponendi, & finem intentionis, efficitur bonum locupletari cum aliena iactura, præsupposita negligentia domini, & bona fide possidentis, vt auferantur lites, & sit quies in populo, quæ intentio, & qui finis etiam bona sunt. & simile videmus in seruitute hominis: nam dicimus libertatem esse hominibus naturalem, quia omnes homines ab initio liberi nascebantur. §. ius autem. Insti. de iure natu. gen. & ciui. & §. 1. Institu. de liberti. & ideo bonum fuit illis conseruare libertatem, propter illam generalem hominum conseruationem : sed postea considerando, quod occasione belli homines iniquissime occidebantur, iure gentium fuit introducta seruitus, vt homines seruarentur : quod fuit summum bonum, vt not. in l. seruitus. de statu homi. & d. §. ius autem. & §. seruitus. Insti. de iure perso. & sic diuersis
respectibus libertas, & seruitus sunt bona.
Idem dicẽdum de præscriptione: qui nimmo tantum abest, vt præscriptio sit contra
naturalem æquitatem, vt potius procedat
in plerisque casibus secundum regulas iu-
150 ris : nam videmus, † quod præscripto
principali, intelligitur præsciptum & accessorium Craue. in consi. 54. nu. 14. quod
est secundum regulam. cap. accessorium.
de reg. iur. in 6. & per præscriptionem
vnius rei particularis contentæ sub vniuerso, intelligitur præscriptum vniuersum.
Innoc. in cap. dilecti de offi. archid. not.
Abb. per illum tex. in cap. 1. de religio. domi. quod est pariter secundum regulam,
quæ dicit specie posita, poni & genus ipsum. de qua in §. plebiscitũ. vbi not. Insti.
151 de iure natu. ge. & ci. Et similiter † ꝑscriptio cæpta contra patrem, perficitur contra filium, etiam minorem, l. fin. in quib.
caus. in integ. rest. non est necess. l. 1. si aduers. vsucap. quæ iura ad hoc allegat Grat.
lib. 2. respo. 101. num. 32. & prius Paul. de
Castr. in consi. 229. in princ. & consil. 208.
vol. 2. quod est pariter secundum illam regulam, quæ dicit patrem & filium reputari eãdem personam. l. fin. C. de impub. &
ali. substi. Præterea si pręscriptio esset impium præsidium, vt supra dicebamus, is,
qui aliquid præscriberet, non esset tutus
in foro conscientiæ: cuius tamen contrarium est verius, cum nec contra eum possit procedi per denunciationem euangelicam, secundum Ancha. in reg. possessor
malę fidei. in secunda quęst. prin. de reg.
iur. in 6. refert, & sequitur Corne in consi.
176. colum. penul. in princ. vol. 1. & alibi
sępe. Verumtamen, quamuis ego putem,
quod pędicta in disputãdo facillime sustineri possent; censeo tamen a communi opinione non esse recedendum & sic
concludo per supra allegata, verã esse nostram limitationem, quod, scilicet, ad probandam pręscriptionem non defertur iuramentum suppletorium. Non obstant
adducta in contrarium. Et primo non
obstat, quod iudex supplet defectum patris; quia illud procedit in notarijs crimi

nibus.& in his terminis loquitur Bald. in contrarium allegatus in dictis locis. Nec
152 mirum censeri debet, † quia in notorijs plerunque a regulis iuris recedimus. & hinc videmus, quod quamuis in poenis, quae ipso iure imponuntur, requiratur sententia declaratoria. Capi.deci.121. numero 24. Grama.decis.14. numer.5.& hoc dicunt omnia iura mundi; vt refert
153 Ioann.de Amic.consi.42. in fin. † tamẽ in notorijs non requiritur, l.si vero.§. qui pro rei qualitate.qui satisd.cogan. Gram. consi.47.colum.2.nume.6. in ciui. vbi allegat Abba. in cap.cum non ab homine. de iudi. & plerosque alios. Et quamuis aliàs citatus a iudice, habente generaliter,& regulariter iurisdictionem, teneatur comparere,& allegare causam, quare in illo casu speciali,non praetendit se esse subiectum, alias sibi imputatur, l.ex quacunque. si quis in ius voca. non ier. l. si quis ex aliena.de iud.cap.super litteris.de rescrip.& per Doctor.in cap.praeterea.de dilati.tamen quando notorium est, citato exceptionem competere,non tenetur cõparere.Gloss.in d. cap. super litteris. & in c.veniens.de accusation.& Corne. in consi.203.colum.3.volum.2.& ideo clericus publice incedens in habitu, & tonsura, si citatur a iudice laico, non tenetur comparere, vt voluit Bolognet. in l. fin. ante nume.51.de iurisd.omni.iud.Hinc etiam
154 dicimus, † quòd in notorijs ordo non seruatur l.ea C.de accusa.ca. nostrum. de iureiuran.& per Marsil.in consi.5.num.2.
155 † & tamen ordo in omnibus seruari debet,vt per Maran.in procemio sui Specu. & dicit Aret.in consi.67.in prin.allegando Aristote.in secundo Methaphy. quod ordinatim tractare & dicere, est sapiẽtis. Non obstat, quod dictum est de praescriptione,quia immo est odiosa, & stricti iuris,vt dictum est,& patet etiam, quia dici
156 solet,† Tantum praescriptum, quantum possessum.Glo.in c.auditis. in ver.interruptionem.de praescriptio.cum multis concordant.adductis per Ant.de Gabriel. in ti.de praescrip.conclus.2.in princip.& per Nattam in consi.636.nu.130.vbi simili-
157 ter concordan.† Item quia in dubio cõtra praescriptionem iudicandum est.Crauet.in cons.29.nu.9.cons.201.numer.37.
158 † Item,quia in praescriptione, dies caeptus non habetur pro completo,sed vltimum momẽtum expectatur,vt in l. in omnibus.de actio.& obli.Glo.in l.3.de mino.& Glo.in §.praeterea. Insti. quib. non est permis.face.testam.& alia Glo. Inst.de vsuca.in prin.in versi.per triennium. Nõ obstat,quod praescriptio reducat nos indirecte ad ius naturale, per p̃dictas duas regulas;quia illud non debet attendi, ex quo directe, & immediate repugnat iuri naturali: attenditur enim in dispositione, vel actu quod principaliter sequitur: non quod indirecte, & in consequentiam. l. si quis,nec causam.si certum, peta. Et cum praescriptio principaliter sit odiosa & tẽdat in damnum alterius, non potest respectu publicae vtilitatis reputari fauorabilis,nisi secundario: originaliter autem repugnat statui naturali, secundum que nõ licet alicui rẽ suam auferre.& hoc in primis spectari debet l. 2. in princip. de origi.iur.l.1.C.de impon.lucra. descript.lib. 10.l.qui id quod. de donat. Non obstat, quod praescriptio sit introducta ad hominum negligentiam coercendam; quia istud non fuit ex principali intentione introducentis praescriptionem;sed ne dominia rerum essent in incerto, vt Institu. de vsucapi.in princip. vnde illud non debet attendi:sed principaliter cõsiderari,quod per eam aufertur dominium contra aequi-
159 tatem iuris naturalis.† Praeterea cum sit introducta in odium negligentis, sicut dicitur, iam sequitur manifeste, quod sit odiosa; quia dispositio iudicatur odiosa ex principali intentione odij, sicut iudicaretur fauorabilis ex principali intentione fauoris, vt legitur apud Aretin. in consilio 29.columna 8.versiculo, quarto praemitto.& per Grat.libr. secundo respon.107.nume.37.post Barto.in l.qui exceptionem.de cond.indeb.Non obstat, q̃ per praescriptionem videatur remoueri li

tes, & iurgia; & quod propterea debeat reputari fauorabilis, & ex consequenti in terpretatione coadiuuanda, tamquam publicum fauorem continens; quia respondeo, hanc rationem non concludere quin sit alio respectu odiosa, & exorbitans ab illo iure naturali, quo nemo suis rebus priuari debet, vt in simili de statuto dicit idem Grat. libro primo respon. 13. nu-
160 mer. 17. † vbi dicitur, quod statutum conditum principaliter ad remouendas lites & controuersias, debet restringi, si est contra ius commune. Cum ergo præscriptio sit contra ius commune naturale, debet restringi, quamuis alia consideratione videatur esse fauorabilis; quia remouetur per eam contentiones in populo. Non obstat, ꝙ in plerisque casibus reguletur, & ꝓcedat secundum regulas iuris, quia illud est, ne sequatur illa inconuenientia, & repugnantia in ipsis regulis, vt patet per exempla supra adducta, quibus etiam nuncupatim respondet Rom. in consi. 368. colu. pen. & fin. ad quem me remitto. Concludo igitur, in præscriptione non habere locum iuramentum suppletorium.

Decimo octauo limita priuilegium nostrum non procedere, quando agitur de probando interesse singulare, quod consistit in omnibus rebus, in quibus quis habet maiorem affectionem, quam alij habeant, vt in filio alicuius. l. si seruũ. ad leg. Aqui. & similiter in fundo vicino. l. si cui
161 fundus. de leg. 2. & similibus rebus: † nam ad probandum tale interesse singulare nõ defertur iuramentum suppletoriũ. ita Gl. fi. in l. vni. & ibi Bal. C. de sent. quæ pro eo quod int. profer. idem voluit Dec. in l. quatenus cuiusq. de reg. iu. & in cõs. 312. quia testis deponendo super tali interesse, videtur deponere per viam industriæ; non autem per aliquem sensum corporis. & sequitur Curt. iu. in d. l. admonendi. nu. 216. de iureiu. subdens hæc verba signãda esse litteris aureis, quando enim testis deponit ꝑ viam industriæ, videtur deponere potius de suo iudicio, quam per aliquem sensum corporis, & ideo non probat, nisi reddat rationẽ sui dicti, quæ procedat ab aliquo sensu corporis. Bar. in l. fi. C. de prædijs na uicula lib. 11. Maran. in suo Spe. in prima par. nu. 2. Mars. in cõs. 20. n. 34. & 37. & in sing. 183. Boer. in cons. 30. nu. 2. quia igitur talis probatio est irregularis, & vnus testis ita deponens non omnino facit semiplenã probationẽ, non est mirũ nõ deberi deferri iuramentum suppletoriũ, ne inconuenientia, & specialia multiplicentur, l. 1. C. de dot. promi. cum simi. quinimmo tales testes non sunt ꝓprie testes, sed
162 potius iudices: † & ideo statutum loquẽs đ testibus, nõ cõprehẽdit istos. Doc. in c. proposuisti. de prob. Goz. in cõs. 103. col. 5. in fi. vbi loquitur de testibus de peritia deponentibus, vt non comprehendantur a statuto. & quia ẽt tales testes deponẽtes de æstimatione rei, videñt deponere đ eorum iudicio: veluti cũ dicunt rem venditã vltra dimidium iusti pretij, & plus. nam in tali casu non probant; Ias. in l. cum furti. de in lit. iur. vnde non cõprehenderentur a statuto. Addebat idem Cur. iun. vbi supra aliã rationẽ, ꝙ ideo non est deferendũ iurm suppletoriũ, quia de æstimatione faciẽda possunt verisimiliter haberi plures testes: & ideo non est recurrẽdũ ad iurm suppletoriũ ꝓpter suspicionem. Ias. & Rip. in d. l. admonendi. ad finem. &
163 Alex. in cons. 109. col. fi. vol. 4. & est † notandũ, licet incidenter, ꝙ testis, probãs ꝑ viam industriæ, necesse habet reddere rationẽ, ẽt non interrogatus, vt per Bar. in d. l. fi. C. de pđ. nauicul. Corn. consi. 186. col. 2. vol. 1. per Crau. in cons. 265. col. pe. post mediũ. & Gram. in cõs. 35. in ciui. vbi ergo ageretur de probanda cõmuni æstimatione, vel cõmuni interesse, super quo non est opus aliquo discursu, quia omnes communiter sciunt illud, veluti, quod cadus olei valet libras decem, vel modium frumenti aureos quindecim, prout hodie vẽditur; tunc, quia talis testis non deponit per viam industriæ, sed potius per sensum corporis, quia ita vidit vendi, & emi in locis publicis ab omnibus vendere ac emere volentibus, nõ esset opus reddere

dere rationem sui dicti, nisi esset interrogatus. quinimmo crederem, quòd etiam posset deferri iuramentum suppletorium. hoc tamen non audeo constanter affirmare. Et postquam occurrit, de teste volente probare æstimationem, verba fieri, non omitto vnum in practica sæpe contingẽs: nam ad hoc, vt talis testis probet concludenter æstimationem rei, debet in primis habere notas qualitates illius. exempli gratia, si velit æstimare fundum, debet habere notitiam, quantum valet in fructibus singulis annis: quod si ignoraret, nullam probationem faceret. † Vnde si testis dicat
164 Titium habere in bonis bis mille ducatos, & in causa scientiæ dicat se hoc scire quia habet nota eius bona, & tanquam vicinus, & practicus, non probat valorẽ seu æstimationẽ patrimonij Titij. ita in pulcro casu consulendo tradit Ioan. de Ami. in consi. 45. nume. 21. & sequen. Quomodo autem testis debeat probare æstimationem rei, habetur doctrina Bart. in l. 2. C. de rescind. vend. de cuius veritate tractat Gram. in d. consi. 35.

165 Decimo nono limi. † non habere locũ, quando testes examinantur ad perpetuam rei memoriam; quia tũc solæ attestaiones publicantur, nec ab illis quidquam detrahitur, nec eisdem additur, l. gesta. C. de re iudi. & ideo non potest deferri iuramẽtum suppletorium. ita Bald. quem refert, & sequitur Curt. iun. in d. l. admonendi. in vigesimaquinta limi. nume. 218. de iureiuran. Tu autem adde, huius limitationis
166 rationem esse, † quia hæc testium examinatio est priuilegiata, seu potius irregularis, procedens contra regulas iuris communis, cum testes non debeant examinari nisi post litem contestatam. & dato termino ad probandum, vt not. in cap. quoniam frequenter, vt lite non cõtes. & tradit Papien. in sua Pract. in forma libelli capitulorum, quando testes producãtur ad æternam rei memoriam; vbi habetur praxis, quomodo sint examinandi ad hoc, vt postea probent. & in tali casu proceditur sũmarie, & dicitur causa summaria, secundũ Maran. in suo Specul. in quarta parte princip. in nona distinctio. nume. 70. versicul.
167 vigesimo secundo. † Illud autem certum est, quando taliter examinati debent postea in iudicio ordinario reproduci; alias nihil probarent. Barto. in Authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. Abb. in cap. significauit. de testi. An autem omnes testes possint examinari ad perpetuam rei memoriam, vide Corne. in consi. 186. volum. 1. vbi dicit, quòd tantum senes, valetudinarij, & discessuri, possunt examinari ad instantiam actoris: super quo etiam vide Capic. decis. 123.

Vigesimo limi. non procedere nostrũ priuilegium, quando examinarentur testes, qui possunt repelli ex causis, de quibus in l. 3. de testi. quia tunc non defertur iuramentum suppletorium, vt dixi etiam
168 in sexta limi. † quam nunc sublimito nõ habere locum, quando testis repelleretur ob defectum naturæ, vel sexus, ut in cęco, & muliere: nam tales in feudis non admittũtur in testes. cap. 1. qui test. sunt necess. & tamen eis defertur iuramentum suppletorium, cap. 1. de controuer. inter. masc. & fœmi. quæ res argumentum præstat, vt di-
199 camus † fęminas esse omni exceptione maiores, de quo late per Tiraquel. de legib. connub. l. 9. Glo. 1. par. 9. nume. 64. cũ pluribus sequen. vsque ad nume. 74. inclusiue. & per Gram. in consi. 59. nume. 16. in ciui.

170 Vigesimo primo † limi. quando lex seu statutum requireret legitimam fieri probationem; quia tunc non posset deferri iuramentum suppletorium, cum non dicatur legitima probatio, secundum Glos. in l. cum de indebito. in ver. legitimis. de probat. Gloss. not. in cap. at si clerici. in ver. legitima probatione. de insti. istud tamẽ nõ videtur omnino expeditum apud Cur. iu. in d. l. admonendi. nume. 219. quamuis. n. iuramentum non dicatur legitima probatio per se solum, tamen iunctum cum teste, inducente semiplenam probationẽ, dicitur legitima probatio, quia etiam legitimum quid appellatur, quod ex legis interpre-

interpretatione descendit.textus est Institu.de legi. patro. tu. vel quod ab ipsa lege confirmatur.l.lege obuenire. de verbo. signifi.Mihi tamen videtur non esse a præ-
171 dictis Gloss. discedendum; quia † cum de legitima probatione in lege fit mentio,de ea est vtique intelligendum,quæ fit per scripturam,vel per testes, omni exceptione maiores.vt per Barto.& omnes in eadem.l.admonendi.& Gozad. in consil. 11.nume. 2. non autem per iuramentum suppletorium,quod non est vere probatio secundum communem opinionem: pro hoc dico esse tex.expressum in cap.tuæ de cleri.peregri.vbi inquit eam esse legitimã probationem,quæ fit per scripturam , vel per testes.Nec obstat, quod legitimum dicatur,quod ex legis interpretatione descẽdit , quia illud est verum largo modo , id est,non ex se ipso, sed per interpretationẽ quia vere & proprie legitimum illud appellatur,quod secundum leges communiter fieri debet,& ex verbis ipsius legis expresse deprehenditur. Concludo igitur, quod vbi lex requirit legitimam probationem , iuramentum suppletorium non comprehenditur.Et procedit etiam,si essemus in casu,in quo vera probatio haberi non posset,propter difficultatem probãdi,quo casu solet admitti etiam impropria,vt est tex.in l.Lucius.de conditio. & demonstration. & habetur quoque per Grat.lib.1.respon.54.colum.6.ad fin. vbi etiam subdit,maxime esse verum quando per modum conditionis probatio requiritur; quia de vera probatione est intelligendum;non de ea , quæ fit per iuramentum,vt etiam scribit Gozad.in cons.2.nume.22.vbi concordan.& dixi supra,num. 133.idem si lex diceret plenam fieri probationem secundum Gloss.in cap. cupientes.§. quod si per viginti. in ver. fidem de electi.in 6.& sequitur Curt.iun. vbi supra
172 num.220. † Et plena dicitur probatio, quæ nulla adiectione indiget, secundum Bald.in d.l.admonendi.in prima.quæstio. colum.5. Contra hoc tamen videtur obstare,quia etiam,quando defertur iuramẽtum suppletorium,dicitur plene probatũ l.in bonæ fidei.C.de iureiur. & per Grat. lib.2.respon.110.colum.1.in fin. nume.9. ergo poterit deferri. Sed respondendum est,quod quando lex facit mentionem de plena probatione, intelligi debet de ordinaria;non de extraordinaria, & irregulari,prout est iuramentum l.Seia. §. medico.& ibi Barto.de annu.legat. aliàs nihil operaretur,quod non est dicendum , per notata per Abba.in cap.pastoralis.colu.1.
173 & 2.de appe.cum simili.† Et dixit Gra. libr.2.respon.94. nume. 4. quod quamuis appellatione probationis contineatur & veniat probatio præsumptiua,& per coniecturas; quia præsumptiones legum sunt liquidissimæ probationes. & ista est communis opi.vt per Nattam in consi.581.nume.9.& 16.tamen nunquam veniunt,quãdo lex loquitur cum his verbis qualificatiuis,videlicet , apertissimis,plenis , legitimis,& similibus.sic videmus, quod quamuis quando aliquid est concessum fieri ꝓut videbitur,& placebit;quæ verba important arbitrium boni viri,vt de verbo, Videbitur est tex.in l.fideicommissa.§.quamquam.de lega,3.& Bart.in extrauagan.ad reprimen.in versi.videbitur.& de verbo , Placebit,est tex.in l.Thais ancilla.§.sororem.de fideicom.liberta.& l. Lucius eod. titu.& ibi etiam Barto . Tamen quando huiusmodi verba , denotantia arbitrium boni viri,habent adiuncta verba, denotãtia libertatem disponendi , prout est verbum,Liberum , Plenum , & huiusmodi , non denotant arbitrium boni viri,vt in d. l.fideicommissa.§.quamquam. & ibi not. Bar.& in l.aliq.de alimen. & cibar. le. refert,& sequitur Corne.in consi.221.colu. fin.volum.2. Vnum non est prætermittendum;quod in quantum diximus,communem esse opi. vt simplici appellatione probationis veniant etiam præsumptiones,& coniecturæ, est intelligendum procedere quando versamur in materia, quæ difficilis est probationis ; quia tunc bene veniũt præsumptiones,& coniecturæ,vt dictum est; quia probatio accipitur secundũ sub-

iectam

iectam materiam, prout inquit Dec. in ru br. de proba. colum. 14. Item est verũ, vbi dispositio alias esset superflua; quia etiam tunc præsumptiones, & coniecturæ suffi-
174 ciunt, vt in dicto loco Dec. scribit. † Re gulariter enim probationis appellatione intelligitur de legitima, & plena probatio ne. Gloss. in Clem. constitutionem. in ver. fides. de electi. & Bal. in l. æden. C. loca. in l. 1. col. fin. de aduocat. diuer. iud. & in cap. 1. in princ. si de inuesti. int. dom. & vas. Bar to. in l. ait prætor. §. 1. col. 2. de re iud. & in l. Lucius. de condition. & demonstration. Felyn. in d. rub. de probat. colum. 1. & ibi Dec. colum. 3. Glo. in l. 3. quam ibi nota. Barto. C. de fide instrum. & iu. has. fis. libr.
175 10. Angel. in l. 1. quorum bon. † Et ampliat Dec. in d. rubr. nume. 12. etiam si lex vel statutum diceret, quod qualiscunque probatio sufficeret: nam adhuc de plena probatione intelligeretur, vt ibi per eũ. Et quod dictum fuit, legem, vel statutum faciens mentionem de plena probatione extendi, etiam si diceret plenam fidem faciendam, quia non posset deferri iuramẽtum suppletorium, per eandem Glo. in d. cap. cupientes. §. quòd si per viginti. in d. versi. fidem. sed istud quoque intelligo, vt procedat, quamuis de plena fide nõ fieret
176 mentio, sed simpliciter de fide; † quia hæc verba Fidem facere, pertinent ad ple nam fidem, vt per Alexand. in consi. 184. nume. 5. volum. 7. sicut dicitur de probatione, quæ nihil aliud est, quam deductio ad fidem, & credulitatem, vt per Paul. de Castr. in consi. 193. ad fin. volum. 1. & propterea puto non bene dicere Curt. iun. in d. l. admonendi. num. 221. quatenus ibi di cit; quòd si statutum dicat Fidem faciat, possit intelligi per iuramentum, capitulo statutum ibi Fidem faciat iudici. de rescrip. in 6. cum enim probatio per iuramẽtum sit irregularis, vt sæpe diximus, non potest de illa intelligi, sed de ordinaria. d. l. Seia. §. medico. de annu. leg. Idem quoque, & multo magis dicendum est, si lex, vel statutum verba faceret de apertissimis probationibus. l. fin. cum Glo. quod met. cau. cap. 1. de excepti. in 6. Grat. libr. 2. respon. 10. colum. 2. in princip. Idem quoq; si diceret Euidentissimas, vel integras ꝓbationes, vt per eundem Curt. iun. in d. l. admonendi. numer. 222. & nume. 225. de
177 iureiuran. † Ista limit. quod quando lex, vel statutum requirit legitimam probatio nem, vel apertissimam aut euidentissimã, veram, plenam, vel integram, non possit esse locus iuramento suppletorio, videtur posse restringi, & sublimitari, vt procedat solum in illis casibus, in quibus tales habe ri possunt ex natura rei; sed si haberi non possunt, quia essemus in casu difficilis pro bationis, veluti in crimine vsurarũ, quod est difficilis probationis, vt not. per Crauet. in consi. 73. nume. 7. tunc non omnino apertissimæ probationes exposcerent, sed sufficerent cõiecturæ, & in casu nostro sufficeret semiplena probatio cum iuramento. non tamen dico, quòd hoc fieri posset in crimine vsurarum, quia, vt superius dictum fuit, nume. 128. in eo probando non est locus iuramento suppletorio; sed intelligo, quando ageretur de probatione alicuius rei difficilis probationis, in aliquo casu non graui, in quo alias posset esse locus iuramento suppletorio: nam tunc esset deferendum. ita voluit Grat. in d. respon. 94. nume. 23. lib. 2. vbi dicit, ꝙ si ita non intelligeremus, lex seu statutum contineret impossibile, iuxta not. in l. Lucius. de condition. & demonstration. & lex de-
178 bet esse possibilis cap. erit. 4. distin. † Et ideo dispositio non refertur ad casum impossibilem. l. si quis sub conditione. de cõ di. insti. facit, quod voluit Roma. in consi. 76. nume. 5. vbi dicitur, quod quando difficilis est probatio, admittitur quis ad probandum per iuramentum. & idem quoq; voluit Marsi. in cons. 5. nume. 23. quia ista
179 est regula, † ꝙ vbi probatio de sui natura difficilis est, admittuntur probationes, quæ alias non admitterentur, vt dixi supra nume. 75. & rursus nume. 166. quibus nũc adde etiam Alexand. in consi. 37. volum. 7. Fely. & Dec. in cap. tertio loco, de proba. Dec. in consi. 575. & consi. 652. & alibi sæ-

bi sæpe.facit etiam, quia verba sunt intelligenda secundum subiectam materiam.l. si vno.loca.cum vulgari. vnde licet appellatione probatiõis veniat plena probatio, fallit tamen ratione subiectæ materiæ, qa venit etiã semiplena.Gl.in l.qui accusare, in ver.non probante.C. de eden. & Goz. in cons.63.col.pen.in fi.nu.19.

180 Vigesimo secundo limi.† non habere locum,quando ageretur de probanda exceptione excõicationis,propositæ in vim dilatoriæ:nã si talis exceptio probetur per vnũ testem,non propterea erit deferendũ iurm suppletoriũ; quia tales exceptiones debent probari per euidentissimas ꝓbationes.c.pia.de excep.in 6. & ita cõcludit Cur.iun.in sæpe allegata.l.admonendi.nume.224.de iureiu. pro quo videtur bene

181 facere;† quia talis exceptio apparet esse maximi ꝑiudicij,cum tendat ad detegendã infamiã excommunicati.Bal.in ca. reprehẽsibilis.de appella.per c. decernimus de sent.excommu.vbi excõicatio æquipa ratur infamiæ iuris:immo excommunicatus ex causa famosa est infamis,vt per Bertachi.in suo repertorio in ver.infamis.versic.11.& cum inferat maximum præiudicium,requiritur plenissima probatio, secundum Maran.in suo Specul.in 4. par. prin. in nona distinct.& dixi supra in decimaquinta limi.huius priui. de maximo autẽ præiudicio agi apparet manifeste, quia si

182 probatur excommunicatus, † detegitur habere ligatã animã;& corpus.c. a nobis. & ibi Gl.de senten.excommuni.& esse separatũ a conuersatione seu commercio fidelium,& carere debere ecclesiastica sepultura, vt ibidem habetur, & late per Roman.in cons. 369.colum.3.in princi. ergo non debet posse deferri iurm suppletoriũ. Contra tamen hanc lim.facit,quod voluit idem Rom.in cons.349.vbi cõcludit, ꝙ quãdo exceptio excõicationis opponitur in vim dilatoriæ non autem perẽptoriæ,& sic,vt facere habeat ꝑpetuũ prę iudiciũ,pōt probari per instrumẽtũ, ꝑ denunciationẽ,item ꝑ famam, quia ad eam probandã in vim dilatoriæ sufficiunt leuiores probationes, ex quo non agitur de magno præiudicio, considerato ꝙ statim actor iuuari pōt contra dilationẽ iudicij per absolutionẽ ab ipsa excõicatione; ergo poterit etiã probari per iurm suppletorium, iunctum cum semiplena probatiõe vnius testis.Ego vero puto hanc Rom.determinationem esse periculosam; immo etiam minus veram per ea, quæ adducta sunt pro ipsa limitatione, quibus non potest accommodari congruum responsum. Nec obstat,ꝙ actor iuuari possit cõtra exceptionem per absolutionẽ ab ipsa excõicatione,quia erit verum,quantũ ad præiudicium causæ,vel litis:sed quãtũ ad præiudicium,quod causatur,& generatur ex huiusmodi exceptione,cum per eam grauetur eius nomẽ.apud bonos viros,nõ videtur esse verum,quia illa macula semel sibi inflicta ex illa excõicatione,non aboletur quamuis absoluatur.l.mariti.§. quæsitum. vbi Bar.de adult.Ro.in cons.404.in prin. Vnde cum agatur de re maxime præiudiciali, plenior debet adhiberi probatio.

183 † Quomodo aũt probetur quis excõicatus,tradunt Inno.& Host.in c.1. de ordi. cogni.& an probetur per famã,vide Dec. in c.ad hæc.col.4.nu.27. de postul. prælat.

184 † Et notãdum est in hac materia, ꝙ ista exceptio,quãuis videatur fori ecclesiastici poterit tamen etiam opponi in iudicio & foro seculari:quæ si non fuerit per iudicem admissa,poterit per iudicem ecclesiasticum compelli.Glo.in l.1 & ibi Paul. & Castr.in fi.C.de iuris.& facti.ign.

185 Vigesimo tertio † limi.quãdo ageretur de ꝓbãdo dominiũ, qa nõ ꝓbaẽ per vnũ testẽ,omni exceptione maiorem, cũ iuro suppletorio,vt per Ias.in d.l.admonẽdi.in repe.col.107.ver.ex ista ratione Baldi. & Cur.iu.ibi nu.226.& sequen. de iureiura. sequitur Crauet.in consi.157.n.14.Cum enim dominium,& omnia iura realia sint inuisibilia, nec percipiantur sensu aliquo corporis,succedit,ꝙ debeant plene probari per doctri.Bal.in l.vnica.in fi.C.de sent.

186 quæ pro eo,quod inter.profer.† Et ideo dicitur,ꝙ in his testes debẽt reddere rationem

nem

nem, etiam si non fuerint interrogati, vt per Curt.iun.vbi supra,& in cõsi.151.nume.1.Bald.& Doct.in l.solam.C. de testi. Crauet.in cons.61.nu.5.Inno.& alij. in c. cum causam.de testi.Bart. in l. proprietatis.C.de probat. Ias.in l.ait prætor.la 2. §. si petitor.de iureiuran.hoc autem patet p multa exẽpla.Et primo in teste,deponente super valore rei, qui deberet reddere rationem,etiam non interrogatus,vt legitur apud Crauc.in consi.265.colum. pen. post medium,& dixi supra eodem nume. 163.Secundo in teste deponente de furore alicuius,vt per Cur.iun.in d. cons.151. Tertio in teste probante sanitatem mẽtis vt per Bello.consi.73.& Curt.in d.consil. 151.& Maran.in l.is potest nume.142.de acquirend.hæredita. Quarto in probante negatiuam.Bald.in l.cum hi.C. de transa. Bar.in consi.102.incip. Clarissime domine.Aret.in consi.71.Craue.in consi. 2.col. 2.versi.quinimmo.Quinto in probãte interesse.Dec.in l.quatenus.nume.5. de reg. iur. Sexto in probante consuetudinẽ. idẽ Dec. in consi.538.nume. 10. Septimo in probante præscriptionem.Alexand.in cõsil.136.col.pen.circa prin.volu.1.& Crauet.in consi.132.nume.12.Et generaliter arbitror constitui posse regulam, quod in omnibus casibus, in quibus testis non potest deponere immediate per aliquem sẽsum corporis,ad probationẽ eius, de quo agitur,teneatur reddere rationem, etiam si non fuerit interrogatus: quamuis aliàs sit secus,vt per Gloss.Barto.& Doctor. in d.l.solam.C.de testi.& in d.cap. cum causam.simi.ti.& in his etiam non poterit deferri iuramentum suppletorium. & arbi-
187 tror esse rationẽ,quia in his casibus† testis non concludit vere, sed tantum præsumptiue. exempli gratia, si testis debeat probare possessionem:nam dicit se vidisse aliquem tenere,& possidere, quæ depositio licet sufficiat,vt per Alexand. in consil.5[illegible].colum.fin.volum.1.& Deci.in consil.302.nu.12.quos sequitur Bello.in consil.11.nume.7.tamen non dicitur vere cõcludere possessionem,prout est iuris,quia deponit circa factum, ex quo præsumptiue infertur ad ipsam possessionem iuris,
188 † cum potuerit quis possidere iure familiaritatis:quo casu non dicitur vere possidere l.qui iure.vbi Barto.de acqui.possess. vel ꝺ volũtate,& pmissione alterius: quo casu etiam nulla dicitur possessio, vt per plura iura, & auctoritates cõprobat Cra-
189 uet.in consi.107.nume.4.Similiter† si testis vult probare inter contrahentes,intercessisse stipulationem,probabit intercessisse interrogationem,& secutam responsionem;quia ex hoc resultat probatio stipulationis præsumptiue, quia potuit fieri inter absentes;quo casu non est stipulatio. item ex intervallo iuxta nota. per Docto. in l.1.in princip.de verbo.obli.Gloss.in l. si vnus.§.pactus.de pactis.in versic. in pactis.vbi dicit,quod licet quis probet præcessisse interrogationem, & subsecutã responsionem,non per hoc probatur stipulatio; ex quo non constat, quod in continenti facta fuerit responsio.& illam Glos. sequitur Ruin.in consi.67.colum.2. num. 4.volum.1.quinimmo si testis diceret, Titium fuisse stipulatum a Meuio,nihil probaret,vt per Barto.in l.sciendum. de verbo.oblig.Ias.in l. stipulatio.§.1. in primo nota.eod.titu. quia testis debet deponere de eo,quod sensu corporis percipitur.l.testium.C.de testi.Idem dicimus in probã-
190 da consuetudine: † Nam testis non debet dicere consuetudinem esse, sed debet deponere de actibus, qui percipiũtur per sensum corporis, ex quibus præsumptiue infertur ad consuetudinem.Dec.in consi. 402.colum.penult.in fin.& consi. 538.numer.9.& 10.& Grama.in consi.89. nume. 5.in ciuili.nam potest esse, quod populus non habuerit animum inducendi consuetudinem,& consequenter non dicatur cõsuetudo.cap.cum venissent. de eo qui mit. in pos.rei.seruan.cau.item,quod actus fuerint facti per errorem: quo casu pariter non erit consuetudo:vnde ex dispositione ipsorum testium de actionibus,ex quibus inducitur consuetudo,infertur ad eã presumptiue,cum potuerit res aliter se habere,per

re,per

re,vt per prædicta. & habetur per Crauet.in consi.134.nume.6.consi.171.num. 14.& consi.197.nume.13.& 14. & consil. 107.num.4.Calcan.consi.36. nume. 20.& Grama.consi.127.num.4.in ciui. Præsuppofita igitur ratione prædicta,quod testis in prædictis,& alijs similibus,dicatur concludere seu probare præsumptiue, iã manifeste sequitur, quod non posit esse locus iuramento suppletorio, quod defertur,cum est vere,non autem præsumptiue semiplene probatum, vt dixi supra hoc ipso priuilegio in quinta limi.num.34.cum pluribus sequentibus. Et ad hãc regulam seu rationem possunt reduci multæ limitationes, quas seriatim dilatando eorum commentarios,ponunt absque vlla necessitate Doct.in dicta l.admonendi. de iure iuran.

191 Vigesimo quarto limita. † non procedere,quando ageretur per viam denũciationis euangelicæ iuxta materiam cap.nouit vbi omnes.de iudici.& Barto.in extrauagan.ad reprimen.in ver. per denunciationem; quia tunc debet sufficienter probari contra reum;non etiam per iuramentum suppletorium,vt patet in d.ca. nouit. ibi Sufficienter ostendat,& voluit Bal. in cap.si quis per triginta.si de feud.fuer.contro.& rationem inquit Curt.vbi supra.nume.228.esse,quia illud est remedium subsidiarium,próut etiam declarat Maran.in suo Specul.in 6.parte princip.in versi. expedita,dum agit de denunciatione. & iuramentum quoque defertur in subsidium vnde non est rationi consentaneum, duo remedia extraordinaria,& contra regulas iuris communis cumulare, & inducere plura specialia contra l. primã C. de dot. prom.

192 Vigesimo quinto† limita.veram esse regulam supradictam, & consequenter nostrum priuilegium,quando actor petit sibi deferri iuramentum, quia si non petit, non defertur.l. 4.§. hoc autem iudicium de damn.infe.& ita tradit Barto.& Curt. iun.in d.l.admonendi.num.234.& debet peti ante conclusionem in causa,vt per Lason.ibi colum.154.& sequen.numer.318. Roma.in consi.255.in fin.idem Cur. iun. in euidentialibus.d.l.admonendi. colum. 3.nume.8.& Maran.in suo Spec.in 4. par. princ.in nona distinctione,num.20.& iterum in 6.parte,in nono actu,dum agit de iuramento,& eius differentia.nume.10.& dixi supra in prin.nume.8. & est ratio cur peti debeat ante conclusionem in causa; quia debet deferri causa cognita, vt per Roma.in d.consi.255. & per Curt. iun.in

193 d.l.admonendi.numer.275.† Sed postquam est conclusum in causa,'non dicitur posse cognosci; quia conclusio ipsa est totius cognitionis terminus:& ideo non dicitur cognosci,sed cognitum esse. Roma. in consi.100.ad fin. & in consi.346.colu. 2.in princip.& quamuis peti debeat ante conclusionem in causa: tamẽ iurari potest quandocunque ante sententiam,secũdum Bald.in l. in bonæ fidei.C.de iureiur. col.

194 penult. Nota † tamen,quod si non fuerit petitum in prima instantia,poterit peti in secunda,vt inquit idem Cur.vbi supra,colum. 4 nume.11. Item not. quod etsi esset petitum ante conclusionem in causa, sed post lapsum terminum, datum ad probandum,& probatum habendum:tamen non deberet deferri;quia cum sit genus probationis, debet iurari in termino probatorio,& non post lapsum ipsius. & ita debet intelligi dictum Angel.relatum per Cur. iun.in loco supra citato.colum.4. in prin. & similiter dictum Bald.in d.l. in bonæ fidei.supra proxime adductum. & ita etiã videtur tenere Paul.de Castr. si bene animaduertatur,in consi.169.in fin.volum.1.

195 † Vltimo notandum est,quod illud, qđ diximus, non posse deferri iuramentum suppletorium,nisi fuerit petitum ante cõclusionem in causa,procedit,& verum est quo ad ipsam partem; quia si non petierit non defertur,vt dictum est: sed ex officio iudicis parte non instante,poterit illud deferri,vt voluit Alexand.in consi.53. volu. 1. Maran.in suo Specul. in d.sexta parte princip. dum agit de iuramento. & Curt. vbi supra nume.9.& in consi.134. Anch. consi.

consi. 277. colum. 3. Alexand. in consi. 103. in fin. volu. 7. & Grat. lib. 2. respon. 42. numero 8. Hic tamen Senis statuto nostro cauetur, quod quandocunque peti possit ante diffinitiuam sententiam, etiam si fuerit conclusum in causa. Illud etiam non omitto, quòd prædicta procedunt in causis ordinarijs; secus in summarijs, quia in his iuramentum defertur vsque ad sententiam, vt voluit Roma. in d. l. admo. & sequitur Corne. in consi. 135. in fi. volu. 1.

196 Vigesimo sexto limi. † quando testis nō respondisset super interrogatoriis sibi factis, quia sic redditur suspectus, & non poterit deferri iuramentum suppletorium, vt per Curt. iun. in d. l. admonēdi. post numerū 237. de iureiuran. & generaliter cōcludendum est, quod quoties militat aliquis defectus, vel exceptio, respiciens personam, vel dictum testis, nunquam defertur iuramentum suppletorium. & ista generalis limitatio includit quamplurimas alias per Doctores cumulatas in d. l admonendi, vt est illa, quando, scilicet, testis fuit examinatus in causa, inter alios acta: quod non debet alijs nocere, neque prodesse, de quo per Marsi. in singu. 435. per Gram. in consi. 55. nume. 7. in ciui. & facit tex. in l. 3. de iureiuran. & in l. 1. C. si mulie. vent. nomi. vbi in iureiurando veritatem inquit esse quærendam; quia iusiurandum alteri neque prodest neque nocet. Et illa, quando testis non fuit examinatus per iudicē; vel testis non deposuit plene factum. Et illa, quando deponit sine causæ redditione; & quando deponit quid inuerisimile; vel qa esset testis singularis, qui non probat semiplene, secundum Bald. in l. iurisiurādi. colum. 2. C. de iureiuran. Alexand. in consil. 74. colum. 5. volum. 1. cum alijs congestis per Grat. lib. 2. respon. 50. colum. 2. nume. 12. & respon. 10. columna 2. nume. 18. & sic de alijs permultis, de quibus per Cur. & alios in d. l. admonendi. & Sozi. in tracta. fallent. in reg. 204. quæ ad hanc generalem limi. reducuntur. Et quia supradixi quod quando testis non respondet super interrogatorijs non potest deferri iuramētum suppletorium, notandum est, non procedere, quando fuissent factæ interroga-

197 tiones criminosæ; † quia illis non tenetur respondere, vt habetur per Bald. in l. si defensor. §. qui interrogatus. in vers. summatim. de inter. actio. & per Abba. in capitu. cum causam. nume. 13. cum sequen. de testi. & Gloss. in l. qui iurasse. §. si pater. in versicul. acquisiti. & ibi bona aditio. de iureiuran.

198 Vigesimo septimo limita. † quando petens sibi iuramentum deferri, lacerasset p iracundiam instrumentum, vt per Bal. in l. 1. in vlt. colum. C. de fide instrum. sed ista limitatio effectualiter continetur in quarta limitatione: nam si ex eo, quod quis potuit intentionem suam probare per alios testes, & ob negligentiam propriam non probauit, & exinde sibi denegatur iuramētum suppletorium, multo magis erit sibi denegandum, quando ob propriam culpam sibi coangustauit probandi facul-

199 tatem. † Facit, quod voluit Bald. in d. l. admonendi in vlti. colum. vbi vult, quòd si quis se adstrinxit ad probandum, nō possit petere sibi deferri iuramentum suppletorium. quod etiam sequitur Curt. iu. ibi. num. 319. & conferunt, quæ scripsi in 18.

200 priuil. nume. 16. Obseruandum † est tamen, quod in tali casu quando, scilicet, qs sponte se obligauit ad probandum, & tamen ob aliquam causam probare non potuit, non propterea censetur renunciasse, ne deferre ipse possit parti aduersæ iuramētum, quamuis iurare non possit, vt pulcre habetur in Pedem. decis. 97. vbi concordan.

201 Vigesimo octauo † limi. non procedere in vltimis voluntatibus, in quibus huiusmodi iuramentum suppletorium non defertur, vt per Curt. iun. in d. l. admonendi. nume. 273. & per nouissimos Bononié. in Auth. si quis in aliquo documento nume. 26. C. de eden. vbi ampliant procedere, etiam si esset plusquam semiplene probatum. & est ratio, quia probatio, quæ in testamentis fieri debet per septem testes, qui in illis requiruntur, est de forma, prout, di-

vt dicunt præfati Bono. & ideo si vnus ex septem testibus esset pupillus, licet millies cõstet de voluntate testatoris, tamen non põt adiri hæreditas, nec testm̃ valet. §. sed cum alijs argue. a speciali. Instit. de testam. & l. si vnus. C. de testam. & not. in l. nemo potest de lega. 1. & quòd in vltimis voluntatibus non deferatur iuramentum suppletoriũ, tradit quoque Craue. in cõsi. 25. nu. 15. vbi concordan.

202 Vigesimo nono † limita. quando causa esset decidenda de rigore iuris, & non secundum æquitatem, quia talis delatio procedit magis ex æquitate, quàm de rigore, siue stricto iure, vt per Bal. in cap. 2. in fi. de gradi. succesio. in feud. & sequitur Curt. iu. in d. l. admonendi. nu. 274. de iure iur. Ego vero dico, hoc dictũ procedere, quando ille rigor est scriptus in lege, vel
203 in statuto; † quia in pari causa, æquitas præfertur rigori, nisi per rigorem expresse derogetur æquitati, & quia rigor fuerit post æquitatẽ, iuxta ea, q̃ notabiliter scribit Dec. in l. in omnibus, de reg. iu. de quo tñ habetur late p Doct. in c. fi. & in c. 1. de transa. & in l. 1. C. de legi. & l. placuit. C. de
204 iudi. Ex huiusmodi limi. infertur, † ꝙ Iudæo nõ est deferendum iur̃m suppletoriũ, vt dixit Ias. post Ro. & Ang. in d. l. admonẽdi col. 61. ver. trigesimosexto istud iur̃m. Caccialup. in rep. l. in bonæ fidei. C. de iureiu. & sequitur Brun. in tract. de statut. femi. a succesio. exclu. in 6. arti. prin. quæst. 3. col. 4. in fi. ver. Verumtamen in terminis nostris. quia cum Iudęis ęquitas non ser-
205 uatur per Glo. fi. in c. 2. de Iudæis. † Sed in contrarium facit, quod voluit Bologni. in consi. 42. col. penul. vbi vult, quòd stante statuto ꝙ elapso, certo tẽpore non posset amplius peti debitũ, si debitor, vel eius hæres iurauerit soluisse, quòd in tali casu iuramentum erit deferendum Hebræis, vt seruetur æqualitas. Nec videtur obstare, quod dicitur, Cum Iudęis nõ seruari ęquitatem, quia in contrarium facit decisio Paul. de Cast. in consi. 380. vol. 2. vbi si Iudęus restituit pignus illi, quem credebat habere mandatũ ad releuandũ, cum tamẽ non haberet; & hoc iureiurando asseuerauerit, liberatur ope exceptionis de æquitate, si paratus est cedere condictionem furtiuam contra illum, cui asserenti se habere mandatum, pignus restituit. & sic manifeste vult cum Iudæo locũ habere æquitatem. & ista videtur esse receptior sentẽtia, vt patet ex traditis per Tiraq. in lib. de iure primigeni. 66. quæst. nu. 7. & dicã alibi in alio priui.

206 Trigesimo † limi. non procedere, quando nõ esset adhibita causæ cognitio, quia absque ea iuramentum suppletorium non defertur. quod Curt. iuni. in d. l. admonendi. num. 275. dicit esse summe aduertendum, & notandum: tu autem considera, quòd ista nõ videtur esse proprie limi. ad nostrum priuilegium, in quo dum agimus de casibus, in q̃bus posit deferri iur̃m in supplementum semiplenæ probationis, vtique in primis præsupponimus, ꝙ in eius delatione adhibenda sit causæ cognitio;
207 † quia in omni re, & in omni dispositione sunt p̃supponẽda omnia habilia, a iure requisita. l. qui testõ. in prin. de testam. c. 1. de ætat. & qua. in 6. & late per Dec. in c. 1. col. 8. de iudi.

208 Trigesimo primo † limi. quando quis examinari fecisset aliquem, contra cuius personam fuisset protestatus; quia tunc nõ poterit petere sibi deferri iuramentum suppletorium, vt per Roman. in singu. 687. aliàs 701. & incipit Testibus aduersum me. Et est huius dicti ratio quam euidens; quia per dictam protestationem videtur non approbasse, immo reprobasse eius p̃sonã; & ideo nõ põt se ex illa iuuare
209 vt p Ab. in c. p̃sentiũ. n. 12. de testi. † q̃a quod semel reprobaui, non posũ amplius approbare c. ex eo, de reg. iur. in 6. sicut ex contrario semel approbatum nõ potest vlterius reprobari. l. Nesennius. de negoc. gest. & ideo dicitur, ꝙ si approbaui fideiussorem non idoneũ, nõ possum amplius eũ dicere suspectum. l. si creditores. de priui. credi. cũ concord. adductis per Gozad. in consi. 3. post nu. 19. & si detuli iur̃m inhabili, qui deinde iurauit, non possum am-

plius opponere de eius in habilitate.l.qui iurasse.in princ.quem text.ibi Bal.ad hoc not.de iureiuran.

Trigesimo secundo limi. quando agere tur contra tertium ex delicto alterius exempli gratia, qn̄ ex forma statuti villa tenetur pro delinquente;tunc oportet plene probari damnum; nec poterit deferri iuramentum suppletorium, vt habetur per Curt.iuni.in d.l. admonendi.nu. 278.vbi ex eius dictis non facile intelligi potest, quid sibi velit:sed puto mēdose legi.quid quid tn̄ sit,ego de huiusmodi limi. scripsi in trigesimo primo priui.nu.61.

210 Trigesimo tertio, † mirabiliter limit. non procedere, quando testis dicti sui nō reddit rationem.ita Bal.in c.1.§.sacramētum col.2.de consuetud.rect.feud.Dec.in cap.si quando.col.fi. post nu.6. de rescrip. sed idem Dec. sibi aduersans, tenet contrarium in rub.de probat. in fin. & mouetur, quia si duo testes non reddentes rationem, faciunt plenam probationem,ergo vnus faciet semiplenam; & sic erit deferendum iuramentum. Sed defendendo Bald. dici posset, non videri verum simpliciter, quod duo testes, non reddentes rationem, faciant plenam probationē; quia negari non potest,quòd non patiantur aliquam exceptionem, ex eo, quòd deponunt sine redditione rationis: dixit

211 † enim Bald.relatus per Alexan.in consil.150.nume. 15.volum. 6.quod testis,loquens sine ratione, intelligitur loqui, vt pecus; non vt homo. præterea non sequitur,simul faciunt plenam probationem ergo singuli semiplenam: patet autē in duobus testibus, quorum alter non probat semiplene, quia non est omnino habilis,&

212 patitur aliquam exceptionem; † & tamē iunctus cum habili,facit plenam probationem: quoniam inhabilitas illius suppletur per habilitatem alterius. Ias. in Authen. si vero contigerit. C. de iudi. Corn. consil. 172. colum. 8. ad fin.volu. 2.& melius,consi.247.colu.4.eo. vol.consi.27.col.2.in fi.& sequē. & cons.288. col. 5.vol.3.Cotta in suis memorali.in ver.testis ad hoc. prope finem.Craue.in consi.6. nu.125.& cons.9.num.12. & 13.& consil. 99.nu.10.Curt.iu.in consi.122. col.2.n.6. cū multis similibus allegatis per Grat.lib. 2.respon.2.col.1.in fi.quod videtur procedere,& intelligendum esse, quando in teste aliàs habili, & idoneo, reperiē aliqua qualitas, propter quam videatur plusquā semiplene probare,vt ēt sentit Corn.in d. consi.288.exempli gratia,quia sit in dignitate positus,videlicet,Doctor, vel ordinis equestris,aut alias decoratus multa nobilitate.& sic requiritur, quòd sit valde idoneus.& ita etiam videntur loqui Doct. vt patet per Ange.in consil.1.Rui. in consil. 92.colum.2.nume.4. volu.1.& Bal. in l.si quis ex argentarijs.§.1.de eden.qui dicit, quod ex persona vnius testis multum fide digni iuuatē, & suppletur fides alterius: & sic non videtur satis esse fide dignus simpliciter, nisi etiā sit multum fide dignus. Et ex hoc infero, quòd si esset aliquis testis valde nobilis,qui deponeret, & nullā afferret rationem, ratione nobilitatis faceret plusquam semiplenam probationem, aut saltem certe semiplenā,sicut videmus,

213 † quod probat, etiam si sit singularis, vt per Marsi.in sing.114. & in sua Pract. crimi.in §.diligenter,nu.17.& in consi.1.nu.

214 71 quia regulariter † testi nobili magis creditur,quam ignobili, vt per Bru.in tracta.de ind.& tortu. in 2.par. quæst.4.n.8. & facit l. iurisiurandi.C.de test.vnde si ei ignobilis adiungeretur, qui pariter nullā sui dicti rationem afferret, licet illo respectu ex toto eidē non videretur credendū, suppleretur tamen defectus ipsius, in non reddita ratione consistens, ex abundanti habilitate alterius, propter suam nobilitatem. vel dignitatem.certum est autem, quod testis reddens rationem, non plus probat, quam semiplene: ergo illam non reddens minus,quam semiplene: quod pa

215 tet, quia ille, qui reddit,præfertur non reddenti,vt per Dec.in d. cap. si quando, colum.fin.nu.6.de rescrip.puto tamen, decisionē Bal. supra dictā esse periculosam, & apud me dubitabilem; quia testes regu

laritei

lariter non tenentur reddere rationẽ, nisi fuerint interrogati. Glo. Bar. & Do ᶜto. in l. solam. C. de test. quãuis ergo illã nõ reddant, non sequitur, ꝙ semiplene non probent, vt dicit Dec.

216 Trigesimo quarto limi. † non procedere, quando testis, vel iurare volens esset persona ignota: nam non debet deferri iuramentum suppletorium. ita Bal. in addi. Specul. de iuram. dela. circa princ. refert, & sequitur Curt. iu. in d. l. admonẽdi. post nu. 278. ver. quinquagesimooctauo. conferunt ad hanc limita. quæ diximus supra in decima limi.

217 Trigesimo quinto limi. † quando iurare volens, non esset de negotio informatus, nam tunc non debet ei deferri iuramẽtum, quod solum scienti veritatem defertur. Inno. in cap. in causa. de iurame. calum. & in ca. ex litteris. de iureiur. Bal. in d. l. admonendi. vbi etiam Curt. iun. nu. 279. & iterum nu. 320. Corne. consi. 267. colum. 2. in littera I. vol. 1. Gozad. in consil. 11. nu. 19. & istud procedit quoquo modo sciuerit veritatem, dummodo per sensum corporeũ, vt volunt Doctor. in eadem. l. admonendi. item ꝓcedit non solum in informato vere, sed etiam in informato præsumptiue. exempli gratia in coniuncto, l. 1. vbi omnes. si cert. pet. l. octaui. vñ cogna. l. de tutela. C. de in integ. rest.

218 vbi † præsumitur coniunctus scire, & esse informatum de negotio sui coniuncti. idẽ tradit Rom. in consil. 290. col. 1. Aret. in cons. 65. & Dec. in cons. 536. col. 4. in fi.

219 & dixi supra in quinto priui. n. 18. † hoc autẽ ego intelligo verũ, nisi alias factũ, vel negotiũ esset momentaneũ, sicut sunt facere contractus, vel testm̃, secundum Bal. in l. quoniam sororem. C. de iure delibe. tradit Natta in consi. 635. num. 10. & seque. ista tamen limitatio continetur effectualiter in sexta limi. quæ quamuis loquatur in teste, tamen procedit etiam in principali, volente iurare, per eãdem rationem: nã quilibet defectus, & quęlibet præsumptio impedit eũ iurare, sicut dicitur in plenti limi. in qua si cõtra iurare volentẽ militat præsumptio ignorantiæ, non admittitur ad iurandum per supradicta.

220 Trigesimo sexto † lim. quãdo ageretur coram arbitratore; licet coram arbitro sit secus, vt ꝑ Maria. Soz. i. in c. iurm̃. in secunda. quæst. prin. de iureiu. sequitur Grat. li. 2. resp. 10. col. 3. in fi.

221 Trigesimo septimo † limi. non procedere in probando impedimentum habitũ in non prosequendo appellationem, quia euidentissime probari debet: & ideo non sufficit vnus testis cum iuramento suppletorio. ita addi. ad Abba. in cap. personas. post nu. 13. in litera A. de appella. & idem Abb. in c. ex ratione. num. 11. eod. ti. & debet etiam probari, quod propter illud impedimentum non potuit prosequi idem Abb. in cap. transmissa. nu. 6. de præscrip. facit tex. in l. fi. §. illud. C. de tempo. appel. & Ped. decis. 28. nu. 15. & dicam in priuilegio. 35.

Trigesimo octauo, & vltimo limi. quãdo semiplena probatio esset facta super eo, quod non expediebat probare, vt si ad probandum dominium, quis probauerit de possessione ꝑ vnum testem, quia nihil iuuat: nã ad probationẽ dominij nõ defertur iurm̃ suppletorium. Paul. de Castr. in consi. 169. col. pen. in fi. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum potest probari testibus; licet ipse contractus probari non possit.*
2 *Laici super iuramento nihil possunt statuere.*
3 *Instrumentum publicum quid sit.*
4 *Instrumento standum est in dubio.*
5 *Instrumentum sine testibus non valet.*
6 *An procedat, si fiat in iudicio, & apud acta*
7 *Instrumentum, & contractus differunt.*
8 *Instrumentum carens testibus, non potest dici publicum.*
9 *Obligationes, factæ apud acta sine testibus. cur valeant.*
10 *Agens operatur in patiente bene disposito.*
11 *Obligatio facta penes acta, si non est de actis; sine testibus non valet.*
12 *Genus a quo remouetur, remouetur & qualibet eius species.*

PRIVILEGIVM XXXIIII.

TRigesimum quartum priuilegium est, quia stante statuto, quod contractus vltra certam quantitatem non possit probari, nisi per instrumentum publicum, quæ statuta sunt, vt plurimum in Italia: tamen si ego feci tecum aliquem contractum, veluti venditionis; & tu iurasti mihi soluere infra certũ terminũ; & super hoc adhibuimus testes; nullum tamen fieri fecimus instrumentũ; certe si tu non soluis mihi, quamuis ego contractum probare non possim, refragante statuto, per illos testes, qui fuerunt ad-
1 hibiti: † tamen potero per eosdem probare, quod tu in tali die promisisti mihi medio iuramento tale quid soluere: & iudex debebit te compellere ad obseruantiã iuraméti. ita singulariter dixit Io. de Imo. in c. cum contingat. in 7. quæst principali. & ibi etiam Abb. post nu. 26. de iureiurã. quod dictum refert, sequitur, & exclamat Feli. in cap. sicut consuetudo. colum. 6. versic. sexto intellige. nume. 23. de probat. & pro singulari adnotauit Marsi. in sing. 126. vbi admonet, ne vmquam obliuiscaris. & sequitur etiam Dec. in d. cap. sicut consuetudo. col. pen. in fin. versi. decimotertio. Corn. in consi. 32. col. pen. volu. 3. & in consi. 121. col. antepen. in fi. vol. 2. Sozi. in consi. 97. col. fi. vol. 1. Alex. in consil. 95. ad fi. & consi. 125. col. 3. vol. 1. & faciunt ẽt, quæ scripsi supra in vigesimosecundo priuil. in decima limi. nu. 31. Et sic ꝓhibitus via directa debitũ petere, admittitur per viã indirectam contra regulam l. magis puto. §. si pupillus. de reb. eo. l. si rei. qui petan. tut. & curat. & c. cum quid vna
2 via. de regul. iur. in 6. † Et est ratio, quia statuẽtes nihil possunt statuere super iuramento, vt ꝑ Bal. Saly. & Corn. in Authen. sacramenta puberũ. C. si aduers. vendi. qa sunt inferiores, & nihil contra superiores facere possunt. c. cum inferior. de maiori. & obed. & hoc etiam firmat idem Corn. in d. consi. 64. col. fi. vol. 3. Vbi ergo potestas non est statuendi in vtraque via, seu circa omnes modos, per quos ad dispositum principaliter peruenitur, regula ꝑdicta non procedit: de qua etiam in l. oratio, de sponsa. ita tradit notabiliter Signo in consi. 45. vbi allegat tex. in l. libellorum. cum Glo. de his, qui notan. infam. Quando igitur in ipso contractu non fuissent adhibiti testes, ipse creditor videret destitutus omni remedio. & ideo summopere aduertendũ est, vt semper adhibeãtur testes. qđ est notan. qa accidit sæpe de facto. & ego habui consulere in Ciuitate potẽtiæ iter Lucanos, ꝓ quodã D. Bernardino de Lia clerico cõtra nobilem Iuliũ Casolam, & obtinui. Et quia allegationes, quas tunc feci, aliqualiter ad præsentem materiam pertinent, non erit inutile illas hoc in loco inserere. & fuerũt huiusmodi, videlicet: Ruerende pater, Propositũ fuit per vos dubium, an instrumentum confectum sine testibus in iudicio laiciali, pœnes acta illus curiæ, inter clericum, & laicum, cum iuramento faciat fidem in iudicio seu foro ecclesiastico: & videbatur
3 fortasse dicendum, quod sic; † quia instrumẽtum publicum, prout videtur esse hoc coram vobis productum, dicitur, quod est rogatum, id est, lectum per tabellionẽ partibus præsentibus. Doct. in Authen. si quis in aliquo documento C. de eden. Calcan. consi. 91. col. 2. num. 3. & facit tex. in l. fideicommissa. in princip. de legt. 3. quamuis in hoc contrarium teneat Corn. in consil. 77. colum. penul. volum. 4. Et
4 instrumento † standum est in dubio. Ab. in consil. 12. colum. 1. par. 2. quia facit rem certam, & notoriam. cap. cum olim. vbi Ant. But. & Abb. de cens. l. fi. vbi Glo. C. de reb. cred. Bar. in l. 1. in princ. colu. 2. in 1. quæst. de nou. oper. nunci. & ꝓ instrumento, & his, quæ in instrumento continẽtur, præsumitur. l. cũ precibus. C. de ꝓba. Corne. consi. 22. colum. 2. volum. 4. & dixit Bal. in l. imperator. col. 2. de sta. homi. instrumẽtum esse veritatem apparentem, & probationem probatam non probãdã, quæ nõ indiget disceptatione fori. Bello. in consi.

in consil.70.ad fi.& cons. 87. nu.10. Dec. in consil.423. num.10. Mars. in rub.C.de proba.in princ.& Gram.consil.71.nu.21.
5 in ciui. † nec videretur posse replicari, quòd ideo nō probet, quia caret testibus, iuxta text. in §. sed si instrumenta. & §. si vero.in Authen.de fide instrumen.Glo.in l. generali.C.de tabelli.lib.10.& l.in donationibus.C.de dona. cum similibus ad-
6 ductis per Craue. in consil. 22.num.13.† quia dicitur, quòd, cum sit factum penes acta,non est opus testib. Ias.in l.omnium. col.pen.in fi.& seq.C.de testam. Glo.in §. aliæ. in ver. insinuatione.Insti.de donati. & Gram.in cons.65.col.2.nu.2.& 3.in ciuili.vbi alios allegat. Sed his minime obstantibus, veritas ipsa est in contrarium,
7 quam vt facilius ostendam præmitto,† q. instrumentum,& contractus differunt l.1. §.editiones.& ibi Glo.de eden.Bar.in l.si librarius.de reg. iu. Specu.in tit.de instru. editi.§.1.ver.videtur tamen,quia contractus siue obligatio est ipsa partium conuentio; instrumentum vero est ipsa scriptura authentica, per quam ipsa conuentio,& obligatio probatur. l.seruum filij.§. eum qui chirographum.de lega.1.Bar.in l.si quis legati. col. fin.de fals. Ant. But.& Imo.in cap. causam el 2 qui filij sint legit. Dec.in consil.17.col.2. ver. contractus & cons.169.col.2.ver.nec obstat.sicut in simili dicimus, quòd aliud est testamentum, & aliud scriptura testamēti,vt not. Doct. & præcipue Sozi.in rub.de leg.1.Calcan. in consil.91. col. 2. ad fin.ver.& aliud est. Et ideo dicitur, quòd contractus est nullus,vt si sit cōtra bonos mores.l.pacta quæ contra.C.de pact.& tamen instrumentum valere potest secundum Port. Inst.de leg. §.sed si vxori.sicut ex contrario instrumētum potest esse nullum, vt quia non habeat omnia sollemnia: de quibus in l. generali.C.de tabelli.lib.10.& tamen contractus siue obligatio valeat,vt tradit Bellon. in consil.22. num.6. vbi licet per statutum annulletur instrumētum, quia non contineat, nec habeat qualitates ab illo requisitas, non tamen annullatur contractus seu obligatio, quæ potuit probari testibus. allegat Paul.de Castr.consil.99. in anti.quod est consil.44.in nouis,in primo volum.& idem Paul.in consil.61.& consi. 75.colum.1.volu.2. quod & voluit etiam Natta in consil. 609. num.21.& dixit Signor.in consil.145.in princ.quòd pactum irritans contractum non irritat instrumētum, quia sunt separata. Et si statutum dicit, quòd instrumentum mandetur executioni, non poterit opponi exceptio respiciens nullitatem contractus contenti in instrumento,licet possit opponi exceptio, respiciens nullitatem instrumenti, quia aliud est instrumentum, aliud contractus. Bar.in l.1.§.parui,quòd vi aut clam.& sequitur Corn. in consil. 241.colum.3,ver. similiter.volum.3.Hoc ita præmisso,quòd instrumētum productum per Do. Iulium Casolam contra D. Bernardinum de Lia clericum pro ducatis centum, & quinquaginta, iuramento roboratum, nullam faciat fidem seu probationem, ostēditur infrascriptis considerationibus. Et primo, quia aut volumus considerare hanc scripturam in iudicio productam, tanquam
8 scripturam publicam, & authenticam; † & tunc, quia caret testibus nullam fidem aut probationem facit. ita nuncupatim tradit Paul.de Castr.in l. solam. colum.1. ver.quinto modo.C.de testi. & est text.in Authen.de tabelli.in princ.Glo.& Doct. in l.iurisgentium. §. quod fere. in Glo.1. de pactis. Alex in consil.13. volum.1. Secundo casu, si consideramus illam tanquā scripturam priuatam; quia notarius potest etiam conficere priuatam scripturam, quando,videlicet, non adhibet solemnitates instrumenti publici, vt per Bal.in l. scripturas.colum.1.C.qui potio.in pigno. habe.& in l.fi.C.si cert.pet.& tunc nullam quoque facit fidem eadem ratione, quia caret testibus subscriptis. d. l. scripturas.l. instrumenta. C. de proba. c. 2.de fide instrum. Bar.in l.admonendi.col.5.in materia apochæ.de iureiu.Ang.in Inst.de inutil.stip.§.item verborū. Feli.late.in d.c.2. col.1.& 2. Secundo considerādū est, quia

dicta obligatio, de qua in dicta scriptura producta est, vt dicitur; facta in iudicio seu foro laicorum, per ipsum D. Bernardinum, qui est clericus in sacris; vnde succedit, quòd fuerit, & sic ipso iure nulla, tanquam facta coram iudice incompetente, respectu ipsius clerici. cap. si diligenti. de
9 for. competen. † quia expeditum est in iure, quod ideo obligationes factæ penes acta, sine testibus valeant, & probent: quia fiunt iudice sedente, & mandante illas fieri, vt per Alex. & Imol. in l. acta. de re iudic. & Glo. & Bal. in l. illud. C. de sacrosan. eccle. & ideo infertur, quòd si fuerint receptæ absente iudice, quamuis per notariũ actorum, non valent, vt habetur expresse per Affli. decis. 135. & per Maran. in suo Speculo. in 6. par. princi. in 10. membro, num. 11. Cum ergo iudex ex defectu iurisdictionis non potuerit mandare dicto clerico Bernardino, vt dictam obligationem faceret, manifestum est illam fuisse inualidam, quantum ad vim probationis pertinet, nec in aliquo iudicis auctoritatem aut ipsum iudicij locum omnino incompetentem potuisse suffragari, vt testium, clerico ipso Bernardino etiam consentiente,
10 defectũ supplere posset, † quia agens operatur in patiẽte bene disposito l. 1. in prin. ad leg. Falcid. l. 1. de calumniat. c. venerabilem. de elect. Bart. in l. genero. de his quæ in fraud. credi. Barba. in consil. 28. post nu. 8. inter consil. Calca. vbi allegat Phylo. in secundo de Anima. Hinc est, quòd insinuatio fieri debet apud iudicem competentem, vt nota. in l. testamenta. C. de testa. Et quamuis aliquando ex causa necessitatis, puta propter absentiam iudicis competentis, fieri possit apud incompetentem, vt ibi per Alex. tamen in casu nostro secus est, tum quia clericus, etiam volens, non subijcitur iudici seculari, vt in d. c. si diligenti. de for. compe. tum vero, quia in casu nostro aderat dominus Episcopus, & Archidiaconus, vel Vicarius generalis, nec istud est opus probare, stãte iuris præsumptione, quæ est, vt episcopus, & archidiaconus resideant: aliàs esset præsumere delictum. ita Oldra. in consil. 198. colum. fi. & hinc dicimus, quòd clericus absens præsumitur malitiose abesse, ex quo tenetur facere residentiam. Innoc. in c. fi. de eo, qui mi. in poss. Ioannes de Selua. in tract. suo benefic. in quarta parte, quæstio. 5. col. 2. & in omnem euẽtum fuisset de eius ab-
11 sentia docendũ per D. Iulium Casolam. † Tertio, & vltimo hoc præsens dubium est decisum in terminis nostris per Gram. in consil. 63. in ciui. vbi in specie dicit obligationem, factam per notarium actorum sine testibus, esse nullam. quinimo ibidem dicit, quòd ex quo caret solemnitate substantiali inducit præsumptionem doli & fraudis. Et quamuis in casu suo dicat, quod illa obligatio fuit facta extra locum iudicij; tamen non mouetur ad illam impugnandam per dictam rationem: sed quia non fuerunt adhibiti testes; nam inquit, quòd etiam in his, quæ fiunt apud acta, requiruntur saltem duo testes, & allegat Bald. in rub. C. de fide instr. colum. 12. & nonnullas alias auctoritates, de quibus ibi per eum. Nec obstat (subdit) quod dici solet non esse testes adhibendos, vt supra deductum fuit; quia respondet pulchre limitando, conclusionem procedere in his, quæ sunt vere, & proprie de actis, vt litis contestatio, & huiusmodi; aliàs secus in his, quæ non sunt de actis, vt mandatum procurationis, venditio, & similia; quia in his debent adhiberi testes, & hoc etiã prius voluit Glo. in c. quoniam contra. in ver. vires post medium. de proba. Amplius dico, quod quantum pertinet ad istum clericum Bernardinũ, obligatio dicitur facta extra locum iudicij, cum fuerit incompetens, vt supra dicebam. Neque obstat iuramẽtum in eo interpositum; quia respõdetur, quòd quemadmodum ex instrumẽto producto nõ probatur obligatio principalis; ita nec
12 ipsum iuramentum: † nam a quo remouetur genus, remouetur & quælibet eius species. l. 1. in princ. de suis & legi. hæred. l. si chorus. de lega. 3. c. pastoralis. §. item cum tot. de offic. dele. Et quòd, remota fide ab instrumento, ex eo non possit resultare ali-

qua

qua probatio iuramenti, tradit Abb. in c. cum contingat. circa vlti. car. de iureiur. refert, & sequitur Ruin. in consil. 137. in princ. & consil. 201. in fi. vol. 1. Fateor tamen, quòd si aliunde probaretur iuramẽtum, videlicet, per personas, quæ fuerunt præsentes, dum fieret obligatio, licet non fuissent rogatæ tanquam testes, vel per cõfessionem ipsius clerici, q; posset isto casu compelli ad obseruantiam iuramenti, vt per Paul. de Castr. in cons. 61. ad fi. vol. 2. Ideo si nunc hoc probare non potest D. Iulius, sibi imputet, quia debuit testes adhibere.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum probatur per proprium iuramentum.*
2 *Impedimentum regulariter non præsumitur.*
3 *Impedimentum probatur iuramento: si tamen iurans sit legalis persona.*
4 *Impedimentum probatur iuramento, nisi agatur de re magni præiudicij.*
5 *Probatio in his, quæ sunt difficilis probationis, fieri potest per præsumptiones, & coniecturas.*
6 *Impedimentum, vbi difficilis est illius probatio, probari potest per iuramentum, etiam si agatur de re magni præiudicij.*
7 *Impedimentum probatur iuramento: dumtamen probetur de diligentia.*
8 *Impeditus non dicitur, qui potest impedimentum remouere.*
9 *Diligentia excludit etiam leuissimã culpam.*
10 *Infirmus quis non dicitur, cum breui est curandus, & sanandus.*
11 *Vulneratus mortaliter quis non dicitur, si vulnus potuit faciliter curari, & mederi.*
12 *Impeditus an protestari debeat de impedimẽto.*
13 *Protestari de impedimento est vtile: non necessarium.*
14 *Protestandum non est, quando certa forma, ad protestationem requisita, seruari non potest.*
15 *Protestatio non est necessaria, quando impedimentum causatur per iudicem, sicut nec de impedimento notorio. & nu. seq.*
17 *Impedimentum non probatur iuramento, nisi semel.*
18 *Impedimentum non potest probari iuramento, quando ad illud probandum data est tertia dilatio.*
19 *Dilatio, probato impedimento, an sit concedenda pro parte temporis impediti; an pro tota dilatione.*
20 *Probatio admittitur contra probationem factã per iuramentum de impedimento.*
21 *Impedimento cessante debet fieri, quod faciendum erat, si impedimentum non extitisset, & infertur ad plura.*

PRIVILEGIVM XXXV.

Trigesimum quintum priui-
1 legium est, quia † iuramentum est sufficiens ad probãdum impedimẽtum. c. quia propter. & ibi Glo. & Doctor. de electi. Doct. in c. ex ratione. de appella. & per Specula. in tit. de appellat. §. nunc breuiter. ver. qui ergo. & per Bart. in l. 2. § quod diximus, si quis cauti. cum alijs allegatis per Bauer. in suo tracta. de virtu. iuramen. col. 13. ver. 4. principaliter. & per Antoni. de Petru. in repeti. l. 1. nume. 348. de iureiur. & Rom. in singu. 208. & ista est communis sententia, vt testatur Alex. in d. §. quod diximus. & habetur per Ias. in l. ait prætor. la 1. nu. 5. de iureiur. Afflict. decis. 79. & Boer. late in decisio. 294. num. 16. &
2 Guid. Pap. quæst. 64. & quæst. 205. † Cum enim impedimentum regulariter nõ præsumatur, debet allegari & probari, vt legitur apud Craue. in consil. 270. nu. 2. & cõ s. 272. num. 10. Istud tamen priuilegium intelligitur procedere, & habere locũ, concurrentibus aliquibus circumstantijs, arbitrio iudicis declarandis, vt astruit Alex. post Bar. in eadem. l. 2. §. quod diximus. & sequitur Curt. iun. in l. admonendi. post num. 83. de iureiura. habetur quoque per Marsi. in consil. 65. nu. 26. alias ipsis minime concurrentibus, iuramento asserentis se impeditum fuisse non esset standum, vt habetur in Pede. decis. 71. nu. 3. vbi con-
3 cordan. † Et primo intelligitur procedere, & habere locum, dumtamen allegans impedimentum, & de eo iurare volens esset persona legalis, & fide digna, nec suspecta de periurio committendo, vt per Specula. in loco supra allegat. & faciunt

quæ dixi in primo priuileg. in 3. limit. nu. 24. cum pluri. seq. & rursus in 4. priuil. in octaua limi. nu. 78. cum multis sequen. ibi
4 viden. † Secundo intelligitur sibi locum vindicare, nisi agatur de magno præiudicio. & ideo si tractaretur de probando impedimento, ad effectum obtinendi secundum fatale, non posset deferri iuramentū: neque eo delato standū esset, vt per Rom. in d. sing. 208. quia in tali casu impedimētum debet probari legitimis, & euidentissimis probationibus. l. fi. §. illud. C. de tempor. appella. ibi. Nisi ipse appellator euidentissimis probationibus possit ostendere, &c. per quem tex. idem traditur, & legitur in Pedem. decis. 28. nu. 15. & habetur quoque in additi. ad Alba. in c. personas post num. 13. in littera A. de appell. & per eundem Abb. in d. c. ex ratione. num. 11. eo. tit. Bart. & Alex. in d. §. quod diximus. vbi testatur de communi. & sequitur Anton. de Petru. in d. repe. l. 1. num. 349. de iureiur. Curt. iun. in d. l. admonendi. num. 223. eod. tit. & dixi in priui. 33. in vlt. ver. Hoc tamē sublimitandum venit, nisi forte res esset difficilis probationis: quia quāuis de magno præiudicio ageretur, tamē impedimentum probari posset per iuramentum, vt habetur per Boer. in d. decis. 294.
5 post nu. 16. † Quia in his, quæ sunt difficilis probationis, lex cōtētatur probari posse per eas probationes, quæ possunt haberi. & ideo admittuntur coniecturæ, verisimilitudines, & præsumptiones. Marsil. in consi. 5. num. 10. cum plurib. seq. Bar. in l. si quis ex argētarijs. §. prætor. vbi etiam alij. de eden. Alex. in cons. 53. & cons. 69. vol. 2. Calca. cons. 90. col. pen. in princ. Abb. in cons. 2. col. pen. & cons. 113. col. 2. num. 3. in 1. par. cum similibus alibi per me addu-
6 ctis. † Et ideo infertur, ꝙ si appellatio esset interposita in longinquis partibus, quam prosequi appellans non posset, aliquo sibi obstante impedimenso, de quo propter loci distantiam non potest docere per testes, vel alias legitimas probationes; posset vtique tale impedimentum probare per proprium iuramentum. ita dicit Io. And. in addi. Specul. §. nunc breuiter. ver. quid si appellatum. & refert Affl. in d. decis. 79. post nu. 2. & ita etiam aliquādo fuisse obseruatum refert Guid. Pap. in curia Parlamenti Delphinatus; in quæst. 205. Hoc tamen erit in arbitrio iudicis terminare, an sit talis difficultas, quæ impediat legitimam probationē fieri posse, & cōsequēter an sit deferēdū iurm, vt per Bauer. vbi supra cui addo Abb. i cōs. 64. col. 2. ad fi. par.
7 Tertio † intelligitur, dumtamen allegās impedimentum probet suam diligentiam fecisse vel adhibuisse de faciendo, quod facere tenebatur quodque facere non potuerit propter dictum allegatumque impedimentum, per tex. in l. qui commeatus. & ibi Bar. de re mili. per Abb. in cap. cum transmissa. de præscrip. Alex. in consil. 49. vol. 2. Soci. in l si Titius. in 2. nota. de cōd. & demonst. Corn. in cōs. 109. col. fi. & cōs. 209. post medium, vol. 2. cons 296. col. 4. in fi. ver. præterea dicti testes. vol. 3. & cōs. 143. col. 2. & cons. 312. col. fi. vol. 4. Crau.
8 in cons. 179. nu. 9. & cons. 151. num. 22. † Si enim potuisset facere, vt impedimentū sibi præstitum remouere posset, impeditus non diceretur, l. qui potest facere. vbi Dec. de regu. iu. c. non præstat. de regu. iu. in 6.
9 Rom. in cons. 352. in secūdo dubio in fi. † Et ideo si fuit etiam in leuissima culpa, sibi venit imputandum; quia hoc quoque diligentiæ appellatione comprehenditur, vt etiam leuissima, scilicet, culpa inclusa intelligatur. Glo. in l. si vt certo. §. nunc videndum. commoda. Ias. in l. cum res. nu. 41. de leg. 1. sequitur Gozad. in consil. 63.
10 col. 2. nu. 7. † Sic in simili dicimus, ꝙ non intelligitur iudex infirmari, si infirmitas poterat breui remoueri, vt per Barto. in l. vni. de offi. cons. & in l. 2. §. 1. de offi. pro-
11 con. † Et non dicitur quis mortaliter vulneratus, si vulnus de facili curari potuit, vt
12 per Cepo. in cōs. 61. † Quarto intelligitur, ꝙ is, qui se impeditum allegat, de ipso quidem impedimento fuerit protestatus, secundum Glo. in c. cupientes. §. quod si per uiginti. de electio. in 6. Bart. in l. item illa. de cōsti. pe. Gozad. in cōs. 57. col. 4. nu. 12.

cum

cum alijs per Affli. adductis in sua decis. 29. post nu. 2. pulchre Deci. in l. omnibus causis. nu. 10. de reg. iur. & Crau. in consil. 151. nu. 23. Feli. in d. c. ex transmissa. col. 1. de præscriptio. aliàs nō excusaretur, vt habetur in dictis locis, & etiam per Crauet.
13 in alio conf. 270. col. 2. † Tu autem aduerte; quia non videtur necessarium de impedimento protestari, sed solum est vtile, vt facilius probetur impedimentum. ita declarat idem Bar. in l. si reus paratus. in fi. de soluti. & sic non est necessarium protestari, vt etiam vult Gozad. in conf. 65. col. 3. ver. sed profecto. quod ergo cōsilij esse dicitur, iam patet nō esse necessitatis, vt per Fed. de Sen. conf. 33. col. fin. & conf. 59. & in simili per eundem Bartolum in l. 1. §. dies. C. quando appellan. sit. Abb. in c. causam. col. 1. in fi. de re iudi. Craue. in conf. 1. col. 2. in fi. & seque. & quod illud sit consilij, gratia, scilicet, abundandi in cautela, voluit vltra allegatos per Gozad. in d. cōs. 65. Alex. in conf. 92. num. 11. vol. 1. per l. si fundus. §. fi. de lege. commis. & consil. 41. col. 1. & seq. vol. 4. & Dec. in consil. 566. num. 5. & Ruin. in cons. 150. ad fi. vol. 1. & cons. seq. vol. 1. Præsupposito tamen, quòd
14 protestatio sit necessaria, † Limitatur primo non procedere, quando ex dispositione statuti requireretur certa forma protestandi, & ob aliquam iustam causam, vel legitimum impedimentum, eo modo fieri non posset, vt per Rom. in conf. 433. col.
15 pen. nu. 3. ver. vbi autem. † Secundò limitatur non procedere, quando fuit impeditus facto iudicis, vt per Crau. in conf. 253. col. 5. in fi. & tradit Affli. in decisio. 50. nu. 5. quod etiam legitur in Pedem. decisio.
16 9. num. 4. † in quibus locis etiam colligitur tertia limitatio, vt non sit necessaria protestatio, quando impedimentum erat notorium, & de illo constabat. de qua etiā limi. habetur per Rui. in d. conf. 150. col. pen. nu. 14. vol. 1. & in alia Pedem. decis.
17 176. nu. 12. † Quinto principaliter intelligitur nostrum priuil. dūtamen iuramentum ad probandum impedimentum deferatur semel tantū; non autē pluries: quāuis Rom. aliter dixerit in rubr. de arbit. vt refert Ant. de Petru. in l. 1. nu. 350. de iureiur. qui quidē Rom. hoc minime dicit, vt quoq; animaduertit Curt. iu. in d. l. admonendi. nu. 15. co. ti. vbi ēt subdit Rom. infideliter retulisse, Ange. hoc dicere in d. l. 2. § quod diximus. si quis cautio. Et quod iuramētū non sit deferendū nisi semel, probatur in l. fi. ad fi. de bon. aucto. iud. possi. vbi dispūctio, & recognitio instrumentorū nō est, nisi semel, creditoribus concedēda, aut ad summum bis: si tamē iurauerint, se hoc
18 non calūniæ causa postulare. † Sexto intelligiter procedere, si vna tantū dilatio data fuerit ad docendū, q̄ propter impedimētū quid tale fieri minime potuit: sed si tertia dilatio fuisset data, vel dāda; tunc impedimentū non posset probari per iuramentum: sed legitima probatio fieri deberet, quemadmodū etiā adhiberi grauissima causæ cognitio, vt per Specul. in ti. de dilati. § fin. col. pen. num. 12. ver. in summa nota. Abb. in conf. 64. col. 2. in fine. par. 2.
19 & Petr. Beninten. in conclu. Bononi. 45. † Sed hic quæro, an probato impedimento sit cōcedendum tempus seu dilatio, respectu temporis, quo quis fuit impeditus, an pro tota dilatione prius data. & Afflic. in d. decis. 50. ad fi. dicit, q̄ tota dilatio ex integro dari debet. contrarium tamē legitur apud Boer. in allegata decis. 204. num. 18. Vnde ego pro cōcordia puto distinguen. quòd vbi impedimentum, vna die præstitum seu habitum, aufert vtilitatem totius temporis, noua dilatio concedi debet, vt l. & ideo hæsitatur. in fi. de verbo. oblig. vbi diruta aliqua parte insulæ, quam quis certo tempore ædificare promiserat, ex integro tempus dandum est ad illam ædificandam. facit etiam text. in cap. si electio. de electio. in sexto. & procedit opinio Afflic. in d. decisio. 50. Sed si impedimentum superueniens aufert solum vtilitatem certæ partis temporis; tunc pro illa parte dilatio reintegrari debet. cap. 1. de in integ. restitut. l. vltum. de mino. l. quod tempore. C. de milit. testamen. & procedere potest opi. Boer. in d. decis. 294. nu. 18. Et istam distinctio-

distinctionem colligo ex traditis per Roma.in consi.496. in fi.& Corn.in consi.43. col.2.vol.3. Alcia.etiam distinctio colligitur ex not.per Paul.de Cast.in consi.334. colum.fin. vbi inquit, quòd vbi terminus seu dilatio reintegratur a iure, absq; ministerio iudicis; tunc impedimentum vnius diei facit, vt ex integro tota dilatio concedi debeat: sed si cum ministerio iudicis dari debet; tunc pro tempore impedimẽti tantum concedi potest, per tex. in l.ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & l.nec non §. si feriç. quib. ex caus. maio. & alia iura per eum allegata, quorũ aliqua etiã adducit Roma.in d.consi.496. Cogita tamen super præmissis.

20 Septimo † intelligitur, nisi per partem aduersam probaretur contrarium, vt per Roma.in consil.102.col.2.versic.secundo per id.vbi allegando tex. in c.continebatur.de despons.impub.dicit, quòd quamuis vir probare posit per proprium iuramentum; vxorem carnaliter cognouisse: vxor tñ potest probare contrarium; quia regula est, ꝙ Omnis probatio admittit contrariam probationem.

21 Octauo & vltimo † est intelligẽdum, quòd impedimento ipso cessante, debeat impeditus facere, quod facere promisit, si res sit integra; quia cessante impedimento locꝰ est dispositioni l.fi.de diuorti.Cle. causam,quæ. de electi. c.quam sit,& c.cupientes.§.cæterum.de electio. in 6.& cap. cum dilecti. de dol. & contumaci. & per Craue.in consil.202.num.39. Et ideo dicimus, ꝙ si emphyteuta non petijt infra annum inuestiturã, quia nullus erat a quo peteretur; & sic erat quodammodo impeditus petere: si tamen post annum superuenit is, a quo petenda fuisset, debet peti, etiam elapso anno; quia cessat ratio impedimenti.l.adigere.§.quamuis. de iure patrona. c.cum cessante. de appellat. & hoc voluit Gozad.in consil.71. col.4. in prin. & ad idem dicimus, quòd si obligatus ad factum, sit impeditus facere, excusabitur a mora, in tantum quòd non incidit in pœnam; nec succedit obligatio ad interesse, qui sunt effectus moræ, iuxta tradita per Doct.in l.quod te.ſi cert. peta.& probatur expresse in l.si quis ab alio. §. fi.de re iudi. & excusatio durat, donec durat impedimentum; sed eo cessante, si non obseruat, in moram incurrit, vt l.2.si quis caut.l.sancimus.C.de fideiusso.l.si vehenda. §.idem iuris.ad legem Rhod. de iact. & §. libertas.Insti.de sing.reb.per fidei.reli. Et si statutum propter debitorum inopiam mandet, quòd singulis annis certum quid soluere debeant creditoribus, & non vltra; inopia cessante, & super excrescentibus facultatibus, statutum nõ habebit locum, quia integrum debitum soluere compellentur. ita Roma.in consi.403. & nobilis, qui ob exercitium vile impeditur ne gaudeat priuilegio nobilitatis, remoto tamen impedimẽto, id est, cessante eo a dicto vili exercitio, priori priuilegio gaudebit. Guid.Pap. quæst.19. Et ad prædictorum omnium confirmationem facit illa vulgaris regula, quæ dicit dispositionem esse intelligendam rebus sic stantibus l. quod Seruius.& ibi Glo.de cond.ob caus.& latè per Dec.in consi.335. Ergo idem dicẽdum in proposito nostro, vt, scilicet, cessante impedimento debeat habere locum dispositio per supradicta.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas crediti, id est, rei mutuatæ, probatur per proprium iuramentum.*

2 *Limita non procedere in magna quantitate.*

3 *Iudices non debent ad vnam tantum speciem probationis se applicare.*

4 *Iuramentum probat etiam in magna quantitate, quãdo est plusquã semiplene probatum.*

5 *Quantitas probatur per extraiudicialem petitionem.*

PRIVILEGIVM XXXVI.

1 Trigesimumsextum priuilegiũ est, quia † per iuramẽtum poterit probari qnantitas crediti petiti; vt si mutuaui tibi pecuniam, vel modios frumẽti, aut cados olei, & mu-

&mutuum probaui; non tamen probaui quantitatem; certe ista quantitas poterit liquidari, & probari per proprium iuramentum; quamuis circa eam ne semiplene quidem probatum sit, ita dicit Cepo. in suis cau.caut. 208. aliàs 210. incipien. Aliquis mutuauit. Marsi. in singul. 322. incip. iuramentum in supplementum. Boer. decis. 243. in vltimis verbis, & decis. 339. in fi. Dec. in l. in actionibus. col. 3. de in lit. iurand. in l. certi cōdictio. §. quoniam. col. 2. si cert. pet. & in c. sicut. col. 10. ver. 7. statutum de probat. & in cōsil. 146. & in cōs. 536. col. 4. vers. 3. respondetur, & Curt. iu.
2 in l. admonendi. num. 239. de iureiur. † in quibus locis volunt præfati Doctor. dummen res non sit magni præiudicij, id est, magnæ seu notabilis quantitatis, & aliqua concurrant indicia, & coniecturæ, ex quibus iudex ad fidem adducatur, vt standum sit iuramento creditoris de illa quantitate
3 iurantis; † quia boni iudices non debent ad vnam tantum speciem probationis animum applicare, sed ex sententia animi sui existimare eos oportet, quid aut credant, aut parum probatum sibi opinentur, vt inquit tex. in l. 3. in princ. ver. tu magis scire potes. & §. eiusdē. de testi. & in l. ob carmē. §. fi. eod. titu. & Corn. in cons. 40. colum. 4. volum. 4. vnde si ex aliquibus causis videtur ipsis, non esse iuranti adhibendam fidem, nihil imputari debet. Cōiecturis ergo minime cōcurrentibus, non posset deferri iuramentum, ad probandam quantitatem, propter incertitudinem, vt dixit Bar. in d. l. admonendi. num. 40. de iureiu. quem cæteri Docto. communiter sequuntur. Et quamuis cōtrarium tenuerit Crau. in suo tractat. de antiqui. tempo. in prima parte, sectione incipiente, Vidimus & abunde. nu. 9. cum pluribus sequentibus: eius tamen cōsiderationibus, communem amplecten. sententiam, respondent moderni Lucen. in eorum tractat. de in litem iuran. super quo putaui non insistendum, ex quo habemus quid magis cōmuniter Do-
4 ctor. sibi voluerunt. † Quod autem diximus, in causa magnæ quantitatis non esse deferendum iuramentum ad illius liquidationem, sic accipiendum est, si nihil de ea probatum fuerit, quòd si per vnum testem, & per extraiudicialem forte confessionem partis, fuerit verificata, vel per vnū testem, & famam; & sic est de dicta quantitate plusquam semiplene probatum; poterit vtique deferri iuramentum suppletorium, vt per Craue. in consil. 198. col. fi. nu. 9. & sequen. vbi concord. & dixi in priuil. 33. num. 10. & iterum nu. 112. Est tamen obseruandum, quòd si etiam iurari contingat super magna quantitate, ex eo, quòd & præsumptiones, & coniecturæ concurrant, & quid immensum iuratum sit, poterit iudex hoc moderari & refrænare, vt habetur in Pedemon. decis. 96. & cōferūt, quę scripsi
5 in priuilegio 32. † Non omitto etiam, quòd quantitas posset probari, probando, quòd certam quantitatem extraiudicialiter petierit, vt astruit Bar. in d. l. admonendi. col. 2. vers. quæro, quid si testis. quem alij ibi sequuntur, de iureiur. & Alex. in cons. 69. col. 2. vol. 2. & consil. 189. col. fi. vol. 6.

SVMMARIVM.

1 *Amißio rei probatur per propriū iuramentum.*
2 *Casus amißionis probari legitime debet.*
3 *Tenor instrumenti contra lacerantem probatur iuramento.*
4 *Specialia multiplicari non debent.*
5 *Præsumitur nunc rem habere, qui olim habuit.*
6 *Præsumitur ex præterito in præsenti.*
7 *Casus amißionis probatur per iuramentum, quando allegans casum tenetur officio iudicis; secus si iure actionis.*
8 *Officium iudicis habenti non ità succurritur, sicut habenti actionem.*
9 *Allegans amißionem, debet probare rem amissam fuisse in loco, vbi casus contingit.*

PRIVILEGIVM XXXVII.

1 Trigesimū septimum priuilegiū est, quia † per iuramentum poterit probari amisio scripturarum, librorum, instrumenti, atque aliarum rerum, & standum erit iuramento ipsius iurantis

iurantis de tali amissione. ita probat tex. in l. fi. ibi. Sin autem dicat. C. de fide instrum. quem ad hoc post alios ab eo relatos adducit Bauer. in suo tracta. de virtu. iur. nu. 79. ver. 5. principaliter. & voluit hoc etiã Paul. de Cast. in cons. 360. vol. 2. & Guid. Pap. quæst. 244. Sed hoc ita intelligendũ est, si tria copulatiue concurrant. Primum
2 & ante omnia, necessarium est, † quòd legitime casus amissionis probetur, veluti incendium, saccomannum, depopulatio, militum incursus, & similia, vt per Barto. Ange. & alios. in l. si quis ex argentarijs. §. pen. de eden. idem Bar. in allegata. l. fin. C. de fide instru. & Ang. in l. diuus. de testa. milit. & Paul. de Castr. in l. sicut iniquum. C. de fide instrum. vbi dicit, quòd, probato furto per testes, statur iuramento partis de scripturis, & instrumentis deperditis, & de illorum tenore. sequitur etiam Affli. decis. 13. post num. 9. quod est intelligendum, vt solum sufficiat ad excluden. præsumptionem, quæ in contrarium militaret, vt per Alb. in cons. 34. post nu. 12. Facit pro prædictis, quod in simili dicitur,
3 † quòd si quis mihi lacerauit instrumentũ, probata laceratione, potero eius tenorem probare per proprium iuramẽtum, vt per Craue. in consil. 267. in fi. vbi concordan. Et quòd probato casu amissionis, standum sit iuramento de scripturis aliisque rebus deperditis, & non aliter, tradit Anchar. in cons. 317. & Sozi. in cons. 159. vol. 2. vbi dicitur, quòd in tutore asserente se amisisse libros, eius iuramento stabitur, si doceat & probet casum amissionis. sequitur Grat. lib. 1. resp. 23. col. 2. num. 19. cum pluri. seq. Craue. in cons. 259. Et ꝙ talis amissio debeat legitime probari, id est, per testes, vel alias concludẽtes probationes, vltra supra dictos Doct. in d. l. si quis ex argentarijs. §. pen. de eden. tradit Rimi. in cons. 95. col. 2. num. 4. inter respon. Grat. lib. 2. quia nõ satis est probare casum aliter: puta per ꝓprium iuramentum;
4 † quia hoc esset multiplicare specialia: quod fieri non debet, l. quæ propter necessitatem. de regu. iur. l. 1. C. de dot. promis. & l. cum post. §. gener. de iur. dot. nam probatio, quæ fit per proprium iuramentum, est irregularis, vt per Grat. lib. 2. resp. 8. num. 33. & faciunt quæ scripsi in priui. 4. in 6. limi. nu. 70. Et cum
5 habens † penes se instrumentum, vel aliam scripturam, præsumatur etiam de præsenti habere, iuxta tex. in l. publicati. vbi Glo. C. de testam. & ibi Angel. & Alex. col. 2. in princ. c. cum olim. & ibi Abb. de restitut. spolia. & late Gram. in cons. 135. num. 5. in ciui. & Crauet. in consil. 112. in fi. quia ille, qui olim possidebat, præsumitur & nunc possidere, vt per Grat. lib. 2. respon.
6 42. num. 3. vbi concord. † & etiam ex præterito præsumitur in futurum, vel in præsenti, vt late, per Bal. in l. ex persona. C. de probati. & per Signor. in cons. 57. col. 1. in fi. & Paul. de Cast. in cons. 296. nu. 4. vol. 1. & maxime in scripturis, quæ a communiter accidentibus solent diligenter conseruari & custodiri, ita, vt non facile illarum possessio amittatur, sicut in alijs rebus mobilibus multoties euenire solet, quæ faciliter amittuntur. vt l. 3. §. Nerua filius. & l. si rem mobilem. de acquiren. possess. & propterea illarum possessio ex præterito non præsumatur de præsenti, vt tradit Pedem. decis. 40. ad finem. sequitur, quod de amissione ipsius instrumenti, vel alterius cuiuslibet scripturæ, non sit standum eius iuramento, propter repugnantem præsumptionem in contrarium, per ea, quæ not. Bar. in l. inter omnes. §. recte. de furt. cum alijs per me allegatis in primo priui. in 2. limi. Hoc autẽ, quod diximus, casum, scilicet, amissionis legitime probandum esse, limitatur
7 † non procedere, quando solum competeret officium iudicis contra eum, qui tenetur librum edere, vel aliam quamlibet scripturam ostendere, vel exhibere; quia in tali casu allegans se amisisse posset casum amissionis probare, per proprium iuramẽtum, secundum Bart. in d. l. fi. C. de fide instrum. & in l. 1. §. officio. de tut. & rati. distra. cum alijs allegatis per Rimi. in d. cõs. 95. nu. 21. quod & voluit nouissime Alb. in consil. 101. in fi. & ratio videtur manifesta, quia per actionem, quis dicitur magis

gis arcte obligatus quam per officium iudicis, vt per Grat. lib. 1. respo. 21. ad fi. qui nimmo dicimus, quòd ea, quæ officio iudicis, debentur, non sunt in obligatione, l. qui per collusionem. §. fi. de actio. empt.
8 & l. quintus. de annu. legat. † Et ideo dicere solemus, quòd habenti officium iudicis non ita succurritur, sicut habenti actionē; quia per actionem dicitur efficacius ius quæsitum, quàm per officium iudicis, vt scribit eleganter Gozad. in consi. 103. nu. 18. Et alibi dicitur, ꝙ quamuis obligatus actione constituatur in mora per interpellationem, l. mora. de vsur. & l. si ex legati. de verb. obligation. tamen secus est in eo, qui tenetur officio iudicis; quia requiritur litis contestatio per tex. in l. cum postulassem. in prin. de damn. infect. quem ad hoc singularem dixit Corne. in consi. 206. colum. pen. ad finem vol. 2. vbi etiam allegat tex. in l. non iustam. C. ad Trebell. & & ideo ibi infert ad illud idē, qđ statim dixi, quod, scilicet, obligatus officio iudicis non dicitur in mora ante litis cōtestationem; nec peccatū facit non soluendo, antequam interpelletur, & lis contestetur: quod est notatu dignum. Ex quibus nunc inferri potest ad propositū nostrum, quod si notarius, qui mihi fecit instrumentum, dicat se protocollum seu imbreuiaturam amisisse, quia tenetur mihi iure actionis, non stabitur eius iuramento, nisi legitime probauerit casum amisionis. Innoc. Io. And. & Abb. in cap. cum olim. de priuil. Bal. expresse in l. fi. C. de edēdo. Doct. in d. l. si q. ex argentarijs. §. pen. de eden. Ant. de Petru. in repet. l. 1. n. 352. de iureiu. Alba. in d. cōsi. 101. in fi. Et ideo ꝯ cū iurabo in litē l. nō ignorabit. vbi oēs. C. ad exhiben. l. pen. de in lit. iur. & Ro. in consi. 83.
9 Secundum † principaliter requisitum est, quia vt nostrum priuilegium procedat, non solum probari debet casus amissionis legitime, vt supra conclusum est; sed etiā oportet, ꝙ probetur instrumentū, vel scripturam aut librū fuisse in eo loco, vbi casus amisionis cōtigit seu euenit, veluti, incendium, vel inundatio, vel quid aliud simile. l. si creditor. §. sine vitio. & l. pignus. C. de pigno. actio. tradit Rimi. in d. consil. 95. nu. 5. Gram. in consil. 12. ante nu. 4. in ciuili. pulcre Crauet. in suo tract. de antiqui. tempor. in prima parte sectione incipien. Vidimus, & abunde. ver. secundo limitatur. nu. 9. cum pluribus seq. & in cons. 286. col. pen. ver. quarto dubitatur. Et est aduertendum, quod adhuc non satis est ꝓbare instrumentum, vel aliā scripturam fuisse in loco amisionis; sed probatio debet concludere de instrumento originali, qđ si nō fuisset deperditū, nō diceret ꝑditū instrm̄, ex quo haberi posset ex imbreuiatura seu ꝓtocollo, qđ est originale. ita colligitur ex traditis per Rui. in cōsi. 179. col. 2. nu. 5. volu. 1. quod etiam rursus procederet, nisi proponerentur duo fuisse scripta originalia: quod fieri potest, vt l. Sempronius proculus. de legat. 2. & quod ibi not. Bar. & tradit etiam quidam Fran. de Capilist. in consi. 71. nu. 24. inter consi. criminalia pluri. Doct. par. 1.

Vltimum, quod necessario requiritur ad hoc, vt nostrum priuilegium locum habere posit, est, quod volens iurare nō sit alias persona malę famę, vel cōditionis, & qualitatis. exēpli gratia, si esset vsurarius: cuius equidem iuramento simplici de amisione librorum, vel scripturarū non esset standum aut ei credendum, vt per Rodul. in suo tracta. de vsur. in secunda parte. quæst. 152. vbi etiam dicit, quòd non est standum iuramento asserentis se non fecisse librum rationum, nisi concurrentibus aliquibus præsumptionibus vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento probatur rem de nouo fuiße repertam.*
2 *Propositum mutatur ex noniter emergentibus.*
3 *Creditor, qui detulit iuramentum debitori, si antequam iuret superueniant de nouo testes, poterit*

poterit illos examinari fatere.
4 *Iudex potest ex magna causa nouas quandocũque probationes admittere.*
5 *Iuramentum an sit probatio: vbi concluditur, quòd sic, contra communem.*
6 *Lex vna intelligitur secundum aliam.*
7 *Habitationis appellatione intelligitur de ordinaria.*
8 *Iudex an in terminis nostri priuilegii possit iuramentum remittere.*
9 *Probatio omnis, iudici est arbitraria.*
10 *Regula ista quomodo procedat.*

PRIVILEGIVM XXXVIII.

TRigesimum octauum priuilegium est; quia sicut per proprium iuramentum ꝓbatur amissio instrumenti, vel alterius scripturæ, de
1 quo diximns in pcedenti priuilegio; † ita ex contrario, si quis inuenerit vel reperierit de nouo eas, poterit hoc pariter probare suo iuramento: nam tu scis, ꝙ propter instrumenta de nouo reperta retractatur sententia lata super iuramento necessario, vt est tex. in l. admonendi. vbi omnes. de iureiur. & præcipue Bart in 2. col. vbi expresse dicit, talem probationem de scripturis, vel instrumentis nouiter repertis fieri posse per proprium iuramentum. idẽ quoque tradit Gui. Pap. in quæst. 244. in fi. & quæstio. 201. & tangit etiam Corne. in consi. 135. col. fi. post litteram O, vol. 1. & ex hoc deinde retractari posse sententiam latam, vt habetur ibi per eundem Bar. col. 1. ver. & ex hac notabili lectura. quem omnes sequuntur, vt ibidẽ testatur
2 Ias. in repet. nu. 60. Nec mirum, † quia ꝓpter quidquid aliud de nouo repertum licet mutare propositum, etiam impugnando factũ proprium. ca. nulli. de elect. in 6. etiam post conclusum in causa, vt habetur per eundem Bar. vbi supra, per tex. in d. c. nulli. & in c. pastoralis. de excepti. & in ca. vt circa. de electi. in 6. cum concordantijs adductis per Baue. in suo tracta. de virtu. iur. & Anto. de Petru. in repe. l. 1. nu. 351. de iureiur. Marã. in suo Spec. in sexta parte principali, in 3. actu, dum agit de dilatio. nu. 6. & Craue. in consil. 315. col. 1. ad fi. & ista est communis opi. vt per Viui. in ver. Testes post omnes terminos. Sic videmus in simili, quòd, an feudũ sit antiquũ, vel nouum, statur iuramento possessoris, prout in multis alijs casibus, vt per Paul. de Cast. in consi. 279. col. 2. ver. sed in contrarium. & ver. sunt etiam. vol. 2. & in cõ-
3 sil. 283. eo. vol. † Et ex supradictis infertur, ꝙ si ego detulerim debitori meo iuramentum, ex eo quòd non haberem probationes, si postea de nouo mihi superuenerint, potero reuocare delationem re integra, id est, si iuratum adhuc nõ fuerit, vt pulcre, & in terminis habetur in Pedemon. decis. 8. vbi dicit ampliãdo hoc procedere, & fieri posse, vt, scilicet, reuocetur non solum per eum, qui detulit, sed etiam per eius procuratorem, habentem etiam solũm generale mandatum, ex quo causa de nouo superuenit. vide Roma. in singu.
4 278. vbi infert. † Quia ex magna causa iudex potest quandocunque admittere nouas probationes, etiam si sit conclusum in causa Specula. in ti. de renunci. & confes. in princ. ver. & scias, quòd post conclusionem. & instrumenta, vel testes fuisse de nouo repertos, est magna causa, vt inquit tex. in l. videamus. §. fi. de in lit. iur. & ita etiam tradit concordan. adducendo Alba. in cõsil. 9. num. 32. Sic videmus, quòd iudex ex magna causa, vt puta propter enormitatẽ delicti, potest iura transgredi. Marsi. in cõsil. 5. nu. 3. & consi. 9. nu. 16. cum pluribus sequentibus. Gram. decis. 36. num. 2. vsque ad nu. 12. Staphi. de lite. grati. & iusti. tit. de quali. & stat. benefi. §. primo quod sit legitimus. num. 6. Affli. decis. 391. & Cotta in suis memoralibus, in versi. armorum. & ideo potest ex causa poenam augere, vt p Abb. in c. reprehensibilis. de appella. videlicet, de corporali in pecuniariam; & de pecuniaria in corporalem l. si hominem mandati. Bald. in l. quid ergo. §. pęna grauior. de his qui not. infami. Rom. in consi. 429. post nu. 2. cum multis seq. Bologni. in consi. 34. colum. 4. ver. & quod hæc impugna-

pugnatio.cum similibus relatis per Neuiza. in sua Sylua nuptiali, dum agit de iudicando pro cõmuni opini. in sexta limi. pagi.22.col.3.

Sed cõtra supradictum priuilegium facit, quia non videtur esse verum, quòd in terminis d.l.admonẽdi. sit necessarium iurare, quod instrumenta sint de nouo reperta; quia satis dicitur esse, si actor asseueret se de nouo reperisse instrumenta, absque eo quod iuret. Et sic, quantum ad hoc pertinet, iuramentum nullum videtur continere priuilegium; nam tex.in d.l.admonẽdi. nihil dicit de iuramento: & ideo supplere, quod probet per iuramentum, est reprehendere de insufficientia & imperfectione Iurisconsultum: si enim voluisset requiri probationem, vtique hoc dixisset. l.quæ omnia.§.plane.de procur.l.2. & l.sequen.C.si ex fals.l.Labeo.de suppell.lega. l.1.§.sin autem.C de cadu.toll. Ergo priuilegium non videtur verum, cum absque eo, quod probet, sit standum asserenti se reperisse instrumenta de nouo. & istam opin.tenuit Ripa.in d.l. admonendi num. 21. Nec obstat, quod debeat iurari per asserentem; quia respondet, quod quamuis iuret ipse asserens; non tamen dicitur pro

5 bare; † cum iuramentũ non sit probatio: sed releuamen ab onere probandi. l. eum qui in princ.& l. sed & si possessori. de iureiur. nam qui iurando asserit se de nouo reperisse instrumenta, vtique affirmat; nõ autem probat.l.Theopompus.de dot.præleg. q᷑ latius exornat Ias. vt ille ait. & ita concludit ipse Rip.iuramẽtum autem nõ esse probationem communis est cõclusio, vt refert Viui. [illegible]

Ego vero arbitror Rip. inique Docto. reprehendere; quia cum talis assertio iuramentum requirat, vt iudici fidem faciat, prout inquit tex. in d. cap. pastoralis. de excep. fuit vtique necessarium supplere etiam, quod probet, scilicet, per iuramentum, vt iudici fidem faciat: fidem facere iudici nihil aliud est, quam probare, vt l. quinquaginta. de prob. per quem tex. ita dixit Paul.de Castr. in consil.193. in fi.volu.1. & tradit Auctor. in Lexicon iuris.in versi. fidem iudicij. & hinc tituli de fide instrum.Digestis, & Codice. Accedat etiam, quia speciale est in fisco, Ecclesia, minore, & similibus, quod non habeant probare; sed sufficiat asserere instrumenta, fuisse de nouo reperta, vt per Boer.in sua decis. 307. in fi.ergo contrarium est in alijs. Non obstat, quod iurisconsultus in d.l.admonendi.non dixerit, Et probet; quia respon. quod immo satis dicitur dixisse ex dispositione, & interpretatione aliarum legum volentium, quod vbi assertioni vel dicto alicuius standum est, intelligatur, mediante iuramento, vt dixit notabiliter Ange.in l.si vacantia.col.2.C.de bon.vacan.lib.10.& pro singulari ad notauit Marsi.in singula. 402. vbi concordant & facit tex. in l.fin.C. de fide instrum.vbi non statur assertioni dicentis se amisisse instrumentum, nisi iuret. Et dixit Bart.in l.si quis in conscribendo.C.de pact.quod non valet conuentio, vt stari debeat assertioni partis circa taxationem expensarum absque iuramento. refert Calca.in consi. 77.col.6.ad fin.versi.de probatione. Et ratio prædictorum est, quia iuramentũ fuit inductum ad inducendam præsumptionẽ veritatis.cap. & si Christus. de iureiuran. & sic vt maior fides asserenti præberetur.

6 Et pro prædicta solutione facit, † quia lex vna debet intelligi secundum aliam; iuxta ea, quæ scribit Curtius iuni.in consi.5. post nu.31.& consi seq.colu.7. in prin. & magis in terminis Grat lib.2.respon.83. nu.15.& lib.1.respon.1.nu.7.& respon.7. nu.13.vbi vult dictã regulam ita esse intelligendam: alias sequeretur, quod non haberent locum distinctiones legum: & cũ hoc ex natura iuramenti subintelligeretur, quæ est, vt iudicem ad maiorem credulitatem adducat, non fuit opus exprimere iuxta not.in l.cum quid.si.cert.peta. Non obstat, quod iuramentum non sit ꝓbatio; quia est verum non esse probationem, scilicet, ordinariam: dicitur tamen probatio extraordinaria & irregularis: ꝑterea communis opi. potest esse vera pro

prie

prie:sed tamen late dicitur probatio. quinimmo dico; quod si dicta communis opi. simpliciter intelligeretur; esset erronea, cum potius possit, & debeat dici totum contrarium, quod. s. nulla reperiatur probatio; quæ sit maior & efficacior ipso iuramento, cum nemini regulariter credatur absque iuramento. patet primum in tex. l. iurisiurandi, C. de testi. vbi non creditur testi non iurato. quinimmo in eo, Papa dispensare non potest, vt illi credatur absque iuramento. vt dixi in priui. 30. Secundo patet in notario cui fides non adhiberetur circa illius instrumenta, nisi iuraretur, vt inquit Bald. in l. si ex falsis. C. de transa. & sequitur Corn. in consi. 149. col. 2. vol. 3. & est generale, quòd non credatur alicui sine iuramento, vt poterit deprehendi in pluribus priuilegijs, de quibus diximus & infra etiam dicemus. Præterea, si dicta communis opi. esset absolute vera, quòd non esset probatio, subuerterētur multa dicta Doctorum & iurium, dicentium per ipsum iuramentum probari animum asserentis ignorantiam, scientiā, impedimentum, quantitatem, interesse, & pleraque alia, de quibus nos tractamus. & frustra Doct. cōgererent casus, in quibus iuramentum facit plenam, vel semiplenam probationem, vt habetur per eos in l. admonendi. de iureiu. Non obstat tex. in l. eum, qui. in princi. supra adducta in contrarium; quia respondeo retorquendo illam contra Rip. retenta ibi declaratione Glosæ. in ver. ꝓbādi. & dico, quod dum inquit tex. petitorem exonerari necessitate probandi, intelligitur de necessitate probandi per testes, prout ibi intelligit & declarat Glo. prædicta. quin tamen non dicatur probare per iuramentum, ibi non dicitur: immo innuit contrarium; quia si exoneratur onere probandi per testes, non exoneratur necessitate probādi per iuramētum: ergo est probatio. Non obstat tex. in d. l. sed si possessori. §. fi. de iureiuran. quia dico, quod ibi dicit perinde haberi, quod iuratum est, atq; si probatum esset: quia iuramentum est probatio extraordinaria & irregularis, vt sæpe a nobis est dictum: & probationis appellatione, de ordinaria tātum est intelligendum; non etiam de extraordinaria. l. Seia. § medico, & ibi Bart.

7 de annu. lega. † Et ideo dicitur, qđ appellatione habitationis intelligitur de ordinaria, vt est ea, quam ciues faciunt in ciuitate; non autem ruri, vt per Grat. lib. 2. resp. 35. col. fi. ver. quarto principaliter. Secundo respondeo; quòd ibi tex. loquitur de plena probatione, ideo non venit iuramentum; quia non est plena probatio, nisi in casibus a iure expressis. Dū ergo inquit iuramentum pro probatione habendum, intellige, scilicet, plena; quia regulariter non facit plenam ꝓbatione. Tertio respon. quod quāuis ibi vtatur illa dictione, Perinde, quæ denotat impropriētatem. §. 1. Insti. quib. mod. ius patr. po. sol. sicut dicitur de dictione, Quodammodo. l. in suis, de liber. & posthu. tamen non est semper verum; quia etiam denotat proprietatē, veluti cum similes dictiones a lege proferuntur. §. item si de dote ver. propter retentionem. Insti. de act. l. 1. de transacti. c. Parrochianus. vbi Gl. & Abb. de deci. cum alijs adductis per Dec. in c. 1. in vlti. not. de iudi. & in rub. de proba. col. 13. ver sic. tertio non obstat. facit tex. in ca de cetero. de homi. Sapia siue alius in additi. ad Abba. in cap. prout. colum. 6. in littera D. de dolo & contum. & in cap. gratum. nu. 9. de offi. deleg. Concludo igitur iuramentum esse probationem; & asserentem se de nouo reperisse instrumenta debere iurare; & consequenter suam asseuerationem per illud probare.

8 Sed hic posset dubitari, † an iudex valeat hoc iuramentum remittere: vt si asserens instrumenta reperisse, esset homo integræ opinionis, & famæ; nam ex hoc illi facile fidem deberet adhibere, absque aliquo iuramento, quia similes personę ꝑsumptionem inducunt ne mentiantur, iuxta Glo. fin. in c. nuper. circa medium. de testi. & multa solet operari bona qualitas personæ, vt patet ex notatis p Cottam in suis memorali. in vér. lagalitas, cū simili. & videretur

deretur dicendum, quod sic, quia proba-
9 tiones fiunt iudici,† in cuius arbitrio con
sistit omnis probatio, vt per Abb. in c. præ
sentium. colum. fin. de testi. Paul. de Cast.
in l. Luicus. nu. 4. C. de infami. Dec. in cõ
sil. 163. col. fi. in fi. consi. 510. consi. 650. &
consi. 652. ver. pro resolutione, cũ multis
similibus adductis per Neuiz. in sua Silua
nupt. dum agit, quomodo testis interroge
tur. pag. 23. col. 2. & Boeri. decis. 101. n. 8.
& ideo dicitur, quod si sibi videbitur, po
terit non adhibere fidem testibus, quam-
uis clare deponant secundum verba, vt
in d. l. Lucius. & habetur notabiliter in l.
3. §. ideoque diuus. de testibus. immo etiã
& instrumentis publicis, quamuis non re-
darguantur de falso. Bal. in l. scripturæ. C.
de fide instrum. Curt. iun. in consi. 170. Fe
li. in ca. auditis. nu. 23. de præscripti. Sic ex
contrario, quamuis lex dicat, quod ad
probationem legitimam requirantur duo
testes vel plures deponentes de veritate,
quam perceperunt sensu corporeo, vt l.
vbi numerus. de testi. & l. titium. eod. ti. &
l. fi. C. si cert. peta. non tamen hoc simplici
ter intelligi debet ita, vt per alias legiti-
mas seu probabiles cõiecturas, quæ per
directũ, vel indirecte posint iudicis ani
mum mouere, probari non posit, cum
lex dicat, quod an sit sufficienter proba-
tum, vel non, remittatur arbitrio iudicis;
super quo nulla certa regula dari potest.
Hæc sunt verba Paul. de Cast. in consil.
380. colum. 2. versi. his peroratis. volu. 1.
& idem voluit Soz. in consi. 187. vol 2. &
Corn. in consil. 4. vol. 1. & est tex. not. licet
vulgatus, in d. §. ideoque diuus. Ergo vi-
detur, quod iudex posit credere asseren-
ti absque iuramento se reperisse de nouo
instrumenta; & sic in effectu remittere ip
sum iuramentum. Contrarium tamen pu
to verius, quia iudex non potest remitte-
re iuramẽtum testi in præiudicium partis
ergo nec ita asserenti; quia se habet p mo
dum testis in causa propria. facit etiam,
quia lex inquit standum esse assertioni ali
cuius, mediante, videlicet, iuramento, vt
supra diximus: & hoc, vt minus præiudice
tur parti. Non obstat, quod probationes
fiunt iudici, & quod illi sunt arbitrariæ;
10 †quia procedit quo ad qualitatem psona
rum; non quo ad qualitatem spectantem
ipsarum dicta, & depositiones seu attesta-
tiones, vt per Craue. in consil. 6. nu. 20. &
consi. 13. ad fi. Iuramentum enim dicitur
qualificare dictum, & addere illi robur,
cum aliàs per se non probaret; & iudex
non potest contrarium facere. Et ita con-
cludo in præmissis limi. nostrum priuile-
gium non procedere, quando contra as-
serentem militaret aliqua præsumptio in
contrarium, quia non staretur eius iura-
mento, per doctri. Bart. quam ibi sequun
tur Alex. & communiter omnes in l. inter
omnes. §. recte. de furt. cum alijs adductis
per Crau. in consi. 255. colu. fin. in medio.
& per me supra in priui. primo. Item pu-
to aduertendũ, & obseruandũ q iuramẽ-
tum non esset necessarium ad probandũ
instrumentum de nouo fuisse repertũ, qñ
pro asserente militaret aliqua psumptio
seu verisimilitudo, ex qua resultaret verisi
milis coniectura, q instrumenta fuissent
de nouo reperta, arg. tex. in c. fi. qui matri.
accusar. poss. Cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum prodest ad probandum titulum.*
2 *Iuramentum, concurrente possessione, probat inuestituram.*

PRIVILEGIVM XXXIX.

1 TRigesimum nonum priuile
gium est; † quia iuramen-
tũ, concurrente diuturnita
te tẽporis, ẽ potens ad pbã
dum titulum, vt habetur
per Anchar. in capitulo 1. de regul. iur.
in 6. & in beneficialibus tradit post Abb.
Feli. in cap. licet Hely. de simo. quos re-
fert ac sequitur Tiraq. in suo tracta. præ-
scrip. §. primo Glo. octaua. in princip. vbi
tamen circa versicu. declara tertio. inquit
verum esse, nisi subsit iusta causa aliter
Q creden-

credendi illi, qui se titulum dicit habere, per ea, quæ scribit Ange. in l. diuus. de testam. milit. & in l. qui restituere. de rei vẽdica. & faciunt, quæ scripsi in primo priui. nu. 22. & rursus in quarto. nu. 30. & de huiusmodi priui. habetur etiam per eundem Tiraq. in d. tractatu præscrip. §. 1. Gl.
2 4. ver. sexto. † Simile videmus in probanda inuestitura, nõ plene probata; quia poterit plene probari per ipsum iuramẽtũ, quando cum ea concurrit possessio ꝑ annum, quę inducit præscriptionem. c. 1. §. si autẽ aliquis. tit. si de inuestit. int. domi. & vas. lis oriat. vbi statur iuramento vassalli de ipsius inuestitura. & illum tex. ad hoc allegat Grat. lib. 1. resp. 9. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Assertio inter personas suspectas nõ probat ea, quæ asseruntur; nisi aliter probentur.*
2 *Assertioni patris donantis filio, quod merita præcesserint, non statur: & ideo donatio non valet.*
3 *Papæ asserenti causam subesse, quando dispensat in diuinis, non creditur.*
4 *Iudici asserenti scandalum subesse, nõ creditur ad effectum, vt posit sequestare possessionem.*
5 *Assertioni specialium meritorum non creditur.*
6 *Asserens specifica merita præsumitur non mentiri, si est legitima persona.*
7 *Assertioni specificæ meritorum cum iuramento standum est.*
Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.
9 *Donatio inter patrem & filium cum iuramento valet.*
10 *Probatio nulla maior, quam partis confessio.*
11 *Causa falsa non vitiat actum, quando illum faciens sciebat esse falsam.*
12 *Specialis dispositio plus operatur, quã generalis.*
13 *Præsumptio vna, & præsertim validior, tollit aliam.*
14 *Simulatio non præsumitur.*
15 *Opinio, quæ tendit ad sustinendum actum, est amplectenda.*
16 *Ratio eadem non est confirmandi actum, & infirmandi.*
17 *Iuramentum non potest facere verum, quod est falsum.*
18 *In dependentibus, videlicet, vnum ab altero, idem dicitur de secundo, quod de primo.*
19 *Assertio meritorum censetur facta ad colorandam donationem.*
20 *Lex in iuramento assertorio de facili præsumit adhibitam fraudem.*
21 *Minor de facili præsumitur dicere mendaciũ, & nu. 23.*
22 *Vbi duo propter vnum, ibi vnum.*
23 *Probatio meritorum, quando illorũ est facta assertio, nõ ita plene adhiberi debet, sicut quã do nulla esset de illis facta assertio.*
24 *Assertio meritorum, in donatione facta inter personas minime suspectas, probari non debet.*
25 *Causa in donatione, & in legato nõ requiritur.*

PRIVILEGIVM XL.

Qvadragesimum priuilegiũ est: nam tu scis, quòd † assertio me-
1 ritorum inter personas suspectas, & alias prohibitas certum quid facere, non probat ipsa merita; nisi de illis constet aliter, quam per assertionem partium. & ideo debet veritas ipsa probari, quod, scilicet, merita præcesserint. l. qui testamentum. de proba. & est casus in vulgatissima. l. si forte. de castren. peculi. quam ibi Bart. ad hoc notat. l. iubemus la. 2. in prin. C. de sacros. Eccle.
2 Et hoc patet per multa exempla. † Primo si pater donaret filio ex causa meritorum, talis donatio non valeret, si de meritis non constaret, vt not. per Doctor. in l. si donatione. C. de collat. Ancha. consi. 25. colum. fi. & in hãc partem inclinat Rom. in consi. 95. Paul. de Cast. in consi. 193. quod habetur sine numero post cons. 162. & incipit, Et quod dicta donatio. ver. quia ista seruitia. vol. 2. & in consi. 432. circa prin. vol. 1. Guid. Pap. quæst. 95. Idem tenet Alex. in consi. 55. col. 3. vol. 1. Grat. lib. 2. resp. 7. nu. 32. vbi concordan. Corn consi. 289. col. antepen. volum. 4. Io. de Ami. in consil. 31. nume. 7. Bello. consil. 75. ante nume. 3. & Rimi. iuni. qui plurimos allegat. Insti. de donat. in princi. nu. 85. Secundo patet in donatione facta per prælatum Ecclesiæ, vt per Alexan. in d. consil. 55. per Oldra. in consil. 226. colum. pen. Paul. de Cast. in consil. 74. volum. 1. vbi pulcre. Late Bertachi.

tachi. in suo tracta. de episco. in 4. parte
nume. 128. & 129. lib. 4. & Rui. in consil.
3. colum. 1. volum. 1. quod est maxime ve-
rum, si sit immoderata donatio, prout de-
clarat idem Rui. in consil. 210. colum. 2.
in fin. eod. volum. Tertio ostenditur in
ciuitate seu Communitate, vt per Alex.
in consi. 43. volum. 4. & Rui. in consi. 175.
in prin. nume. 3. volu. 1. Quarto in emphy
teuta, donante irrequisito domino, vt per
eundem Alex. in consi. penul. vol. 3. Quin
to in donatione facta per clericum concu
binæ, vt per Ancha. in conf. 227. Dec. con
sil. 132. & in conf. 184. colum. 5. & Capic.
decis. 102. Sexto in donatione inter virũ,
& vxorem, vt per Sozi. in consi. 65. & con
sil. 66. vol. 1. quod vltimum procedit, etiã
si nundum est contractum matrimonium,
dumtamen fuerit postea contractum, pro
ut tradit Capr. in consi. 71. ad fi. Et supra-
dicti omnes Doctores in pălegatis locis
concludunt merita esse probanda, vt ẽt in
effectu concludunt Alex. Ias. & alij in d. l.
si donatione. C. de collat. Simile etiam vi-
demus in Principe, qui quando sine certa
cã vel ratione aliquid facere non põt, si il-
lud facere velit, narrando & asserẽdo cau
3 sam subesse, illi nõ creditur.† Patet in Põ
tifice, qui sine causa in diuinis dispensare
non põt: nam si causam subesse asseuerauе
rit, illius assertioni non est standũ. Bart. in
d. l. si forte. de castre. pecul. Bar. Bal. Flori.
& alij in d. l. qui testamentum. de probati.
Natta in consi. 543. post. nu. 15. Grat. lib.
2. resp. 1. nu. 35. & Gozad. in conf. 51. in se
cundo art. post. nu. 41. & ibi cõcord. Simi
liter videmus in minore, cuius assertioni
nõ statur, si dicat æs alienũ subesse, vt alie
natio rei immobilis sustineatur, nõ inter-
ueniente iudicis decret, vt per Corn. in
consi. 109. col. 1. vol. 3. Rursus patet in prę
lato, cuius asseuerationi non est standum,
quod alienatio rei redundet in vtilitatem
Ecclesiæ, vt per Anto. Butr. in c. 1. de reb.
eccles. non alie. Corn. in consi. pen. colu. 2.
in prin. volu. 1. & consi. 243. colu. 2. in fin.
volu. 2. Quarto idem videmus in iudice,
qui non potest ad se auocare possesionẽ,
quando constat, ꝙ aliquis posidet iuxta
4 l. quidã extimauerunt. si cert. pet.† quinim
mo, etiam si non constat, & ideo si asserat
se hoc facere causa vitandi scandalum,
huic assertioni non est standũ, vt ꝑ Ang.
in consil. 107. in fi. sequitur Dec. in consil.
366. Feli. in c. Ecclesia sãctæ mariæ. col. 8.
de constit. & per Gozad. in consil. 10. col.
pen. in prin. nu. 43. Et generaliter conclu-
ditur per oẽs Doct. quod quando actus li
bere fieri non potest, si tamẽ ex aliqua cau
sa vel ratione in aliquo casu particulari
fieri posit, & faciẽs asserat causam subesse
illi non statur, vt per Paul. de Cast. in con-
sil. 74. volum. 1. Rom. conf. 499. post num.
2. Gozad. consil. 2. colum. 4. versic. nono
etiam dicendum. nu. 10. & consil. 20. nu. 5.
& Pedem. decis. 170 post nu 2. vbi dicit,
quod hæc regula nunquam fallit. Idem er
go dicẽdum est in proposito nostro circa
meritorum assertionem, factam in instru-
mento donationis, celebratæ inter perso-
nas prohibitas donare, vt talis assertio nõ
habeat probare merita; & ideo donatio
intelligatur nulla, nisi merita ipsa aliter ꝓ
bentur, argum. tex. in § in potestate. Insti.
de his q̃ sunt sui, vel alie iur vbi dicitur,
quod non sufficit causam subesse, nisi pro-
betur, & de ea cognoscatur. & ista est cõ-
munis conclusio, quæ neminem habet con
tradictorem: de qua per Docto. in supradi
ctis locis, & per Ias. in l. frater a fratre. nu.
44. de cond. inde. Corne. in consi. 144. nu.
10. vol. 2. Rui. consi. 96. nu. 2. volu. 5. Affli.
decis. 360. n. 15. & Cotta in suis memorali.
in vers. donatio inter patrem & filium. &
de communi testatur alios referendo Vi-
5 ui. in ver. donatio facta.† Et ista conclusio
ampliatur procedere & habere locum,
etiam si assertio facta sit de certis meritis,
illa specialiter nominãdo & narrando; q̃a
non ideo magis tali assertioni standum
erit, vt per Riminal. in d. prin. Insti. de do
na. nu. 86. & ibi adducuntur concordan.
quia præsumũtur potius specificata ob af-
fectionem, quam quod vere merita præ-
cesserint vt in donatione facta per patrẽ
filio cõsuluit Cal. in cõsi. 59. in. fi. & hodie

fiunt donationes de consuetudine generali pro benemeritis, etiam specificatis ad colorandum donationes. & ideo talis assertio, quamuis specifica, non debet quidquam operari, secundum Rom. in l. Aquilius regulus. de dona. quem refert & sequitur Affli. in c. 1. in ver. potestas. ti. quæ sint regalia. cum multis similibus allegatis per Tiraq. in sua solemni repeti. l. si vnquam. in ver. donatione largitus. nu. 87. & latius nume. 89. C. de reuo. donati. & ista est cõmunis opi. vt testatur Corn. in d. cõsi. 144. col 2. in fi. vol. 2. Et quamuis Bal. contrariũ tenuerit in l. illud. col. 4. C. de sacros. Eccles. in l. fi. in lectura antiqua de exerci. in c. sciscitatus. col. 2. de rescriptis. & in c. edoceri. col. 4. ad fin. eod. tit. & similiter Paul. de Cast. in consi. 345. col. 2. ver. secũdo videtur obstare. vol. 1. & in consi. 193. alias sine numero post consi. 192. vol. 2. ꝓquo etiam faciunt not. per Bal. in Auctẽ. vnde si parens. C. de inoffi. test. & additio ad Guid. Pap. q. 151. Tamen istorum fortasse opinio posset ꝓcedere qñ asserẽs esset persona valde circumspecta, aut alias
6 notæ probitatis; † quia tunc circa meritorum specificam mẽtionem pręsumeretur non mentiri, iuxta Glo. fi. in c. nuper. circa medium. de testi. nam in similibus assertionibus est non mediocriter consideranda conditio personæ, vt inquit Corn. in consil. 79. col. 2. in fi. vol. 4. Videmus enim, ꝙ quamuis testes familiares repellantur, quales dicuntur illi, qui alicui ministerio famulatus præpositi sunt, vt l. 2. § familia. de ui bono. rapto. leg. prima. §. familiæ. de publi. leg. prima §. familiæ. de vi, & vi arma. & l. pronunciatio. §. familiæ. de verbo. significatio. & similiter domestici, qui pariter repelluntur, vt l. 2. C. de testibus. Tamen hoc non procedit in his personis, quæ sunt magnæ legalitatis, & multum fide dignæ. Mars. in consil. 1. nume. 8. & in sua Pract. crim. §. 1. numer. 10. Gratus libro 2. respon. 41. nu. 13. qui nimmo testi vnico probatæ vitæ, & notabilis conditionis, vel qualitatis creditur, vt per Gram. in consil. 24. in fin. vbi

loquitur in Comite. idem ergo posset concludi in casu isto, quod si asserens de meritis donatarij esset notabilis conditionis, & valde bonæ opinionis, standum esset eius assertioni, specialiter factæ; præsertim si aliqua etiam concurreret verisimilitudo meritorum; propter. n. bonam qualitatem personæ asserentis remouetur suspicio falsę asseuerationis, vt per Bald. in l. 2. C. de fals. & Dec. in consil. 175. col. 5. ver. & pręd icta videntur. cogita tamen. Hactenus ex præmissis omnibus cõclusimus secundum communem opi. asserenti de meritis non esse credendum inter personas suspectas, & quę alias actum
7 sine illis meritis facere non possent. † Tamen si super dicta assertione fuerit pręstitum iuramentum, standum erit huic iuratę assertioni, neque aliter merita probanda erunt argu. tex. in l. rationes. & Authe. quod obtinet. C. de probati. vbi hęredes tenentur stare assertioni testatoris de quãtitate per eum debita creditoribus. & ita firmat Bal. in l. si donatione. C. de collat. Vide ibi Ias. & in pręlud. feu. col. 29. & in l. petens. C. de pac. Gram. decis. 73. nu. 10. Grat. lib. 2 resp. 7. nu. 33. cũ multis cumulatis cõcordan. per Tiraq. in repeti. l. si vnquam. in ver. donatione largitus. nu. 88. C. de reuoc. don. Durand. de arte testand. ti. de his qui nõ hab. testa. fact. caut. 3. Arel. in addi. ad Alci. in suo tract. de ꝓsumpti. regu. 1. pręsumpti. 16. in prima addi. vbi concordan. vide Capi. decisio. 203. nu. 9. Et pro hac opi. ego vltra alios adduco bene facere communem Doctorum conclusionem, quę dicit, quod si minor iurauerit se esse maiorem, standum est huic assertioni cõtra ipsum, & contractus ab eo gestus tenet. l. si alterius. C. si min. se maio. dixerit Curt. iu. in consi. 117. in prin. & dicam in priuile. 83. & patet etiam in alio iuramẽto assertorio, quando quis iurat omnia, & singula contenta in instrumento, quod iuramentum obligat, & contraueniri non potest, secundũ Soz. in l. 1. col. pe. in fi. ver. quarto & vltimo. soluto matrimonio. & dicã in priuilegio. 59. & tũ sumus inter ꝑ

sonas

sonas suspectas ac prohibitas contrahere, saltem ex forma statutorum municipaliũ, quæ vt plurimum certum modum præscribunt obseruandum in cõtractibus minorum seu mulierum, & tamen iuramentum operatur, vt de simulatione, vel minori ætate opponi non posit, vt dico in præ
8 allegatis priui.† Secundo facit, quia non est præsumendum iurantem voluisse mentiri in sua assertione meritorum, in præiudicium salutis æternæ, cuius quidem nemo præsumitur esse immemor. l. fin. C. ad leg. Iul. repetun. c. ad audientiam. vbi Gl. in vers. iuratus. de præscrip. & c. litteras. de præsumpti. Et quòd iuramentum etiã inter personas suspectas purget suspicionem falsæ asseuerationis, tradit in terminis in confessione facta per virum suæ vxori de dote recepta, Crauet. in consi. 40. numer. 7. & eo magis videtur admittendum sine aliqua dubitatione in casu nostro, quia talis assertio meritorum, quæ specialiter fit, videtur esse omnino verisimilis, & iuramentum super ea similiter verisimile, & ex consequenti credendum, & attendendum. l. semper in obscuris. de regu. iur. ca. in obscuris. eo. tit. in 6. Dec. in consi. 96. colum. pen. quia vt dixit Bal. in cons. 180. colum. 1. volu. 4. Verisimilitudo est cognata naturæ. & per prædicta patet non obstare, quatenus diceretur ideo iuramentum nihil operari, ne sit vnicuique liberum legẽ fraudare iuramento interposito. l. si quis inquilinos. §. fin. de lega. 1. cum enim non sit præsumendum, quemquam velle peierare, vt dictũ est; & nemo iuret, nisi prius matura deliberatione adhibita, secũdum communem Docto. sententiam; de cuius tamen veritate dicam late in priui. 64. nõ est ideo absolute credendum, vel affirmãdum, quòd in fraudem legis iuratum fuerit, subsistente maxime verisimilitudine meritorum; prout considerat quoq; Gra. lib. 2. in d. resp. 7. nu. 33. cum pluribus se-
9 quen. Tertio comprobatur, † quia donatio inter patrem & filium, confirmata iuramento, valet, vt not. in l. frater a fratre. de cond. inde. vbi late Ias. post Bal. in l. fi. de vsucap. pro empto. & est cõmunis opi. vt patet ex his, quæ dixi in priui. 72. Si ergo valet donatio pura propter priuilegiũ iuramenti, debet etiam valere donatio ex causa meritorum, quæ videtur specificata ad pleniorem exitum ipsius donationis, argum. text. in Aucten. multo magis. C. de sacrosan. Eccle. Et si iuramentum validat donationem, simpliciter prohibitam inter virum & vxorem, & similiter inter patrem & filium; multo magis validabit donationem ex causa meritorum, quæ nõ est simpliciter ꝓhibita; quinimo permissa, si merita vera existant; quia prohibitio simpliciter maior est, quã cũ aliqua cõditiõe vt in simili dicit Are. in cõs. 73. col. 4. ver. ista sniã. vbi dr̃, ꝙ personæ inhabilitatio, simpliciter facta, maior est, quã inhabilitatio, facta cũ aliquo adiuncto: veluti, quòd mulier nõ posit cõtrahere sine consensu duorum consanguineorum. Neque dicatur in casu nr̃o nõ agi de validanda donatione ex causa meritorũ per ipsum iurm̃, sed solũ ꝙ merita probẽtur, quasi iurm̃ nõ suppleat defectũ præsumptæ falsitatis de assertione meritorũ resultan. ex qualitate, & suspicione personarũ; quia respondetur ꝙ aut merita erũt vera; & tunc non videntur probanda, quia. s. de illis satis dr̃ constare per spontaneam assertionem seu confessionẽ partis donantis, quæ hoc confitẽ-
10 do asseruit; † & vulgatisimũ est, nullã esse maiorem probationẽ, quàm ipsius partis confesio, l. generaliter. C. de non num. pecu. Aut merita erunt falsa; & tunc, si donans hoc sciebat, pariter non sunt probanda; quia absque illis donans voluit valere donationem, vt per Crauet. cons. 81. nu. 2.
11 † vbi dicitur, ꝙ falsa causa nõ vitiat actũ, qñ faciens sciebat illam esse falsam; si vero ignorabat, vel credebat merita esse vera, cum tamen essent falsa; & tũc similiter nõ videntur probanda, per ipsum donatariũ, sed assertioni standum est, donec contrarium probetur, & doceatur: nam cum assertio respiciat validitatem, & substantiam actus, illi stari debet, vt per Abb. in consi. 33. colum. pen. post med. um, par. 2.

Neque dicatur tali assertioni non esse stã-
dum tanquam factæ inter personas suspe-
ctas; quia talis suspicio purgatur per iura-
mentum donantis; secundum Crauet. in
consi. 40. nume. 7. vbi iuramentum purgat
suspicionem, resultantem ex persona viri,
& vxoris. pro quo facit optime, quia vide
mus, quod iuramentum purgat defectum
personæ, vt patet in minore iurante, qui
represẽtatur maior. d. l. si alterius. C. si mi.
se ma. dixe. & tamen defectus personæ est
maior omni alio defectu, vt colligitur ex
his, quæ scribo infra in priui. 83. quæ hic
non repeto. Item iuramentum purgat su-
spicionem fraudis: quod patet, quia sup-
plet defectum insinuationis, quæ inuenta
est ad fraudes remouendas. de quo dicam
in priui. 73. Rursus ad confirmationem su
pradictæ opi. facit communis conclusio,
de qua supra feci mentionem. nam si quis
iurat in contractu omnia & singula in in-
strumento contenta vera fuisse & esse, non
potest allegare simulationem, vt habetur
per Barto. Bald. & alios omnes in l. fin. C.
de non num. pec. & dicam in d. priui. 59.
Si ergo per dictam clausulam non potest
dici, quod narrata in instrumento nõ sint
vera: quanto magis, si fuerint in eo narra-
ta specialiter merita, & iuratum, standum
erit huic assertioni, absque aliqua proba-
tione, cum istud sit specialius iuramen-
tum, quam illud, quod in fine instrumenti
ponitur, Et iurauerunt omnia, & singula
12 supradicta fuisse, & esse vera. &c. † quia
regula est, q specialis dispositio magis
operatur, quàm generalis, vt per Aret. in
consi. 8. col. 3. ver. nec obstat. & ideo dici-
mus, quòd præsumptio specialis vincit ge
neralẽ. Bart. in l. cum de indebito. per illũ
tex. de proba. Bald. in l. siue possidetis. in
vlti. opposi. C. eo. ti. & facit reg. generi. de
reg. iu. in 6. Vltimo accedat, quia contra
istam opi. vna tantum præsumptio allega-
tur ad persuadendũ nobis, non esse standũ
iuratæ assertioni, de meritis etiam specia-
liter numeratis, nimirum suspicio perso-
narum, inter quas fit donatio: nam præsu-
mitur potius donans, ratione sanguinis
motus ad donandum, quàm quòd verè
merita intercesserint, vt expresse legitur
apud Paul. de Castr. in consi. 345. colu. 2.
versiculo secundo videtur obstare. In
contrarium vero militant duæ præsum-
ptiones seu coniecturæ ad credendum, q
merita fuerint vera; & consequẽter, quòd
nõ sit necessariũ illa probare. prima est ip-
sum iuramentum; quod non est credendũ
fuisse interpositum animo iurandi falsum
& peierandi in præiudicium salutis æternæ
de qua debemus præsumere fuisse cogita
tũ d. l. fin. C. ad leg. Iu. repe. & ista sola dēt
præponderare præsumptioni resultãti ex
suspicione personarum, quia animæ salus
13 est cunctis rebus præferẽda; & trita est re
gula, q vna præsumptio, quæ sit validior,
tollit seu elidit aliã debiliorẽ. l. diuus. ff. in
integ. rest. & c. afferte. de præsumptio. quã
to magis igitur debebit elidi duabus con
currentibus præsumptionibus, quæ mili-
tant in casu isto: quarum vnam iam demõ
strauimus; nunc attingamus alteram; est
igitur altera & secunda præsumptio, dinu
meratio seu specificatio meritorum; quæ
arguit merita fuisse vera; quia non est pre
sumendum per simulationem fuisse speci-
14 ficata, † cum simulatio non præsumatur l.
quamuis. C. si quis alte. vel sibi Bal. & alij
not. l. cum precibus. C. de probat. ex his er
go duabus præsumptionibus elidetur illa
resultans ex suspicione personarum; quia
plures præferũtur paucioribus, vt legitur
apud Cepo. in consil. 31. colum. 4. in fin.
Alexand. in cons. 88. volum. 7. & per Dec.
in cons. 470. col. 2. & Bello. consi. 10. post
numerum quartum. & facit tex. in c. illud
de præsumptio. & istã partem tenet Bald.
in d. l. si donatione. cum alijs supra allega-
15 tis. † quæ eo magis etiam sequenda vide-
tur, quia tendit ad sustinẽdum actum; ar-
gu. l. quoties. de rebus dubi. per Roma. in
consi. 179. circa princ. Craue. in consi. 52.
num. 2. v. q. e in fi. & Dec. in cons. 11. colu.
10. in fi. contraria vero tendit ad illum in-
16 firmandum. † vnde non est eadem ratio
confirmandi, & infirmandi, quia illa hinc
præferri debet Alexan. in l. 1. col. 2. nu. 5.

C. de

C. de testam. quia lex non adaptatur ad infirmandum actum, l. si quis filio. vbi Bald. per illum tex. de leg. 1. Contrariam tamen opinionem, quod. s. iuramentum non sufficiat ad faciendum præsumi veritatem meritorum, etiam si fuerint specificata, tenuit late insistendo Corn. in consil. 289. col. 11. cum duabus sequent. vol. 4. & Rui. in consi. 135. col. 6. post nu. 10. volum. 1. & eam amplexi sunt magis communiter Doctores, vt patet ex his, quæ copiose cumulat more suo Tiral. in d. l. si vnquã in versi. donatione largitus. nu. 91. C. de reuocan. dona. & Rimi. iun. insti. de donati. in princip. nu. 87. quia dato, quod aliàs sit standum iuramento alterius, illud vtique non procedit in iuraméto assertorio; quia potest esse quod huiusmodi iuramentum sit falsum; & iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, nec fouere mendacium: prout nuncupatim dixit Crauet. in consi. 81. num. 3. & Curt. iun. in consil. 95. nume. 5. & Aret. in consil. 74. colum. 3.
17 ver. sed dubium est. vbi dicit, † quod iurm non potest facere verum esse, quod falsum existit. quod prius dixit Imol. in cap. cum cõtingat. de iureiu. Quinimmo, nec Deus ipse facere põt, vt, scilicet, qđ est falsum, sit verũ, vel econtra, vt p Cor. in cõs. 147. col. 2. vol. 2. vbi dicit in hoc cõcordare & conuenire Philosophos, & Theologos quos ibi allegat. Ego etiam confirmo istã
18 communẽ opi. † nam quando vnum dependet ab altero, per consequentiam actus ad actum, idem dicitur de secundo, quod de primo. Calcan. in consi. 19. num. 34. & consi. 24. col. 10. ad fin. & ideo sicut nõ statur simplici assertioni, quod merita præcesserint, etiam si fuerint specificata, nisi legitimis ꝓbationibus vera fuisse ostẽdantur, vt per Cyn. & Alberi. in l. fi. de exercit. act. per Alex. & alios in d. l. si dona-
19 tione. C. de collat. † Ex quo censentur specificata ad colorandam donationem, quæ præsumitur ex affectione sanguinis potius facta quam ex causa meritorum, secundũ Bal. in Aucten. ex testamento. C. de collat. & Bellon. in consi. 74. post nume. 9 & cõsanguinitas, de qua in instrumẽto fit mẽtio, dicitur esse causa finalis; assertio vero meritorum causa impulsiua, vt per Grat. libro primo, respon. 50. nume. 56. cum pluribus sequen. & consequenter præsumitur, vt dixi, magis ob causam sanguinis, quam ex causa meritorum donari, vt etiam voluit Paul. de Cast. in consil. 432. colum. 1. in fin. & seq. volu. 1. Ita stari non debet iuramento, quod a dicta assertione dependet; quia vitium, quod est in primo actu, dicitur esse in secundo. l. 1. §. quæ onerandæ. & l. 2. quar. rer. act. non dat. l. scio. de minor. cum alijs ad hoc propositum allegatis per Signo. in consi. 155. colu. 6. num. 21. nam hoc modo prohibitio facta inter personas suspectas ab ipsa lege de facili fraudari possit; & id, per qđ dispositio legis potest reddi elusoria, est penitus reijciendum. Glo. in c. quamquã. de vsur. in 6. & not. in cap. cum quid. de re-
20 gul. iur. in 6. Et † in tali iuramento assertorio lex facile præsumit fraudem, vt inquit Bal. in l. quidam, cum filium de hæred. insti. & ideo aliud non admittit, vt di cit Rom. in consi. 12. Aret. in d. consi. 74. & Soz. in consi. 66. vol. 1. Postremo facit, quod voluit Cyn. post Petr. in l. 1. in fin. C. de sacrosan. Eccles. quos refert, & sequitur Corne. in d. consil. 289. colum. penul. in fin. volum. 4. vbi dicitur, quod qui non potest actum gerere, si confitetur cum iuramento; aliquid, propter quod habilitatur ad faciendum, non statur tali iuramento, vt in mari:o præfati Doct. dicunt, qui cum iuramento confessus fuit recepisse centum ab vxore, quæ promisit restituere: nam huiusmodi confessio censetur facta in fraudem, non obstante iuraméto. quod & voluit Bar. in l. cũ quis decedẽs. §. Titia. de leg. 3. & in l. Aurelius §. fin. de libe. lega. & Bal. ibi allegatur per eundem Cor. in d. consi. 289. col. fi. & ibi ponderat prædictas auctoritates ꝓcedere, & loqui etiam quando ẽ expressa causa specialiter, vt nihil releuet, nisi probetur: ex quo iuramentum nihil operatur propter fraudis suspicionem, vt ibi late per eum

Quid igitur dicendum in tam maxima controuersia Docto. nam quæ adducta sunt primo loco, contra communem magnopere vrgent? Ego reperio Grat. libr. 2. respon. 63. num. 2. istas opi. reducere ad concordiam: nam inquit, quòd si iuramentum est appositum principaliter super donatione; tunc, quia donatio valet absque eo, quod merita intercedant, probatio meritorum non est necessaria, quia donans voluit omninò valere etiam, quod nulla merita intercesserint. & in isto casu procedit prima opi. quæ dicit, ꝙ merita nō sunt probanda. si vero iuramentum est appositum super ipsa assertione meritorum; tunc procedit communis opi: quod merita sūt probanda; quia sine illis donatio valere non potuit, vt ibi per eum dicentem, ita diuersa agmina scribentium reduci posse ad concordiam. Sed certe talis distinctio seu conciliatio non potest ad præsentem disputationem bene accomodari aut conuenire; quia nos in ea agimus, quando iuramentum fuit appositum super assertione meritorum: & tamen Docto. inter se maxime pugnant, vt satis patet ex prædictis. Ego autem arbitror indistincte, primam opinionem esse de iure veriorem; per ea, quæ supra ad eius comprobationē fuerunt allegata: quibus, quantum ipse cōijcio, non potest commode responderi, cum tamen, quæ adducta sunt pro communi opi. non difficulter tollantur: nam quantum attinet ad primum, quatenus dicebatur iuramento assertorio non esse stādum, quia potest esse falsum, respondetur non esse absolute verum; & contrarium patet in iuramento minoris, qui se maiorem esse iurauit: nec potest venire contra suum iuramentum, nec petere in integrū restitutionem, vt supra dixi, & habetur ꝑ

21 Grammat. in decis. 12. nu. 5. † Et tamen minor de facili præsumitur dicere mendacium. l. ex libero. §. 1. de quæstio. quem tex. ad hoc allegat Alci. in suo tracta. præsumptionum regu. 1. præsump. 42. versi. & minores. nume. quinto. & non solum ipse non poterit venire contra dictum iuramentum, sed nec vllus alius. argum. l. si non cōminus. C. de procur. Item patet in iuramēto illo similiter assertorio, quando partes iurant omnia in instrumenta contenta vera fuisse & esse: quod iuramentum impedit, allegari posse simulationem, vt ꝑ multas auctoritates deducit Gram. decis. 45. in princip. & dicam in d. priuil. 59. Et quamuis huiusmodi iuramentum possit esse falsum, non tamen sequitur, quod ita sit l. neque natales. C. de proba. & l. nō hoc C. vnde cogna. Et quamuis etiam istud iuramentum non possit facere verum illud, quod est falsum: tamē facere potest, quod verum præsumatur; quia inuentum est ad inducendam præsumptionem veritatis: ca. & si Christus. de iureiuran. ergo operabitur, quod assertioni meritorum credatur, & verum præsumatur, quod asseritur cum periurium non sit præsumendum. Ad secundum, dum dicebatur, quod sicut simplex assertio non probat merita, ita nec assertio roborata iuramento, quod ab illa dependet; respondeo, quod immo iuramentum nullo modo dependet ab assertione, tamquam a re diuersa, & a se ipsa separata: sed dicitur assertio, & iuramentum vnum tantum, id est, assertio seu affirmatio iurata, seu iuramentum assertorium, quod ad probationem meritorum apponitur. & licet iuris subtilitate dicerentur duo, reputari tamen debent vnum tantum iuxta illam vulgatam

22 regulam. † Vbi duo propter vnum, ibi vnum l. cum seruus. de condition. & demonstration. l. statu liberos. §. non solum de statu. lib. Signo. consi. 2. colum. 3. nume. 13. & consi. 7. colum. fin. versicul. præterea &c. Secundo respondeo, quod regula procedit, quando est eadem ratio, vel conditio in vtroque, videlicet, tam in principali, quam in eo, quod a principali dependet; secus si sit separata, & diuersa, vt in casu nostro, in quo iuramentum est quid spirituale, & diuinū, ac penitus separatū ab assertione meritorū: & ideo vitium quod esset in ipsa assertione, nō posset trāsire in ipsum iuramentū, quod non subiicitur hu-

manæ potestati hominum secularium, merito reg. non procedit. Non obstat, quòd lex præsumat fraudem in huiusmodi iuramento assertorio; † quia procedit in minoribus, qui, vt eorum libidini satisfacere possint, & facilius alios ad secum contrahendũ alijciant, vt plurimum, mendaciũ, & periurium committunt. d. l. ex libero. §. 1. de quæst. Calca. cõsi. 25. col. 9. in medio. vbi dicitur, quod filijfamilias, vt inueniãt mutuam pecuniam, renunciant omnibus & quibuscumq; exceptionibus, et exquisitissimis; secus in maioribus, qui non tam temere ad iurandum percurrunt. Itẽ posset procedere in mulieribus, quæ facile peierant. arg. l. 2. C. de indicta vidui. tollen. & denique in illis personis quoque, quæ ad iusiurandum præstandum sunt pronæ, iuxta l. quæ sub conditione. de cond. insti. in prin. Non obstat, quòd qui non potest actum facere, si aliquid asserit cum iuramento, nihil agit; quia pro responsione dico, animaduertendum esse, quod in casu nostro donãs potest vtique donare ex causa meritorum. & licet simpliciter non possit, tamen cum iurat, & iuramẽtum habeat vim clausulę, Omni meliori modo, & c. vt l. cum pater. § filius matrem. de leg. 2. cẽsetur voluisse donare etiam, quod merita non intercessissent; quia vt dixit Grat. lib. 1. resp. 50. nu. 56. assertio meritorum dicitur causa impulsiua, quæ si cessat, non tamen dicitur cessare dispositio l. 1 §. sexhin. de postulando. Et ideo, cũ remanserit causa finalis, id est, coniunctio sanguinis, per quam creditur motus ipse donans ad donandum, remanet quoque dispositio. §. affinitatis. Insti. de nup. l. liberorum. §. 1. de his, qui not. infami. & Glo. in l. si ventri §. 1. & ibi Bar. & Ang. de priui. cred. neq; dicatur, quod causa meritorum fuerit finalis; tum quia in dubio causa pſumitur impulsiua, vt per Rui. in consi. 66. ante fin. li. 2. vol. 1. tum etiã, quia dilectio maior resultat ex sanguinis coniunctione, præsertim patris erga filium. arg. l quidam cum filiũ fam. de hæred. insti. & l. isti. quidem. in fi. de eo. quod met. caus. & vxoris in maritũ, & econtra, cum sint vna & eadem caro quam resultet ex meritis & beneficijs, quę acceperimus; cum plerique reperiantur ingrati, argum. §. aliæ autem. in fi. insti. de donati. & permulta exempla memoriæ reliquit Valeri. Maxi. in tit. de ingratis. Ex quibus videtur concludendum, quod quãuis donatio dicatur fieri ex causa meritorum: tamen re vera fit ex causa sanguinis: quod licet interueniẽte iuramento. & istã opinionem credo veriorem. Retenta tamen communi, quod sit necessaria meritorum probatio, illam limitarem, & restringerem non procedere, quando persona iurans, & asserens de meritis, esset omnino probatæ vitæ & conditionis, vel aliàs notabilis qualitatis; & insuper militarẽt alię coniecturæ de veritate meritorum, veluti specialis dinumeratio, & probitas ac virtus donatarij, & alia id genus similia prout etiam videtur voluisse Grat. in d. resp. 7. nume. 33. lib. 2. quando enim sumus in personis magnæ legalitatis, cessat omnis suspicio fraudis, vt per Bald. in l. 2. C. de fals. & patet ex multis exemplis: nam vidimus, quod ratione probitatis personæ cessat præsumptio calumniæ. Alex. in l. ꝑperandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. & si contractus fiat ab honestis, & bonæ conditionis viris, censetur iustus; vt per Nattam in consi. 525. nu. 45. & consi. 556. nume. 3. non autem vsurarius, vt per eundem, in consi. 498. nu. 26. & si quis fuerit probatæ & honestæ vitæ, remittitur sibi satisdatio. Mars. in rub. de fideius. num 179. & generaliter legalitas personarum multos operatur effectus, vt ꝑ Cottam in suis memorali. in ver. legalitas. & habẽtur et nonnulla alia per Grã. in consi. 35. post nu. 44. cum pluribus sequen. & quod propter legalitatem integritatẽmque ꝑsonæ credatur etiam in his casibus, in quibus aliàs non crederetur, est tex. expressus in l. non omnes. §. a barbaris. de re mili. vbi creditur bono militi a barbaris fuisse remissum; non autem transfugam esse; & propterea militiæ restituendum. in summa in omnibus attendi debet qualitas personæ-

ſonarum vt patet.in l.3.§.ſed ſi ex improuiſo.eo.ti.in l.cum ij.§.vult igitur.verſ.in perſona.de tranſ. & in alijs iuribus adductis per Glo.in d.§.a Barbaris.& concinit prædictis quod etiam voluit Bald. notabiliter in l. fin. de probat.vbi dicitur, ꝗ ſuſpicio ceſſat fraudis, etiam inter perſonas ſanguine coniunctas propter integritatē
24 perſonæ. † Secundo ſupradictam cómunem opinionem declararem procedere, quo ad aliqualem probationem;quia non exacta ꝓbatio,ſed vtique leuior erit adhibenda:quod minime fieret, ſi nulla prorſus aſſertio facta eſſet:immo ſufficient cóiecturæ,vt per Marſ.in ſingula.610. Alex. in conſi.18.vol.3.cum congeſtis per Arelat.in Addi.ad Alci.ſuo tracta. præſump. reg.1.ꝑſumptio.16.in additione incipien. Accedat prædictis.& in tali caſu,ſi merita nõ ꝓbabūtur fuiſſe tot,& tāta quę ęqui polleant donationi,in eo ſi quidem,quod ipſa donatio excedit merita, non valebit, quia cenſetur pura,vt alibi dicemus.Non omitto etiam illud adijcere, quod ſupradictæ opiniones contrariæ poſſent concordari,vt ſcilicet,prima opi.procedat ſolum,quo ad præiudicium ipſius iurantis, quia ſuæ aſſertioni iuratæ ſtandum erit; communis vero, quo ad pręiudicium tertij & ita videtur ſentire Alex.in conſi.55. col.4.ver.nec prædictis obſtat.vol.1. ſicut in ſimili dr̃ de cõfeſsione, facta per maritū de recepta dote,quę præiudicat confitenti,non autem creditoribus, vt per Bello.in conſi.47.& conſi.48.& conſi.87.vbi
25 hoc colligitur.† Poſtremo illud obſeruādū ē,ꝙ inter ꝑſonas minime ſuſpectas,vel donare prohibitas, meritorū aſſertio non eſt ꝓbanda; ſed illi ſtandum eſt, vt tradit Bar.in d. l.ſi forte. de caſtren. peculio.& Dec.in conſi.20.in fi.& Guid.Pap.quæſt.
26 † 95. Quia donatio, ſicut legatū, cauſam non requirit. ita inquit notabiliter Iaſ.in l.1.col.3.nu.8.de cond.cauſ.da.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius alimētorum ſi cum hæredibus manſerit, tenetur morari ſi velit conſequi alimēta.*
2 *Vxori non debentur alimenta à viro, ſi cum eo noluerit habitare, culpa ipſiusmet uxoris.*
3 *Diſpoſitio de morando in certo loco, intelligi debet, ſi commode fieri poteſt.*
4 *Nouerca, & priuignus inuicem naturaliter oderunt.*
5 *Iuramentum probat difficultatem morandi cū hæredibus.*

PRIVILEGIVM XLI.

Qvadrageſimum primum priuilegium eſt: nam tu non ignoras, quod plerumque cõtingit, teſtatores alimenta relinquere ſuis vxoribus,famulis, vel pediſſequis, ſi cū hæredibus māſerint in eadē domo, vt patet in l.verba teſtamenti. l. Caio Seio. §.imperator.l.libertis la 2.§. manumiſsis.§. ab hæredibus.& §.fi.& l.Stichus.§.fina.de
1 aliment. & cibar. legat. quo caſu † ſi alimenta conſequi velint, cū illis morari tenentur;quia ſic alimenta facilius & commodius præſtari poſſunt,vt per Bar. in l.1. C.de legat.Corne.in conſi.156. in princ. vo.4.& Grat.lib.2. reſpon. 69. & debent operari ſecundum conditionem, & qualitatem perſonę,vt per Bart.in d. l. Caio.§. imperator.de alim.& cib.le.Bal.i cõſ.63. vol.2.& Port. Inſt.de iure natu. ge. & ci. in prin.num.7. Vbi ergo legatarij nollent in domo manere, alimenta minime conſequerētur;quia iſta eſt conditio, quę reddit legatum conditionale,prout etiam hęredis inſtitutionem ſimili modo factam, vt in pulcro caſu ſcribit Paul. de Caſt.ſiue alius inter eius conſilia,videlicet,con-
2 ſil.259.vol.1.Corn. in conſi.323.in princip.volum.1.† Sic videmus,quòd ſi vxor, cui a viro alimenta pręſtari debent,noluerit propria culpa cum viro morari, non poteſt alimenta petere, pro vt reſpondit eleganter Grat.lib.1.reſp.57. in fi. vbi dicit communem. Cęterum ſi hęredes male tractarent legatarios, ita vt morari in domo culpa ipſorum hęredū nõ poſſent ali-

alimenta consequi deberēt. l. si quis ita legauerit. & l. illis liberis. de cōd. & demon. & l. Mæuia. in princ. de annu. lega. Signo. consi. 43. & Corn. in d. consi. 323. volu. 1. Bar. in consi. 211. incip. quidam sibi filios. & aliquid per Gram. in consi. 33. in fin. in ciui. & facit reg. cum ibi notatis per Dyn. in c. imputari. de reg. iu. in 6.

3 † qa intelligitur, si commode fieri potest: vt colligitur ex relatis per Corn. in d. consi. 156. ad fin. vol. 4. & Bello. in consi. 31. ante nu. 6.

4 † nā nouerca morari nō potest cum priuigno, propter naturale inter eos odium, vt per Gram. & Bello. in dictis locis; neque iuuenis pulcra cum hærede diuite, & adolescēte, sine periculo attentationis pudicitiæ, vt considerat Corn. in consi. proxime allegato. Si ergo legatarius dixerit se cum hærede morari non posse, sibi incumbit onus hoc probandi. Corne. in consil. 186. colum. 3. volum. 3. Marsi. in consi. 7. nume. 70. & Grat. in d. respon. 69. nume. 17. & in hoc plurimum legatarius laborabit, quia testes erunt plerumque singulares, vt per Alexan. in consil. 100. volum. 1. & per Dec. in consil. 620. colum. fin. Si ergo testator velit legatarium liberare ab hoc onere probandi, poterit disponere, quod stari debeat ipsius assertioni cum iuramento: quod facere potest, vt per Alex. in consil. 54. volum. 2. argum. eorum, quæ notan. in l. fin. de prætor. stipula. & in l. Theopompus. de dote prælega. & sic in tali casu iuramentum probabit difficultatem morandi cum hæredibus, si ita testator mandauerit. quinimmo existimarem, quòd etiam si à testatore hoc cautum non esset, legatarius de hac difficultate iurare posset; & standum esset suæ assertioni: veluti si ipse esset homo bonæ conditionis, & famæ; & concurrerent aliquæ verisimilitudines, puta inimicitiæ, odij, quæ semiplene proabrentur: nam probatio resultat, probatis aliquibus adminiculis, & præsumptionibus, vt per Ange. in Auctén. si quis in aliquo documento. C. de eden. vbi dicit, quod defertur etiam iuramentum suppletorium. Sed hic incidenter quæri posset an mortuo hærede, legatarius tamen debeat consequi alimenta ab hærede hæredis, qua in re Rom. in consi. 185. col. 2. post nu. 5. ver. quo ad secundum. dixit, quod pro eo anno quo morari cœpit, debebit illa habere; non autem pro futuris. & quia hæc decisio videtur cōtra tex. in l. 1. C. de lega. ideo te remitto ad Dec. in consi. 537. per tot. illud consil. quia non est nostræ inuestigationis.

SVMMARIVM.

1 *Notarius quando possit errorem suum corrigere in testamento.*

2 *Notarius in pertinentibus ad partes quando possit corrigere.*

3 *Notarius in pertinentibus ad partes, doctus de errore, potest etiam ex interuallo corrigere.*

4 *Notarius probat per proprium iuramentum in continenti correxisse.*

5 *Notarius bonæ conditionis magis præsumitur errasse, quam falsum cōmisisse.*

6 *Error in pertinentibus ad partes præsumitur potius commissus ab ipsis partibus, quàm a notario.*

7 *Tempus, cum de eo probando agitur, præcise probari debet.*

PRIVILEGIVM XLII.

1 Qvadragesimum secundum priuilegium est; † quia tu scis, quod licet notarius possit errorem suum per se ipsum corrigere, si non dedit copiam parti, etiam ex interuallo, si tamen errauit in pertinentibus ad eius officium, veluti in non apponendo diem, vel indictionem, vel quid aliud simile, quæ sunt de essentia instrumenti, vt l. generali. C. de Tabell. lib. 10. & si copiam dederit, cum auctoritate iudicis, secundum Barto. & Bal. in l. imperator. de stat. homin. Paul. de Cast. in consi. 364. volu.

2 † 2. tamen in pertinentibus ad partem, & substantiam contractus, non potest errorem corrigere, nisi hoc faciat incontinenti, quia ex interuallo nullo modo potest, secundum Bar. in l. si librarius. de

reg.

reg.iur.Bal.in l.generaliter.in vlti.not.C.
de non nu.pecu & in l. ambiguitatem. in
fin. C. de testam. Fel. in cap. ex litteris.
colum. 2 in princ.versic. secunda conclus.
de fide instr.& traditur.per Alc.in suo tra
cta.præsumpt.reg.3. præsumptio. 13. vbi
late traditur, quando possit notarius er-
rorem suum corrigere.& tradit et in ma-
teria Corne.in consi.304.col.6.vers.& est
aduertendum.cum duobus ver.seq.vol.1.
3 Procedit tñ hoc in non docto de errore,
quia probato eo, et ex interuallo, poterit
emendare & corrigere, vt per Bar.in d.l.si
librarius, qui ẽ cõiter approbatus, ꝑut ibi
4 Dec.inquit.† Si ergo dubitari contingat,
vtrum notarius incontinenti, vel ex inter-
uallo correxerit, standum erit eius asser-
tioni, mediante iuramento;& consequen-
ter iuramentum erit potens ad probandũ
errorem notarij. argum. cap. ad audien-
tiam cum materia. de præscrip. ita dixit
Feli. in d.cap.ex litteris.colum.5.in prin-
cip.ver.& istis adde. Istud priuilegium li-
mita & declara, vt ita demum procedat,
si notarius sit bonæ conditionis, & famæ,
prout in eo loquitur Bal.in d.l.ambiguita
5 tem. C. de testa. † nam hęc qualitas facit,
vt error magis præsumatur, etiam si fieret,
quod alias non esset faciendũ, iuxta tradi-
ta per Alex.in cõs.100.in fi.vol.7.ꝑ multa
6 de qbus ibi ꝑ eũ.qđ est notã.† qa in perti
nentibus ad partem, præsumitur potius
error partis, quam notarij, vt habetur
per Roma. in consil.179. colum.1.versic.
primo quod verba. quod si notarius esset
suspectæ fidei & legalitatis, eius iuramẽ-
to non erit standum; neque credendum,
quod incontinenti correxerit. & hoc pri-
uilegium est valde notan. ex quo regula-
7 riter, † cũ tractatur de tempore proban-
do, illud pręcise probari debet.l.eũ actũ.
vbi Bar. de negoc.gest. & in l.non solum.
§.sed, vt probari.de nou.oper. nunc.Glo.
singula.in l.2.C.de peti.hæred.Corn.con-
sil.40. colum.4.in litera.I.volum.1.& per
Gram.consil.44.nu.7. & consi.65.colu.3.
num.11.in ciui. Natta in consi.523.col.2.
circa princi.& Rui.in consil.67.col.2.nu.
5.& rursus colum.4.volum.1. vbi allegan-
do Alexan.in consi.85.vol.2. dicit, quod
non sufficit eum, qui dicebatur furiosus,
probare fuisse sapientem,& sanæ mentis il
la die, qua contraxit: sed debet probari,
quod erat talis in illo instanti quo contra
xit. & sic tempus, vt dixi, debet præcise
probari. pro quo etiam facit quod dici-
tur, quod vbicunque tẽpus est de substan-
tia alicuius poenæ, ratione delicti tali tẽ-
pore commissi, tempus illud probari de-
bet; quia si alio tempore factũ diceretur,
non haberet locum illa pœna.l.quid ergo.
in princ. vbi hoc not. de his, qui notan.in
fami. Et qa supraconclusum fuit, notariũ
per suum iuramentum probare posse in-
continenti correxisse suum errorem, quæ-
ro quando dicatur incontinenti correxis-
8 se: nam † ista dictio varie capitur, secun
dum subiectam materiam: nam aliquan-
do dicitur aliquid fieri incontinenti,
quando non diuertitur ad extraneos a-
ctus, vt l.duos. in fin. l. si ex duobus. de
duob.reis. & l.hæredes palam. de testa. &
l. continuus, de verb. oblig.& dixi supra
in priui.30.numero 16. Aliquando dici-
tur fieri incontinẽti, quod fit simul.l.An-
tonius. iuncta Glo. in versic. in continen-
ti.de fideicommis. lib. Aliquando dicitur
fieri incontinenti, quando fit vnico impe
tu. l.quod ait. §. quod ait lex. de adulteri.
quia hæc dictio sui natura excludit om-
nem dilationem. Grat. lib. 2. respon. 28.
nume. 5. Aliquando, & quarto dicitur
incõtinenti aliquid fieri arbitrio iudicis,
quando a iure non reperitur determina-
tum, vt per Abb.in c.an sit deferendum.
nu.8.& ibi bonæ addit.de appella. in cap.
olim nu.10.de resti. spoli. & in c. litteras.
nu.6.eo.ti.& in c.oblatę.nu.10.& in c. in-
terposita.col.fi. de appel. & ibi et addi. &
neutro ex his modis puto capi debere ĩ ca
su nostro: sed satis dici incõtinẽti notariũ
correxisse etiam, si post biduum, vel tri-
duum correxerit, duntamẽ cum partibus
nõ fuerit allocutus: sicut in simili dicimus
de teste, qui potest incontinenti suã depo
sitionẽ corrigere: quod quidã intelligunt,
etiam

etiam si discesserit ab examinatore, dũtamẽ neminẽ fuerit allocutus. de quo dicam in pri uil. centesimo vigesimo primo.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento probatur de circumstantiis casus.*
2 *Qualitas, tribuens iurisdictionem, non probatur iuramento: sed debet legitime probari.*

PRIVILEGIVM XLIII.

QVadragesimum tertium priui-
1 legium est, † quia per iuramentum poterit probari de circumstantijs casus, quando de casu constat per legitimas probationes, si aliter de dictis circumstantiis probari non potest, secundum Gloss. quam ibi nota. Abba in cap. significasti. el 1. in versi. si ita est. de homici. & tradit Bauer. in suo tracta. de virtute iuram. ver. decimo infertur. nume. 86. Petr. Gerard. in singula. 23. & Ant. de Petru. in repeti. l. 1. num. 161.
1 de iureiur. † Limi. notabiliter istud non procedere, quando ageretur de probanda circunstantia, tribuente iurisdictionem: exempli gratia, quod casus contigerit in illo, vel in alio loco; quia hoc non potest probari per iuramentum, sed legitime probari debet, vt pulcre scribit Craue. in consi. 196. num. 3. Paris. in consi. 158. vol. 4. Curt. iu. in l. admonendi. nu. 229. de iure iur. cum concordan. allegatis per modernos Lucen. in eorum tracta. de in lit. iurã. par. 2. membro. 2. nu. 69. & faciunt not. in l. 1. §. si quis neget. vbi Ang. quemadm. testa. aperi. Alex. in consi. 82. col. 2. vol. 1. Ias. in l. non solum. §. sciendum. in prin. de noui operis nunc. & l. 1. colu. 3. in fi. C. de testam. & Gram. in consi. 150. col. antepen. nu. 33. in ciui. & quę scripsi supra in priui. 33. in decima limi. num. 81. cum pluribus seq. Quod est notandum ex quo qualitas solet facilius probari, quam substancia, vt per Grat. lib. 2. respon. 43. num. 11. sed certe in casu nostro ideo contingit, quia in tali qualitate consistit fundamentum iudicij, id est, iurisdictionis ipsius iudicare debentis. quod vtiq; procedit in iurisdictione cõtentiosa; secus in voluntaria; quia talis iurisdictio exerceri põt etiã extra territorium, vt l. emancipati. & ibi Glo. de adoptio. & l. fi. vbi etiam hoc not. Glo. de iurisdi. omni. iudi.

SVMMARIVM.

1 *Obliuio facile præsumitur.*
2 *Obliuio de omnibus, in articulo mortis præsumitur.*
3 *Obliuio præsumitur ex diuturnitate temporis. quod intellige, & declara, vt nu. 5.*
4 *Testis, dicens a tempore quo ipse recordatur, intelligitur deponere tantum de decem annis.*
6 *Obliuio actus iurati, etiam elapso decennio, allegari non potest.*
7 *Nemo præsumitur immemor salutis eternæ.*
8 *Et quomodo hoc dictum intelligatur.*

PRIVILEGIVM XLIIII.

QVadragesimum quartum priui-
1 legium est: † nam tu scis obliuionem facile præsumi ob labilem hominum memoriam. l. peregre. de acqui. posses. l. 2. §. si quid autem in tanta. C. de vet. iur. enunclea. Mars. in cons. 20. num. 23. & seq. Et istud est maxime verum, & procedit in antiquis, vt l. si arbiter. de proba. & etiam in facto proprio, vt in d. l. peregre. & per Bar. in l. si quis de legauerit. de nouat. & in l. si res obligata. de lega. 1. & per Corne. in consi. 56. col. 1. in fi. vol. 3. item procedit maxime in tempore, quod facile labitur de memoria. d. l. si arbiter. & fuit dictum Innoc. in c. qualiter & quando. de accusat. cuius meminit etiam Bal. in l. 3. post. nu. 5. C. si min. se ma
2 io. di. † Quinimmo in articulo mortis de omnibus obliuio præsumitur, argu. l. hac consultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui testa. face. pos. & per Gome. Insti. de actio. §. item si quis in fraudẽ. post nu. 25. & hoc accidit cogitatione instãtis mortis, quę est vltimum terribiliũ. d. §. at

cum

cum humana fragilitas, vt nec ipsius quidem omnipotentis Dei memores simus, vt inquit Psalmi. Quoniã non est in morte, qui memor sit tui, &c. cuius etiam dicti in simili proposito meminit Roma. in consi. 341. in fin. & consi. 363. Regulari
3 ter † tamen obliuio præsumitur ex diuturnitate temporis, & lapsu ipsius: nam aliquando spatio decem annorum præsumitur, secundum Glo. in l. 1. C. de seru. fug. & in §. pen. Insti. de vsucap. Corne. consil. 55. col. 8. versic. item videtur. vol. 3. & Gozad. consi. 9. nu. 35. & ideo dixit notabiliter idem Corne. in consi. 179. col. fi. volu.
4 3. † quod si testis deponat super aliquo, & dicat a tempore quo ipse recordatur, intelligitur deponere tantum de decem annis; quia vltra illud tempus præsumitur obliuio. & ideo non tenetur deponere præcise de die post lapsum decenij, nisi esset dies notabilis, & memorabilis, vt per Plot. in consi. 110. nu. 10. inter consi. crimi. pluri. Docto. par. 1. Quinimmo testis deponens precise de die in negotio, confecto ante per mẽses octo, vel decem, dicitur suspectus, tamquam probans quid inuerisimile; quia hominum memoria labilis est. ita dixit Gram. in cons. 65. col. 4. in princip. in ciui. quod posset procedere, quando dies forte non esset memorabilis; alias contrarium esset verius, prout videtur tenere Craue. in consi. 65. nu. 10.

Aliquando etiam obliuio præsumitur post annum; vt per Oldr. in consi. 183. Aliquando minori tempore, secundum Glo. in l. furtum. §. fin. de vsucap. quatenus ibi vult, quod iudex posit arbitrari, ex quanto tempore præsumatur obliuio & Sozi. in consi. 2. col. 3. vol. 3. quia vt dixi, tempus de memoria facile labitur, vt etiam per Corne. in consi. pen. col. 5. volu. 3. Hoc totum itaque, nisi in iure expressum reperiatur, positum erit in arbitrio iudicis. vt dicit d. Glo. declarare quando vel ex quo tempore sit præsumenda obliuio, pro qualitate prsonarum, & rerum, argum. l. non omnes. §. a Barbaris. de re mili. nam minus tempus exigitur in præsumenda obliuione circa factum vineæ, quam nemoris; quia circa vineam requiritur maior cura, quam tempus circa nemus; & aliud requiritur in homine, de rebus suis negligente, quam si sit diligens paterfamilias. d. §. a Barbaris. Et ideo dicitur quod scribens debet ponere in suo libello non solum tẽpus decursum, sed etiã obliuio, & depositio animi ipsius domini, vt concludat be
5 ne in eius præscriptione. † Et ista conclusio, quod præsumatur obliuio ex lapsu tẽporis, procedit, si agatur de damno vitando; secus si de lucro captando; quia in tali casu quis obliuionẽ, & ignorantiã allegando non excusatur, vt per Crau. in consil. 271. nu. 8. vbi concordan.

6 Tamen † tãta est vis, & prærogatiua iuramenti, vt si super aliquo facto seu negotio interpositum esse proponatur, illius obliuionem allegare non liceat, etiam si lapsum fuerit decẽnium; quia etiam post illud tempus de dicto actu debet habere memoriam, propter importantiam iuramenti. ita Bal. in c. 1. de noua forma fideli. & in l. si quis maior. C. de transa. refert & sequitur Bauer. in suo tracta. de virtu. iuram. num. 26. Et videtur esse ratio manifesta, quia ideo quis de actu iurato debet recordari, ne alias incidat aut incidere posit in periurium: alioquin esset præsumere iurantem esse immemorem salutis
7 ęternæ: † quod non est præsumendum. l. fin. C. ad leg. Iu. repet. & Cyn. in l. generaliter. C. de non num. pecu. facit, quod scribit Corne. in consi. 306 col. 4. vol. 3. vbi dicitur, quod non est præsumendum, quod quis reuocauerit stipulationem, iuramento vallatam; ne aliàs dicatur voluisse incidere in periurium. Quod procedit etiã in articulo mortis, in quo quã. is quis de omnibus, vt dixi, præsumatur obliuisci; non tamen est præsumendum immemorẽ fieri salutis ęternæ, & ex consequenti, nec peierare, vel mentiri; & sic de iuramento recordari, per ea, quæ scribit Craue. in cõsil 6. n. 51. cum pluribus seq. vbi quis non p̃sumitur mentiri in articulo mortis. Nec
8 obstat † dictum Psalmistæ; quia loquitur

ab

ab effectu, & sic ab eo, quod fit propter hominum infirmam naturam; non autem ab eo, vel ex eo, quod fieri debet: cuius q̃dem respectu præsumptio resultat, vt quis non sit immemor salutis ęternæ, argum. l.fin.C.de alim.pupi.præstan. quia sic fieri cõuenit; quamuis in effectu secus sit, prout.Dauid ipse deplorat.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento creditoris probatur quantitas pretii pignoris, venditi per eum.*
2 *Limi.non procedere in pignore prætorio, & iudiciali.*
3 *Limi. secundo, si fuerit venditum ad iustum pretium.*
4 *Contractus propter excessum in pretio præsumitur simulatus.*
5 *Læsio si sit excessiua vltra dimidiam, potest veniri contra contractum.*
6 *Minor potest venire cõtra venditionem pignoris sui factam per creditorem.*

PRIVILEGIVM XLV.

1 QVadragesimum quintum priuilegiũ est;† nam iuramẽtum est sufficiens ad probandum creditorem vẽdidisse pignus pro tali, vel tãto pretio, ita vt si iurauerit minus suo credito vendidisse, illud minus cõsequi debeat a suo debitore; si autem plus vendidisse iurauerit, illud plus refundere seu restituere teneatur.l.fi.§.penul.C.de iure domi. impetran.Specula.in ti.de testi.§. restat de numero testium.versic.tertio statur.& refert ac sequitur Bauer.in tracta.de virtu.iurã. ver.vigésimo statur.post num.94. & Ant. de Petruc.in repeti.l.1.num.374.de iure iur. & sic iuramentum est potens ad probandum pretium pignoris venditi, per
2 prædicta. † Ego priuilegium huiusmodi intelligo posse procedere in pignore conuẽtionali, de quo loqui videtur dicta l.fi. C.de iure domi.impet. in quo non requiruntur subhastationes, & publicæ incantationes, vt dicitur, nisi hoc inter partes cautum proponatur, quia tunc & illę fieri debebunt: alias omnis alienatio, & venditio esset nulla, vt consuluit Corne. in terminis in consil.79.volu.3. vbi loquitur in pignore conuentionali, quod fuerat permissum creditori, vt venderetur, certo tempore elapso præcedentibus subhastationibus: secus in pignore prætorio, vel iudiciali; quia in eo semper venditio fieri debet secundum formam iuris, præcedentibus subhastationibus, & publicis bandimentis, & iudicis pronunciatione super liberando seu vendendo pignore: de quibus omnibus constare debet per acta iudicij seu curiæ, vt p Negus. in suo tracta. de pignori. & hypothe. in primo membro sextæ par. princ. & ideo in tali pignore iudiciali, vel prætorio de pretio poterit constare aliter, quam per iuramentum, id est, per acta ipsius causæ: & propterea si creditor vellet super hoc iurare, non esset audiendus, nec suo iuramento standum: cui standum esset, quando aliæ non possent haberi probationes, vt patet ex his, quæ scribit Cradi.in Clem.1.circa fi.de pęn. Et ex his habes vnã limi.ad nostrum priui. vt non procedat in pignore prætorio, nec iudiciali.

3 † Secundo limi.& declara procedere, dumtamen pignus fuerit venditum iusto pretio: vnde si minus iusto, veluti duplo minus, censetur venditio facta mala fide re ipsa, & ob gratiam, & fauorem emptoris, ideoq; talis vẽditio, vel esset nulla vel esset annullãda, & rescindẽda; & ex consequẽti de p̃tio nõ esset standũ iuramento ipsius creditoris.l.3. C. de iure fisc. & l.1. C.de fide instrum.& iur. hast.fis. lib.decimo, cum ibi not. in Glo. & in terminis pignoris conuentionalis tradit Paul.de Cast.in consi.156. in prin. vol. 1. vbi vult procedere etiam si statutum mandaret de liberando pignore, factis debitis subhastationibus, quia debet intelligi; dummodo in venditione seu pretio non sit excessus

ſus in magna quantitate;& conſequenter,
quòd debitor non fuerit exceſsiue læſus
in pretio; quia præſumitur venditum ma-
la fide,& nõ valet.facit,quod voluit Are.
in conſi.65.colu.pen.& Barb.in conſi.27.
4 col.3.inter conſ.Calca † vbi dicitur,quod
propter exceſſum contractus præſumi-
tur ſimulatus. Vbi ergo debitor fuiſſet
enormiter læſus vltra dimidiam, poſſet re
petere pignus;ſecus ſi parum, per ea quæ
ſcribit Dec.in conſi.103.col.pen. in fin.&
5 ſequen.& in conſ.216.col.3.† vbi dicitur,
quod ſi quis in tranſactione læſus ſit enor-
miter vltra dimidiam,poterit contraueni
re; ſecus ſi parum. & magis in terminis,
quod.ſ.in venditione pignoris, ſiue præto
rium ſit aut iudiciale, ſiue etiam conuen-
tionale, requiratur magna læſio, cõſuluit
Corn.in conſi.50. col.2. volum.3. per tex.
in l.1.C.ſi aduerſ.vend pigno. q tamẽ tex.
loquitur ſimpliciter de magno detrimen-
to: nec aperit, quod ſit neceſſarium, vt
tranſcendat, ſed fortaſſe ſit in ipſa dimi-
dia, vel paulo infra dicatur magna læſio,
vel magnum detrimentum, vt dico infra
in priu.83.ſequor tamen communem opi
nionem,quæ eſt omnium Doct. in l. 2.C.
ſi aduerſ. vendi. vt læſio debeat eſſe vltra
dimidiam;non parum, ſed admodum no
tabiliter, vt ſit locus reſciſsioni cõtractus,
per illam legem. Idem dicerem, ſi em-
ptor mala fide, & ex propoſito emit vilio-
ri pretio, quam res vendi deberet; quia
debitor poterit pignus recuperare, pp
fraudẽ creditoris in vendendo pignore.l.
1.& l. ſi vxor tua. C.ſi vendi. pigno. aga.
6 Vltimo † limi. & intellige procedere,
ſi is,qui pignus dedit,vel obligauit & con
uenit, vt vendi poſſet, non ſoluto ad cer
tam diem debito,erat maior; ſecus ſi fuiſ
ſet minor; quia per reſtitutionem in inte
grum venire poſſet contra creditoris ven
ditionem, reſtituto tamen pretio in vtili-
tatem minoris conuerſo, propter ſolutio-
nem, factam creditori ſuo de eo; quod
ipſe minor debeat, vt habetur per Pau.
de Caſtr.in conſi.66. volum.2. ſuper quo
poſſet inſtari, quia videtur neceſſarium,
quod etiam ſit enormiter læſus, vt ſibi cõ-
petat reſtitutio per d. l.1.C.ſi aduerſ.ven.
pigno.quẽ ibi intelligunt Saly.& Rapha.
procedere etiam in pignore conuentio-
nali,vt refert Corn.in d.conſi.50. eos non
improbando.ideo cogita.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento probatur notarius. vide tamen de veritate per to.*
2 *Notario aſſerenti, & iuranti ſe publicaſſe inſtrumentum, ſtandum eſt.*
3 *Notarius quis non præſumitur.*
4 *Notarius quis præſumitur, quãdo fuit in quaſi poſſeſsione notariatus, vt inſtrumen. rogan.*
5 *Fliatio probatur per quaſi poſſeſsionem filiationis.*
6 *Poßeſsio, vel quaſi, transfert onus probandi in aduerſarium.*
7 *Notarius debet probari de tempore confecti inſtrumenti, & ibi de modis illum probandi remiſsiue.*

PRIVILEGIVM XLVI.

Qvadrageſimum ſextum priuilegium eſt: nam tu ſcis,
quod ad hoc,vt inſtrumen
tum notarij probet, requi-
ritur ꝓbatio, quod auctor
inſtrumenti ſit notarius, iuxta not. p Glo.
in l.generali.C.de decur.li.10.Bal.ĩ l.Bar-
barius.de offi.præto. Innoc.in ca.veniens.
de verb.ſignifi.in 6.& Docto. in cap.2 de
fide inſtrum. quos refert Corne. in conſil.
142.in princ.volu. 3. vbi propterea dicit
conſuetudinem eſſe, quod quando pro-
ducuntur inſtrumenta, confecta manu
notarij,de alieno territorio oriundi,non
datur fides inſtrumento, niſi fiat fides de
notariatu,vt ibi per eum. Si ergo inſtru-
mentum negetur fuiſſe confectum a nota
rio; & ſic non eſſe inſtrumentum publi-
cum,quia conficiens non eſt notarius;vti
1 que † in tali caſu, notariatus poterit pro
bari per iuramẽtum ipſius notarij, vt per
Ange.in §.hinc nobis.in Aucten. de hæ-
red.& falci.& ibi.Glo.ſequitur Iaſ.in d.l.
Barba-

Barbarius. & pro singulari retulit Petr. Gerar. in notab. 47. Sed contrarium tenet Alci. in tract. psumpti. reg. 3. psumpti. 13. n. 17. vbi dicit hoc nō esse simpliciter verū, nā si negaretur notariatus; tunc nō esset standū eius iuro; quia videretur testis in causa propria: quod non licet. l. 1. C. ne qs
2 in sua cau. iud. † Sed si solū negaretur īstrumentum ab eo fuisse rogatum, aut publicatum; de hoc vtique standum esset suo iuramento. & ita loquitur Glo. in d. §. hinc nobis. & voluit etiam Salyc. in l. si quis de curio. in 4. opposi. C. de fals. prout quoque refert ipsemet Alci. in loco proxime allegato. Et potest confirmari ex his, quę dixi in priui. 43. circa qualitatem personæ, quę per iuramentum probari non potest,
3 vt ibi habetur: & facit etiam, quia † quis ex sui natura non præsumitur notarius, vt per Specu. in ti. de instrum. editi. §. restat ver. scias. & ver. illud autem. Crau. consil. 72. nu. 1. & 2. & Ped. decis. 107. nu. 3. vnde non debet credi aut stari simplici eius iuramento. quinimmo etiam si ageretur de instrumentis confectis ab antiquo, veluti centum annorum, adhuc non posset dici illum, qui dicta instrumenta fecit, præsumi debere fuisse notarium; nec ad notariatum probandum sufficit sola antiquitas tēporis, vt late per Corne. qui ita concludit in consil. 24. colum. 5. volum. 4. Amplius dico, quod etiam si quis hodie reperiretur in quasi possessione notariatus, in qua per longum tempus se gessit pro notario;
4 † & quæ quasi possessio facit præsumi illum notarium, vt per Nattam in consil. 505. num. 11. & late scribit Tiraq. in suo tracta. de præscripti. §. 1. Gloss. 4. versi. 27. & Alcia. vbi supra; adhuc in supplementum istius præsumptionis non esset standum iuramento ipsius, per ea, quæ dixi in trigesimo tertio priui. nume. 81. quę hic pro repetitis habeantur. Ideo autem dixi, ex quasi possessione præsumi solum notarium, quia vere ex hoc non probatur notariatus, vt per Barto. in l. Herennius. vbi hoc notat per illum tex. de de-
5 curi. Simile videmus † in eo, qui est in quasi possessione filiationis, ex qua præsumitur filius, vt per Falin. in cap. per tuas. de proba. & Dec. in consil. 54. non tamen probatur concludenter filius. Illud
6 † autem afferret vtilitatis & emolumenti dicenti, auctorem instrumenti esse notarium, allegan. dictam quasi possessionem, quod transferret onus probandi in aduersarium, aliter asserētem. l. 1. §. ad quęstionem. de quæstio. Abb. & alij. in ca. per tuas. de proba. Bar. in l. 1. quor. bonor. Ale. in consi. 88. vol. 7. Corn. in consi. 1. col. 10. in quarto dubio. vol. tertio. Ias. in l. neque professio. colum. 1. C. de testam. & Dec. in consi. 54. cum simili. quo modo autem, & qualiter quis probetur notarius, habetur per Bar. in l. Herennius. de euict. Bald. in d. l. Barbarius. de offi. præto. Innoc. & Docto. in c. veniēs. de verb. signifi. in 6. Alex. consi. 198. nu. quarto vol. 7. & consi. 73. in
7 fi. volum. 6. † Illud autem ast notandum & memoriæ commendandum, quod non satis est probare notariatum simpliciter, sed debet probari de tempore confecti instrumenti, si de eo contingat dubitari, an fuerit confectum per notarium: vt habetur in Pedemo decis. 107. post nu. 5. & p Alex. in consi. 97. num. 3. vol. 7. Simile videmus in probatione furoris eius, qui testamentum fecit: nam ad probandum testamentum inualidum, tamquam factum ab homine non sanę mentis, non satis est probare illum esse vel fuisse furiosum; sed debet probari de tempore celebrati testamenti, quia regula est, quod probatio debet concludere tempus actus celebrati, vt in l. eum actum. de nego gesti. & in l. nō solum. §. sed vt probari. de noui. oper. nūc. & ita tradit ēt Corn. in consi. 261. col. 10. ver. debet enim vol. 4. & dixi supra in priuilegio. 42. nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum operatur, vt quis moram ipso iure incurrat.*
2 *Debitor debet ire ad domum creditoris, ne moram incurrat.*

R Depo-

Depositum debet fieri congruo loco, & tempore, & debet esse integrum.

4 *Iurans soluere, non soluendo, incidit in peccatum.*

5 *Debitor cum iuramento non incurrit moram, quando creditor plus debito petit.*

6 *Item cum impeditur iusto facto superioris.*

7 *Superioris auctoritas semp intelligitur excepta.*

8 *Debitor non incidit in moram quando culpa sui aduersarii non adimplet promissa. quod ampl.a, vt nu.9.*

10 *Debitor non incurrit moram, si nõ potuit adimplere.*

11 *Poßibilitas in omni actu requiritur.*

12 *Difficultas excusat debitorẽ ad factum, vt moram non incurrat.*

13 *Limita, vt ibi, & nu.14. & 15.*

16 *Difficultas excusat a mora debitorem obligatũ ad speciem.*

17 *Difficultas non excusat a mora debitorem quãtitatis.*

18 *Debitor sub conditione non incurrit moram, nisi facta sibi certioratione de purificatione conditionis.*

PRIVILEGIVM XLVII.

1 QVadragesimum septimum priuilegium est, † quia iuramentum operatur, & facit, vt mora ipso iure contrahatur absque aliqua interpellatione, vt habetur per omnes Doctores, & præsertim per Dec.in l.quod te.si certum pet. Soz.in suo tract.fallen.reg.269.incipiẽ. Mora. in 7. fal.Cremen.in nota.122. incipien. Vbicũque est iuramentum, Corse.in rub.de iure iur.in quarto priui.vbi allegat tex.in l. eũ qui.§.si iurauero.cum ibi not.de iureiurã. Craue.in consi.64.num.2. & ibi concord. & ista est communis opi. secundum Ias. eam late comprobantem. in d.l. quod te. & Baptista Hyspa.de cõmuni opi.in ver. interpellatio. & late etiã Ant. de Gabrie. in titu.de iureiuran.conclus.2. vbi tamen refert aliquos tenere contrarium Et sic iuramentum habet vim interpellationis; quia stimulus conscientiæ, & iuramenti continuo ipsum interpellat propter periculum animæ, vt soluere habeat, ne incidat in periurium. ita dicit Imol. post Io. And.in c.breui.de iureiur.idem quoq; videmus in debitore ad piam causam, qui absque aliqua interpellatione ipso iure in mora constituitur.l. Titia Seio. §. vsuras. de lega.2. idem in minore prout loquitur in eo. tex.in d.§.vsuras. & facit etiam tex. in l.in minorum.C.in quib.caus.in integ. resti.nõ est neces.Idem fauore libertatis.l. cum vero.§.apparet.de fideico.libe. & in alijs plerisque casibus, qui notantur per Doct.in d.l.quod te.si cer.pet.& p Goza.
2 in consi.34. in princ.Et † est notandum ꝙ in isto casu debitor tenetur ire ad domũ sui creditoris, & offerre quod debet pp iuramentum:alias constitueretur in mora Grat.lib.1.resp.41.in fin.immo creditore ad domum non inuento debet citari, & depositum fieri, facta electione per iudicem competẽtem de persona depositarij:
3 aliàs ipsum debitorem non liberat;† quia oblatio debet fieri congruo loco, & tpe.ita Calc.in consi.14 ad fi.& in tali casu depositũ dẽt esse integrũ ita, vt neq; in vno nummo deficiat, vt p Goza.in consi. 57.nu.15.& p Crau.in consi.106.in prin. Istud. tamen videtur esse potius consilij, quam necessitatis, & ad abundantem cautelam, secundum Alex.in.cons.92.colum. 4.num.11.volum.1.per l.si fundus.§. fi.de leg. commiss.& consi.41. colum.1. & sequen.volum.5. Aret.in cons. 163. Dec.cõsil.566.num.5.& Gozad. in consil. 66.nu. 8.Et redeũdo ad ipsum priuilegiũ, aduertendum est, quia videtur, ꝙ non possit procedere:nam Doct.dicunt, quod iuramentum habet vim interpellationis: ita Specula.in ti.de aduoca.§.1.ver. sed nunquid is, q iurauit. Abb.ĩ c.breui.de iureiu. Ale. in consi.67.vol.3.Grat.lib.1.respon.1.col. 2.& resp.41.ad fi.& Rip.respo.1.ti. de donat.quæ sub mod. quæ quidem interpellatio, vt dictum est, iurantem ipsum quotidie sollicitat, vt promissa adimpleat, & a reatu periurij caueat. cap. 1.de form. fidelit.& per Alexã.post alios in d.l. quod te. Ias. in l.ait prætor. §. si is qui temporali.

alias est l.nam postea.in d.§.si is, qui temporali.de iureiu.post nu.10.& dixit Ant. de Petru.in repe.l.1.ver.vigesimus tertius
4 effectus.nu.234.de iureiu. † quod is, qui iurauit soluere, & non soluit, incidit in peccatum; & propterea non poterit præscribere. facit pro hoc quod dicit sanctus Thom. in secunda secundæ, quæstio.62. vbi dicit, quod sicut accipere rem alienā est contra iustitiam, ita & detinere; quia propter talem detentionem,inuito domino,impedit eum ab vsu rei suæ, & facit ei iniuriam;& morosus,& fur æquiparantur l.inter stipu § pen.ff.de verb.obli. Et cum non liceat, nec per minimum momētum tēporis,in peccato manere,iam sequitur, ꝙ statim soluere debeat, quod se soluturū iurauit. Si ergo iuramentum habet vim interpellationis,& interpellat apparet vtique manifeste, ꝙ mora non contrahatur absque aliqua interpellatione pro prædictis etiam facit, quia iuramentum habet vim denunciationis vt per Alex.& Doct. in l.2 §.voluntatem.solu.mat. & dicam in priui.49.ergo non videtur verum, quod mora cōtrahatur ipso iure;quia idē est dicere Ipso iure,quòd Mox,& Incontinenti,vt per Nattā in cons.573.nu.27.ergo sine interpellatione dicere,quod iuramentum interpellat,& quòd mora contrahatur ipso iure,est quædā repugnantia,vt de se patet.Solu.facilis est:nam dicendum,ꝙ mora ipso iure contrahitur, mediante iuramento, absque interpellatione iudiciali & regulari;secus in irregulari;quia sine ea non dicitur contrahi mora, quæ etiam in casu nostro dicitur irregularis, iuxta not. in d.l.quod te.si cer.peta.

Hoc nostrum priuil. recipit nonnullas declarationes seu limitati. Et primo limi.
5 † non procedere,quando creditor plus debito peteret: puta viginti,cū sibi tm̄ decē deberent,quæ debitor paratus est soluere: nā in tali casu licet debitori negare summā petitā;& quo ad illa decē nō constituitur in mora,si nō soluat.& ista est cōis cōclusio Doct. de qua per Bart.in l. qui solidum.in princ.de leg.2.Aret.in consi.150. colu.6.ver.quinimmo.Dec.in l. nō potest videri. & in l. qui in alterius. de reg. iur. Natt.in consi.498.num.29. & de cōmuni testatur Cagno. in d. l. non potest videri. nume.7.

Secundo limi.& declara, quod quāuis mora contrahatur ipso iure,vt dictum est tamen datur a lege modicū tempus ad soluendū ita,vt de mora non teneatur, vt dicam in priui.49.post nu.5.vbi viden.

6 Tertio † limi.non procedere, quando mandato iusto iudicis fuerit impeditus, ne solueret;quia nō cōtrahit mora,neq; efficitur piurus,qa dolo caret,q̄ iussu iudicis aliquid facit, cui parere necesse hēt.l. q̄ iussu.de reg.iu.ita voluit Albe.de Ros.ī l.qui iurato.vbi ét Ro.& Ias.qui satisd.cogan.& est tex.in l.mulier.de lege commis.
7 pro hoc bene facit vulgar.regula. qđ † in omni dispositione semper intelligitur excepta auctoritas Superioris.l. fi.ad muni. & de inco.Gl.ī c.de forma.22.q.fi.& in c. cum Eccles.de maio.& obedi.& in c.constitutus.de rescrip.& in c.veniens.& in c. quando.de iureiuran.Corse.in rub. de iureiur.colu.13.ver. vigesimum tertium priuilegium.Capi.decis.100.nu.2.Marsi.cōsil 3.nume.3.Gram.decis.12.nu.16.& cōsil.8.num.5.in ciuili.Hoc tamen est intelligendum, quando Superior expresse iubet.Crauet.in consi.6.post num.95.in isto tamen casu videtur requiri protestatio,fiēda per ipsum debitorem.l.fi.C.de his, qui per met.iud.non appel.& patet in l.fi.C.đ lege commis.& tradit nuncupatim Ruin. in consi.150.col.1.vol.1.

8 Quarto limi.† vt non contrahatur mora,quando iurans non adimplet, culpa sui creditoris aduersarij;quia hoc mihi nocere non debet, vt per multa exempla comprobat,& firmat Ioan.Lup.in repeti.rub. de dona.int.vir.& vxo.§.64. per tot.& tradit etiam Bolog.in l. si quis maior. nu.56. C.de trans.& procedit hoc etiam,si aduersarius fuerit in leui culpa; quia satis est quantum ad effectum,ne mora contrahatur, vel incurratur periuriū,vt p Christoph.Castell. consi.1. † Et hoc procedit etiā 9

si debitor promisisset soluere, omni & quocunq; impedimento non obstante: nã sub huiusmodi promisione, quantumcun que vniuersali, non comprehenditur impedimentum proueniens ab aduersario. argum. tex. in l. cum proponas. & ibi Bart. & alij. C. de naut. fœno. cum alijs adductis in Pedem. decis. 90. in fi. & p Rom. in cõsil. 244. nu. 3. ver. secundo, quia certum est. Et ideo si aduersarius creditor non fuit in loco, vbi facienda esset solutio, non contraheretur mora, dato etiam, quod debitor nõ fuisset paratus soluere: & ideo hoc probari dẽt p creditorẽ; aliàs succumbit, vt l. item illa verba. in prin. cum Glo. de consti. pecu. per quem tex. ita dixit Signo. in consi. 141. col. 2. num. 2. & idem tradit Corn. in consi. 79. in fi. vol. 3.

10 Quinto limita.† non procedere quando iurans nõ potuit adimplere: tũc enim intelligitur mora contracta, cum potuit adimplere, & non adimpleuit, neque satis fecit quam primum, secundum Bart. in l. eum qui. §. si iurauero. de iureiur. sequitur Grat. lib. 2. respon. 139. colum. 3. numero 15. versic. nec obstat iuramentum.

11 † quia possibilitas in omni actu requiritur. l. cum. te. vbi Bal. C. de donat. ant. nup. & c. cum super. de offi. dele. & ideo quamuis iuramentum regulariter obliget præcise ad promisionem implendam, vt dicam in priui. 74. tamen intelligitur, quatenus adimpleri posit, & non aliter: vt pulcre per Craue. in consil. 12. sic hæres non constituitur in mora soluendi legatum, nisi habeat facultatem restituendi, vel præstandi illud. Gloss. in l. si patronus, in princip. in versic. moram. de leg. 3. & l. cum res. de

12 leg. 1.† Ista limi. venit intelligenda, & declaranda pluribus modis. Primo, quando impedimentum fuit iustum, & aliàs legitimum, quia tunc excusat a periurio; alias secus. & ita loquũtur Doct. in prædictis locis. & habetur per Corn. in consi. 40. colu. pen. in fi. vol. 4. Secundo daclaratur procedere in debitore ad factum; & sic in eo, qui est obligatus ad aliquid faciendũ; qa si propter aliquam legitimam causam est impeditus facere, in moram non incurrit. l. si vehenda. §. fi. ad legem Rhod. de iact. & l. 1. §. iubet. versic. si frater. & l. 3. §. fi. de collat. bono. l. 2. si quis caut. & §. libertas. Insti. de sing. reb. per fidei. rel. Et est ratio, scd̃m Sozi. & Dec. in d. l. qd̃ te. si cert. pet. quia facilius est dare (veluti soluere) q̃ facere: vel quia ad impediẽdum factum, extrinsecus facilius veniunt impedimenta, quam ad dandum, vt ibi per Doct. arg. l. fin. de cond. insti. Et debet hoc intelligi, quod difficultas sit talis, cui non posit puideri aliquo modo; quia debitor tenetur facere suum posse, vt promisionem adimpleat, vt declarat tex. in l. cõtinuus. §. illud de verb. obl. ita enim subesse diceretur legitimum impedimẽtum, quod requiri diximus ad impediendum ne quis moram

13 incurrat.† Tertio debet intelligi, vt procedat, nisi per propriã culpã in illam difficultatem, vel impedimẽtũ inciderit, vt patet in d. l. si vehenda. §. 1. vbi ille, qui posuit merces in naui debili, & inhabili ad illas merces vehendas, tenetur si pereat, & naufragium patiatur; & propterea incurrit morã; qa ipsemet fuit causa illius impedi

14 menti.† Quarto dẽt intelligi, nisi p ipsum debitorem fuerit cogitatum de illa difficultate; quia ex quo de illa cogitauit, & nihilominus se obligauit, præsumitur, q̃ voluerit teneri, impedimento & difficultate non obstante: & ideo non excusatur. & cõsequenter moram incurrit, non faciendo, quod se facturum vel daturum promisit, vt patet in l. sancimus. C. de fideius. vbi ille, q̃ pmisit aliũ sistere in iudicio, incurrit morã, q̃uis ille nolit sistere; quia talem promisionem faciens visus est confidere de illius volũtate; & sic cogitasse de dicta difficultate, vel impedimento; & ex consequẽti noluisse eum teneri, illa vel illo minime obstante; secus si impedimentum causaretur aliunde, veluti ob aliquod extrinsecum impedimentum; quia tunc in casu illius legis excusaretur; vel quia esset carcerat⁹, vel a p̃donibus detẽtus l. 2. §. si qs. & l. si is, qui. si quis cauti. Quãdo igitur de impedimento est cogitatum, debitor non excusatur.

causatur, quin moram incurrat; quia sibi venit imputandum. facit pro hoc bonum simile: nam videmus, quod quamuis conductori sit facienda remissio, si nō potuit vti frui re locata, veluti propter bellum superueniens, vt per Gram. in consi. 133. ad fin. in ci. tamen si de bello. fuit cogitatum per ipsum conductorem; quia iam tempore locationis erat præparatum, & imminebat, vel omnino vigebat, non fit sibi remissio ex eo quod a militibus fuerit impeditus colligere fructus, vt p Gozad. pulcre in consi. 74. col. 1. Ad idē facit; quia quāuis postquam locaui domum meam tibi, possim nondum finita locatione te expellere, si velim domum pro vsu meo, vt voluit Bal. in l. Sabinus. in vlti. verbis. communi diuid. tamen si cogitatum fuit per me, quod de vsu dictæ domus mihi posset esse opus, non potero te expellere; quia necessarium est, quod talis vsus fuerit inopinatus, vt per Gram. in consi. 54. col. 1. ver. nunc autem dato. in ciui. Cōcludo igitur, quod etiam in casu nostro impedimentū debet esse inopinatum, & de eo nullatenus cogitatum.

15 † Quinto intelligitur, nisi obligatus ad factum promiserit se facturum cū effectu, quia talis ꝓmisio innuit difficultatem non debere attendi, vt per Aret. & Ias. in l. ita stipulatus. §. possum. de verb. obl. & Docto. post Barto. in l. 4. §. Cato. de verb. obli. & dicam quoque alibi.

16 Secundo principaliter d. quinta limi. intelligitur, & declaratur procedere in debitore speciei: nam si propter difficultatem non possit dare, non incidit in moram, l. cum seruus. & l. cum res. de lega. 1. & ista conclusio similiter debet intelligi, nisi teneatur iniquirere, & facere quod dare possit; quia non inquirendo, nec faciēdo, moram contraheret, d. l. cum res. §. 1. & 2. Patet in tutore, qui ratione sui officij tenetur pecuniam in sacculo pœnes se depositam a se ipso exigere, & cōuertere in vtilitatē pupilli; & si sit negligens, dicitur esse in mora Rui. in cons. 108. vol. 1. secundo ista conclusio debet intelligi, dummodo difficultas, vel impedimentū nō cōtigerit culpa sua propria, etiam leuißima: quia tunc fingitur rem habere, & dare posse; & ideo sibi venit imputandum, si fuerit impeditus. §. item is cui. §. præterea. & §. fi. Insti. quibus modis re contrahi. obli. Itē, nisi de difficultate fuerit cogitatum, vt proxime supra dicebam.

17 † Tertio principaliter dicta limi. bene procedit in debitore obligato ad factum, & in obligato ad speciem, vt dictum est: secus in obligato ad quantitatem; quia propter difficultatem non excusatur, quin moram incurrat, cum in obligatione quantitatis non possit considerari tanta præcisa difficultas, propter amplitudinem generis, quod perire non potest. l. incendium. C. si cert. peta. quod non contingit in obligato ad speciem. facit pro hoc quod dicimus, obligatum ad quantitatem & ad genus, non censeri aliquid debere de bonis suis, quia potest dare pecuniam alienam; dummodo transferatur dominiū; & idem in boue, & homine in genere debito, vt per Corne. in consi. 6. col. 2. vol. 1. vbi propterea infert, quod quādo debetur quantitas in genere, nulla res est in obligatione, per l. cum incertus. § 1. de lega. 1. l. Meuius. §. duobus. de lega. 2. & ideo cessare uidetur pœnitus difficultas prestationis; quia, scilicet, genus perire non potest. Et ista opinio magis communiter recipitur per Doctor. in d. l. quod te. si cert. pet. quam ibi latißime disputat Alex. per tres colu. & hāc partem quoq; tanquā ueriorem defendit & tuetur Bolognet. ibi. nu. 79. cum sequē. ubi dicit eam a consuetudine fuisse amplexatam, & receptā. & cum ea ipse quoque pertranseo. Ista tertia declaratio sublimitatur non procedere, quando impedimentum superueniret ex aliqua iusta causa; quia etiam debitor quantitatis tunc excusatur, per tex. in l. sciendum. de usur. ubi debitor quantitatis, differens solutionem ex iusta causa, non incurrit morā. & facit etiam ad idē tex. in c. significāte. de pignorib. non tamen dico, quod in tali casu intelligatur liberatus a debito; quia cum poterit soluere, tenebitur, iusto illo cessan-

te impedimento, secundum Alex. in d. l. quod te. Secundo sublimitatur, & intelligitur habere locũ, ꝙ scilicet, incurrat moram, quo ad pœnã cõuẽtionalẽ; secus quo pœnã legalẽ. & ideo si emphyteuta nõ soluisset canonẽ, impeditus aliquo iusto impedimento, non incideret in commissum; quia ista est pœna legalis. & ratio est notissima; quia, scilicet, mitius agitur cum lege, quam cum homine. l. Celsus. de arbi. & late comprobando deducit Rui. in cõs. 150. col. pẽ. ver. tertio ẽt rẽspõdetur. vol. 1.

18 Sexto & vltimo† nostrum priuilegium limitatur in debitore, obligato sub conditione; quia ante certiorationem existentię conditionis, & interpellationẽ, nõ constituitur in mora, secundum Bar. in l. quoties in diem. vbi etiam. de verb. obli. & in l. ita stipulatus. nu. 50. eod. ti. idem Bar. in l. non solum. §. morte. de noui oper. nunci. refert, & sequitur Goza. in consi. 1. post nu. 40. & rursus in consi. 27. nu. 5. & voluit ẽt Guid. Pap. q. 497. quia debitor non potest ꝓuidere, quando debeat soluere, & certũ est, ꝙ ignorans se debere ꝑ iustam ignorantiã, non potest incurrere morã, vt not. ꝑ Glo. & Doct. in d. l. quod te. si cer. pet. & ista est communis opi. vt per Ias. in d. l. quoties. de verb. olig.

SVMMARIVM.

1 *Mora non contrahitur sine interpellatione.*
2 *Mora modici tẽporis nõ habet in cõsideratione.*
3 *Mora geminata purgari non potest. & nu. 25.*
4 *Iuramentum impedit moræ purgationem.*
5 *Iuramentum habet vim litis contestationis.*
6 *Causa causæ est causa causati.*
7 *Mora in foro pœnitentiali semper purgari põt.*
8 *Mora de æquitate canonica purgari potest.*
9 *Cognitio, an mora purgari possit, continet in se cognitionem super obseruantia iuramenti.*
10 *Ius canonicum attenditur in vtroque foro, cum agitur de obseruantia iuramenti.*
11 *Mora longa, etiã de iure canonico, nõ purgatur.*
12 *Item nec cum partis aduersæ ius est factum deterius.*
13 *Item nec facta litis contestatione, nisi esset contracta post eam causam, vt nu. seq.*
15 *Mora inter priuatos non purgatur.*
16 *Item nec in causa, quæ non sit minima.*
17 *Item nec quando est facta declaratio per dominũ.*
18 *Item nec cum tractatur de lucro.*
19 *Rursus nec quando contracta est in faciendo.*
20 *Nec quando per eam resoluitur contractus.*
21 *Idem si facta sit executio ab ipsa lege.*
22 *Item nec quando vltra iuramentum est etiam adiecta pœna.*
23 *Item nec quando in loco extaret statutũ, quod seruari debeat ius ciuile.*
24 *Filiorum appellatione non veniunt fœminæ quãdo in loco extat statutum, quod extantibus masculis non succedant.*
26 *Delicta priora aggrauant posteriora, etiam si super illis secuta fuerit absolutio.*
27 *Iudæus an possit purgare moram.*
28 *Mora purgatur solum in terris Ecclesiæ.*
29 *Item solum inter personas ecclesiasticas: & ibi de veritate.*
30 *Mora non potest purgari, etiam de æquitate canonica, quando est renuntiatum facultati purgandi.*
31 *Mora potest non obstante iuramento purgari quo ad actionẽ aquisitã intra modicum tempus. & quando ita conuentum est. nu. 32.*

PRIVILEGIVM XLVIII.

Qvadragesimum octauũ priuilegium est: nam in præcedenti conclusum fuit, quod propter prerogatiuam, & priuilegium iuramenti mora contrahitur ipso iure; nunc videamus, an liceat huiusmodi moram purgare: † Nam regula est, quod mora non contrahitur sine interpellatione, vt notat. per Barto. in l. si duos. §. ait pretor. de consti. pecu. & facit tex. in l. nulla intelligitur, de reg. iur. Dec. in consil. 516. colu. 6. num. 21. & ibi concordan. & sufficit tantum vna interpellatio, vt per Roma. in consil. 427. nec refert, an sit extraiudicialis, vel iudicialis. l. 1. §. nunciati. de noui oper. nunci. leg. 3. §. sciẽdum. quod vi aut clam. l. denunciasse. in prin. de addulte. Barto. in l. qui Romę. §. Seia. de verborum obligatio. per Doctor. in cap. ex litteris. de constitu. qui allegant tex. in l. Titia. §. vsuras. & ibi Barto. de lega,

lega. 2. facit etiam tex. in l. tertia §. illud. & est communis opi. quam profitentur Docto. in l. si ex legati causa. de verborum obligatio. & requiritur etiam in actibus seu obligationibus conditionalibus, vt dixi in fi. præcedentis priui. Cum ergo per iuramentum intelligatur iurans interpellatus, saltem tacite extraiudicialiter, ex priuilegio iuramenti iam sequitur, quòd mora pugari non poßit, sicut nec purgatur, cum ipso iure contrahitur. l. si quis maior. C. de transf. Ruin. consil. 65. colum. 2. in fin. volum. 1. & consil. 141. colum. 4. eodem volum. Corne. in consil. 101. colum. penul. in fin. & consil. 208. col. pen. versic. ex alio insuper. volum. 1. & in
2 consi. 246. in princip. volum. 3. † Et quamuis alias purgaretur, ubi esset mora modici temporis, quæ non habetur in consideratione, l. si in lege. §. colonus. locat. & cap. potuit eod. simili titu. quia etiam in mora modici temporis non est aliquod periculum, l. si debitori. de iudi. Gram. cõsil. 107. nume. 7. in ciui. cum debitor non debeat stare cum sacco paratus ad soluendum, arg. l. quod dicimus. de solut. & est tex. in l. si quis filium. §. stipulatio. de collat. bono. tamen, quia in casu nostro talis mora est nõ solum geminata, sed etiam singulis diebus & momentis cõtracta, ob cõtinuam interpellationem, quam semper facit iuramentum contra ipsum iurãtem, stimulando ipsius conscientiam ad seruandam promißionem, vt etiam dixi in præ
3 cedenti priuilegio; sequitur manifeste, † quod si non potest mora purgari, vbi est geminata seu duplicata per binam interpellationem, vt per Capi. decis. 19. num. 4. Marsi. in consil. 2. nume. 63. facit tex. in l. traiectitiæ §. de illo. de acti. & obli. Roma. in consil. 352. colum. 2. versic. quarto considero. cum concordantijs allegatis per Gozad. in consi. 17. post num. 8. multo minus purgari poßit, vbi toties & toties est multiplicata per continuatas interpellationes. facit quod scribit Grat lib. 1. respon. 93. nu. 66. vbi si mora purgari non potest, vbi est vnica pœna, multo minus purgabitur, vbi est duplex; quia vulgatum est, duo uincula magis operari, quam unũ l. re coniũcti. ubi not. de lega. 3. & duplex defectus, prout est hæc geminata, immo sæpius reiterata mora, difficilius tollitur. l. penul. §. si uero pater. C. de adopti. l. 1. de rapt. uir. Paul. de Cast. in consi. 30. col. 3. in fin. uol. 1. & si unica interpellatio auget moram, per ea, quæ not. Barto. & Docto. in l. si insulam. de uerb. obli. multo magis augebit, si fuerit geminata, immo etiam si fuerit triplicata, & sępe sæpius reiterata, & contracta, arg. eorũ, quæ scribit Goza. in d. consi. 57. col. pen. ad fin. ubi obligatus soluere in carnis priuio, si ex eo, ꝙ tũc nõ soluit dicitur fuisse in mora, multo magis erit, si nõ soluit in Paschate. allegat l. si fundũ certa die. de uerb. obl. quia tẽpus dr̃ augere moram, sicut & ipsius diuturnitas augeret peccatũ. c. cum haberet. circa fin. & c. tãto. in prin. de consue. & Corn. in cons. 322. col. 2. vol. 4. quanto magis igitur augebitur toties interpellatus per iuramentũ? facit ad idem, qđ scribit Bal. in l. 1. C. de seruit. & aqua. vbi dicitur, quod quanto plus quis moratur, tanto plus delinquit sequitur Corn. in cons. 206. col. 2. vol. 2. sicut ex contrario videmus, ꝙ quanto quis diutius poßidet, tanto magis præsumitur in bona fide, vt per eundem Corne. in consil.
4 211. col. fi. eo. vol. † Et quod iuramentum impediat moræ purgationem, vltra supra allegata habetur ꝑ Bar. & Doctores in d. l. si insulã. de verb. obl. Alex. in consil. 158. col. 2. uol. 1. cõsi. 106. col. 4. uol. 3. consi. 76. col. pen. uol. 5. consil. 148. uolum. 7. & rursus consi. 59. uol. 2. Bald. in l. si pacto. C. de pact. Saly. in l. magnã. C. de contrahen. & cõmit. stip. Aret. in cõs. 95. Ias. in l. duobus reis. nu. 22. de iureiur. Guid. Pap. singula. 554. Corn. cõsi. 178. col. 2. in littera. E. uol. 1. Affli. decis. 174. Grat. lib. 1. resp. 93. nu. 69. cum alijs plerisque multis allegatis ꝑ Anto. de Grabie. in titu. de transa. conclus. 1. nume. 10. ubi testatur de communi, prout refert etiam Viui. in uersic. donatio ex quinque causis. in uer. moræ purgatio. addo et Pedé. decis. 49. in fi. Baue. in suo

in suo tract. de virtu. iura. colum. 4. Deci. in consi. 452. colum. 3. & 4. & Rip. in l. si vmquam. quæst. 32. C. de reuocan. dona. Ideo autem impeditur purgatio moræ, quia statim, quod quis incidit in moram, dicitur in consequentiam incurrisse periurium; & periurus non debet audiri, nec admitti ad petendum habilitationem seu absolutionem a periurio, ad effectum agendi, secundum Ant. de But. Abba. & Felyn. in cap. 1. de iureiur. quia illam petēdo debet allegare aliquam iustam causam, cur non obseruauerit iuramentum, certa adhibita excusatione, demonstrando in effectu, quod habuit animum adimplendi, & ex consequenti, quod non est periurus: qđ facere minime potest, vt pulcre declarant moder. Bononi. in d. l. si quis maior. post nume. 90. C. de transacti. Et quamuis ita communiter teneatur per Doct. in præfatis locis: tamen aduertendum est; quia ꝙ mora purgari non posit, non videtur contingere ex causa, vel priuilegio iuramenti, prout ipsi volunt; sed videtur tale impedimentum purgationis moræ prouenire ex alio priuilegio, resultante immediate ex ipso iuramento: quod patet, quia iu-
5 ramentum habet vim litis contestationis l. nam & postea. §. si is, qui. de iureiuran. & dicam in priuilegio 50. per litis vero contestationem intelligitur facta interpellatio, quæ impedit moræ purgationem, dicta lege, Si insulam. de verborum obliga. Item patet ex alio; quia iuramentum habet vim geminationis, vt dicam in priuilegio. 89. sed vbi est geminata promissio, impeditur purgatio moræ, d. l. traiectitiæ. §. de filio. de actio. & obli. & ita per has duas rationes tradit Gomes. in §. item si quis postulante, colum. 4. in medio. post nume. 8. Insti. de action. Sed dicendū est, satis nostrum priuilegiū ex ipso iuro re-
6 sultare; † quia Quidquid est causa causæ est & causa causati. l. 1. de pact. l. certi condictio. in princ. si cert. peta. l. manumissiones, de iusti. & iur. Signor. per hæc iura in consi. 167. nu. 23. facit, quod voluit in simili Bar. in l. vnum ex familia. §. si de Falcidia. de lega. 2. vbi dixit, quod si adunantia eligit illum, quem Priores nominauerint, certe nominatus a Prioribus dicitur electus ab adunantia; non autem a Prioribus quia ipsi de adunantia fuerunt causa nominationis; & ex consequenti etiam causati, id est, electionis. Præterea potest dici quod allegata in contrarium procedunt in iuramento iudiciali; non in extraiudiciali; de quo nos loquimur, vt dicit idem Gome. vbi supra, col. 2. ad fi. & Rip. in d. l. si insulam. nu. 90. de verb. obl. sed primū magis placet; quia secunda ratio supra allegata de geminatione vendicat sibi locū in iuramento extraiudiciali. Cōcluditur ergo ex prædictis omnibus secundum cōmunem opi. Doctorum ꝙ iuramentū habet hanc prerogatiuā & priuilegiū, vt impediat morę purgationem. Recipit tamē hęc conclusio nonnullas limitationes.

7 Et primo limita. † non procedere, quo ad peccatū, & in foro pœnitentiali, quia Ecclesia nunquam claudit gremium pœnitentibus, vt in epistola Inter claras de summa. Trin. & fide Cat. nam secundum Ecclesiam omnia delicta per pœnitentię sacramentum delentur. ca. qualis. dist. 25. & tradūt moderni in d. l. si quis maior. C. de transf. & Rom. in consi. 427. col. 2. versi. secundo iurauit. & in singula. 444. & Ale. in d. l. si insulam. col. antepen. de verb. obli. & Gozad. in consi. 57. col. antepen. ad fin. vers. septimo, quod de æquitate.

8 Secundo limi. † nr̄um priui. non procedere de æquitate canonica; quia per eam licet purgare moram, secundum Bald. in l. qui crimen. in 11. quæst. C. qui accusar. non pos. Rui. in consi. 133. col. pen. & fi. volum. 1. Ias. in §. item si quis col. 2. in fi. nu. 16. Inst. de actio. Mars. in singula. 463. Deci. in consi. 138. col. 3. Gram. deci. 95. ad fi. Gozad. in cōs. 66. col. pen. ver. 4. principaliter. nu. 13. cum plerisque alijs allegatis ꝑ Anto. de Gab. in tit. de transf. conclu. 1. nu. 12. Ista secunda limitatio declaratur procedere solum in foro pęnitentiali, & conscientiæ; non autē in foro contentioso, & iudiciali, ꝑut voluit Ale. in d. l. si īsulā. col. ante-

antepen. cum alijs supra adductis. & ista opi. est communis, vt patet ex allegatis p Ant. de Gabr. in d. concl. 1. post nu. 12. & per Bologn. in l. si quis maior. nu. 91. C. d transf. vbi dicit se eam putare veram: quinimmo subdit, ꝙ poenæ, quas periurus incurrit post contractam moram magis generaliter fuerunt inductæ de æquitate canonica; nō solū quantū ad pœnā infamiæ, sed ēt quantum ad pęnam priuationis cōmodi contractus, & priuationis rei, vt patet in cap. querelam. de iureiu. ex quo colligitur secundum eum, ꝙ non admittitur purgatio moræ, quia si potuisset ille clericus purgare moram, soluisset illos duos aureos, de quibus ibi, ne priuaretur Ecclesia: & cū in hac materia purgatiōis moræ ius ciuile non reperiatur fuisse correctum per ius canonicū, stādū est iuri ciuili, iuxta notata in cap. 1. de noui oper. nun. Ego tamen arbitror contrariam partem esse veriorem: quam etiam tenuit Ruin. in d. consi. 133. & in cons. 198. col. 3. post nu. 4. & vol. 1. & cons. 74. col. 5. vol. 5. prout etiā refert Ant. de Gab. vbi supra; q̄a si Alexā. op. quæ dicitur esse cōis, vera esset, frustra tātopere laborarēt Doct. in examinandis, & tractandis casibus, in quibus eo iure in foro iudiciali, & contentioso nō licet moram purgare; quasi vero manifeste sentiāt, secundum regulas illius iuris licere morā ipsam purgare. & sic secundum eos ista potius dicitur esse cōmunis opi. pro qua optime facit; quia

9 † cum tractatur de purgatione moræ, in necessariam consequentiā tractatur de obseruantia iuramenti; quia qui vult moram purgare, nihil aliud vult, nisi illam extinguere per totalem obseruātiam promissorum, vel plenam legitimāque oblationem eius, quod quis facere tenetur, l. acceptam. C. de vsur. l. obsignatione. C. de soluti. hoc autem apertissime continet cognitionem super obseruantia iuramenti adhibendam; quia an debeat admitti, nec ne, pendet ab eo, an velit promissa adimplere; & sic obseruare iuramentum. quod cum ita sit, omnis quæstio de purgatione moræ, vbi interuenit iuramentum, erit tractanda secundum ius canonicum, iuxta not. in d. c. 1. de noui oper. nun.

10 † Et quod, quando agitur de obseruantia iuramenti, ius canonicum etiam in foro ciuili attendi, & obseruari debeat; & ipsi iudices laici compelli possint per ecclesiasticos, habetur apud Paul. de Castr. in consi. 8. vol. 2. & cons. 53. col. 2. in fi. eo. volu. Bolog. in cōs. 31. col. 5. ver. & primo nō obstat. & Bello. in cōs. 15. post nu. 2. nō obstat tex. in d. c. querelam. de iureiu. quia illud ibi procedit in odium ipsius clerici, propter longissimam moram, quam contraxerat, in eaq; perstiterat; & ideo nō debet admitti ad moræ purgationē. Non obstat, ꝙ hoc non reperiatur immutatū a iure canonico; quia contrariū patet per supradicta, & signanter per tex. in c. potuit, locat. vbi admittitur purgatio moræ, si celeri satisfactiōe debitor ꝑmissa adimpleat & ita seruari in practica in tota Italia testatur Bologn. in d. l. si q̄s maior. post nu. 92 ad fi. col. C. de transac. vbi in terminis illius legis vult morā purgari posse, quando intercessit paruū tēpus; & nullū est interesse partis. & ita ego cōcludo circa prędictā secūdā limi. quæ tn̄ in multis casibus sublimitaī, & declaraī non procedere.

11 Et primo sublimitatur, † vt habeat locum, quando celeri satisfactione debitor satisfacit suæ promissioni, vt statim dicebam; per d. c. potuit. & Ias. in consi. 82. col. 2. vol. 1. Ista autem celeris satisfactio quo modo accipienda sit, arbitrio iudicis veniet terminandum, l. si ita quis. §. Seia. de verbo. oblig. Docto. in l. & si post tres. si q̄s cauti. Paul. de Castr. in l. si debitori. num. 14. de iudi. & Curt. iun. consi. 90. ad fi. tradit in terminis Ruin. in consi. 198. colu. 4. in fi. vol. 1. Gram. in cons. 19. col. 1. nu. 2. & seq. & in consi. 107. post nu. 9. in ciuili. & ideo debebit bonus iudex cōsiderare qualitates personarum, rei debitæ, temporis, & loci distantiam, & etiam causas dilatæ solutionis, & omnes alias circunstantias; ex quibus arbitrari debebit, vtrum debitor celeriter satisfecerit, vel procrastinatus fuerit solutionem. & propterea celeris

satis-

satisfactio erit, si debitor Senensis obligatus soluere Florentiæ infra biduum, vel triduum soluat, attenta loci distantia. illud certum est, quod non diceretur purgari mora infra modicum tempus, quando lapsi essent plures anni. veluti sex anni, vt nuncupatim voluit Corn. in cons. 25. col. pen. ad fin. vol. 2.

12 Secundo † sublimitatur, & declaratur non procedere, quando ius illius, contra quem mora purgari debet, sit factum deterius. & ideo, vbi res non potest in pristinum reponi statum, etiam de æquitate canonica, mora purgari non potest. Anto. Alexandri. in consil. 113. Paris. consil. 19. nume. 240. vol. 2. Roma. in consi. 352. in secundo dubio. Corne. in consi. 149. colum. fin. volum. 4. Dec. consi. 138. colum. 3. Gozad. consi. 57. post nume. 18. Ruin. in consil. 123. colum. fin. volum. 3. Grat. lib. 1. respon. 95. nume. 55. & per Anto. de Gabri. in tit. de transactio. conclus. 1. post nu. 12. Idem Grat. lib. 1. respon. 49. num. 22. Ab. in consi. 330. incip. In causa, quæ vertitur. colum. 2. par. 2. Corn. consi. 40. colu. 1. vol. 4. Gramm. consil. 19. numer. 9. colum. 2. in ciuil. & Crauet. in consi. 246. colu. 2. cum simili. Est tamen obseruãdum, quòd si volens purgare morã, vellet aduersario suo resarcire interesse, deberet audiri & admitti ad illius purgationem; quamuis res non esset integra, & ius partis esset factũ deterius, vt not. Doct. in d. l. & si post tres si quis cauti. & d. l. si ita quis. §. Seia. de verbo. obl. quod etiam voluit Corne. in cõsi. 37. in fin. vol. 2.

13 Tertio sublimitatur † non procedere, facta litis contestatione; quia etiam tunc, suadente æquitate canonica, non purgatur mora. Ias. consi. 9. colum. 4. volum. 1. Gramma. in d. consi. 19. nume. 9. colum. 2. in ciuili. Istam tamen sublimitationem declaratur procedere, nisi mora esset contracta post litis contestationem; quia tunc liceret eam purgare, vsque ad sententiã. Paul. de Castr. in l. 1. colum. 2. nume. 5. C. de iuris, & fact. ignoran. quod potest esse verũ, si iuste ad iudicium prouocauit. l. si quis solutioni. vbi Glo. de vsur.

14 Quarto † sublimita. veram esse supra dictam secundam principalem limitat. & procedere in Ecclesia: secus in priuatis personis. Ias. in consi. 82. volum. 1. Dec. in cõsil. 139. colum. 3. Gozad. consi. 57. colum. penul. post nume. 18. vbi vult, quòd in emphyteuta priuati mora purgari non possit: licet secus sit in ecclesiastica emphyteusi. quæ sublimitatio non videtur vera per ea, quæ infra dicam, in decimaquarta sublimi.

16 Quinto † sublimitatur habere locum quando mora esset contracta circa rẽ minimam; secus si circa magnam, seu magni præiudicii. Ripa. in l. fin. colum. 3. C. de reuocan. dona.

17 Sextò sublimitatur † non procedere in emphyteuta, postquam dominus directus declarauit caducitatem; quia non licet amplius purgare moram. Cepo. caut. 183. Roma. in consi. 103. in secũdo dubio. Gozad. in d. consi. 57. post nume. 18. Alexan. in d. l. si insulam. vbi supra de verbo. obl. & Grat. lib. 1. resp. 49. col. fi.

18 Septimo † sublimita. non posse purgari moram, quando tractatur de lucro seu beneficio amittendo, vt per Grat. in d. respon. 93. nu. 24. lib. 1. & Paris. consi 19. nume. 242. vol. 2.

19 Octauo † sublimitatur non posse purgari moram; etiam de æquitate canonica, quando mora contracta est in faciẽdo, vt per Grat. in d. respon. 93. nume. 63. & nu. 78. & ibi dicit communem, & celebrem esse opinio. In contrarium tamen facere videtur; quia non videtur possibile, quod mora contrahatur in committendo seu faciendo; quia immo dicitur committi solum in non faciendo: quod patet, nam secundum Bolognet. in d. l. quod te. num. 6. post alios. si cert. peta. Mora est, iniusta frustratio in non faciendo, vel non præstãdo vel generaliter non exequendo id, quod quis efficaciter est obligatus facere, vel exequi. Sed dicendum est, quòd mora, de qua loquitur Grat. est illa, quæ committitur ex delicto; & quæ nascitur ex obligatione

tione ex delicto, quæ bene consistere pōt in faciendo; nos autem loquimur in materia.l.quod i.e. in qua mora dicitur iniusta cessatio, vt dictum est: vel dic, quod immo illa dicitur committi in non faciendo considerando, quod dum vendit seu alienat emphyteusim, irrequisito domino, venit contra contractum, in quo iurauit nō alienare; & consequenter non obseruat, quod promisit, & isto respectu dicitur iniusta frustratio. Quamuis ergo omnis mora consistat in non faciendo explicite, vel implicite: tamē cum contrahitur in faciēdo (quod implicite non facere interpretamur) magis delinquit; quia non solum cessat facere, sed etiam facit, quod facere nullo modo debuit: & ideo talem moram purgare non potest.

20 Nono sublimitatur † non purgari moram, etiam de æquitate canonica, si per eā resoluitur contractus; & sic adest in contractu pactum resolutiuum, vt per eundē Grat.lib.1.respon.49.n.23.& resp.93.nu. 61.& 77.post Alex.in d.l.si insulam.num. 24.de verb.obli.

21 Decimo sublimita.† non posse purgari quando facta est executio ab ipsa lege, vt per Bart.in d.l.si insulam.in 3.& 4.quæsti. & l.is cui.& ibi etiam Bart.ad fin. de lega. 2.per Cor.in consi.16. col.3. vol.2.& cōs. 25.col. fi.eo.vol.& cōs.40.col.5. in prin. vol.4. eodē mō si est facta executio ab ipso homine: nā vtroq; casu īpedit purgatio, vt per Grat. in d.resp.93.nu.62. Aret. consi.95.col.pen.ver.tertio quia, Roma.in consi.103.& consil.354.in secundo dubio: & in cons.427.& per Dec.in l.qui sine dolo malo.in fi.de regul.iur.

22 Vndecimo † sublimitatur nō posse purgari moram, quando vltra iuramētum est etiam adiecta pœna in ipsa promissione, vt per Roma. in d. consil.427.& Grat.in d.respon.93.nume.69. quod est verum in pœna adiecta ab homine; secus a lege, vt per Guid.Pap.q.171.

23 Duodecimo sublimita. † quando in loco extaret statutum, quòd seruaretur ius ciuile; quia tunc ius canonicum & consequenter illius æquitas non seruaretur, prout videtur tenere Papien.in sua Pract. in forma libelli pro hæred.ab intest. colum. 5.versi.dixi. Idem quoque voluit Alexan. in consi.106.& consi.136.volum.3.facit

24 pro hoc bonum simile: † nam videmus, q̄ filiorum appellatione in vltimis voluntatibus fœminæ etiam continentur; l. iusta. & l.filij.de verb.sign.tamen hoc fallit quādo in loco vigeret statutum, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant, vt p Gozad.in consi.45.colum.3.num.11. vbi concordan.& consi.59.post num.6. Quod autem diximus, stante dicto statuto, non posse purgari moram, nec attendi ius canonicum, posset procedere inter laicos; non autem inter clericos, & res ipsius Ecclesiæ; ex quo tale statutum non habet in prædictis iurisdictionem, nec quidquam statuere potest, vt per eundem Gozad. in consi.86.post nu.20.

25 Decimo tertio † sublimita. non procedere, quando mora esset geminata; quia etiam secundum æquitatem iuris canonici non purgatur. Roma.in d.consi.352.in secundo dubio. Gozad.in consi.57.nume. 18. Boer.in consi.22.num.3.& sequē.quia geminatio aggrauat eam. & ideo dicimus q̄ vbi mora est parua, ibi etiam vsuræ sūt paucæ; vbi vero est magna, & vsurarū quoque quantitas est magna l.lecta.si cert.pet. facit quod in simili dicitur, si peccatum veniale fuerit geminatum, efficitur mortale, vt habetur apud Marsi.in consi.2.num. 54. quia duplex delictū præponderat vni. dixit Paul.de Castr.in consi.295.col.pen.

26 ad fin.volum.1.† Ad idem optime facit, quod dicere solemus Delicta priora aggrauare posteriora, etiam si ex illis secuta fuerit absolutio. Aretin.in consi.165. col. 1.in fin.& sequen. Dec.in l.bona fides nu. 9.de regul.iur. Paul.de Cast.in l. 3. C de episcopal.aud. Gram.in consi.34. post nu. 6.in crimi.& propterea quamuis alias pœna delicti sit cum eo commensuranda, Auten.omnes peregrini.C. cōmunia de succesio. tamen ob delictum frequentatum licet maiorem imponere, vt per Dec.in c.

Ecclesia

Ecclesia sanctæ Mariæ. colum. 2. de consti. ad idem facit, quia bis carceratus pro eodem delicto non debet relaxari, etiam si aliàs veniret relaxandus, vt per Marsi. in singula. 378. & similiter si quis carceratus fuerit extractus in Paschate, ex indulgentia principis, vel vigore statuti, vt fit hic Senis, si iterum fuerit carceratus, non poterit amplius extrahi in alio simili Paschate, vt per Paul. de Cast. in l. nemo. quæ est d. l. 3. C de episcopali audie. Hinc etiā dicitur, quod relapsus traditur curiæ seculari puniendus, vt per Marsi. in d. sing. 378. Hinc rursus est, quod ob delictorum frequentiam licet iura transgredi, secundum Gram. in decis. 36. nume. 2. vsque ad num. 12. vbi habentur concordan. Et alibi dicitur, quòd statutum, concedens abolitionē delictorum, restringitur ad eas personas, quæ non iterato deliquerūt; quia propter reiterationē sunt magis odibiles d. l. 3. C. de episcopa. aud. & ibi not. & statutum similiter loquens de homicidio non comprehendit homicidium duplicatum. Anch. in cap. igitur. de homic. & in cap. cum non ab homine. de iudi. Abba. in cap. at si clerici eod. tit. & Alci. de verbo. significa. lib. 1. idem ergo dicendum est in casu nostro: nam stante geminatione ipsius moræ, quia grauior dicitur, nō admittitur ipsius purgatio. Et ex hoc ego infero ad vnum, quod videtur esse contra mentem omniū Doctorum, vt scilicet, vbi in promissione adest iuramentum, etiam de æquitate canonica non videatur posse purgari mora; quia, stante iuramento, per quod singulis diebus iurans ipse interpellatur, & in mora constituitur, mora ipsa quidem non solum dicitur esse geminata, sed etiam sæpe sæpius multiplicata: & ideo purgari non poterit. & ita reperio Capic. expresse dicere decis. 19. nume. 4. Neque dicatur hanc interpellationem censeri vnam tantum, continuatam per singulos dies, & ex consequenti vnicam esse moram; quia stante iuramento non potest dici vnica, sed multiplex; quia iuramentum habet vim geminationis, secundum Gomes. post alios in §. item si quis postulante. colum. 4. post nume. 8. Insti. de actio. Nec item dicatur, hanc interpellationem esse tacitā; & ideo non debere impedire moræ purgationem quia respondeo & dico, quòd præter id, quòd iuramentum habet vim expresiuā, vt per Bald. in l. 1. colum. 4. C. commod. quem sequitur Roma. in l. 1. §. si quis ita de verbo. oblig. Dico etiam, quod magis impedit moræ purgationem tacita interpellatio, quam expressa: vt patet in die tacita: de quo habetur per Alexan. in l. quoties in diem. de verbo. oblig. Barto. in l. ita stipulatus in 2. quæst. in princip. eodem titu. Grat. in d. respon. 93. nume. 65. libro 1. Maria. Sozi. iuni. in consi. 28. nume. 2. volum. cogita.

27 Decimoquarto, † sublimita. non procedere, quando res ageretur cum Iudæo; qa Iudæus non potest purgare moram, quæ purgatur de æquitate canonica, vt p Angel. & Imo. in d. l. si insulam. & in l. si seruum. §. sequitur. de verb. oblig. & per Brunum in suo tract. de statu. fęmi. a success. exclu. art. 6. quæst. 3. colum. 4. in fin. sed in contrarium est receptior sententia, quod immo etiam Iudæus possit purgare morā prout videtur probari argum. tex. in l. Iudæi la 1. C. de Iudæ. vbi Iudæorum causæ sunt agitandæ secundum iura Romana. & sic secundum ius commune: quinimmo ēt secundum æquitatem iuris canonici: qđ ius, quantum attinet ad contentiosa iudicia, illos non excludit. & ita tenet Rip. in d. l. si insulam. nume. 90. & sequen. & Natt. in consi. 620. & consi. sequen. & Tiraq. de iure primigeni. in 66. quæst. num. 7. & ibi habentur concordantiæ. Et ex hoc videtur posse dici, non esse verum, quod purgatio moræ non habeat locum in priuatis personis: de quo dixi in quarta sublimitatio. si enim & Iudęi illam purgare possunt multo magis & Christiani: alias essent peioris conditionis, quàm Iudæi: quod non est dicendum.

Decimoquinto sublimi. non habere locum purgatio moræ, etiam de iure canonico, quando vltra iuramentum est etiā apposita

posita dies;quia non poterit purgari,vt tenet Ruin.in consi.198.post nume.7.volu. 1.quia videtur duplex interpellatio,vna p iuramentum,altera per diem;& consequẽter duplex mora,quæ vt supra dictum fuit purgari non potest.

28 Decimo sexto † sublimita. solum procedere in terris Ecclesiæ:aliàs secus, vt p Alex.in consi.106.colum.3.ver.tertio.sequitur Gozad.in d.consi.57.col. antepen. versi.quinto,& consi.66.nu.13.

29 Decimoseptimo † sublimita.habere locum in personis ecclesiasticis; secus in secularibus.ita vr̃ sentire Dec.in consi.138. & Gozad.in d.consi.57.Ego tamen hanc sublimitationem puto non esse verã; quia si licet moram purgare Iudæis,secundum ea,quæ supra diximus,iam sequitur,quod etiam laicis liceat;quamuis clerici nõ existant. Præterea; cum ratione cognitionis iuramenti,& obseruantiæ illius attẽdatur ius canonicum,vt supra dixi nume.9. & sequen. de quo etiam inter laicos disputari posse non ambigitur, lucidißime colligitur, quod etiam inter eos mora purgari posit:& ex hoc etiam redditur dubitabilis præcedens sublimitatio,& etiam quarta.Cogitabis tamen.

30 Decimo octauo sublimita.† non habere locum,quando purgationi moræ est renunciatum, vt quia fuisset renunciatum omni legum auxilio,vt per Saly.in l. magnam.C.de contrahen.& commi. stipula. & Gozadi.in d.consi.57.nu.19. cum alijs concordantijs relatis per Rol.in tract. statu.de lucro dot.q.42.nu.11.

52 Vltimo † intellige, & declara nr̃m priuilegium procedere, quantũ ab ipſum iurã-

tem;

tem; quia non erit opus eidem denunciare; secus quo ad illius hæredes, quibus erit denunciandum; ex quo possunt prætendere ignorātiam, l. qui in alterius. de regu. iur. & cap. cum quis in ics. & c. præsumitur. eo. ti. in sexto. ita tradit Corn. in consil. 325. col. 3. in litera Q & seq. volu. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim litis contestatæ.*
2 *Litis contestatio validat iudicium, & eius est fundamentum.*
3 *Litis contestatio quid sit.*
4 *Actus non potest diuersos effectus producere.*
5 *Instrumentum quarentigiatum habet paratam executionem.*

PRIVILEGIVM L.

1 Qvinquagesimum priuilegium est; quia iuramentū habet vim litis contestatæ. l. nam postea. §. si is qui temporali. & ibi Bart. & Docto. de iureiuran. l. sed si restituatur. §. ex quibus. de iudi. l. qui iurasse. in fi. d. ti. de iureiuran. Roma. in consil. 373. Ias. in §. item si quis postulante. colu. 1 nu. 5. Insti. de actio. Areti. in l. ait prætor sub qua legit d. l. nam & postea in d. §. si is qui temporali. Affli. decis. 174. in fi. Dec. in l. si conuenerit. col. 3. in princip. nu. 8. de iurisd. om. iud. Ant. de Petru. in repet. l. 1. ver. sexagesimum octauū nu. 331. de iu reiuran. Gozad. in consi. 57. col 4. post nu.
2 13. & Craue. consi. 31. nu. 2. Et sicut per litis cōtestationem, quæ lapis angularis est, & fundamentum iudicij, vt nostri dicunt, & præsertim Bal. in c. 1. col. 1. ver. item nota de liti. contest. Corn. in consi. 5. col. 2. in littera E. vol. 2. & per Maran. in suo Specul. dum agit de litis contestat. validatur & firmatur ipsum iudicium, vt c. relatum. de offic. deleg. ita quod potest sequi sentētia diffinitiua, & etiam cōdemnatoria per ea quæ notantur in l. prolatam. C de sentē. & interlocut. omni. iudic. ita & per iuramentū, vt dicit Bal. per illum tex. in d. §. si
3 is qui temporali. & ibi etiam Ias. † Est autem litis contestatio, vt ex alijs refert Maran. in d. Specul. in sexta parte prin. in decimo membro, num. 3. principalis negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad eam secuta responsio, vt colligitur ex d. c. 1. de lit. conte. & ex l. 1. vbi Bar. & Docto. C. de litis contest. Corne. consi. 144. col. 1. ad fi. vol. 3. & dicitur fieri per verbum negatiuum, vel per confessionem, vel etiam per verbum dubitatiuum, vt ibi per eum : quod vltimum tamen videtur confundi per dictum Ange. in l. fin. C. arbit. tut. quē refert & sequitur Guid. Pap. q 369. vbi dicitur; quod per verbum Credit non inducitur litis contestatio; cum non sit assertiuum nec præcisum. nō insto, quia ad nos non pertinet: sed ad rem nostram redeo, & dico, quod ideo iuramentum dicitur habere vim litis contestatæ; quia reus deferendo iuramentum actori, videtur fateri, si actor iurauerit, l. sed & si possessori. §. perindeque de iureiuran. & ita dicit Sozi. in l. ait prætor la 1. in fi. & in l. ait prætor la 2. sub qua legit d. §. si is qui temporali. eod. titu. & ista est communis opin. quam tñ Gomes. in d. §. item si quis postulante. colu. 2. post medium. Insti. de actio. versic. primus effectus. dicit esse veram in iudiciali tantum iuramento : de quo loquitur tex. in d. §. si is, qui temporali. sed in iuramēto extraiudiciali, quale est iuramentum, quod in instrumentis apponitur, non potest habere locum, nec procedit; quia in tali iuramento non possunt considerari extrema habilia, ad litis contestationē inducēdā, quæ et fieri dēt per verba conuenientia; & vnus & idē actus, nō
4 potest parere diuersos effectus, inuicē cōtrarios. l. est q. ędes. de vsu. & l. qui hominē. §. fi. de soluti. sed iuramentum principaliter introductum est, vt quis releuetur ab onere probandi, & lis per hoc extinguatur; cum sit quædam transactio, & habeat effectum rei iudicatæ: ergo nō debet operari diuersum effectum, vt inducat litis cōtestationem, per quam potius perpetuatur lis; quam extinguatur. & propterea videtur

detur ipsi, quod Doctores in hoc grauiter errauerint. Istam quoque opinio. in effectu tenuit Deci. in ca. 1. & ibi etiam Rip. in 25. col. ad fi. ver. tertio facit. post nu. 59. de iudi. & idem Rip. in l. si insulam. nu. 90. de verb. obli. & Bolognet. in l. qđ re. post nu. 61. si cert. peta. Ego vero puto, quod non solum iuramentum iudiciale, sed etiã promissorium, & cõfirmatorium habeat vim litis cõtestatæ. moueor, quia huiusmodi iuramentum habet vim quarantigiæ, vt dico in priui. 77. circa princ. nam postquam in contractu debitor se obligauit ad instantiam creditoris corã iudice cartulario, id est, notario, iurando se esse debitorem; ex quo iuramento resultat cõfessio sui debiti, vt per Alex. in l. qui iurasse. § iurisiurandi. & in l. eum qui. in princ. de iureiuran. idem notarius tanquam iudex condemnat illum ad soluendum quantitatem debitam; & talis condemnatio dicitur quarentigia, vt per Bart. in l. 1. de iudi.
5 † cuius quidem quarentigiæ vigore instrumentum dicitur habere paratam executionem. argum. d. l. 1. de confes. l. non fatetur. eod. tit. Corne. in consi. 267. & consi. 258. vol. 3. & sic patet huiusmodi iuramentum habere omnia extrema habilia ad inducẽdam litis contestationem, nimirum rei gestæ narrationem in contractu factam, confessionem debitoris, ac iudicem competentem, qui iuxta confessionem mandat solui. l. si debitori. de iudi. quidquid censuerit ipse Gomes. qui etiam parum sibi ipsi videtur constare, dum fatetur esse veram communem opi. in iuramẽto iudiciali, & tamen postea contendit non posse parere effectum litis contestationis; ex quo iuramentum principaliter introductum est, vt quis releuetur ab onere probandi: nam in dictis verbis loquitur de eodem
9 iuramẽto iudiciali, quod constat habere, vel esse releuamen ab onere probandi. l. eum qui. de iureiuran. Non obstat ergo, quod iuramentum iudiciale videatur parere diuersum effectum, id est, litẽ ipsam perpetuare, potiusque extinguere, & terminare; quia hoc procedit non respectu ipsius litis, sed respectu actionis, quæ cum temporalis sit, propoter iusiurandum perpetuatur. Habet igitur ipsum iuramẽtum vim litis cõtestationis; quia sicut p eã ppetuatur actio, pari quoq; modo perpetuatur per iuramentum; nõ autem inducitur litis contestatio, vt videtur intelexisse Gomes. & male.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum perpetuat actionem, vsque ad quadraginta ann. & nu. 8.*
2 *Statutum mandans, debitum vltra decem annos peti non posse, non habet locum in debito iurato.*
3 *Pactũ de non præscribendo non valet. limi. quãdo interuenit iuramentum. nu. 4.*
5 *Præscriptio interrupta debet de nouo incohari.*
6 *Iuramentum perpetuat exceptionem.*
7 *Præscriptioni introductæ in odium negligentis non potest, etiam cum iuramento, renunciari.*
8 *Iuramentum secundum aliquos debet esse specialiter appositum in renunciatione præscriptionis.*
10 *Hæres iurantis potest a se ipso incohare præscriptionem.*
11 *Hæres ex persona propria, non vt hæres, potest venire contra factum defuncti.*
12 *Iuramentum omnino nullum, & inualidum nõ perpetuat actionem.*
13 *Præscriptio non interrumpitur per litis contestationem nullam.*
14 *Citatio quæ est nulla, non perpetuat iurisdictionem.*
15 *Citatio nulla non inducit inter duos iudices præuentionem.*
16 *Citatio nulla non facit aliquem haberi pro confesso quamuis non comparuerit.*
17 *Actus appellatione, regulariter venit actus validus.*

PRIVILEGIVM LI.

PRiuilegium est quinquagesimum primum, qđ ex præcedenti proficitur; q ex quo iuramentum habet vim litis cõtestatę, vt ibi dictũ fuit; in con-

1 † in consequentiam dicitur perpetuare actionem, vsque ad quadraginta annos: & proinde successiue impedit præscriptionem. Alex. in l. nemo potest. de lega. 1. Ias. in §. item si quis postulante. colu. 1. nu. 5. & in §. constituta. ver. adde vnum. Insti. de actio. Ant. de Pettu. in repet. l. 1. nu. 228. ver. vigesimus secundus effectus. in fi. de iureiuran. Bauer. in suo tracta. de virtute iuramen. in quinquagesimoprimo effectu Marsi. in singula. 141. decis. Tholo. 220. vbi Aufr. in addi. vbi vult maxime procedere, si debitor iurauit nunquam contrauenire, vel soluere quandocunque; quia iuramentum perpetuat actionem, vt ibi per eum. Et idem expresse concludit Ruin. in consi. 11. vol. 1. vbi dicit, quod hoc procedit etiam in præscriptione odiosa longissimi temporis, videlicet, triginta, vel quadraginta annorum: quæ vt communiter dicitur reputatur odiosa, quia est introducta in odium negligentis: nam & ea cessat pp iurm, qđ ppetuat actionem, & impedit præscriptionem. quod certe indubitatum videtur de iure canonico, quod attendendũ est in ista materia præscriptionis et in terris Imperij, ex quo agitur de materia concernente peccatum.

2 Et ex hoc priuilegio infertur, quod † si statutum prohibeat, post decem annos debitum petere, & in contractu sit appositũ iuramentum, non obstante lapsu temporis, a statuto præfixi, debitum peti poterit. ita Imol. in l. 2. §. si rem. de vsucap. pro empto. Corne. in consil. 328. col. 4. ver. & maxime cum interuenerit. & ver. seq. vol. 1. & quamuis Corne. ibi moueatur ad ita dicẽdum; quia debitor retineret debitum cũ peccato; & propterea non valeat tale statutum, tanquam nutritiuum peccati, vt ibi per eum. col. 3. tamen dicitur hoc contingere etiam per aliam supradictam rationem; quia scilicet, iuramentum perpetuat actionem aduersus statutum. Gozad. in repe. l. si fundum. nume. 93. C. de pact. inter emp. & vendi. Craue. in consi. 71. nu. 2. Tiraquel. de vtroq. retract. titu. 2. §. 36. num. 32. ad fin. illius versic. & Petr. Calepha. in consi. 87. nu. 22. inter consi. crimi. plur. Docto. & quod iuramentum perpetuet actionem, est cõmunis opi. vt inquit Grat. lib. 1. respon. 41. col. 1. ver. secundo considero. num. 5. & hoc priuilegium dixit esse mirabile Bar. in l. nam & postea. in §. sed si is q temporali. de iureiuran. & reassumit. Feli. in cap. fin. col. 3. nu. 8. de præscrip. & Balb. in suo tracta. præscripti. in secunda parte tertiæ part. princ. quæst. 14. nu. 11. vbi etiã intelligit hoc procedere, si statutum præsumeret post tempus fraudem, vel dolum, siue contractum simulatum per Alex. dicta in l. 1. de vsucap. pro empt. & Feli. in rub. de præscripti. quod verũ est, si modo aliqua iusta causa subsit ita præsumendi, vt sentit Corne. in d. consi. 328. col. 5. ver. præsertim. vol. 1. & consi. 264. col. 4. versi. nam dicit Bald. eo. vol. & dicam latissime in priuile. 83. & stante supradicta communi opinione non est curandum de Bal. qui in consi. 420. vol. 3. dixit nullo iure caueri, quod iuramentum perpetuet actionem. Et quia ob huiusmodi ppetuationẽ actionis impeditur præscriptio, vt etiam supra dixi, & huiusmodi impedimentum vario modo intelligi & considerari potest, ideo ne decipiamur in terminis, quia Doctor. confuse loquuntur, sciẽdum est tribus modis posse impediri præscriptionem quorũ

3 vnus differt ab alio. † Primo tu scis non valere pactum seu conuentionem, quod non liceat præscribere, veluti seruitutem, vel quidquid aliud, vt per Bar. in l. 1. de vsuca. & in l. nemo potest. de lega. 1. Rom. in consil. 201. ver. tertio principaliter. & late scribendo tradit Fel. in cap. si diligenti. col. 5. de foro compet. & in rub. de præscriptio col. 3. vbi dicit, hanc opi. esse communem. not. etiam Rui. in consi. 167. col. 4. nu. 17.

4 vol. 1. † Tamen si pactum fuerit iuramento roboratum, sustinetur. & in tali casu iuramẽtum dicitur habere hoc priuilegiũ, vt impediat incohari præscriptionẽ, vt de se paret; quia ab initio non licet propter pactum iuratum præscribere, quod autem pactum huiusmodi valeat cum iuraméto, scribit Alex. in d. l. nemo potest. quem sequitur

quitur ibi Rip.col.18.versi.septimo declara.post nume.11. & Gerard.in singul.18. colum. 6. in princ.& Ruin. consil.111.in prin. vol.1. & plenius attingendo scribit Balb.in suo tract.de præscriptio.in quinta parte,quintæ par.prin. in 6.quæst. versi. sexto quæro. Secundo modo dicitur impediri præscriptio, quando iuratum est super aliquo contractu,vel conuentione, ex qua competit actio forte duratura per decem annos,secundum formam statuti, vt supra diximus:nam in tali casu iurm dicitur impedire præscriptionē;quia pperuat actionem prorogando tps ipsius, cui pscribebatur;& facit, q actio efficiatur longioris vitæ,quam esset primo:& sic actio quę erat duratura per decēnium, perpetuatur ad longius tempus, veluti triginta vel quadraginta annorum l.fin. C. de præscripti. trigint. vel quadra. anno.& ista perpetuatio non dicitur fieri,nisi per litis contestationem,cuius vim, & efficaciam præstat ipsum iuramentum,in conuentione appositū. Tertio modo impeditur præscriptio, illam interrūpendo,quæ iam incepta erat quæ interruptio fit per solam citationem; aliquando etiam per litis contestationem & aliquando quoque per sniam:& talis interruptio ciuilis nuncupatur,est item & naturalis,quæ contingit,quoties possessio per tempus a lege præstitutū nō perpetuatur.l.naturaliter.de vsucap.exemplum habes.in §.diutina.Inst.de vsucapio. qui loqtur de interruptione naturali propter necem illius, qui possidebat. Vnde cum est

5 † interrupta,siue ciuili,siue etiam naturali modo, vna cum mala fide superueniente, non potest amplius procedere, nisi de nouo incohetur;& tunc necessarius est totus ille cursus temporis,qui primo requirebatur,l.cum notissimi.& ibi Gl in prin.& in l.sicut.C.de præscripti.trigin. vel quagragin.anno.& sic interruptio præscriptionis aliud est,& aliud pperuatio actiōis, vt magistraliter tradit Ias.post Gl.& alios in d. l.cum notissimi.in d.§.si is qui temporali. in prin.& in l.ex hoce dicto.in prin. nu.3. de eo per quē fact.er.& in §.pœnales.col. 19.nu.110.& seq.Inst.de actio.& Guido. Pap.q 416.nu. 6. & isto vltimo modo nō potest impediri præscriptio per iurm; sed solū in duobus primis casibus. Huiusmo-

6 di priuilegium, † q sciliet iuramentum perpetuet actionem, ampliatur procedere ēt,quo ad exceptionem, quæ ad instar actionis perpetuatur per iurm.l.iusiurandum.la vltima. de iureiura. vbi iuramentum debitoris iurantis se nō debere,liberat pignus eique perpetuam exceptionem parit.

Secundo ampliatur non solum procedere in realibus actionibus, sed etiam in personalibus,vt patet in d.l.nam & postea §.si is,qui temporali. de iureiuran. qui loquitur de obligatione personali.

7 Limitatur autem pluribus modis. † & primo limitatur nō procedere in præscriptione,quæ est introducta in odium negligētis,iuxta Gl.in Aucten.de temp. nō solutæ pec.super dot.§.1.quia huic præscriptioni nō pōt renūciari,ēt cū iurō. Et vt facilius intelligat hæc limitatio, sciēdū est, sm Doctores cōiter pscriptionū speciem vnā esse mere fauorabilē, vt est vsucapio triennalis; alterā vero mixtā.idest partim fauorabilē,& partim odiosā,vt est præscriptio longi tpis,videlicet,decē annorū inter præsentes;& viginti inter absentes: tertiā vero speciē esse mere odiosā, qualis est præscriptio longissima triginta annorum iterum & quadraginta:de quibus in ti. C. de psc.tringin.vel quadrag. anno. & hanc doctrinam vbique Doct. communiter sequuntur,vt testatur Corn.in consi.328.colu antep.in fi.vol.1.& consi.280.colum.1. in medio.vol.3.& Aldo.in Inst. de vsuca. in prin.in suis addi.in addi. super Glo. in vers.per triennium.& tradit quoq; Guid. Pap.q.416.Huic ergo præscriptioni,quæ introducta est in odium negligentis,ob fauorem publicum,idest vt aliquādo finis sit litibus,iuxta l.si pro suo. & ne dominia rerum sint in incerto,vt in d.l.1.de vsuca. & Inst.eo.in prin.renunciari non potest,etiā cum iuramento; quia quādo interponitur contra legem,quę emanauit in odium negligentis,

gligentis,non obligat,vt per Alba. in c.super eo. nu.4. de vsur.& Calca.consi.19.in fine. & quòd huic præscriptioni odiosæ, etiam cum iuramento renunciari non possit,habetur in dec.Tholos.220. vbi etiam Aufre.in additi.& ista est communis opi. vt refert Viui.ī ver.statutariæ præscriptioni. Patet primo in præscriptione immemorabili, vt per Sozi. iunio. in consil.54. num.4.vol.1. vbi habentur concordantiæ. Item patet in præscriptione quadraginta annorum,cui similiter,etiam cum iuramēto,renunciari non potest,quin actioni præscribatur per illud tempus,vt per eundem Soz.iun.in consi.145.num.62.eo.vol. Sed quid in præscriptione triginta annorum? an eidem per iuramentum renunciari possit? Soz.iunior in consi. proxime allegato tenet quòd non;concludens,quòd non obstante iuramēto res dicto tempore triginta annorum præscribetur. & pro hac opinione facit;quia & ipsa est odiosa, vt concluditur per omnes in supradictis locis.& ita etiam videtur tenere Guid.Pap.quæst.
8 199. post nu.3.† In contrarium tamen est communis opin.quòd iuramentum perpetuet actionem vsque ad quadraginta annos;& consequenter sequitur, quòd præscriptioni triginta annorum renunciari posit,mediante iuramento.ita volunt Docto.in d.l.nam & postea.§.si is qui temporali.vbi Bar.Ang. Alex.& Ias.de iureiur. & latius per Goza. in l. si fundum.post nu. 91.cum plur.sequen.C.de pact.int.empto. & vendi.Crauet.in consil.71. num.2 cum quibusdam alijs concordantijs cumulatis per Couarr.lib.1.variarum resolu.c.9. nu. 7.& de communi testatur Grat.lib.1.resp. 41.col.1.ver.secundo considero. Nec obstat, quòd talis præscriptio sit odiosa seu introducta in odium negligentis;quia ista non est concludens ratio ad prohibendū, ne eidem posit renunciari, vt patet in legibus introductis contra vsurarios,in quibus si iuramentum præstitum sit de soluendis vsuris obligat iurantem. c. debitores. de iureiur.Necessarium est ergo,quod vltra odium sit turpitudo,tam ex parte iurātis, quam ex parte eius cui iuratur:vt quādo quis accipit ad vsuram pro opere illicito,vel pro licito; &,ille qui dat non erat alias daturus, secundum Theoricam Ab. in d.c.super nu. 4.de vsur.& in c.cum cōtingat.col.5.in fin.de iureiur. Vera igitur videtur esse ratio,cur non posit renunciari istis præscriptionibus;quia sunt introductæ principaliter fauore publico, vt lites auferantur, & dominia rerum non sint in incerto: prout legitur etiam apud Guid. Pap.in d.q.199. & quāuis attēta ista ratione non deberet posse renunciari huic præscriptioni triginta annorum; tamen ideo renunciari potest;quia cum ea dispensatū est propter efficaciam iuramēti, ita vt perpetuetur seu extendatur ad quadraginta annos, sicut & in plerisq; alijs casibus est dispensatum,in quibus actiones, quæ non extinguūtur triginta annorum spatio,quadraginta tamen curriculo sopiri lex ipsa mādauit,vt patet in l.omnes. C.de præscripti.30.vel.40.anno.

Hoc autem quod diximus præscriptioni in odium negligentis introductæ renūciari non posse,procedit solum,quo ad p̄scriptionem decurrendam;nō autem,quo ad iam decursam: vt habetur per Roma. in cons.201.& refert Viui.in d.versi.statutariæ præscriptioni.nec mirum;quia facilius potest tolli ius quærendum,quam ius quæsitum, vt per plura exempla docet Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. nume. 71. de consti. Natta consi. 502 post nu.43.& consi.522.nu.25.

9 Limi.† secundo nostrum priui.procedere, dummodo iuramentum sit appositū specialiter super renunciatione ipsius præscriptionis; secus si fuerit appositum simpliciter in contractu; quia non impedit quin actioni præscribatur,vt dicit Feli.in rub.de præscripti.in 5.col. ver.fallit quarto.quam opi.quoque sequitur Guid.Pap. quæst.199. ego de illius veritate dixi,late insistendo supra in priu.49.post nu. 36.cū plur sequen. ideo non repeto; sed. solum addo, quod contra Felin.tenet etiam Rui. in terminis istius præscriptionis concludendo

dendo, sufficere generalem renunciationem cum iuramento, vt patet in consi.111. col.3.vol.1.

10 Tertio limi. † non habere locum in hęrede iurantis; quia ipse poterit præscribere, incipiendo præscriptionem a die mortis ipsius iurātis. c. si diligenti. de for. compet. quod ad hoc allegat Anto. de Petru. in repe. l. 1. nu. 213. cum pluribus sequen. de iureiur. & videtur esse ratio; quia iste hæres non præscribit tanquam hæres sed pręscriptionem facit ex persona sua. quo casu potest venire etiam cōtra promissionem, & factum defuncti, qui iurauit in effectu non præscribere, arg. eorum, quæ notātur
11 in l. cum a matre C. de rei vendi. † vbi dicitur, quòd hæres ex persona sua potest venire contra factum defuncti; licet non possit tanquam hæres: faciunt etiam notata p Bar. in l. vt iurisiuradi. ver. si liberi. de operis liberto. Videmus in simili, quod filij matris, quæ renunciauit in manibus sui patris, non excluduntur quin venire possint contra renunciationem factam a matre si hoc faciant ex persona eorum propria; non tanquam hæredes, vt per Sing. consi. 116. nu. 4. Bal. in l. fi. C. de pact. cum alijs, quæ adduxi supra in priuil. 21. num. 39. & per hoc patet non obstare illud, quod dici solet, hæredem compelli ad obseruantiam iuramenti præstiti per defunctum, vt per Gram. consi. 100. nu. 70. cum pluribus seq. & rursus, quod eius factum præstare debet. Calc. consi. 75. nu. 31. & Io. de Ami. cōsil. 3. nu. 20. cum is, qui promittit pro se, & pro suo etiam facto tantum, pro hæredibus promisisse intelligatur. Glo. & Bar. in l. si sic. de verb. obli. & Dec. in l. hæredem. nu. 7. de reg. iu. quia omnia ista, & similia, quæ allegari possunt, ꝓcedunt quando qs venit contra factū defuncti, tanquā hæres non autem tanquam ex persona propria, per prędicta.

12 Quarto intelligitur, & limitatur nostrū priuilegium procedere, si iuramētum fuit validum; alias nihil operatur. l. 4. §. condēnatum. de re iudi. Dec. in l. non vt ex pluri
13 bus. de reg. iur. † Simile videmus in litis cōtestatione, quæ si nulla sit, velut illa, quæ facta est coram iudice incompetente, non inducit interruptionem præscriptionis, vt voluit Gloss. in c. vt debitus. de appella.
14 & in l. si pater. C. ne de stat. defunct. † sic & citatio quæ fuit nulla, non perpetuat iurisdictionem; cùm alias si valida esset, illam perpetuaret, secundum Glo. notabi. in ca. plures. in versi. qui potes. de offi. delega. in
15 6. & ibi Barb. col. 6. † Et citatio nulla non inducit præuentionem, vt per Roma. in
16 consi. 412. vbi concord. † & similiter citatio nulla non facit aliquem haberi pro cōfesso, si fuerit contumax, vt habetur per Marsi. in l. de vno quoq; nu. 175. de re iud. & c. ea, quæ fiunt. vbi Dyn. de reg. iu. in 6. citatio enim vt effectus suos pariat, debet esse valida & legitima. cap. proposuisti. de for. compet. pari quoque ratione dicendum est, quod iuramētum debeat esse valide præstitum, vt habeat perpetuare actio-
17 nem; † quia actus appellatione, regulariter venit actus validus; non autem nullus: vt in statuto dicit alios allegando Tiraq. de vtroq. retra. ti. 1. §. 1. Glo. 2. num. 5. & sequen. Et prædictam limi. ego intelligo veram, quando iuramentum erat omnino nullum; secus si nō omnino, vt quia aliquo modo poterat sustineri, licet re vera non valeret, arg. l. si quis legatum. de fals. & eorū, quæ scribit Dec. de ratificatione actus non omnino nulli, in l. quod initio. de regu. iur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest alienare bona Ecclesiæ.*
2 *Donare est idem quod perdere.*
3 *Episcopus non potest ēt facere alienationes vtiles ipsi Ecclesiæ; quia iurauit non alienare.*
4 *Episcopus potest alienare bona, quæ non sunt de mensa, ex legitimis causis.*
5 *Bona Ecclesiæ alienari possunt ex causa necessitatis.*
6 *Necessitas non subiacet legibus.*
7 *Bona Ecclesiæ alienari possunt ex causa vtilitatis.*
8 *Bona Ecclesiæ possunt alienari pro redemptione captiuorum.*

Episcopus

9 *Episcopus potest alienare rem minimam Ecclesiæ.*
10 *Iurans, qui in minimo non seruat iuramentũ, incidit in periurium.*
11 *Iuramentum in minimis non præsumitur præstitum, nec iuratur.*
12 *Donatio facta per episcopum Capitulo valet non obstante iuramento; quia non est vera alienatio.*
13 *Donatio facta Capitulo, vt Capitulo, dicitur facta Ecclesiæ.*

PRIVILEGIVM LII.

1 QVinquagesimum secundum priuilegium est; † quia episcopus propter iuramentum, quod p̃stat tempore suę cõsecrationis, non potest alienare ea, quæ sunt de mensa episcopali, incõsulto Romano Pontifice. & ad hoc allego tex. in capit. sicut nostris. de iureiuran. vbi habetur, quod non licet episcopo donare bona Ecclesiæ suæ;
2 † quia donare est idem, quod perdere l. filiusfami. in princ. de donati. qđ maxime prælatis prohibetur. ca. 2. de donat. & per Dec. in consi. 174. & Bertachi. in suo tracta. de episcopo lib. 4. in 4. par. nu. 39. ver. decimo sexto quæro. & Abb. in cap. tua
3 nos. in notab. de eccles. ędif. † vbi extẽdit hoc etiam, quo ad alienationes, quæ fuerint vtiles Ecclesiæ; quia eas non poterit facere, inconsulto Romano Pontifice, propter iuramentum; cum alias eas facere potuisset. cap. 1. de reb. eccles. non alienan. in 6. cum simili. & ideo dicitur, quod episcopus, vel alius prælatus nõ põt infeudare bona, quæ sunt de mensa suæ Ecclesiæ inconsulto Romano Põtifice. c. vt super. de reb. eccl. nõ alie. & c. 2. de feud. cũ alijs iuribus adductis per Gui. Pap. qui ita dicit in quæstio. 153. vbi hanc asserit esse veram conclusionẽ. Sed in quantũ diximus non posse facere alienationem rei ecclesiasticæ, etiam in vtilitatẽ ipsius Ecclesiæ propter iur̃m, videtur posse instari in cõtrarium; quoniam si iuramentum præstitum contra publicam vtilitatem veluti ciuitatis, vel alterius loci, principaliter non est obligatorium, secundum Bar. in l. si quis pro eo. in secundo membro suæ distinctionis. de fideiuss. & per Gram. in consi. 16. nu. 5. in ciuili. quanto minus contra vtilitatem Ecclesiæ, cum certissimi iuris sit iuramentum in detrimẽtum Ecclesiæ non valere, vt p Guid. Pap. quæst. 156. Sed dicendũ est huiusmodi iur̃m nõ esse cõtra vtilitatẽ Ecclesiæ, ex intentione nõ solũ ipsius iurãtis sed ẽt recipiẽtis; nisi occasionaliter & indirecte, ex quo nõ iurauit facere alienationes vtiles; sed solũ non alienare; qđ comprehendit ẽt si alienatio vtilis esset suæ Ecclesiæ, p p iur̃m. & in tali casu debebit Romanum Pontificẽ consulere. Et ex his habes primam ampliationẽ ad nostrum priuil.

Secundo ampliatur procedere non solum in episcopo, sed etiam in omni prælato, immediate subiecto Roma. Pontifici: nam iurare solent de non alienando bona Ecclesiæ, vt inqt Glo. in d. c. super. de reb. Eccl. non alie. & additio. ad Guid. Pap. in d. q. 153. in secunda additio. & proptea non poterit ita iurans alienare, sm̃ p̃dicta, & habetur p Rom. in consi. 369. in tertio dubio; vbi ꝓpterea infert, ꝙ tales non poterunt cõpromittere, ne per viam arbitrij cõtingat alienationem fieri, de quo p Docto. oẽs in ca. cum tempore de arbi. & per Dec. in cons. 39. col. 2. quod inteligas verum de bonis ipsius Ecclesiæ, vt dictum est; quia super illis nõ poterit cõpromittere. Glo. 2. in c. si diligẽti. & ibi Ab. de for. cõpet. & tradit Feli. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 144. de const. secus super bonis sui patrimonij; quia potest, vt per Abb. in consi. 33. col. 1. par. 2.

Tertio amplia. habere locũ, ẽt si in alienatione postea secuta fuisset appositũ iuramentũ; quia nõ propterea magis sustinebitur alienatio, vt p Rom. in d. consi. 369. in quinto dubio. & per Aret. in consi. 114. de quo alibi latius dicemus.

4 Limitatur † autem nostrum priuilegiũ pluribus modis. & primo limitatur non procedere quo ad alia bona, quæ non sunt de mensa: quia illa ex legitimis causis

sis poterit alienare, vt per eundem Bertachi. in d. tract. de epo. lib. 4. in quarta par. nu. 131. ideo autem diximus ex legitimis causis; quia sine eis, & absque sollemnitatibus a iure requisitis, non posset prælatus illas etiam alienare d. c. 1. cum ibi not per Gemi. Franc. & alios. de reb. eccles. non alie. i 6. & Clem. 1. eo. ti. & c. fine exceptione. 12. q. 2. Pau. de Cas. in cons. 74. in prin. vol. 1. Imo. in cons. 115. in prin. & Gozad. in cons. 73. in prin. & hoc hodie nullã habet dubitationem, propter Constitutionẽ seu Extrauagan. Paul. secũdi qua cautum est, nulli hominum licere ecclesiastica bona alienare, inconsulto Romano Pontifice, contrafacienti excommunicationis pęna iniũcta, & amisionis beneficiorũ quorũcunque, vt patet in Extrauagan. de reb. eccles. non alie. c. vnico. de qua etiam habetur per Fely. in c. de quarta. colum. 3. nume. 6. de præscripti. Gra. lib. 2. respõ 142. col. 4. nu. 25. & per Dec. in cons. 329 col. fi. nu. 5. Concluditur ergo, ꝙ ex legitimis causis, & seruatis sollẽnitatibus, prælatus poterit alienare, inconsulto Romano Põtifice, bona suæ ecclesiæ, quæ nõ fuerint de sua mensa. quæ autẽ bona dicantur de mẽsa, scribit Guid. Pap. q. 154. legitimæ autẽ causæ, quæ sint, ponitur per Gl. in c. in summa. 12. q. 2. & Pau. de Cas. in d. consil. 74.

5 † Et inter ceteras causas legitimas est necessitas: puta exsoluendi æs alienũ, & debita Ecclesiæ legitime cõtracta, vt ibidẽ per Pau. de Cast. & Abb. in c. in præsentia. colum. 17. ante n. 29. de probat. vbi facit mẽtionem de quatuor legitimis causis, de q̃bus statim dicemus, & habetur ẽt pulcre per Gerard. in suo singu. vlti. in fi. Nec mirandũ;

6 † quia Necessitas nõ subiacet legibus. l. 1. C. de ope. liber. l. 2. de offi. cõs. Grã. cons. 100. nu. 18. in ciuili. Crauet. cõsi. 12. col. 2. & ideo stante statuto, quod mulier non possit alienare, sine cõnsensu propinquorum, tale statutum non habet locũ in alienatione, quæ fieret ex causa necessitatis, quæ ĩduceretur lege, vel statuto: vt plene per Rim. iu. Inst. quib. alie. lice. vel non in prin. nu. 148. & idem in statuto prohibente alienationem in forensem, vt nõ habeat locum in alienatione necessaria, vt ibi dicit, num. 147. quia vt dictũ est, Necessitas non subiacet legibus. & ideo dicitur, ꝙ necessitas facit de illicito licitũ, vt in c. licet de fer. late Fel. in c. cum accessissent. col. 15. de consti. & Barba. in c. nullus el 1. de pign. Notandũ est tñ, quod in isto casu alienatio non poterit in eum fieri, de quo merito Ecclesia conqueri posset, vt in magnum principem, vel aliàs in potẽtiorem, vt colligitur ex traditis per Grat. lib. 1. respon. 133. nu. 10. cum sequen.

7 Secunda † causa legitima erit vtilitas ipsius Ecclesiæ, vt si de pretio ematur fundus vtilior, vt legitur apud Bal. ĩ l. cũ ij. §. eũ. el 1. de trãsac. Soz. iu. in consi. 28.

Tertia est, qñ propter incõmoditatem, vel modicã vtilitatẽ. c. terrulas. 12. q. 2. & habet̃ p̱ Gui. Pap. q. 149. & 156. & q. 158.

8 Quarta † cã legitima erit causa redemptionis captiuorum, & sic cã pietatis. l. sancimus. l. vlt. C. de sacros. Eccl. late p̱ dictã Glo. in c. in summa 12. q. 2. & per Dec. in c. quæ in ecclesiarũ. col pe. ver. tertius & vlti. casus. de consti. & Boer. decis. 126. n. 9. quia alias iurm esset illicitum, & contra opus pietatis; cum captiuorum redimendorum causa & sacræ quoque res, & sanctę alienari possint, vt Insti. de rer. diui. §. sacræ res. & multa illorum fauore & causa conceduntur a iure q̃ alias non cõcederẽtur, vt p̱ Rom. in cons. 316. ad fi. & seqtur Boer. cons. 1. nu. 21. & quãuis ij captiui redimendi videantur, q ab hæreticis gentilibus publicisq; hostibus detinẽt, & in q̃b. timeri possit periculũ corporis, vel aĩæ, sm̃ Gl. not. in c. sicut oĩno. 12. q. 2. alia tamẽ Gl. in c. sacrorũ. ea. q. & cã voluit ẽt procedere in captiuis ex maleficio: & illã Glos. cõiter Doct. sequũtur. Bal. in l. illud quod. in prin. C. de sacros. Eccl. & in l. quamuis. sol. mat. quem sequitur Ale. ibi. col. 2. nu. 11. & idẽ Ale. in l. Marcellus. §. res. col. 1. ĩ fi. ad Trebel. & Fel. in c. significauit. col 2. nu. 4. ver. & not. ꝙ iura. de Iudæ. Et in istis casibus non erit satis, de cã legitima constare per assertionem; vel narrationem in-

ſtrumētis ſed debébit legitime ꝓbari alijs
modis iuxta ea, q̃ dixi late in priui. 40. in
prin.& habetur ꝑ Sozi.in conſi. 29.col. 2.
n 10.& 11.vol.1.& Guid. Pap.quæſt. 151.
Corn.conſi.71.col.1.in littera B. vol. 3.

9 Secundo † limi.non ꝓcedere in aliena
tione rei minimæ ipſius Eccleſiæ; quia nō
obſtāte iurō illā poterit alienare, & vale-
bit alienatio.ita Abb.in c.vt ſuper.de reb.
ec.non alie. Videmus.n q; & in eadem nō
requiritur ſollemnitas, quæ alias in nō mi
nimis requiritur.c.ſine exceptione. 12.q.
2.& cap.terrulas.ea.q.& cā.& Aucte.hoc
ius porrectum. C.de ſacroſ. Eccleſ.& vo-
lunt Doct.in c.ad aures.de reb.eccle.non
alie. quod eſt mirabile ꝑꝑ iurm, vt dixit
Brun.in ſuo tracta.de ſtatu.fęmi.a ſucceſſ.
10 exc.artic. 9.quæſt.vlti.col. 2.† nā videmus,
ét ſi in minimo quis contraueniat iura-
mento, dicitur incidere in periurium: vt
ex pluribus deducit alios allegando Go-
zad.in conſi.69.col.2.ad fi.vbi dicitur, q;
ſi quis fuit contumax in ſoluendo, etiā nū-
mū vnū, dicitur effectus periurus. Sed cer
te reſpondendum eſt, ideo Prælatum in
alienatiōe rei minimæ nō incidere in piu
11 rium; † quia quo ad alienationem illius
non præſumitur iuratum: videmus enim,
quod propter rem minimi redditus non
præſtatur iuramentum fidelitatis, vt in c.
1.§.fidelitate.de cap.Corrad. & per Alci.
de verb.ſignif.lib.1.& propter rem mini-
mam non requiritur iuramentum in aſſe-
rente.vt per Bello.in conſi.49.nu.13.& ꝓ
pter minimum debitum quis nō iurat, vt
Roma. in ſingula. 96. quæ omnia nobis
præſtant magnum argumentum, vt non
intelligatur iuratum de non alienando rē
minimam. Vbi ergo iuratum diceretur,
crederē periuriū eſſe commiſſum, ſecuta
alienatione, vt ī cōtrario. & ꝑ hoc patet
nō eſſe ita mirabile, vt Bruno viſum fuit.

Tertio limi.† priuilegium non procede
12 re, quando non eſſet vera, & propria
alienatio; quia tunc, non obſtante iu-
ramento, valeret; & priuilegium noſtrū
intelligitur in alienatione propria. Et
ideo ſuperioribus annis, cum Romæ le-
gerem, conſului contra quendam epiſco-
pum, qui donauerat nonnulla bona ſuæ
menſę epiſcopalis Capitulo eiuſdem Ec-
cleſiæ; & volebat contra talem donationē
venire: nam dixi eum non poſſe; quia va-
luit, non obſtante iuramento; & dixi ita te
nere Hoſt.& Ioan. And.in c.nouit. de his,
quæ fi.a præla. Ab in c.poſſeſsiōes. de reb.
eccleſ.non alie.& Card.in Clemen. ſi vna.
§.1.in 6.quæſt.de reb.eccl.non alie.& Im.
in d.c.poſſeſsiones; quia vt dicunt pręfati
Doct.in dictis locis, non fuit vera aliena-
tio, cū dicta bona remāſiſſent in dominio
eiuſdē Eccleſię.arg.l.voluntas.C.de fideic.
13 † Et talis donatio facta Capitulo, vt Ca-
pitulo in effectu dicitur facta Eccleſię. l.
quod principi.de leg 2.& nota.in c. quo-
niam Abbas.de offi.delega. quinimmo di
cebatur quodammodo etiam facta ſibi ip
ſi; quia epiſcopus & Capitulum reputan-
tur vnum corpus: cuius ipſe epiſcopus eſt
caput; Capitulum vero ſunt membra, vt ꝑ
Fed.de Sen.conſil o 1.& Abb.in conſ. 57.
colum. 2.in princ par.& hoc intelligendū
eſt, quo ad effectum iuris, & vnionem Ec-
cleſię; quia vere epiſcopus & Capitulum
ſunt omnino diuerſa, vt patet ex diuerſita
te tit.de his quę fi.a pręla.& ti.de his, quę
fiu.a maio.parca.& in c.poſtulaſti.de con-
ceſſ.præben.& c.a collatione. de appella.
& per Abb.in proœm.Gregori.colum.7.

Quarto limi.vt nō ꝓcedat in illis bonis,
quæ ipſe pręlatus ex redditibus ſui anti-
qui patrimonij, vel aliter ex induſtria ſua,
veluti ex officijs per eum geſtis, vel ex
eius doctrina, & exercitio ſeu aliter intui-
tu ſuę perſonę acquiſiuiſſet; quia illa pote
rit donare, & quomodolibet alienare. ca.
quia nos. & ibi Docto. de teſtamen. & c.
cum in officijs. eodem titul. nam huiuſmo
di bona non ſunt Eccleſiæ: licet aliàs prę-
latus quidquid acquirit post habitum
epiſcopatum, pręſumatur acquiſiuiſſe de
bonis Eccleſię; & propterea ipſius eſſe in
telligantur, capitu. vnuſquiſque, & c. p. fin.
de pecul.cle. Calca.conſi.19 colum.8.ver-
ſic.& quia dicta bona. & ita voluit in his
terminis Cor.in conſ.79.colu.2.volu.4.&
in conſi.

in consi.314.vol.3.vbi ēt colligitur quin-
ta limitatio, vt nō procedat in redditibus
ipsius Ecclesiæ, & alijs rebus, quas poterit
moderate donare, & alienare in personas
bene merētes, dū tñ nō sint in mag na quā-
titate; & sic etiam se habet consuetudo,
vt ibi late per eum

Sexto & vltimo limi. non procedere,
quo ad bona Ecclesię, quę solita erant alie
nari: nam si reuertantur ad eandē Ecclesiā,
poterunt de nouo alienari, etiā inconsul-
to Romano Pontifice, non obstante iura-
mēto, veluti rem solitam in emphyteusim
dari, vt per Ab. in c. vt super. de reb. eccle.
non alienand. & latissime idem tenendo
consuluit Corne. in consi.181.col.4.vol.2.
quia in his plurimum potest consuetudo,
vt in simili dicit idem Corn. in con.250.
vol.3. & prædicta vera sunt; nisi illa bona
reuersa ad Ecclesiam fuerint incorporata
mensæ episcopali, vt colligitur per eun-
dem Corne. in d. consi.181. & Guid. Pap.
quæst.154. idem in feudo. c. fi. de feu. & c.
per tuas. de donati.

SVMMARIVM.

1 *Pœna adiecta obligationi quantitatis censetur adiecta in fraudem vsurarum.*
2 *Limita quando interuenit iuramentum.*
3 *Iuramentum reddit contractum magis suspectum.*
4 *Insolita arguunt fraudis suspicionem.*

PRIVILEGIVM LIII.

QVinquagesimum tertium priui
1 legium est; † quia quāuis aliàs
pœna adiecta in obligatione
quantitatis censeatur adiecta
in fraudem vsurarum. l. rogasti. §. si tibi.
si certū peta. l. cum allegas. C. de vsur. cap.
2 dilecti. de arbi. & cap. suam de pœn. † Ta
men si ad pœnam est additum iuramen-
tum, facit cessare suspicionem vsurariæ
prauitatis, vt per Alexan. in consi. 158. vo
lu.2. & per Bauer. in suo tracta. de virtu.
iura. nume. 73. & refert etiam ac sequitur
Gram. decis. 58. nume. sexto. & habetur
apud Guid. Pap. in singula. 795. facit pro
hoc; quia non est præsumendum iuramen
tum fuisse interpositum in fraudem legis,
& in detrimentum propriæ salutis. l. fin.
3 C. ad legē Iuli. repetu. † In contrarium
facit; quia iuramentum facit, vt contra-
ctus reddatur magis suspectus. cap. super
hoc. de renunci. & tenet in simili Specu-
la. in titu. de confess. §. nunc videndum re
stat. versi. sed nunquid. facit, quod scribit
Corne. in consi. 23. colum. 2. volum. 3. vbi
inter alias præsumptiones ad probandum
contractum vsurarium perpendit, quod
duplex iuramentum fuisset per venditorē
præstitum. Sed dici potest, hoc esse verū,
quando iuramentum est omnino insoli-
4 tum; † quia insolita argunt fraudis sus-
picionem. Gloss. in l. si quis sub conditio-
ne. de condi. insti. Ias. in l. 1. §. is videtur.
col. 1. in fin. si quis iusdic. non obtemper.
Dec. in l. quæ dubitationis. numero 3.
de regu. iur. in cap. ex parte. colum. 3. in
fin. nume 6. de rescrip. in consi. 94. colu. 1.
& in consi. 399. Abb. in c. quod super his
de fide instrumen. Curt. iun. in consi. 178.
& Gram. consi. 25. col. 2. nu. 8. & 9. & alibi
sæpe per Docto.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis peti non potest, nisi quatenus concurat cum interesse.*
2 *Pœna conuentionalis promissa cum iuramēto, potest excedere interesse.*
3 *Pœnam quamcunque apponere possunt contrahentes*
4 *Iurās. si fecit quidquid potuit, excusatur a pœna conuentionali.*

PRIVILEGIVM LIIII.

QVinquagesimum quartum pri-
1 uilegium est: † nam dicitur,
quod pœna conuentionalis
peti non potest, nisi quatenus
concurrat cum interesse. l. Celsus. de arbi.
l. 2. si quis cauti. l. post diem. de lege com.

Gram.siue alius consf.66.nu.74.& 76.in ci
2 ui. † Tamen quando pœna conuentionalis est promissa cum iuramento; tunc peti potest, etiam si cum interesse non concurrat, ex priuilegio iuraméti, etiam si forte esset suspicio vsurarum, secundum ea, quæ diximus in præcedenti priuilegio. ita voluit Alex.& Docto.omnes.in l.stipulatio ista.in prin.de verb.obli.refert & seqtur Maran.in sua disputa.7. ad fi.quia per iuramentum purgatur suspicio vsurariæ prauitatis, vt diximus in d. pcedenti priuilegio. Sed cõtra huiusmodi priuilegiũ facit; quia nullo modo videtur posse procedere:nam aut quærimus de rigore vtrũ peti posit pœna, etiam si excedat interesse:& dicendum est, quod sic; quia non solum poterit excedere vltra duplum, sed et vltra quadruplum, si simpliciter fuerit apposita:vt voluit Innoc.in ca.sacro. de senten. excommu. Rodul. in suo tract. de vsur.quem fecit commentando.c.consuluit.de vsur.quæst. 65.& Balb.in tract. de præscripti.in secunda parte, tertiæ partis prin.quæst.13.& est communis opi.secundum Alex.in consf.157.col.2.vol.6.& Ias. in l.2.nu.141.C.de iure emphy.& p Maran.in d.disputa.7. nu. 26. vbi cócord. Et
3 hoc pcedit;† quia licet partibus pœnam quamcumque apponere, arg. l.in re mãdata.C.mãdat.& late per Bolognet.in l.vni. post nu.141.C.de sent. quæ p eo qđ inte. profer. Nec obstant iura in contrarium supra allegata, quatenus in eis dr ꝙ pœna peti nõ põt, nisi quatenus concurrit cum interesse.vt in l.Celsus.& in alijs supra allegatis; qa respondetur, ꝙ procedunt, qñ pęna expresse adiecta est respectu interesse stipulatoris; qa tunc, si nihil intersit, nihil peti põt, secus qñ simpliciter pmissa est pęna nulla habita relatione ad interesse partium; quia tunc pœna peti poterit, ét si nullũ versetur interesse; qa licuit partibus quãcumq; pœnã apponere; nec succedit loco interesse:quod patet; quia interesse excedit pœnã.l.prædia. de actio.empti.Corn.consi.8.col.7.in prin.vol.3.& latius deducit Bolognet. in d.l.vni.post nu. 139.C.de sent.q̃ pro eo. Vel resp.ꝙ dicta iura nihil faciunt; quia solum dicunt, ꝙ si petita sit res principalis, vel eius cã transactum, pœna peti non põt; quia illi renunciatum censetur, ex quo pęna fuit adiecta respectu rei principalis, sed si pœna peteretur, ꝙ, inquam, peti non posset vltra interesse, ibi illa iura non dicunt: vnde stabo alijs iuribus dicentibus pœnã peti posse, ét vltra quã intersit, vt supra dictũ fuit. Cũ ergo pœna de rigore iuris peti posit, ét si trãscendat interesse, iam sequitur manifeste, ꝙ quantum ad hoc, iuramentũ nihil operetur. Aut quærimus, an peti posit secundum æquitatem, ét si excedat interesse; & in isto casu duæ sunt opiniones contrariæ: nam quidam dicunt, ꝙ non.& ita igtelligunt procedere illa iura, quæ fuerũt adducta in principio priui. videlicet l. Celsus.cũ alijs supra relatis.& dixit Corne.in consf.196.col.2.vol.4.ꝙ ita multi tenent de iure canonico, saltem in foro conscientiæ.Sed in contrarium se habet communis opi:vt testatur idẽ Corn.in cõs.28. in fin.vol.2.vbi dicit, ꝙ de iure canonico, & sic secundũ æquitatem, pœna vltra interesse peti põt, iuxta cõem opi.& idem dicit in consi.69.col.pen.ad fi.eo.vol. & subdit nõ esse peccatum illas exigere, exactasque retinere; ex quo talis exactio, vel retẽtio pmittitur de iure canonico, quod non permittit aliquid cum peccato. & idem quoque tenet in consi.2.colu.6. vol. 3.vbi similiter testatur de cõi:& vult etiam procedere in foro pœnitentiæ; licet aliàs dici soleat, ꝙ pœna in foro pœnitentiæ nõ debetur, per tex.in c.fraternitatis.12. q.2. quod & tradit Dec.in.cap.1.nu.20.& ibi quoque Feli.nu.56.de consti.& idẽ Dec. in l.quod a quoquam. de reg.iu.& Corse. in suis singulari. in ver. pœna. quia idem Corn.respondet, ꝙ ista opi.procedit respectu debitoris; non respectu creditoris, qui illam, ét in nihilo lędendo propriam conscientiam, retinebit; cum quantum ad eũ, iure sibi pœna debeatur; licet non quantum ad debitorẽ: de quo debet intelligi, ꝙ loquatur tex. in d.ca. fraternitatis. Hæc

cum

cum ita se habeat, apertissime colligitur, quod iuramentum nihil operabitur; quia et secundum æquitatem, & quod magis est in foro cõscientiæ, pœna debetur, etiã vltra quàm intersit. quid dicen.? puto iuramentum operari effectum, quando pœna adiecta esset respectu interesse: quamuis enim isto casu non deberetur, nisi quatenus cum interesse concurreret, ex quo eius loco succedit. l. fin. de prætori. stipula. tamen si esset appositum iuramentũ, debe retur integra pœna; quia iuramentum nõ vergit, si seruetur, in dispendium salutis eternæ. quod patet apertius: nam quando pœna imponitur respectu rei, vel interesse partis, videmus quod nõ potest excedere quadrupulum; vt habetur in §. omnes autem actiones. Insti. de actio. & tamen si apponatur iuramentum, poterit excedere, vt habetur per Ancha. in consi. 148. quem al legat & sequitur Ant. de Petr. in reper. l. 2. num. 86. de iureiuran. idem quoque voluit Ro. in consi. 510. col. 4. nu. 11. vbi ple nissime agit de hac materia. & ĩ d. l. stipu

4 latio ista. §. alteri. de verb. obliga. † Et est notandũ circa huiusmodi priuilegiũ generaliter, quod qui cum iuramento promisit pœnam, si promissa nõ seruaret, non tene tur ad aliquam pœnam, si fecit quidquid potuit circa illud, cuius occasione illã promisit: sed excusatur sm̃ Gram. late hoc disputantẽ, & ita cõcludentẽ in sua quæst. 2. quæ habetur post eius cõsi. criminalia. & ibi testatur de communi opinione quod tamen quemadmodum intelligendum sit, alibi per nos explicatum extat.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum potest esse indicium sufficiens ad torturam.*

2 *Vulnerati dictum, in mortis articulo cũ iuramento, facit indicium ad torturam.*

PRIVILEGIVM LV.

1 QVinquagesimum quintũ priuilegiũ est; † quia iuramentum potest esse indicium sufficiens ad torturam. exempli gratia, Extat statutum, quod pro rebus furto subtractis vsque ad summam florenorum decem, soluantur pro pęna centũ: ab inde supra vsque ad summam florenorum quinquaginta, fustibus cædatur. factũ est mihi furtum in domo: volo iurare, quod res furto subtractæ ascendunt ad valorem florenorum quinquaginta, & vltra: certe possum iurare; & standum est meo iuramento, vt patet ex his, quæ dixi supra in priui. 31. nu. 107. Et quamuis tale iuramentum non sufficiat, quantum ad effectum, vt fur possit condemnari: tamen satis erit ad faciendum indicium ad torturam, vt per Barto. in l. fi. in fi. de in lit. iu. de quo etiam per Ange. in tractat. malefic. in ver. fama publica. ver. iuramentum. Alex. in consil. 103. vol. 1. & in l. 2. de damn. infect. Sozi. in l. ait prætor. la 1. in fi. princip. de iureiuran. & de hoc dicto mentionem quoque facit Carrer. in sua Pract. in prin.

2 nume. 154. vbi tamen nihil firmat. † Simile videmus in vulnerato, qui si medio iuramẽto deponat se a Titio fuisse vulneratũ, dum esset in mortis articulo, & esset alias homo bonæ conditionis & famæ, facit indicium ad torturam, vt post Marsi. scribit Folleri. in sua Practi. crim. in secunda parte. secundæ partis prin. in ver. item, quod sororem. nu. 27.

SVMMARIVM.

1 *Socius non conuenitur, nisi in quantum facere potest.*

2 *Iuramentum facit quod socius conueniatur pro integro debito; & sic etiam vltra quam facere posit.*

3 *Iuramentum habet vim specialis derogationis.*

4 *Iurans censetur in genere cogitasse de omni remedio sibi competen.*

5 *Renunciatio specialis plus operatur generali quod declara, vt ibi.*

6 *Generalis cogitatio de iure sibi competen. sufficit ad faciendum validam renunciationem illius.*

7 *Clerici non conueniuntur, nisi quatenus facere possunt.*

PRIVILEGIVM LVI.

1 QVinquagesimum sextum priuilegium est: † nam tu scis, quod regulariter socius non conuenitur, nisi in quãtũ facere potest, deducto ẽt ne egeat, & non deducto ære alieno. l. sunt q. de re iudica. §. sed & si qs vbi Glo. Insti. de actio. Papien. in sua Practi. in forma libell. in cã societatis. in ver. ad diuidendũ. & hoc est pp fraternitatẽ, quæ dr̃ esse in societate; pp quam inconueniẽs est q vnus egeat; alius vero locuples existat, vt l. verum. in prin. ꝓ socio. Corne. in consi. 128. in princ. vol. 3. vbi ponit tres limitatioues ad hanc regulam, videlicet: quando versatus esset in dolo; quando integrum promisit; item & tertio quando renunciauit huic beneficio. adde & quartã, quando negauit se socium, vt in d. §. sed &
2 si quis. vbi Glo. hoc dicit. † Tamẽ si in cõtractu societatis fuit appositũ iur̃m; quia habet vim specialis cõsensus, & renunciationis, arg. l. cũ pater. §. filius matrẽ. de leg. 2. Bal. & Saly. in l. 1. C. cõmodati. Corset. in rub. de iureiurã. in trigesimosexto priuilegio. Barba. in consi. 25. col. 9. vol. 1. conueniri in solidum poterit, vt quia iurauerit restituere, quod ab eo habuit vel recepit; quoniam vr̃ de suo priuilegio cogitasse, & illi renunciasse specialiter: quod facere potuit, & fecisse intelligitur, pp iur̃m, qđ vt dixi vim hẽt specialis renunciatio-
3 nis, † & similiter habet vim specialis derogationis, vt per Bal. Alex. & Ias. in l. sancimus. C. de testamẽ. & Corse. in d. rub. de iureiur. in septimo priuilegio. & dicã ego latissime in priuilegio. 75. vnde per suum iur̃m vr̃ voluisse quodãmodo derogare dicto beneficio, vel potius renunciare, vt
4 dixi; † nã videtur saltẽ in genere cogitasse de omni remedio sibi cõpetẽte, per quod posset veniri contra ꝓmissionem, per ea quæ notantur per Doct. in l. sub prætextu. la 2. C. de transacti. & ita cum hac opinio. concludit Alex. in consi. 133. vol. 5. Cõtra huiusmodi priuilegium tenet Ias. in l. sed & si quis. §. quæsitum. si quis caut. & males;
5 † quia quamuis specialis renunciatio plus operetur, quam generalis, vt ibi habetur per Bar. & Areti. in consi. 8. colu. 3. versic. nec obstat. tamen hæc regula in contractibus non procedit, sicut nec in vltimis voluntatibus, vt per eundẽ Aret. in consi. 33. col. pen. ver. sed tamẽ. vbi ẽt dixit q ad tollendũ senatusconsultũ Velleianũ, sufficit
6 generalis renũciatio. Et † quis in tali iur̃o, non censeatur in specie cogitatum de huiusmodi priuilegio, ne cõueniri possit ĩ solidum: tamẽ dicitur cogitatum in genere & talis cogitatio sufficit. l. qui iure militari. de testam. mili. late Curt. iu. in consi. 49. col. fi. ad fi. & ita in specie reperio Ias. reprobatũ ꝑ Io. Lup. in repeti. c. per vestras. §. fi. incipien. limita tamen. nu. 22. de donatio. int. vir. & vxo.
7 Istud priuilegium † potest ampliari, etiam procedere in clericis, qui non possunt conueniri vltra quam facere possint. Glo. in l. miles. de re iud. sequitur Roma. in cõsi. 369. in 6. dubio: nam si iurauerint, censebũtur huic priuilegio renũciasse. & idẽ in alijs personis; quæ similiter non cõueniuntur, nisi in quãtũ facere possunt; veluti in marito conuento dotis restituẽdæ causa, in donãte, in milite, & similibus: de qbus in l. patronus. & l. seq. de re iudicat. in §. itẽ si de dote. & in d. §. sed & si quis insti. de actio.

SVMMARIVM.

1 *Societas finitur morte alterius socii*
2 *Iuramentum perpetuat societatem in hæredes.*
3 *Verba hæc Non possit, importãt legis resistẽtiã.*
4 *Iuramẽtũ nihil operatur ĩ actu, cui lex resistit.*
5 *Lex vbi resistit actui, non oritur neque ciuilis, neque naturalis obligatio.*
6 *Societatem cõtrahere cum incerta persona, & forsan damnosa, iniquum reputatur.*
7 *Obligationes, & actiones omnes regulariter trãseunt ad hæredes.*
8 *Hæres tenetur præstare factum defuncti*
9 *Iuramentum defuncti, quo ad robur cõtractus, transit ad hæredem.*
10 *Declaratio ad tex. in § soluit. Insti. de societa.*
11 *Industria personæ in dubio censetur electa.*
12 *Dictio Nisi, importat exceptionem.*

Clausula

13 *Clausula generalis in fine posita refertur ad omnia præcedentia.*
14 *Lex quando aliquid non dicit, nec nos dicere debemus.*
15 *Incertitudo regulariter solet vitiare omnẽ dispositionem.*
16 *Incertum non ruptatur, quod potest certificari ex aliquo futuro euentu.*
17 *Hæres tenetur ad obseruantiam iuramenti, præstiti per defunctum.*
18 *Incertitudo de æquitate iuris canonici non vitiat actum.*
19 *Socius assumens sibi socium parum diligẽtem, vel damnosum, sibi imputatur.*
20 *Societas potest ante tempus diuidi, quando alter ex sociis est damnosus.*

PRIVILEGIVM LVII.

1 Qvinquagesimum septimum priuilegium est valde singulare: † nam tu scis, quod societas finitur morte vnius ex socijs; quod etiam procedit, si conuentum sit vt societas transeat ad hæredes; quia, huiusmodi conuentione non obstante, societas nihilominus finitur morte vnius ex sociis, nec transit ad hæredes. §. soluitur. Insti. de societ. l. adeo. l. nemo. l. verum. §. in hæredem l. hæres socij & l. si fratres. §. idem respondit. el 1. pro socio. Roma. in terminis in consi. 105. colum. 1. versi. quo ad tertium. Corn. in conf. 1. in prin. consi. 30. col. 1. in prin. & consi. 134. col. pen. ad fi. vol. 1. vbi tamen dicit, quod durat effectus societatis, & transit ad hæredes circa ea, quæ dependent ex rebus communibus, seu antea gestis & inchoatis. d. l. hæres socij. & tradit etiam Rui. in consi. 216. in prin. vol. 1. Tñ si in pacto inito, ꝙ ad hæredes trãseat,
2 fuerit appositum † iuřm, talis societas transibit ad hæredes, & cũ eisdem continuabitur. ita singulariter dixit Io. Fab. in d. §. soluitur. per tex. in c. cum contingat. de iureiuran. hanc quoque opinionem videtur sequi & tenere Capic. in decis. 174. in secundo dubio. nu. 5. non quidem eo casu, quo nominaretur certus hæres; quia hoc esset contra bonos mores, ex quo per indirectũ auferret liberam testandi facultatem; cũ teneretur illum facere hæredem, quem futurum socium esse voluit: quod non est dicendum. d. §. idem respõdit & l. nulla eo. ti. ꝓ socio & l. i hoc iudiciũ. §. si cõueniat. cõi diui. quæ iura ad hoc allegat Ro. in d. consi 106. Sed tũc vult societatẽ ad hæredem transire posse, cũ non noĩatur aliquis certus hæres. Nec obstat, ꝙ in tali casu videatur deficere cõsensus; ex quo nõ pôt cõsentiri in habendo sociũ incertum, & quẽ penitus ignorat; & societatis cõtractus cõsensu contrahatur, vt Insti. de obligati. ex consen. qa rñdet, ꝙ iuřm vř posse operari hunc effectũ, vt nõ obstãte incertitudine, societas contrahi posßit, non vt nunc; sed vt tũc, cum morietur socius, ꝑ cuius mortẽ certificabitur quis sit iste hæres, & ex cõsequenti socius, qui poterit propterea cõpelli ad consentiendum iam initæ societatis; præsertim, quòd tale iuramentum non inducit aliquid, qđ sit contra bonos mores: vt latius per eundem Capi. satis consuse loquentẽ more suo. Ego circa dictũ Io. Fab. animaduertendũ existimo; ꝙ ipse nõ tenet dictã opinionẽ ꝓ cõstãti; sed dicit, ꝙ forte de iure canonico pactũ hinc inde iuratũ super societate, trãsiret ad hæredes per. c. cũ contingat. de iureiur. quod ẽt obseruauit Curt. iu. in consi. 53. illud aũt certißimum est, quod contra Io. Fab. tenet Ale. in addi. ad Bar. in d. l. adeo. pro socio. vbi dicit opinionem illam esse contra rationem Bar. ibi; q. a. s. impediretur indirecte libera facultas testandi. & ita ẽt tenet Curt. iu. in d. cõsi. 53. & Grat. li. 2. resp. 66. post nu. 24. & li. 1. resp. 15. col. antepẽ. ver. & ex his apparet. n. 26. cũ plurib. seq. vbi ꝑ hac opinione, ꝙ. s. societas nõ poßit ad hæredes trãsire ẽt si ita iureiurando inter partes cõuenerit, põderat tex. in d. l. adeo. ibi, Nec ab initio pacisci possumus. ꝑ so-
3 cio, † q̃ quidẽ verba important legis resistentiã l. cũ lex. vbi Bar. de fideiuss. & in l.
4 stipulatio ista. §. alteri. de verb. obligati. † Sed vbi lex resistit, iuřm non valet, nec q̃d quã operatur. l. nõ dubium. vbi est casus. & ibi etiam notant omnes. C. de legibus.

Feder. de Sen. in consi. 172. quem sequitur Imol. in d. cap. cum contingat. de iureiur. Ang. in Aucten. sacramenta puberum C. si aduersus vendi. & Ias. in l. si donatione. colum. pen. C. de collat. & Dec. in consil. 536. col. fi. in fi. † Et tanto magis qa lex resi stit ab initio; quo casu nõ orit̃ nec ciuilis, nec naturalis obligatio. l. iubemus. C. de sa crosan. Eccles. l. si nõ sortẽ. de cond. indeb. Corne. in consi. 252. col. fi. ad fi. vol. 3. cum concordantijs relatis per Grat. in d. respon. 19. nu. 31. & Gram. consil. 25. nu. 5. in ciuili. vnde iuramentum nihil potest ope rari; tum quia nõ parit obligationẽ, id est, non est modus inducendæ obligationis tum etiam, quia cum sit confirmatorium, non potest esse obligationis productiuũ; ex quo actus agentium nõ operatur vltra eorum intentionem. Secũdo idem Grat. 6 vbi supra. nume. 34. & 35. considerat † iniquum esse contrahere societatem cum persona incerta, & forsitan damnosa, vt probatur in d. §. soluitur. Insti. de societa. vbi dicitur, quod qui societatem cõtrahit certã personã sibi eligit. sed iur̃m non dẽt esse vinculũ iniquitatis; merito igit̃ nihil operabitur: & subdit, quod ita tenẽt communiter Doctor. ex quo dum concludunt & volunt, quod pactum, vt societas. s. transeat ad hæredes, non valeat, debet intelligi, etiam apposito iuramẽto; ex quo a com muniter accidẽtibus semper in quolibet cõtractu apponitur iur̃m: quod eos nõ latuit. & similẽ cõsequentiã facit in alijs ter minis Guid. Pap. q. 199. vbi si vigore statuti admittitur exceptio p̃scriptionis ɔtra instr̃m, debet intelligi ẽt de instrumento, in quo continetur iuramentum; ex quo in omnibus obligatorijs instrumentis adhibetur. & subdit Grat. in loco supra allega to, hãc partẽ esse certissimã. q̃ vltra ipsum etiã tenet & sequitur Corn. in consil. 210. vol. 4. Ego tamen, etsi magna sit auctoritas istorum Patrum, arbitror contrariam opinio. cuius fuisse suspicor Io. Fabr. in d. §. soluitur. Insti. de socie. supra allegat. esse de iure veriorem; & non multo quidem negotio deffendi ac sustineri posse, præsertim de iure canonico ex prærogatiua, & priuilegio ipsius iuramẽti. Moueor 7 in primis ex regula generali, quod † omnes contractus, & omnes obligationes, & actiones, præsertim quæ ciuiles sũt, ad hęredes transeunt. l. ex cõtractibus. de actio. & obli. & §. non autem omnes. Institu. de 8 perpe. & tempo. acti. qui † quidem, gestũ factumue ab eorum prædefunctis auctoribus præstare debent. l. hæredem. & l. ex qua persona. de regulis iuris, & l. cum a matre. C. de probati. Et procedit etiam in contractu societatis; cuius quidem obligatio, & actio transit ad hæredes. l. hæres socij. & l. verum §. in hæredem. & l. actione. 9 in fin. princ. pro socio. immo † etiam iuramentum, quo ad robur contractus, transit ad hæredes, vt per Anto. Butr. & Abb. in c. cum sit generale. & ibi Feli. colum. 6. de for. competen. Gemini. & Fran. in c. fi. eo. tit. Ang. Imo. & Aret. in l. superstitis. de ac qui. hæred. Doct. in capitu. Quamuis, de pact. in 6. Et hoc pręcipue verum esse apparet, & procedit, si inter contrahẽtes cõuenit, vt hæredes quoque obligẽtur; quia hoc seruandum est; ex quo contractus ex conuentione partium legem accipiunt. Si ergo inter contrahentes societatem conuenerit, vt ipsa societas transeat ad hæredes, quamuis, inspecta iuris ciuilis censura, hoc fieri non posset: tamen accedente iuramento pactum seruandum erit; quia non est contra bonos mores naturales, nec contra publicam vtilitatem principaliter quia quod societas transeant ad hæredes, vel non transeat, priuati iuris est, prout & ipsa societas; non autem poblici. l. adeo in princip. pro soc. & §. fin. Institu. de iust. & iur. quinimmo societas videtur posse durare in perpetuũ ita, q̃ trãseat ad hæredes per longissimã successionẽ, vt patet in ciuibus vnius ciuitatis, qui sũt socij illius, vt legit̃ apud Ari. ĩ 2. Politi. quãuis talis societas diuersa sit ab ista, d̃ qua agimus.

Videmus in simili, quod vsusfructus finitur morte. §. finitur. Institu. de vsufr. & tamen si in stipulatione vti frui licere fuerit facta mentio de hæredibus, hęres exsti-

ex stipulatu agere poterit l.stipulatio ista. §.sed si quis vti frui.de verbo.obli. Et quã uis Rui.in consi.51.col.6. vol.1. videatur dicere,quòd hoc procedit nõ vigore trãs missionis, sed vigore nouæ concesionis: tamen est contra illum tex.qui dicit ex stipulatu agere posse.

10 Secundo † moueor per tex. in d. §. soluitur. Insti.de societa.dupliciter illum põ derando.& primo in ratione sui:nã inquit ꝙ ideo societas soluitur morte; quia q̃ societatem cõtrahit,certã personam sibi eligit. vbi ergo non eligit sibi certam personam,societas non finitur morte:hoc enim sequitur manifeste,quia ratione dispositio nis cessante, cessare debet eius dispositio. l.adigere.§.quamuis.de iure patrõ.cũ vulga. Videndum est ergo,cur sibi certam ꝑsonam eligat, qui societatem contrahere vult. & quidem nulla alia ratio reddi aut adduci potest, nisi quia societates fiũt, vt socij lucrifaciant; & proinde qui societatem contrahunt,certos sibi homines deligunt,ex quorũ industria & opera,median te societate,lucrum facere possint.faciunt not.per Gl.& Doct.in l.inter artifices. de solut.cum alijs adductis per Boer.in con-
11 sil.13.ad fi.† vbi dicitur, ꝙ in dubio censetur electa industria personæ.& ideo alibi dicit Imperator,ꝙ qui sibi parum diligentem socium assumit,de se queri, sibiq; hoc imputare debet §.fi.Inst. de sociét. Si igitur quis socium sibi futurum eligat, q̃ hæres sui socij fuerit,vt societas perseuerare habeat,si socium mori contingat, nõ video vllam rationem, saltem iuramento interueniente, quæ talem conuentionẽ habeat impedire;cum & contractus locationis transeat in hæredem.§.fi.Inst.de locat. l.viam.C.eo.& contractus emphyteuticus §.adeo.Inst.de loca.& societas vectigaliũ d.l.adeo.& d.§.soluitur.vbi not.& omnes denique contractus, vt supradictum fuit. Secũdo pondero dictum tex.in alle. §.soluitur.nam ibi dicitur, ꝙ si fuerint tres socijvel plures,societas,ꝑ mortẽ vnius solui tur,nisi aliter in coeunda societate conue-
12 nerit.pondero hanc exceptionem,†quam designat illa dictio Nisi.l. actione.C.de transf.vbi late Doct.& latisime Dec. nam ex ea inferẽ, ꝙ si inter socios ab initio con uenerit,ꝙ societas per mortẽ vnius ex tribus socijs nõ soluatur,si vnus moriatur,nõ erit soluta;sed dicẽt perseuerare,iuxta eorum conuentionẽ,vt expresse ex dicto tex. colligitur. Nunc videamus, quo mõ hoc verificari posit. & certe si dicamus prout dicit ibi Gl.in ver.conuenerit,ꝙ societas durabit inter suꝑstites; dico istud esse falsissimum;quia societas per mortẽ vnius ex socijs erit soluta, nec poterit dici ꝑseuerare,quo ad superstites;q̃a tũc esset noua societas;nõ perseueratio veteris;q̃a hæredes socij præmortui vindicabunt illius partẽ. cõstat autẽ,ꝙ si bona vnius ex socijs remoueantur de societate,veluti publicatione, vel quia veneant propter publica,vel priuata debita, societas soluitur, vt expresse in illo tex.habetur; quia societas non solũ soluitur morte,sed etiam ex rebus, ex voluntate,& ex actione:vt inquit tex.in l. verum.§.fi.pro socio.ergo eodẽ modo dicetur soluta,si ab hæredibus vindicentur;q̃a non sunt amplius bona,quorũ causa societas fuerit coita siue constituta: sed opus est nouo cõsensu;& noua dicitur societas, vt ibi ad finem habetur. vt ergo societas non soluatur,dicendum est,quod ab initio cõ uenerit societatem transire ad hæredes socij prædefuncti; sic enim verificabitur exceptio;quia vigore illius conuentionis, & consensus ab initio præstiti,hæres non poterit partem suam vindicare,sed manebũt in societate iuxta sociorum conuentionẽ. Et istum puto genuinum & verum sensũ illius.§ quidquid ibi Glo.& Doct. censuerint non omitto,quod ẽt dici posset illam exceptionem respicere, & determinare omnia præcedentia iuxta textum in l.talis scriptura.§.fina.vbi Bartol.& alij.de legatis 1.idem Bart.in l.si idem §.si vna.de iuris.omni.iud.Aretin.in consi.116. colum. 2.& Dec.consi.11.col.10.& consil.14.per
13 totum,cũ simili.in quibus locis volũt,† ꝙ clausula generalis in fine posita, referatur ad omnia præcedentia. quo stante iam ex illo

illo tex. posset inferri, quòd morte vnius ex socijs non solueretur societas. quod accidit, quando aliter inter partes conuenit. Postremo ad corroboratione huius opi. considerandum est; quia quòd non posit fieri pactum, vt societas transeat ad hæredes, non habet perpetuam causam prohibitionis, cum aliquãdo hoc euenire posit veluti, quia sic pater mãdauerit, iuxta tex. in l. qui negociationem. in princ. de admi. tut. vbi tex. est singularis secundum Bal. in l. cũ oportet. in prin. col. 2. C. de bon. quæ libe. refert Corne. consi. 61. col. 2. in princ. volum. 1. vel quia simus in societate vectigalium, & rerum publicarum, quæ ex conuentione partium ad hæredes transeunt d. l. adeo. pro soc. & per eundem Corn. in consi. 121. in princ. volum. 1. ergo accedente iuramento poterit pacisci, vt trãseat ad hæredes, vt per hanc rationem Doctores dicunt in alijs casibus veluti in donatione inter virum & vxorem, inter patrem & filium, in insinuatione, & plerisque alijs: de quibus dicemus, Deo permittente, suis locis. Et ista pars magis iustificatur ex respõsionibus ad ea, quæ in contrarium fuerunt adducta. Et primo non obstat text. in d. l. adeo pro soc. ponderatus per Grat. quia respondeo, quod procedit, quando partes conuenerunt de certo hęrede, illum nominando; quia hoc non licet, cum indirecte videatur auferre liberam testandi facultatem; ex quo socius, vt supra etiam dictum fuit, cogeretur instituere, & habere sibi hæredem certam personam, vt dicit Bart. in l. si fratres. §. idem respondit. el 1. per illum tex. pro socio: quod est contra bonos mores, saltem a iure ciuili cõsideratos. sed quod non posit cõueniri & pacisci, quod societas nõ trẽseat ad hr̃des quos soci⁹ habere contigerit, ibi nõ dicitur.

14 † vnde nec nos dicere debemus l. in præuaricationibus. §. fin. de præuaricat. l. dissentientem. C. de diuorti. cum simili. allegatis per Crauet. in consi. 90. colum. 1. in fin. & quamuis ille tex. loquatur generaliter: tamen ita dicere oportet, vt iura iuribus concordẽtur, §. cum ex aliena. Insti. de rer. diuisi. Nõ obstat, quòd vbi lex resistit iuramantum nihil operatur; quia fateor, vbi cõuentio fieret nominando certam personam, vt supra dictum fuit & ita procedit dispos. l. non dubium. C. de legib. quia hoc esset cõtra bonos mores naturales, aut saltem a iure ciuili consideratos. sed vbi prohibitio facta esset, non quia ageretur de aliquo, quod esset contra bonos mores, vel cõtra publicam vtilitatem principaliter; sed solum ob subditorum vtilitatem; vel quia et diceretur esse solum contra bonos mores iuris ciuilis censura; iuramentum valeret, & obligaret iurantem, vt per Abb. in cap. cum contingat. colum. 4. in fin. & sequen. de iureiuran. & ista est communis opin. Non obstat, quod huiusmodi iuramentũ non sit obligationis productiuum, ex quo solum iurans intelligit confirmare; quia ꝑcedit quando actus est omnino nullus; nõ si validus aliquo respectu, iuxta notata ꝑ omnes in Aucten. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Non obstat, quòd iniquum videatur contrahere societatem cũ persona incerta, & forsitan etiã sibi damnosa, vt etiam dicit Bald. in d. §. idem respondit.

15 † & quia etiam incertitudo solet regulariter vitiare omnes dispositiones, vt late per Marsi. in l. a vobisquoque de annu. lega. & plenius. in rub. C. de probatio. circa fin. quia pro responsione animaduertendum est, quòd societas non dicitur cõtrahi cum persona incerta, sed cum certa, idest, cum socijs viuentibus: & licet altero mortuo, hęres subintret in locum socij defuncti, non tamen cum eo dicitur contrahi societas, sed potius contracta perseuerari; quia defunctus potest suum hæredem obligare, vt per Glo. Bart. & alios in l. & si sic. de verbo. oblig. & per Dec. in l. hæredem. num. 1. de reg. iu. Pręterea istud quod iniquum sit contrahere societatem cum incerta persona, procedere posset, quando omnino incerta esset persona, cũ qua societas coiri deberet: sed quando aliquo respectu persona hęredis potest esse certa, vel certificari (quod in casu nostro contingit) tempore mortis alterius

sociorum; tunc & eo casu, incertitudo non
16 habet vitiare; † quia non reputatur incer-
tum, quod potest certificari ex aliquo fu-
turo euentu l. hæc venditio. §. 1. de contra
hen. empti. quem tex. ad hoc propositum
adducit Cur. iuni. in consi. 36. colu. 5. nu.
10. & facit etiam tex. in l. si quis ita scripse
rit. de reb. dub. & §. incertis vero. vbi not.
Insti. de lega. & dixit Craue. in consi. 121.
in prin. & consi. 162. colum. 1. versi. tertio.
quod incertitudo, quæ ex aliqua verisimi-
litudine certificari potest, non vitiat dispo
sitionem. Et ideo, stante æquitate iuris ca
nonici, possent hæredes compelli ad so-
17 cietatem continuandam; † tum quia tenē-
tur ad obseruantiam iuramenti præstiti p
defunctum, vt per Gramma. in consi. 100.
num. 20. cum plu. seq. tum etiam, quia ni-
18 hil videtur repugnare, † nisi incertitudo,
quæ ex eadem æquitate iuris prædicti ni-
hil nocet, vt per Marsi. in singul. 223. vbi
concordan. Cotta. in suis memorali. in ver
sic. incertitudo. & Gomes. in §. item si quis
postulante. colum. 4. in fin. versi. adde aliū
nouum. Insti. de acti. & dicam in priu. 86.
Non obstat, quod non debemus habere
socium damnosum; quia respondeo, quod
sibi debet imputare, qui nō cogitauit hoc
faciliter cōtingere & euenire posse. §. præ-
terea. Insti. quib. mod. re contrahi. obliga.
§. fin. de socie. l. cum implere. §. si seruum.
in fin. locat. l. si seruus seruum. §. si fornica-
rius. & §. Proculus ad leg. Aqui. & l. nam
& §. fin. de nego. gest. quinimmo ex quo iu
rauit in ipsa cōuentione, & de hærede est
facta mentio, videtur in genere saltem co
gitasse, quod potuerit esse sibi damnosus
& talis cogitatio dicitur sufficere ad illū
obligandum, l. qui iure militari. de testam.
mili. Alexand. in consi. 27. colum. 3. volu.
1. & in consil. 14. num. 18. & 19. volum. 6.
Felyn. in cap. ex rescripto, colum. 4. de iu-
reiuran. cum alijs relatis per Anto. de Ga
briel. titu. de regul. iur. conclu. 4. num. 14.
Secundo respondeo, quod si socius erit
damnosus & nociuus, poterit intempesti-
ue societas diuidi, secundum Bald. in con
sil. 321. volum. 2. sequitur idem Grat. in d.
respon. 15. in vltimis verbis, & Corn. in cō
sil. 75. in fin. volum. 3. vbi dicit esse text. in
l. si conuenerit. cum l. sequen. pro socio, q
pactum de non diuidendo societatem, in-
telligitur quatenus promissa seruentur, vn
de socio damnoso existente, non dicitur il
le facere, quod promisit; & ideo intempe-
stiue diuidi poterit: vt per Barto. in l. 2. in
fin. & in l. cum satis. C. de agri. & censi. lib.
11. & tradit idem Corne. in consil. 13. ad
fin. volum. 4. & in tali casu socius inferens
damnum in societate, dolo vel culpa etiā
leuissima, de suo resarcire tenetur, vt per
Ioann. de Amic. in consi. 38. Cōcludo igi
tur, quod propter iuramentum sustinebi-
tur pactum conuentum de continuanda
societate cum hæredibus alterius sociorū
prædefuncti, saltem de iure canonico; tū
quia non vergit in dispendiū salutis æter-
næ eius obseruantia; tum etiam quia non
habet perpetuam causam prohibitionis,
& reipublicæ vtilitatem nihil attingit; cū
sit omnino priuati iuris, vt supra dicebā.
cogitabis tamen; quia durum esset & diffi
cillimum in iudicijs hoc obtinere. Illud
autem interea in dubium non venit, socie
tatem vectigalium, vel rerum publicarum
ad hæredes transire posse, si ita expresse cō
uenerit inter coeuntes societatem, vt d. l.
adeo. pro socio & Corn. in d. consi. 121. &
consi. sequen. volu. 1. & Ruin. in consil. 90.
colum. 2. nume. 2. & consi. sequen. colu. 3.
in prin. volu. 1. & in tali casu iuramentum
nihil operabitur.

SVMMARIVM.

1 *Communio solet parere discordiam.*
2 *Diuisio est introducta ad tollendas discordia.*
3 *Nemo cogitur stare in communione.*
4 *Pactum de stando in communione perpetua, an valeat.*
5 *Laudum de stando in communione perpetua non valet.*
6 *Iuramentum validat pactum de stando in communione perpetua.*
7 *Iuramentum, vbi seruari potest sine dispendio salutis æternæ, seruari debet.*
8 *Res faciliter reuertitur ad naturam suam.*

Vniuersi-

9 *Vniuersitas volens reuocare statutum, sine licētia sui Superioris potest; si redit ad ius commune.*
10 *Priuilegium concessum alicui super eo, qd' aliàs sibi competebat, valet etiam in præiudicium alterius.*
11 *Consuetudinibus contrariis in loco existentibus res reducitur ad ius commune.*
12 *Societas duratura toto tempore vitæ sociorum valet.*
13 *Communio late societas nuncupatur.*
14 *Dictio In perpetuum, denotat tempus determinatum.*
15 *Dictio Omnino, denotat actum præcisum.*
16 *Pactum de nullo vmquam tempore diuiden. an valeat.*
17 *Infinitas regulariter est reprobata.*
18 *Voluntas testatoris est maioris potentiæ quam pactum.*
19 *Clausula Omni meliori modo, &c. operatur, quod si pactum non potest valere in totum, valeat pro parte.*
20 *Infinitas permittitur, si hoc verba suadeant; & maxime in dispositione hominis.*

PRIVILEGIVM LVIII.

Qvinquagesimum octauum priuilegium est non valde dissimile
1 a præcedētis; † quia tu scis, quòd communio solet parere discordias, vt l. cū pater. §. dulcissimis. de leg. 2. l. 2. C. quand. & quibus quar. par. libro 10. l. in re cōmuni & ibi Bald. de serui. vrba. præd. l. sancimus. §. ne autem. C. de donat. l. qui neque in fin. de reb. eo. Abb. in cap. si diligenti. colum. 4. in fin. vers. quartus casus. de foro cōpet. Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 24. de verbo. oblig. & in l. non amplius. §. cum bonorum. nume. 11. de leg. 1. Corne. in consi. 252. circa prin. volum. 1. & consi.
2 24. col. 2. in fin. vol. 2. & Craue. in cōs. 264. num. 1. † Et ideo ad eas tollendas inuenta est a iure diuisio, vt per eundem Craue. in
3 consi. 318. quia † nemo cogitur stare in communione, l. fin. communi diui. l. inter omnes. C. de prædi. min. l. si non sortem. §. si centum. de condi. indebi. Corne. in consil. 75. colum. 2. post princ. volum. 3. Gram
4 ma. in consi. 221. in prin. in ciuili. † Et proptèrea dicitur, quòd si fuerit factum pactum de stando in communione perpetua huiusmodi pactum non valet, tamquam nutritiuum peccati, seu saltem præstās occasionem discordiarum; & ideò nec inducit obligationem naturalem. Angel. in cōsil. 225. pro hoc solet a Doctorib. communiter allegari tex. licet vulgatus in l. ī hoc iudicium. §. si conueniat. vbi. & Bartol. & Albe. communi diui. nam ibi dicunt talē communionem non posse excedere metā triginta annorum. facit quod in simili dicitur de pacto inito inter emptorem, & venditorem, ꝙ in perpetuum emptor sit obligatus retrouendere; nam talis obligatio durat per triginta annos, vt per Tiraq. alios allegan. in tract. de vtroque retra. tit. 1. §. 1. Glo. 10. nume. 10. cum plurib. sequ. & ꝙ huiusmodi pactum non valeat, probatur etiam in l. fin. C. communi diuid. supra allega. & melius in d. §. si cōueniat. habetur quoque per Roma. in consi. 13. Gra. lib. 2. respon. 66. colum. 1. vbi concordan. & Felyn. in cap. licet el 3. nume. 7. de testi.
5 † Et ideo dicitur, ꝙ stāte statuto, quod cōtra laudum nulla possit opponi exceptio, non habebit locum in laudo, in quo arbitri pronūciauerint de stando in perpetua communione; quia hoc neque pacto fieri potest. ita dixit Paul. de Castr. in consilio 107. volum. 1.

6 Verumtamen † tanta est virtus, & prærogatiua iuramenti, ꝙ si in tali pacto, seu conuentione prȩstitum fuerit, pactum sustineatur. ita in terminis voluit Corne. in consi. 13. colum. penul. volum. 4. & idem, si recte animaduertatur, tenet in consilio 48. volum. 3. & licet ibi determinet cōtrarium; tamen contigit ea ratione, quia iuramentum fuit interpositum per vniuersitatem, in qua non cadit dispendium salutis ȩternȩ, cum non habeat animā; & isto respectu iuramentum non validauit contractum, & ita etiam videntur sentire Ias. in d. l. si non sortem. §. si centum. colum. 3. nume. 7. versi. pulcrum est dubium. de condict. indebi. refert & sequitur Gomes. in §.

quȩ-

quædā.col.6.in prin.Insti. de actio.& idē quoque videtur concludere Durā. in suo tracta.de arte.testa.in titu. de var. testam. pręcep.caut.8.vbi dicitur, ꝙ quamuis nō valeat præceptum testatoris, quod hæredes numquam diuidant;tamen si hæredes cum iuramēto cōsenserint,valet. Pro hac opinio. facit regula generalis, secundum Ias. & Gomes.in locis proxime allegatis,
7 † quod quoties iuramentum seruari potest absque dispendio salutis æternę,seruādum est,cap.cum contingat.& cap.si vero de iureiuran.sed hoc iuramentum est huiusmodi ergo seruari debet, vt idem Gomes. declarat per plura similia exempla. Ego quoque vltra istos considero optime facere;quia per huiusmodi pactum reuertimur ad primæuum illud ius naturę,quo omnia inter omnes erant communia, arg. l.ex hoc iure.de iust.& iu.& declarāt Bar. & Doct.in l.si id quod. de cond.indeb.& not.in c.ius naturale.prima distinct.& est tex.optimus in c.18.distin.in princ.vnde tamquā fauorabile,accedente iur̄o,debet
8 obseruari;† quia res de facili redit ad naturam suam,l.filio quem pater.de liber.& posthu.c.ab exordio.35.distin.pulcre Ias. in l.si vnus.§.pactus.in quarto not.de pact. & Fel.in c.cum accessissent.col.3. de consti.Et ideo dixit Are.in cons.75.col.4.ver
9 si.pro ista conclusione.ꝙ † si populus, vel vniuersitas vult reuocare statutū,& redire ad ius commune, non tenetur requirere auctoritatem Superioris. & istud fuit dictum Bar.in l.omnes populi.de iust.& iu.
10 † Et si conceditur priuilegiū alicui, ꝑ qđ restituitur ad illud ius, quod sibi aliàs cōpetebat, etiā quòd hoc fiat in pręiudiciū alterius,non pōt conqueri is qui sentit dā
11 num. ita Bello.in cons.2.nu. 16.† Et si in loco sint plures consuetudines contrariæ, illis prætermissis, quæstio erit reducenda ad ius cōe.Cap.decis.159.nu.39.Et ius nouum derogans iuri antiquo, quod derogabat antiquiori iuri,extenditur, licet aliàs non extenderetur; quia res de facili redit ad naturam suā.dixit Gl. in c.statutum, el 1.de præben.in sexto,super vers.numerandum.sequitur Cor.in cons.82.col. 2. in fi. vol.4.& in tali casu ius istud dicitur fauorabile, & propterea extēdēdū:vt per Cur. iu.in consi.5.nu.29.& in cons.9.num.4.& cons.seq.col.4.vers.confirmātur.& est et ā Glo.in const.regni.incipien. In aliquibus in vers.parentū successionē.ti.de success.filio.Et quamuis feudū non pòssit alienari sine licentia domini,tamen poterit alienari,& retransferri in eum cuius primo fuit quamuis non sit petita licentia:quia res đ facili redit ad naturā suam, vt per Rui. in cōs.2.col.2.ad fi.vo.1.& multa similia exēpla ad ornatum huius regulæ ponit Fel.in d.c.cū accessissent. Sic ergo in casu nostro dicendum est,vt hoc iuramentum habeat validare pactum, quod aliàs non valeret; quia reuertimur ad ius primæuum naturę quo omnia erant communia,vt supra diximus. Accedat ad prædictorum confirma-
12 tionem communis conclusio:† quæ est,ꝙ licet coire societatem in perpetuū,id est, toto tempore vitæ ipsorū sociorū,l.prima & l.si fratres.§ idem respondit. pro soc. & per Gra.lib.secundo respon.66.colu.2. nume.15.vers. & quod iste casus: ergo eodē modo valebit pactum de stando in perpe
13 tua communione,quæ etiam largo modo societas nuncupatur: vt in §. item si inter aliquos.Insti.de obli.quæ ex quas.cōt.nas. & sicut videmus, ꝙ societas matrimonialis valet in perpetuum; immo temporaliter non valeret nec fieri posset;ita & societas,seu communio perpetua valere debet: valet enim argū de societate matrimoniali.ad societatē vel cōionē rerū: vt ꝑ Ioan.Lup.in repe.rub.de dō.int.vir.& vxor. §.61.Non obstat tex.in d.§.si coueniat.qa procedit,quando absque iuramento initū est pactum, ne liceat omnino diuidere: nam tunc non valet; secus si iuratum fuerit,per prædicta. Non obstat, quod communio solet parere discordias; quia hoc est per accidens & occasionaliter, vnde non debet atten.di l. si quis nec causam, si cert.peta.Gloss.nota.iuncto text. in capit. quamuis.de pact.in sexto,cū similibus adductis per Marsi.in singula. 247. & ita tradit

dit Gomes. in d. §. quædam col. 3. vers. non obstat modo. Contra supradictam conclusionem, & consequenter contra nostrum priuilegium, tenuit Oldrad. in consi. 241. incipie. Iuris capitulis. cuius meminit Iason in d. l. si non sortem. §. si centum. de cōdi. indeb. & Curt. iun. in consi. 114. numer. 13. sequitur etiam Mars. in singula. 9. Hoc idem, videlicet, contra dictum priuilegiū tenet Alexand. in consi 18. colum. 1. vol. 2. & Felyn. in cap. edoceri, colum. 8. in fi. de rescript. Ego quamuis Docto. supra relati nihil dicant pro resolutione istius difficultatis, quam faciunt opiniones inuicem cōtrariæ, puto esse considerandos aliquos casus, quos ponit Grat. in d. respon. 66. colu. 1. & 2. libr. 2. Primus est, quando partes inter se conuenerunt de non diuidendo in perpetuum, id est, durante vita ipsarū partium;
14 † cum dictio illa, In perpetuum, varijs modis accipiatur, vt per Corn. in consil. 59. colum. 1. volu. 2. vbi inter alios modos accipitur pro eo, quod durat ad vitā hominis. & habetur per Glo. in l. 1. ꝓ soc. & in cap. si gratiose. vbi Glo. in versi. perpetuo. & in cap. fin. vbi similiter Gl. in ver. perpetuas. de rescrip. in sexto. Fede. de Se. cons. 12. nume. 5. & Alexand. in consil. 86. volum. 1. & in tali casu omnes concludūt tale pactum valere: vt habetur per Paul. d' Castr. & alios in d. l. si non sortem. §. sciendum. de condi. indeb. & in postilla ad Barto. in d. §. si conueniat. Et cū hac opi. quāuis per verbū Forte, videtur trāsire Ruin. in consi. 54. colum. 3. ad fin. volum. 1. Sic in simili dicitur, quod valeat laudum arbitratoris, quod toto tempore ipsorum compromittentium non liceat diuidere, secūdum Alexand. in cons. 58. colum. fin. volu. 5. Et quamuis Sozi. in cons. 278. volum. 2. tenuerit contrarium, asserendo esse cōmunem opinionem: tamen veritas videtur in contrarium, quod scilicet huiusmodi pactum valeat, secundum magis communē opinionem vt patet ex late deductis per eundem Grat. in d. respon. 66. colu. 2. Cū ergo in tali casu, secundum dictam communem opinionē pactum de iure valeat absque iuramēto; sequitur, quod nihil operet, quantum ad effectum validādi pactū. Nec obstat tex. in d. §. si conueniat. quia ad illum respondetur, quod loquitur, quādo fuit factum pactum ne omnino diuideretur; & sic nullo vmquam tempore, vt
15 patet per illam † dictionem Omnino quæ designat actum præcisum, & sine aliqua exceptione, l. si possessor. in princi. de peti. hæredi. §. fin. Insti. de tute. cap. & si Christus. & ibi Abb. de iureiur. Are. in c. superior. colum. 8. num. 23. de accusa. Ias. in l. precibus. C. de impu. & ali. subst. Dec. consi. 1. num. 4. & ita respondet idem Deci. in cons. 61. & refert Gomes. vbi supra, & Grat. in d. respon. 66. nume. 7. vbi respōdet eodem modo, & idem Dec. in consil. 264. num. 2. quod enim præcisum est, dicitur firmum & inuiolabile, vt per Bald. in l. clarius. C. de fideicom. & in l si causā. C. de execu. rei iudi. Secundus casus est, quādo inter partes conuenit, vt intra certum tempus non diuidatur, veluti per decem, vel viginti annos; & similiter in tali casu, quia pactum valet, vt per Saly in d. §. si cōueniat. & per Sozi. in d. consi. 278. & sequtur Grat. in d. respon. 66. num. 12. iuramē-
16 tum nihil operatur. † Tertius & vltimus est casus, quando partes conuenerunt de numquam diuidendo: quod est idē, quod nullo tempore facere diuisionem, l. prouidendum. C. de postula. & sic est factum pactum, quod in æternum non possit fieri diuisio, & consequenter, quod communio excedat vitam ipsorum paciscentium. & in tali casu huiusmodi pactum non valet, vt late post alios tradit Grat. in d. respon. 66. colum. 1. versi. maturius vero. & probatur in d. l. si fratres. §. idem respōdit. pro socio. & videtur esse ratio; quia secundum Glo. magnam in l. penult. circa finem. C. d'
17 pact. † regulariter infinitas reprobatur; l. fin. vbi Barto. C. de sacrosf. eccles. l. qui bona. §. fin. vbi idem Bartol. de damno infe. Docto. in cap. 2. de rescri. in sexto. Et quāuis Gra. non loquatur in pacto, sed in præcepto facto a testatore, de nullo vmquam tempore diuiden. tamē illud verum est in

præce-

præcepto,vt non valeat, multo magis erit
18 verum in pacto;† quia voluntas testatoris est maioris potentiæ,quàm pactum,vt ipse dicit,per nota.in l si itaque §.cum lege. de verb.oblig.& patet; quia per vltimam voluntatem impeditur dominij translatio,prohibita alienatione;& tamen nõ impeditur per contractum, l. 3. de cond.ob cauf.& not.in l.filiusfami.§. diui. de lega. primo. Verum an huiusmodi pactum firmetur iuramento, Doctores non declarãt Ruin.tamen in consi.54.colum.3.versicu. secundo principaliter dubitatur.volum.1. vult,quod etiam cum iuramento tale pactum non valeat; quia aufert liberam testandi facultatem, seu saltem per indirectum illam restringit; & iuramentum in tali casu solum operatur, quod contrauenienseficiatur periurus. Ego autem arbitror contrarium esse verius, quòd immo tale pactum ex priuilegio iuramenti sustineatur;quia non videtur esse contra publicam vtilitatem, nec contra bonos mores. neque dicatur,quòd ad euitandum discordias valere non debet,vt dicebat Sozi. in §.si centum.quia talis ratio non cõcludit: nam ea attenta, non deberet etiam posse fieri de non diuidendo per viginti annos, vel durante vita existentium in communione;quia etiam dicto tempore, vel per dictum tempus possent oriri discordiæ.& tamen secundum Docto.valet.de quo etiã per Gomes.in d.§.quædam.post num. 21. Insti.de actio.nec partes possent diuidere quinimmo inciderent in periurium.facit, quod in simili dicit Corne.in consil. 129. col.2.in littera G.volum.1.vbi dicitur,quod inspecta illa ratione, quod ideo mulier vidua debet alimentari ab hæredibus viri intra annum,quia,scilicet,intelligitur durare matrimonium,deberet etiam alimentari post annum;ex quo militat eadem ratio: & tamen omnes concludunt contrarium,vt ibi per eum; qui propterea dicit illam rationem esse intelligendam quoad aliqua;non quoad omnia. ita dicamus in casu nostro, quòd si non licet pacisci de stando in communione, durante tota vita pacifcentium;ex quo possunt oriri discordiæ, non deberet etiam licere pacisci de stando ad tempus, veluti viginti, vel triginta annorum,cum militet eadem ratio: & tamen omnes communiter concludunt contrarium,vt supra dixi. Nõ obstat, quod videatur quodam modo auferre seu saltẽ libertatem de supremis iudicijs constringere,si perpetua,id est, vltra mortem esse debeat,d.§.idem respondit.prout etiã dicebat Roma. in consil. 15. cuius meminit Barba.in cap.relatum,colum.33.de testamen.quia dico,quod iuramentum validabit ipsum pactum,quo ad tempus vitę ipsorum existẽtium in communione;ex quo habet vim clausulæ Omni meliori modo l.cum pater.§.filius matrem.de lega. 2.quę
19 † quidem clausula operatur, quod actus si non potest valere in totum, valeat pro parte,vt per B. l. & Imo. ibi & idem Bal. in l.quoties.de hæred.b.insti.Dec. in consil.11.colum.15.& ita etiam videtur tenere Grat.in d.respon.66.facit quod scribit Corne.in consi.210.colum.fin.volu.4.vbi vult,quod quamuis societas non possit valere vt societas,censeatur valere vt contractus mixtus cum tacita donatione, propter virtutem iuramenti. Vel potest dici priuilegium procedere,quando ageretur de stando in communione certorum bonorum;non autem omnium; quia tunc de alijs posset dispõnere, & testari pro libito voluntatis. Nec obstat, quod dictum fuit
20 de infinitate,quæ reprobatur;† quia regula non habet locum, quando verba sunt apta infinitatem importare, vt per Rimi. iunio. Insti.de donat.in prin.sub nu. 458. item nõ procedit in dispositione,seu actu hominis,secundum Bar. Rom. Alexan. & alios.in d.l.qui bona.§.fin. de dãno infect. vbi allegatur tex.optimus,in l. si ita stipulatus a Seio.de fideiuf.ibi Quantam pecuniam Titio,quã locumque credidero.dare spondes;& sequitur Grat.lib.1. respon. 53.col.3.nu.24.

SVMMARIVM.

1 *Iurans, omnia & singula in instrumento contenta*

tenta vera fuisse & esse, non potest allegare simulationem & de veritate per totum.

2 *Iurans, omnia & singula fuisse vera, an petere posit absolutionem a iuramento.*

3 *Iuramentum non validat contractum simulatum. & nu. 9.*

4 *Iurans obseruare statuta non comprehendit illicita.*

5 *Instrumento in primis stari debet.*

6 *Turpitudo allegari potest fauore animæ.*

7 *Creditor compelli potest per iudicem ad relaxandum suo debitori iuramentum, si locupletatur cum illius iactura.*

8 *Iurans non petere absolutionem, illam petere non potest.*

9 *Iuramentum non firmat contractum simulatum.*

10 *Consensus non dicitur inesse contractui simulato.*

11 *Contractus simulatus est ipso iure nullus.*

12 *Consensus expressus est potentior tacito.*

13 *Instrumentum, seu contractus simulatus non dicitur contractus, seu instrumentum.*

14 *Statutum prohibens opponi exceptionem contra instrumentum, non comprehendit esse, quæ apparet ex facie & lectura instrumenti. & nu. seq.*

16 *Statutum mandans in certis causis non posse procedi, nisi datis fideiussoribus ipsis minime datis, si fuerit processum parte non opponente, valet processus.*

17 *Accusator, qui non debuit admitti, si fuerit admissus, & nihil oppositum accusatio tenet.*

18 *Fideiussor exactus, non excusso principali, quia nihil opposuit, valet exactio.*

19 *Procurator, qui fuit admissus in causa criminali, facit processum validum, si nihil ab initio fuit oppositum.*

20 *Testis, qui non debuit examinari, si fuit examinatus, parte non opponente, probat.*

21 *Probatio facta, quæ non debuit fieri, parte nihil opponente, facit præiudicium.*

22 *Multa facta tenent, quæ tamen fieri prohibentur.*

23 *Simulatio non debet allegari in genere, sed in specie, & probari.*

24 *Exceptio generalis contra testes non sufficit.*

25 *Tutoris negligentia debet in specie probari.*

26 *Simulatio probari potest per coniecturas, & præsumptiones.*

27 *Simulatio probatur per iuramentum; quod declara, vt ibi.*

28 *Confessio non irritatur, annullato instrumento.*

29 *Hæres iurantis potest de simulatione opponere.*

30 *Exceptio simulationis perpetuo potest opponi.*

PRIVILEGIVM LIX.

QVinquagesimum nonum priui-
1 legium est; † quia si iuratũ fuerit, omnia & singula in instrumento contenta vera fuisse & esse, non poterit postea iurans opponere exceptionem simulati contractus, seu non numeratæ pecuniæ, vel dotis. Barto. Bald. & Saly. in l. fin. C. de non nume. pecu. vbi dicunt expresse, quòd huiusmodi iuramẽtum assertiuum veritatis probat contra iurantem. Abb. in sua disput. 2. colu. 14. vers. sed nunc prosequor. idem quoq; vult Io. de Imo. in cap. cum contingat. in septimo membro. & rursus in decimo de iureiura. refert ac sequitur Bal. noue. in suo tracta. de priuileg. dot. in decima par. colum. 3. & 4. Marsi. in singula. 327 & singula. 474. Ruin. consi. 189. colum. 6. in fin. nume. 22. & cõs. 215. colum. 6. num. 14. volum. 1. & istam esse communem opinionem, testatur eam sequendo Sozi. in consi. 82. volu. 3. Dec. cons. 536. Afflict. decis. 60. vbi dicit istam opinionem fuisse approbatã per sacrum consilium Neapoli. Gramm. deci. 45. in prin. decis. 89. & decis. 103. num. 4. Curt. iun. in cons. 74 nume. 4. & cons. 108, nume. 13. vbi dicit communem. & istam etiam sequitur Bauer. in suo tracta. de virtu. iuram. in sexagesimo quarto effectu. Alexand. & Ias. in l. nemo potest. de leg. 1. Cremen. in singul. 152. Anto. de Petru. in repet. l. 1. vers. quadragesimus primus effectus. nume. 286. de iureiuran. Gomes. in §. item si quis in fraudem. colum. 2. Instit. de actio. Soz. iun. in cons. 50. ad fin. vol. Gozad. in cons. 42. colum. 4. in princ. versic. tertio: & cons. 69. colum. 3. in fin. & sequen. Et quamuis ipse in cons. 28. colum. 5. vers. nono, & si confessio. num. 25. videatur sentire contrarium: tamen illud potest procedere in illo casu, in quo cõfessio erat

facta

facta inter personas suspectas: nam maritus confessus fuerat recepisse doté, & iurauerat contenta in instrumento esse vera: nam iuramento non obstante, potest opponere de simulatione; q̃a talis confessio fuit facta inter personas suspectas. Supradictam quoque opinionem amplectitur Nat. in cons. 496. col. 2. nu. 6. & Pedē. decis. 42. post nu. 4. vbi dicit magis cõmunem. & de communi testatur ex alijs Viu. in vers. iuramentum super contractu. Et dixit Ias. in d. l. nemo potest. in prima lectura. nu. 47. & 48. de leg. 1. hoc esse notādum; quia valde ē vtile, & quotidianũ in practica; & ꝙ ipse habuit sæpe de facto consulere. & subdit vnum valde singulare, de quo etiam per Are. ibi vers. vltimo

2 adde. quod † scilicet is, qui iurauit omnia & singula ĩ instrumento cõtēta vera fuisse & esse, in tantum non potest opponere exceptionem simulationis, seu non numeratæ pecuniæ; vel dotis, ꝙ nec etiam ab ipso iuramento posit petere absolutionem; quia eo ipso, ꝙ peteret se absolui; ex quo narraret esse falsum illud, quod iurauit esse verum; & ex consequenti diceret se periurũ; non debet audiri, nec admitti ad allegãdum turpitudinem suam; quia nemo debet petere id cuius contrarium nõ esset postulaturus. l. pe. C. de solu. l. si ea lege. C. de vsur. l. si & rem & pretium. de pet. hæred. quæ iura ad hoc adducit Sign. consil. 21. col. 6. ver. ex quo arguitur. & istud etiã tenet Goza. in cons. 69. col. 4. in princ. & Gram. in d. decis. 45. n. 2. facit ꝓ hac opin. illud quod voluit Cor. in cons. 6. col. 6. in fi. & sequē. vol. 1. vbi dicitur, ꝙ absolutio a iuramento non debet concedi illi, qui iam incidit in periuriũ: sed in casu isto petens absolui diceret se piurũ; cui absolutio concedi nõ debet: ergo absolutionem petere non poterit. Sed tñ Rip. in d. l. nemo potest. col. 12. post nu. 76. ad fi. de leg.

3 1. dicit, ꝙ de hoc semper dubitauit; † quia secũdũ eum iurm̃ validaret contractum simulatũ, quod esse non potest, vt firmat Gl. in l. 3. C. plus vale. quod agi. nam iurm̃ nõ potest facere, vt illud, quod est falsum, sit verum, secundũ Imo. in c. cum contingat. de iureiurando. & iuramentum non cõfir

4 mat illicitũ, & inhonestũm. † ideo iurans obseruare statuta, non comprehendit statuta illicita, & iniusta, vel inhonesta. Roman. in consi. 218. colum. 2. ad fin. sic videmus, quod promittens stare consilio sapiētis super causa ferenda, intelligitur quatenus fuerit iustum. cap. quintauallis. de iureiurand. cap. veniens. eod. ti. idem Rom. in consi. 228. col. fin. in medio. & alibi dicitur, quod confirmatio semper intelligitur de iuste & legitime possessis, vt per Goza. in consil. nono nu. 37. Sic igitur in iuramento dicēdũ est, vt quamuis habeat confirmare hominum dispositiones, tamē est intelligendum de iustis ac veris dispositionibus. quæ autem iustitia esse potest. & quæ veritas in contractu simulato? Verumtamen istud Ripæ dictum mihi non satisfacit; quia non sequitur, quòd intelligatur validatus cõtractus simulatus ex eo, ꝙ non potest opponi exceptio; sed quia in

5 primis standum est † cõtractui, & instrumento, nisi aliud doceatur, cum sit probatio probata, & non probanda. dixit Bal. in consi. 454. col. 1. vol. 1. Marsil. in rubr. C. de probat. in prin. Gram. cõs. 71. nu. 21. in ciui. Bellon. cons. 70. ad fin. & consi. 87. nu. 10. & quia præsumitur, quòd vera sint omnia contenta in instrumento, & quòd instrumentum valeat: Soz. in consi. 89. colum. 6. vol. 1. & consi. 213. colu. 3. vol. 2. & instrumentum tale esse præsumitur, quale in sua prima figura apparet l. 1. C. si quis alte. vel sibi l. ad probationē. la 1. C. de ꝓbatio. l. sancimus. C. de fideius. l. item apud Labeonē. §. si quis virgini. de iniur. Dec. in l. fi. C. de edict. diui Adria. tollēd. in quinto not. & Bello. cons. 21. post n. 1. & alibi sæpe per Doctores. Secundo dicit Rip.

6 vbi supra, † quod fauore animæ licitũ est allegare turpitudinem suam, c. ex tenore. vbi Glo. & Abb. de testi. c. lator. & c. consanguinei. de re iud. hoc etiam non placet; quia non concludit necessario agi de periculo animæ; cũ iuramẽtum, etiam, sup cõtractu simulato ĩterpositũ possit seruari

V

uari absque dispẽdio salutis æternę ipsius iurantis, si modo non contineret promissionem contra bonos mores, vel aliquid turpe; licet forte pars locupletaretur cum
7 aliena iactura. † quo casu compelleretur creditor per iudicem ad relaxandum seu remittendum iurãti ipsum iuramentum; vt per Gram. in consi. 25. nu. 11. in ciuili. per Maran. in suo Specu. in quarta parte princi. in 11. distin. nu. 40. & Natt. in cõs. 497. nu. 1. non tñ ipse iurans petere posset absolutionem; quia quãtum ad se attinet, tenetur iuramentum obseruare. & ad hoc debet compelli de facto, dato, ꝙ cesset & obligatio, & actio propter simulationem, ad hoc, vt euitet periurium c. debitores. de iureiu. Corn. in consi. 55. col. fi. volu. 3. Amplius dico, quòd non solum, quando iuramentum est interpositum super contractu simulato, non potest peti absolutio, quia non videtur contra legem; sed etiam si esset contra ipsam legem adhuc non esset petenda, nec cõcedenda absolutio, vt p multas authoritates cõcludit idem Corn. in consi. 71. col. 2. vol. 3. Et ideo ego puto Ias. opinionẽ esse veram. eam tamen intelligo procedere ab initio, antequam quidquam de simulatione appareat: sed postquam cępit detegi simulatio, crederẽ posse peti absolutionem; ex quo tunc nõ pręsumitur amplius pro instrumento. & pro hoc adduco Bologni. in consi. 44. col. pen. versi. vnde cum fraus. vbi dicit, quod constito de cõtrario, etiam si iuratum fuerit, omnia & singula vera fuisse & esse, reuocabitur si ostendatur rem aliter se habere; quia tale iuramentum censetur præstitum sub confidentia, quòd illa debeant esse vera. & ideo probato contrario nõ erit periurus; licet temere iuratũ fuerit, c. quẽadmodũ. de iureiur. & certe aliàs iuramentũ esset vinculum iniquitatis, & iniustitiæ: quod esse non debet, iuxta Glo. in Auctẽ. quòd eis. per illum tex. C. de nup. iniquũ est enim, & contra iustitiam quemquam locupletari cum aliena iactura, c. non debet. de regu. iur. & ita potest procedere, quod Viui. refert in ver. iuramentũ super contractu. qui dicit communem opin. esse in contrarium, quòd scilicet, iuramẽtum non confirmet contractum nullum; nec obliget iurantem; nec sit petenda absolutio, allegando Ias. in §. fuerat. nu. 86. Insti. de actio. procedit enim, vt sæpius repetã, quando incepit iam apparere & constare de simulatione. & idem dico, si fuisset renunciatum simulationi: quæ renunciatio non valet, iuxta tradita per Bar. in l. nemo potest. sub nu. 2. quem omnes sequuntur. de leg. 1. quia dico, ꝙ si cęperit apparere de simulatione, renunciatio nõ obstabit; secus a principio, antequam de simulatione quidquam appareat; quia stante renũciatione, nihil poterit opponere.

8 Item intelligo prædictam opinionem Ias. esse veram, maxime si fuerit iuratũ nõ petere absolutionem; quia tunc illam absque dubio petere non poterit, obstante proprio iuramento de non petendo: vt per Ro. in consi. 326. & Gram. cons. 25. in prin. in ciui. Patet igitur, vt ad priuilegiũ nostrũ reuertamur, cõem esse opi. ꝙ iurãs oĩa & singula in instrumento cõtenta vera fuisse & esse, non potest opponere exceptionẽ simulationis. Contrariã tñ partẽ, ꝙ immo taliter iurans nõ impediatur opponere exceptionem simulationis, vel nõ numeratæ pecuniæ, vel dotis, tenuerunt pleriq; magni noĩs Iurisp inter quos Io. Bapt. Castillio. in sua allegat. 2. quæ habetur inter singularia pluriũ Doct. vbi hanc rem latissime disputat; Curt. iun. cõsi. 24. col. 2. Bello. post alios ab eo allegatos, in consi. 47. & cons. sequent. & consi. 87. & in d. cons. 47. testatur de communi. idem et tenet Sozi. in l. 1. col. 7. ver. secundo limi. nu. 83. solu. mat. Rube. Ale. in cons. 78.
9 col. 2. consi. 116. col. fi. & cons. 119. † quia tale iuramentũ non dr̃ posse firmare contractum simulatum. Glo. in d. l. 3. quæ incipit Emptione. C. plus vale. quod agi. Paul. de Cast. in cõs. 195. col. pen. in fi. nu. 6. vol. 2. Corn. in cons. 135. col. 4. volu. 1. cõs. 121. col. 3. ad fi. vol. 2. vbi propterea dicit, ꝙ si cõtractus ex forma statuti reputatur fictitius, iuramentũ illũ nõ confirmat; quia

quia non intelligitur celebratus contractus,ex quo deficit consensus.& idem voluit in cons.167.col.2.in littera K.eo.vol. idem etiam vult Ale.in l.si donatione.colum.2.C.de collat.Soz.in consi.65.col.6. vol.1.qui videtur sibi fuisse cõtrarius.Ias. in l.cum ea.C.de transact.in l.non dubiũ. C.de legi.& in §. item si quis postulante. col.1.ad fi.nu.7.Inst.de action.cum pluribus congestis per Tiraquel.de iure cõsti. in tertia parte in 7.limi.num.32.& quia vt supradictum fuit, iuramentum nõ potest facere verum, quod est falsum. addo etiam hanc opinionem tenere Rui.in cõsil.125.col.3.nu.6. vol.1. pro qua facit vltra prædicta;† quia contractus simulatus non habet fundamentum cõsensus, & est tamquam corpus sine anima,vel sine spiritu,vt dixit Bald.in l.1.C.plus val. qđ agi.& ideo non dicitur contractus, cum deficiat in substantialibus.Barto.in d.l.nemo potest de leg.1.Bald. in l ab Anastasio in 4.not.C.mand.qui dicit,ꝙ contractus simulatus dicitur coloratus,& depictus, q. extrinsecus apparet aliquid, sed intrinsecus non habet substantiam.Et dixit Aret. in consi.147.col 2.ver.his tamen non obstantibus. in ficta confessione consensum nõ inesse.cum itaq; deficiat consensus,iuramentum non obligat,nec requiritur absolutio,vt dixit Corn.in d.cõs.135.col.4. vol.1 sequendo Bal.in d.l.3. C. plus vale. quod agi.& ideo subdit,ꝙ allegans cõtractum simulatum, inhæret præsumptioni simulationis:quæ præsumptio est verisimilis probatio veritatis; & qui inhæret veritati,inhæret Deo,qui est ipsa veritas, & consequenter non peccat: & ideo nec re-
11 quiritur absolutio.† Accedat etiã, quod contractus simulatus est ipso iure nullus.l. emptor.de aqua.pluui.arce.l.nulla de contrahen.empt. quæ iura ad hoc citat Alex. in cons.142.col.pen.nu.5.vol.5.ergo non potest firmari iuramento, vt colligitur ex his,quæ scribit Marsi.in cõs.125. n.7. vbi dicit,ꝙ licet iurm̃ firmet actũ nullũ tamẽ hoc procedit, quando non est ipso iure nullus:& alibi latius dicemus. Quãuis ergo apponatur iuramentum,iurando scilicet omnia, & singula esse vera, nihil tamẽ operabitur, quin poßit opponi exceptio simulationis. neque obstabit periurium; quia respondet, ꝙ ista exceptio periurij videtur tacite inter partes remissa, ita nõ poßit opponi,vt inquit post Imol.in cap. cum contingat.de iureiur.Goza.in d.cõsil.28.nu.25.& quædam Apostilla ad Fely.in cap.cum sit.post nu.35. in littera A. de foro competenti. vbi allegat Sozi.in consi.68.vol.1.Sed certe ista responsio nõ videtur iuridica;quia in ea continet̃ petitio principij:nam si iurans allegabit tacite remissum periuriũ;ex quo consensit fieri simulatum,& omnia in instrumento apposita ad simulationis corroborationem: hoc statim negabitur per aduersariũ, pro quo erit instrumentum,cui standũ erit in dubio,donec de simulatione doceatur,vt supra etiã dictũ fuit,& habet̃ per Paul.de Cast.in cõs.261.in prin.vol.2.Dec.in cõsi.458.& Gra.lib.1.resp.9.col.pe.nu.184. & ib. concordã. Et cum iurans innitatur consensui tacito, ex illa tacita remißione resultan.aduersarius vero cõsensui expresso.de quo per instrumentum patet,præferri debet;† quia cõsensus expressus est po-
12 tentior tacito Gl.not in Clẽ.sæpe. de verbo.sign.Dec.in rub.de cõstit.col.2.in pri. & ideo dicimus, ꝙ plus est contradicere expresse,quã nõ cõsentire.l. Pomponius. §.fi.vbi Pau.de Cast.de procu.Nat.in cõsi.512.n.13.Et quãuis per p̃dicta satis pateat,primã opi.esse magis cõem,& melioribus fulciri rationibus:tamẽ si quis velit euitare istas Doctorũ varietates,& dissentiones,potest illas ad concordiam reducere,vt scilicet prima opin. p̃cedat a principio,antequã.s.detegatur simulatio; qa in primis standũ est instrumento, ex quo gignitur p̃sumptio veritatis, vt supra dixi, & habetur per Cur.iu.in cons.109 & per Sozi.in cons.12.col.pe.vol.1.& ita sentit Alex.in d.l.nemo potest.col.3.de legat.1. quẽ ceteri moderni sequuntur: nam licet contractus non valeat,vt dicũt Doctores tenentes secundam opinio. instrumẽtum

tamẽ valet;& ideo dicimus ꝙ ſtatutũ pro
hibens opponere exceptionem contra in
ſtrumentum publicum, comprehendit ẽt
inſtrumentum confectum ſuper ſimulato
cõtractu, vt colligiẽ ex traditis per Port.
Inſti. de leg. §. ſed ſi vxori. Secunda vero
opinio procedit, quando cæpit aliquali-
ter conſtare de ſimulatione contractus;
quia tunc reputabitur fuiſſe nullus. & in
tali caſu poſtquam ſcilicet aliqua ex par-
te fuerit doctum de ſimulatione, poterit
opponi exceptio ipſius ſimulationis non
numeratæ pecuniæ, vel non numeratę do
tis, non obſtante iuramẽto; quia in tali ca-
13 ſu videbitur remiſſum periurium.† Præ-
terea detecta ſimulatione cotractus, vel
inſtrumentum dicitur eſſe nullum; vel nõ
dicitur inſtrumentũ, ſm̃ Bal. in l. fi. §. in cõ
putatione. de iure delibe. Barba. inter cõ-
ſilia Calca. conſ. 79. nu. 6. & propterea nõ
erit petenda abſolutio a iuramento; quia
& ipſum dicitur nullum, cũ ſequatur na-
turam contractus, l. fi. C. de non num. pec.
& ideo ſi contractus fuit ſimulatus, diciẽ
& ipſum iuramentum ſimulatum, quo iu-
ratum fuit, omnia & ſingula fuiſſe vera,
vt ꝑ Ro. hoc expreſſe dicẽtẽ in cõſ. 246.
in prin. & iſtã diſtinctionẽ, cõcordãdo p̃-
dictas opin. tradit in cõſ. 48. vol. 4. & ſeq-
tur Gomeſ. in §. itẽ ſi quis in fraudem. co-
lu. 2. poſt nu. 2. Inſt. de actio. Sed nunc ſu-
pereſt alia difficultas & dubitatio circa p̃
dicta. nã ſi a principio obſtabit exceptio
periurij, de ſimulatione contractus quo-
modo erit docẽdũ? Reſpondeo, ꝙ poterit
oſtendere inſtr̃m, ex cuius lectura ſimula-
tio colligi poſsit; vt q̄a ſit cõfectũ inter ꝑ
ſonas ſuſpectas, veluti inter patrẽ & filiũ
ſpuriũ, inter clericũ & concubinã vel in-
ter maritũ & vxorẽ: nã in ſimilibus caſib⁹
dr̃ de ſimulatione conſtare ex facie inſtru
menti, vt per Ro. in cõſ. 42. col. fi. ad fi. no-
tat quoq; Bal. in l. ſi donation. C. de cõtra-
hen. emptio. quẽ refert & ſequitur Goza.
in cõſ. 94. col. pe. ad fi. nec eſt opus d̃ ſimu
latione excipere, vt per eundẽ Goz. in cõ
ſi. 28. poſt nu. 25. ſed iudex debebit ex ſuo
officio actorem repellere, vel pro reo ſup

plere, iuxta nota. in l. eũ qui §. qui ita. de
verb. obl. & in l. vbi pactũ. C. de trãſact. &
tradit ẽt Rui. in cõſ. 190. nu. 9. vol. 1. nec
etiã iur̃m quidquã operabitur, vt per eun
dẽ Rui. ĩ cõſ. 154. col. 2. vol. 5. & cõſ. 135.
col. fi. conſ. 142. col. 2. vol. 1. Et quando do
cetur de ſimulatione per lecturã, & aſpe-
ctum inſtrumenti; tunc ceſſat omnis calũ-
nia opponentis argum. notatorum per
Bald. in l. 1. C. quando prouo. non eſt ne-
ce. & Corn. in conſ. 204. colum. 3. in fi. vo-
14 lum. 2. videmus enim in ſimili,† quod ſtan
te ſtatuto, quòd non poſsit opponi exce-
ptio nullitatis, non tamen tollit illã, quæ
reſultat ex inſpectione actorum, ſecundũ
Imol. & Roman. in l. de pupillo. §. q̄ opus.
circa fin. de noui oper. nunci. Glo. & An-
gel. in l. ſi pars. in fin. princip. de inoffi. te-
15 ſtamen. † Sic ſtante ſtatuto, ꝙ contra in
ſtrumentum non poſsit opponi exceptio;
poterit tamen opponi illa, quæ reſultat ex
lectura inſtrumenti. Roma. in conſil. 244.
colum. 2. ad fin. verſi. primo enim. item po
terit obſeruare iuramentũ, & interim do-
cere de ſimulatione: veluti ſi quis confe-
ciſſet contractum vſurarium, & iuraſſet
ſeruare contractum: nam ſoluendo vſuras
non incideret in periurium; licet interim
peteret declarari contractum vſurarium,
ex quo non promiſit id non petere. ita nũ
cupatim Corne. in conſi. 135. colum. quar-
ta ad fin. volum. primo, ſupra allegat. Item
poterit implorare iudicis officium, vel
quia de facto fuerit admiſſus parte non
opponente, vt legitur apud Ruin. in con-
ſil. 142. columna tertia. & conſil. 194. in
fin. volum. 1. quia detecta ſimulatione, au-
diretur non obſtante iuramento; vt per
Alexand. in conſi. 89. volum. 2. Pedemon.
deciſ. 42. poſt nume. quartum. Marſil. in
conſi. 19. nume. 8. vbi iurans pecuniam ſi-
bi in veritate fuiſſe ſolutam, ſi fuerit ad-
miſſus ad probandũ contrarium, proba-
tiones releuabunt, non obſtante iuramen-
16 to.† ſic in ſimili videmus, quod ſtatutum
diſponens, in certis cauſis non poſſe pro-
cedi, niſi datis fideiuſſoribus: ipſis tamen
non datis, proceſſu habito parte quidem

non opponēte, sustinebitur processus. ita
17 Bal.in l.non dubiū.col.fi.C.de legi.† Et si statutum velit post certum terminū accusatorem non admitti ad accusandum; si tamen fuit admissus, & nihil appositum, ꝓcessus tenet, l.1.§.accusationem. ad Turp. Bart.in l.absentem.de pœnis. Corn.consi. 296.col.7.vol.3.Goza.cons.93.col.3.ver. sexto etiam si fuerint.Bolog.consi.27.col. 2.in fi.Roma.consi.15.& consi.274.in fin.
18 † Et fideiussor quamuis non teneatur nō facta excussione, Auctен. hoc si debitor. C.de pigno.Guid.Pap.quæst.432.& Paris.consi.50.col.5.vol.1.tamē si fuerit actū contra eum nihil opponentem, habebit locum exactio. Glo. & Bar. in l. si mancipium.de euicti.Pau.de Cast.in l.fi. si cert. peta.cum cōcordantijs relatis per Ant.de Gabr.in ti.de fideiuss.conclu.1.nu.56. Et
19 † quamuis procurator in causis criminalibus regulariter comparere nō possit, vt habetur per omnes. in l.pen.§.ad crimē.d' publ.iudi.tamen si cōparuerit, & nihil fuerit oppositū, processus sustinebitur, vt ibi per eos.ꝑ tex.in l.quamuis indubitati. C. de adult.Ro.in ꝯs.215.col.2.& ī ꝯs.409. Et snīa quæ transiuit in rem iudicatā, non potest retractari: tamen si pars fuit admissa ad probandū contra eā, & nihil oppositum retractabitur, vt per Ro.in cōs.174. ad fi. Ale.in l.iudex postea quā.col.2.vers. sexto fallit.de re iud.& consi.76.colum.fi. volum.2.Aret.consi.73.colum.2. Corne. consi.2.colum.2.vol.2.& consi.296.colu. 7.versi.tertio, notat Dec.in cap. quoniam contra de proba.idem Corne. consi.quarto, vol.2.& cōs.126.col.pen.vol.4. Bello. consil.26.nu.3.& Gram.consil.55.nu.16.
20 in ciuili.† Et testis, qui aliàs non faceret indicium, contra non opponentē, facit plenam probationem. Grat.libr. secundo re-
21 spon.81.nu.59.& respon.150 nu.15.† Denique probatio facta, quæ non debuit fieri, parte non opponente, facit præiudiciū parti, vt habetur per Fely.in c.2.num.27. vbi concordan.de proba. Cremen. in singula.151.Ruí.consi.215.col.9. nume.20. vol.1.& Craue.in consi.248.nume.tertio.

Et ratio prædictorū videtur esse illa vul-
22 gatissima regula, quæ † dicit, ꝙ Multa facta tenent, quæ a principio fieri prohibentur, c.ad Apostolicam.de regu.& ita dicebat Rom.in d.consi.213.& pluribus exēplis exornat Marsi.in d.cons.19.num.7.& Nat.in cons.523.col.1. Vltimo poterit cōstare alio modo de simulatione, per lecturam instrumētī; vt quia fuerit vendita res minima pro maximo ac excessiuo pretio; quo casu cōtractus præsumitur simulatus. l.ab Anastasio.C.mand. Are.consi.65.col. pen.& Barb.inter consilia Clca. consi.27.
23 col.3.Et est notandum circa prædicta, ꝙ non sufficit allegare simulationem in genere, sed oportet eum, qui dicit contractū simulatum, siue agendo, siue excipiendo, ꝙ exprimat certum modum, sub quo facta sit simulatio, & similiter causam certā, propter quam talis simulatio facta sit: vt per Bart.in cons.65.& Bal.in d. l. ab Anastasio.in fi.Alex.in consi.111.in princ.vol.3. & consi.28.col.3.vol.5.Dec. in consil.36. col.4 & plenius in cōs.463.col.2. & ideo non sufficit, quod probatio in genere concludat.Goza.in cons.94.col.pen.in fi. vbi
24 concordan.† facit quod in simili traditur ꝙ non sufficit generaliter excipere contra testes: puta, quod sint lusores, vel blasphematores: sed debet in specie articulari, & probari.Rom.in cons.290.in prin. & etiā ita multos allegando tradit Gram.in con
25 sil.36.ad fi.in ciui.Similiter si volo † probare tutorem fuisse negligentem in emēdis prædijs pro pupillo, debeo probare, ꝙ prædia reperiebātur certa, quæ emere potuisset, vt in Auctеn.hi qui res mino.§. penul.Bart.in l.tutor, qui repertorium §. si post depositionem.de admi.tut. sicut si volo probare eundem fuisse negligentem in mutuādo pecuniā sub fœnore, debeo probare, ꝙ reperiebantur homines certi, q̄ eā accepissent ad vsuras: alias nō probarem illius negligentiā, l.tutor sine dignitate. §.1. de administr.tu.tradit Barb. in consil.66. col.5.in medio inter cons.Cal.& similiter si volo probare negligentiā Potestatis in capiendo malefactorem, debeo probare, quòd

quod illum capere potuisset, si voluisset: vt per Ruin. in consi. 1 2. col. 5. ver. cōprobatur. vol. 5. & tradit in simili Sozi. in l. 1. §. fi. col. pen. de verb. obli. & Cor. in consil. 241. col. 3. vol. 2. Concludo igitur ex prædictis, ꝙ idem dicendum est in probando simulationem; quia debet in specie allegari & probari, vt per Pau. de Cast. in consil. 59. in prin. vol. 1. cum alijs supra allegatis alias agens succūberet, vt per Bar. in d. cōsi. 65. & Ale. in d. cōs. 111. vol. 3. & Bouer. consi. 11. nu. 8. Et quia simulatio directe ꝑbari non pōt, vt per Soz. in cōs. 83. volu. 3. Pari. cōs. 53. nu. 8. vol. 1. & cōs. 86. n. 21. vo
26 lu. 3. Cor. cōs. 137. ad fi. vol. 3. probari † poterit per coniecturas, indicia, & p̄sūptiones; quia fiunt in occulto, & alter de altero confidit; vt habet in l. nō omnes, §. a barbaris. de re mili & per Capr. in consil. 81. col. 2. & Cor. in cōs. 135. col. pen. in littera O. vol. 1. & Bolog. in cons. 25. in prin. vbi concordan. & ideo est difficillimæ probationis, secundum Rom. in cons. 102. in fi. & dixit Pau. de Cast. in cons. 58. colu. 2. in prin. vol. 2. ꝙ simulatio de sui natura non potest liquido probari; quia nō adhibentur testes, ne veniat in lucē, & detegatur. idem quoq; dicit in cons. 74. col. 2. ad fin. eo. vol. Et ideo dixit Cor. in cōs. 63. col. 3. ver. tertiò respondet. vol. 1. ꝙ simulatio poterit probari in subsidiū per testes minus idoneos; quia simulationes communiter fiunt in secreto, vt ibi per eū. Dixit quoq; Duran. de arte testan. in ti. de his, qui non
27 hab. fact. testa. caut. 14 post nu. 4. † ꝙ simulatio poterit detegi per iuramentū & idē dixit Corn. in cons. 135. sæpius alleg. colu. fi. vbi dicitur, ꝙ saltem poterit deferri iuramentum suppletorium, alijs probationibus concurrentibus: quod est satis notādū. intellige tn̄ verū, nisi aliter probari posset; & nisi militaret aliqua præsumptio in contrariū, ꝑ ea, quæ dixi in primo priu. & rursus in quarto. & ideo dico, ꝙ si contractus fuisset celebratus in p̄ntia iudicis, nō probaretur iuramento; quia p̄ntia, & auctoritas iudicis facit cessare præsumptionem fraudis, & simulationis. ita Roman. in consil. 367. col. pen. ad fi. Et redeundo ad nostrū priuilegiū, a quo paululū fortasse digressi videmur, dico, ꝙ p̄supposita prima opi. tāquā magis cōi & vera vt. s. stāte præ dicto iuramento, nō possit opponi de simulatione; illam amplia procedere, nō solum, quādo est vera cōfessio, prout est ista sed etiā si esset præsumpta; quia adhuc nō posset opponi de simulatione, vt per Mar-
28 sil. in singul. 12. † Secundo amplia etiam, si instrumentum esset nullū; q̄a non ꝑ hoc diceretur irrita, & nulla talis confessio, ꝑ hanc clausulam facta, videlicet, Et iurauit omnia & singula in instrumento contēta vera fuisse & esse, & consequenter stante eius validitate non posset de simulatione excipi. & quod quamuis instrumentum sit nullum, tamen talis confessio facta ꝑ prædicta verba non irritetur, tradit Alexā. in consi. 184. col. 2. in prin. vol. 7.

29 Limi. † nunc nostrum priuilegium procedere respectu ipsius iurātis, qui vere, stāte eius iuramento, non poterit opponere de simulatione; secus in hærede ipsius iurantis; quia effectus periurij ad illum non transit c. veritatis. de iureiu. ita limit. Rip. in d. l. nemo potest. n. 78. de leg. 1. sequitur Pedem. decis. 42. nu. 7. Sed contra istā limi. facit, quod scribit Paul. de Cast. in cōsil. 306. colum. 2. versic. videntur etiam isti repellendi. volum. 2. vbi dicitur, quòd licet hæres non incidat in periurium ex iuramento defuncti: tamen non debet admitti ad allegandum simulationem contractus contra iuramentum defuncti; quia sic allegaret, & detegeret defunctum fuisse mendacem, & periurum; quod facere non potest, l. rem alienam. de pigno. actio. l. filios. C. de reuocan. his quæ in fraud. credi. & l. si creditoribus. cum Glo. C. de seru. pig. dat. manu. in quibus iuribus probatur hæredem non posse detegere turpitudinē defuncti. quod ēt voluit Cor. in cōsil. 104. vol. 3. Alex. in l. nemo potest. de lega. 1. & in l. Seius. & Augerius. ad lege Falc. Rui. cons. 194. in fi. vol. 1. & cōs. 32. & cōs. 132. vol. 4. Cogitabā ꝑ defensione huius limitationis responderi posse pluribus modis.

Primo non procedere, quando hæres opponeret de simulatione excipiendo; quia tunc licet turpitudinem allegare. Sign. cõ sil. 120. in fi. per tex. in l. qui testm̃. de pb. & in l. fi. §. 2. de his quæ in fraudẽ. cred. Cepo. in cons. 57. col. 2. in medio. & late tradit Tiraq. de vtroq. retractu. §. 1. Glo. 18. nu. 24. Secundo dico, ꝙ non procedit, qñ allegatur contra participem simulationis, vel turpitudinis, vt per Cepo. in d. cõs. 57. & hoc maxime procederet sine aliquo dubio, si aliquo modo detecta esset; qa licet eam allegare. Io. de Ami. cõs. 33. n. 39. & 40. Calc. cõs. 126. post nu. 3. Rui. cõs. 194. nu. 11. & 12. vol. 1. & procedit etiã in terminis nostris, quando, scilicet, iuratum est omnia & singula vera fuisse & esse, vt per Bal. & Saly. in l. fi. C. de nõ num. pec. quos refert, & sequitur Soz. cons. 262. num. 11. vol. 2. Concludo igitur, quod hæres poterit opponere de simulatione contractus, non obstante iuramento defuncti. & est notandum quòd perpetuo talis oppositio fieri potest, l. si sub specie. C. de postuland. Gozad. cons. 28. nu. 24 sic exceptio nõ numeratæ pecuniæ perpetuo opponi potest de ęquitate canonica, vt post Dyn. in reg. Locupletari. de reg. iu. in sexto dixit Roma. in cons. 445. col. 2. in fi. & seq.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ in mutuo opponi potest infra biennium; sed in aliis contractibus infra triginta dies. nu. seq.*

2 *Iuramentum an impediat exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

3 *Iuramentum habet in se tacitam conditionem si pecunia numeretur.*

5 *Conditio tacita, an faciat actum conditionalem.*

6 *Verba Contrahentium non sunt inspicienda, sed mens eorum.*

7 *Verba debent intelligi cum effectu.*

8 *Verbũ Recipi, significat actualem receptionẽ.*

9 *Instrumentum an contineat confeßione de recepto, vel realẽ receptionẽ, multum interest.*

10 *Verba hæc Habui, & recepi, & Fateor me accepiße, idem sunt.*

11 *Argumentum de contractu dotis ad alios contractus non valet.*

12 *Fides si non seruetur, licet venire contra iuramentum, etiam de iure canonico.*

13 *Debitor si non soluit in termino, quo iurauit soluere creditor non tenetur ei seruare datas dilationes.*

14 *Iurans non contrauenire, nec de iure, nec de facto, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

15 *Iurans specialiter, & expresse non contrauenire exceptioni non numeratæ pecuniæ, non potest eam opponere.*

16 *Iurans a tertio recepisse, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

17 *Confeßus in vltima voluntate cum iuramento non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

18 *Exceptionẽ non numeratæ pecuniæ opponens debet sẽper petere, se absolui a iuramento.*

19 *Absolutione obtenta, an causa sit tractanda coram iudice ecclesiastico.*

20 *Hæres non tenetur petere absolutionem a iuramento præstito.*

PRIVILEGIVM LX.

SExagesimum priuilegiũ valde frequens in vsu quotidiano est; quia tu scis, † ꝙ confessus spe futuræ numerationis, infra bienniũ potest
1
opponere exceptionem non num. pec. l. generaliter. & l. in contractibus. & per totũ. C.
2 de non num. pecu. quod intelligas † esse verum in mutuo; secus in alijs contractibus; quia in illis debet opponi infra 30. dies, vt patet in d. l. in contractibus. versi. super ceteris & per Affli. dec. 105. nu. 2. & in tali casu illã opponens, nõ debet eã probare l. si ex cautione. C. de nõ nũ. pec. & hac ratione, dr̃ sm̃ aliquos exceptio anomala, cũ regulariter exceptiones sint probandæ. l. 1. de excep. l. in exceptionibus. de proba. no. Insti. de except. §. appellantur. Corn. in cõ sil. 31. col. pen. in fi. vol. 3. Gra li. 1. resp. 91. nu. 17. & est contra regulã tex. in c. ꝑ tuas. de proba. vbi quis non potest venire contra propriam confessionem. Et hoc introductũ fuit in fauorẽ ipsorũ debitorũ cõ fitentium; quia quis de facili cõfitetur spe futuræ numerationis, vt inueniat, vel hẽat

pecuniam, vt inquit Corne. in consil. 133. col. 2. in prin. volum. 1. Et ideo huic facilitati succurritur per dictam exceptionem, secundum quod scribit Felyn. in ca. si cautio. colum. 10. versicul. prima regula est nume. 33. de fide instru. Tu autem aduerte; quia ista ratio non videt concludere; quia eadem spes & facilitas militat in omnibus confessionibus, siue mutui causa factis siue ex alijs causis, vt confitens perducat ad finem intentionẽ suam. vnde dicendum est, ꝙ ideo in confessione facta ex causa mutui exceptio competit infra biennium, quia tendit ad obligandum recipientem mutuum; sed in alijs secus: vt patet in eo, qui confitetur recepisse prætium rei venditæ: quæ confessio tendit ad liberandum emptorem. Et ita reperio hanc rationem retulisse Paul. de Castr. in consil. 223. colum. 2. volum. 2. vbi etiam subdit, quòd in exceptione biennij elapso tempore, potest debitor in se onus probandi assumere, pecuniam non fuisse numeratam; secus in exceptione triginta dierum; quia etiam si vellet probare, non debet audiri. Potest igitur is, qui confessus est spe futuræ numerationis opponere exceptionem non numeratæ pecu. sicut

3 supra dictum fuit. Tamen † si in ipsa confessione præstitum fuerit iuramentum, ex ipsius priuilegio non poterit confessus opponere dictam exceptionem. & ita omnes limitant tex. in l. fin. C. de non num. pecu. & tradit Bauer. in suo tracta. de virtu. iur. nume. 46. versic. trigesimo primo. Soz. in consil. 82. volum. 3. Dec. consil. 536. ante nume. 10. & dixit etiam Marsi. in singu. 212. ꝙ iurans non poterit probare pecuniam non fuisse numeratam, ex quo contra ipsum est præsumptio iuris, & de iure. & hanc opinionem videtur tenere Bald. in capitul. ex insinuatione. col. fin. de procur. & Crauet. in consi. 282. colum. pen. versicul. videndum. Sed in contrarium videtur esse magis communis opin. quod immo etiam, si interuenerit iuramentum, non impediat exceptionem non numer. pecun. etiam si confessio esset facta in iudicio, per modum tamen voluntariæ iurisdictionis; vt in his terminis deducit Pedem. decis. 134. & ibi habentur concordan. & cum hac opinione congruit, quod scribit Barto. in l. nemo potest. numer. 2. quem omnes sequuntur. de lega. primo. & refert etiam Viui. in versiculo, iuramentum super contractu. nam vult, quòd si quis renunciauerit cum iuramento simulationi, talis renunciatio non valeat: ergo iurans se recepisse, cum non receperit, videtur renunciasse illi exceptioni: quod non valeat. & idem scribit Bal. in d. l. fin. C. de non nume. pecun. istam quoque partem sequitur Felyn. in capit. si cautio. de fide instrum. colum. 11. post

4 nume. 36. pro qua adducitur; † quia iuramentum habet in se tacitam conditionem, si iuranti pecunia numeretur; & sic quatenus ei fides seruetur, l. quæro. §. inter locatorem. locat. capit. peruenit. el 2. de iureiuran. Abba. in c. quemadmodum. in 3. not. & in cap. tua. eod. titu. Fely. in d. capitu. si cautio. nume. 33. versicu. amplia primo. Sozi. in consil. 40. colum. fin. volum. 1. Paris. in consi. 12. colum. 8. versicu. & suadetur. nume. 76. volum. 1. vbi inter cętera allegat Oldra. in consil. 138. idem Paris. consi 86. colum. penult. in fin. nume. 44. volum. 3. & Cott. in suis memoralibus. in vers. fideiussor indemnitatis. Cum ergo iuramentum habeat dictam tacitã conditionem, si pecunia numeretur, videtur correspectiuum ad illam promissionem sibi factam, de numerando post confessionem, & iuramentum super ea præstitum; & ideo, non obligat iurantem, si aduersarius quod promisit non adimplet. cap. constitutis. de pęn. Io. de Sylu. in tracta. de iureiur. in 3. par. in prima quæst. numer. 46. & Corn. in consi. 135. colu. 4. versic. nam censetur. vol. 1. Contra prædictã rationẽ, & doctrinã Bal. in d. l. fi. C. đ non num. pec. facit, quia ista est tacita cõditio, quæ extrinsecus venit, scilicet, si pecunia numeretur: ergo nõ suspendit obligationem; & consequenter iurans statim obligatur l. conditiones extrinsecus. de cond.

& de-

& demonſtrat. Prætereà cum hoc iurm ſit purum, qũo iurans confidit in numeratione futura; & conſequenter qũo poteſt eſſe conditionale? Verũtamen non diſcedendo a ſupradicta opin. Bal. reſponderi
5 poſſe videtur, † ꝙ immo ẽt tacita conditio faciat actum conditionalem, l. 1. verſ. ineſt. de cond. & dem. l. interdum. in prin. de verbor. obligatio. & perinde impedit oriri obligationem ſicut expreſſa. l. item quia. de pact. & Barto. & Doct. in l. ita ſtipulatus. la gran. de verb. oblig. Nec obſtat tex. in d. l. cõditiones extrinſecus. quia procedit quantum ad tranſmiſsionem legati in hæredes, vt dicit ibi Glo. ſed quãtum ad alia, facit actum conditionalem. Vel reſpondeo, ꝙ iſta tacita conditio intrinſecus venit ex principali intentione, & voluntate promittẽtis numerare, & iurantis ſe recepiſſe d. l. fi. & l. ſi quaſi. C. de non num. pecu. & l. qui pecuniam. ſi cert. petat. & ſic dicitur venire ex diſpoſitione contrahentium: ergo facit actum conditionalem. l. quod pure. quand. die. lega. ced. Non obſtat ſecundum, quòd iuramentum eſt purum: ergo non conditionale; quia reſpondeo, quòd licet, quantum ad verba expreſſa, iuramentum ſit purum; tamen quantum ad mentem contrahentium eſt conditionale: & debet attendi, quod in veritate agitur; non quod ſimulate concipitur l. prima. C. plus vale. quod agi. Dec. in conſi. 644. colum. 3. nume. 9.
6 † & mentem; non autem verba, inſpicere debemus; & illam ſemper præferre conuenit. l. ſcire leges. de legi. cap. intelligentia. de verbor. ſignificatio. Ancha. conſi. 33. in princip. Huc pertinet (ſatis communiter) elegans Euripidis adagiũ, cuius meminit Alci. libello. de ſingula. certa. capit. pen. Iurata lingua eſt; mente iuraui nihil. & ideo videtur poſſe concludi, quòd iuramento non obſtante, poſsit ſecundum magis communem opi. opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Quidam tamen nituntur iſtas Docto. diſſenſiones concordare. & in primis animaduertendum eſſe dicunt, quibus verbis, quoue modo concepta ſit ipſa confeſsio de recepto cum iuramento; vt intelligere valeamus, an exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poſsit; nec ne. Si enim, qui mutuum accepit, iurauit ſe vere pecuniam accepiſſe, ſeu in veritate ſibi numeratam fuiſſe; tunc omnes volunt, quod ita iurans non poſsit opponere exceptionem prędictam. & ita debet intelligi prima opin. & in his terminis loquitur Bald. in d. cap. ex inſinuatione. col. fin. vbi hoc tradit pro cautela. C. de procur. Sed ſi recipiẽs iuraſſet ſe recepiſſe ſimpliciter, non adijciendo, ꝙ vere ſeu realiter, vel actualiter receperit, vel in pecunia numerata; tunc, dicto iuramento non obſtante, poterit dictam exceptionẽ opponere, per tex. in d. l. fin. C. de non. nu. pe. ita vt non ſit opus petere abſolutionẽ a iuramento, ſecundum Bald. ibi. & ita procedit, & venit intelligenda ſecunda opin. Sed Feli. in d. c. ſi cautio. col. 11. poſt nu. 36. de fid. inſtru. reprobat iſtam differẽtiam; quia etiã, ſi ſolũ dicat debitor, Recepi, & iuret, intelligitur cum effectu, l. 1. §. hæc verba. quod quiſq. iu. l. pen. §. docere. ne quis eum qui in ius voca. c. relatum. de
7 cleri. non reſidẽ. † vbi verba dẽnt intelligi
8 cũ effectu, † & verbum, Recepi, ſignificat actualem receptionẽ, vt habetur per Bar. & alios in l. 2. §. fi. ſi cert. peta. & l. 1. §. mutuam. ſi quid ĩ fraud. patr. ſequitur Bru. in tract. de ſtatu. fęm. exclu. a ſucceſſ. in ſexto articulo. principa. in quarto mẽbro q. 28. & iſtud dictũ ego ẽt confirmo: nam dicimus, ꝙ dare, importat actualẽ numerationem. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. de verb. obli. ergo recipere importat actualẽ receptionẽ, vt contrariorũ ſit eadẽ diſciplina. l. quemadmodũ. de acqui. poſſeſ. l. ſi merces. §. vis maior. locat. & ideo Dec. in c. quoniã cõtra. col. 2. de proba. dicit illud dictũ Bal. in d. c. ex inſinuatione nõ tranſire ſine difficultate, per ea quæ habentur in l. ſi ex cautione. C. de non nu. pec. & l. 2. §. 1. ſi cert. pet. & illud etiam reprehendit in l. 2. C. de eden. per aliam tñ rationem, vt ibi per eum. Concludit ergo Felin. ꝙ

quocum-

quocumque modo iurans dixerit se recepisse pecuniam, nil intersit; & propterea posit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, per d. l. fi. in qua talis differentia non potest considerari. Alij dicũt, ꝙ aut est iuramentum de recepto, designando factum de præsenti; vt quia dictũ sit in instrumento, Habuit & recepit à Proculo dante & soluente; vel Habuit in præsentia mei notarij & tunc siue dicat In veritate, siue simpliciter absq; illo uerbo, In veritate, nihil refert; quia in tali casu non poterit opponi dicta exceptio; quia hæc verba non continent aliquam confessionem sed dicit vera numeratio, vt per Bologni. in conſ. 65. per to. & Cor. in cõſ. 79. col. 2. ver. non obstantibus in litera C. vol. 1. per not. per Glo. in d. l. si ex cautione. Et ideo si contra huiusmodi instrumentum probaretur, pecuniam non fuisse numeratam, diceretur falsum, vt ꝑ eundem Corn. in consi. 61. vol. 3. & consi. 216. ad fi. vol. 4. Si vero in instrumento dictum fuerit, Confessus fuit habuisse, & recepisse; & sic non per verbum assertiuum veritatis, sed per modum, & viam confessionis; tunc cum talis assertio solum contineat confessionem, poterit opponi dicta exceptio. & procedit secunda opi per d. l. fi. quæ loquitur in iuramento, & confessione solutionis sibi factæ: quod respicit futuram numerationem, si sibi pecunia numeretur: vt declarat Bologne. in l. 2. post nu. 21. C. de eden. & pro hoc ego adduco Bar. in d. l. si ex cautione. in princip. C. de non nũ. pec. & Feli. in d. c. si cautio. in prima fallen. ad primam regulam, nu. 37. de

9 fid. instru. † vbi differentiam faciunt, an instrumentum contineat assertionem actualis numerationis, vel tantum confessionẽ: prout in simili tradit etiam Corne. in consil. 143. col. pen. volu. 4. quia aliud est recipere, & aliud confiteri se recepisse, vt nota. ꝑ Bar. in l. a diuo Pio. §. sed si emptor. de re iud. & sequitur Rui. in consi. 135. colum. 1. nam in primo casu non poterit opponi exceptio secundum primam opinionem; in secundo vero poterit secundum aliam opi. ex quo solum confessionem cõtinet, vt ꝑ Corne. in consi. 209. col. 1. vol. 3. & in consi. 193. col. 3. volu. 4. & Gram. consi. 63. nu. 3. & 4. in ciui. sed adhuc contra hanc differentiam seu distinctionem facit Glo. in l. si non singuli. C. si cer. peta.

10 vbi dicitur, † ꝙ nihil refert, an quis scribat, Habui vel recepi talem pecuniam; an scribat, Fateor me accepisse. & idem concludit ibi Bar. & sequitur etiam Paul. de Cast. in consi. 34. col. 2. in medio, versi. sed de primo dicto. vol. 1. Secundo facit; quia confessio facta per verbum Credo, præiudicat, sicut facta per verbũ veritatis. Abb. in c. quoties. nu. 8. de test. Tertio facit qđ voluit Paul. de Cast. conſ. 64. vol. 1. & Alex. in consi. 123. num. 5. vol. 6. vbi vult, quod vera numeratio pecuniæ probetur per confessionẽ, per l. pecuniæ. & ibi Bal. C. de solutio. ex quo infert, quòd mulier habens instrumentum confessionatum super dote, habebit omnia priuilegia dotis; quia per ipsam confessionem probatur naturalis numeratio: & ibi per eum. Sed ꝓ resolutione dicendum est, Glo. in d. l. si nõ singuli. procedere, & loqui in priuata scriptura, in qua non attenditur talis differentia; secus in instrumentis publicis, vt patet per aliam Gl. in l. seq. C. si cert. peta. & ita declarat etiã Bar. in d. l. si non singuli. Ad secundum dicitur, quod est verum, quando confessio fit in iudicio; quia eius calore cõfessio habetur pro veritate. & ita loquitur Abbas in cõtrarium allegatus. Ad vltimum dicitur, quod procedit in dote ex eius priuilegio: nam illius fauore confessio idem operatur, quod vera numeratio; sicut & alias habet quamplurima pri-

11 uilegia. † & ideo non valet argumentum de contractu ipsius ad alios contractus, vt habetur ꝑ Doct. in l. 1. soluto. matr. & tradit Natta. in consil. 501. nu. 24. Præterea non est absolute verum quod dos confessata habeat omnia priuilegia veræ dotis numeratæ. & contrarium voluit Glo. in l. assiduis. in ver. date. C. qui potio. in pigno. habe. quam sequitur Corne in consi. 193. col. 3. post medium. ver. & tamen si contin-

net.

net.vol.4.Vel dic,quod confeſsio non eſt probatio veræ ſolutionis; ſed probationis releuatio ſecundum veriſsimam opi.Doćto. vt ſcribit Dec. in rub.de proba. poſt nu.10.de mente Sozi.in rub. de confeſſ. Ex alio tamen nõ ſatisfacit ſupradicta diſtinctio; quia, ſcilicet, primum membrum non loquitur in confeſsione: cum tamen noſtrum priuilegium, & Doctores ſint intelligendi, quando pars confeſſa fuit ſe pecuniam accepiſſe. Et propterea ego conſiderabam in dictis Doctorũ non eſſe aliquam circa hãc materiam diſſenſionem ſeu controuerſiam; ſed loqui in diuerſis terminis. quod vt facilius & planius intelligatur, pono infraſcriptam conclusionem cũ ſuis limitationibus.Conclusio ſit; quod debitor quocumq; modo confeſſus fuerit ex cauſa mutui recepiſſe pecuniam,& iurauerit;exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere poteſt. Iſta conclusio probatur ineuitabiliter in d.l.ſi. C.de non nume.pecunia.quæ generaliter, & indiſtincte loquitur,prout etiam conſiderauit Feli.in d.c.ſi cautio.poſt num.36. de fide inſtrum.patitur tamen quam plurimas limi.

Et primo limi.ſecundum Feli.in d. ca. ſi cautio.in prima fallentia primæ reg.nu.21.non procedere de iure canonico;quia confeſsio iurata de recepto debet valere, per tex.in c. debitores. de iureiuran. ſicut etiam valet confeſsio iurata,facta abſente parte;vt ibi late per eum dicentem ita attentari poſſe, & eſſe ſuam nouam opinionem; illam tamen non firmat more ſuo. Ego etiam vltra ipſum conſidero pro ea benefacere; quia in tali confeſsione de recepto,de qua nos agimus, ex quo pars eſt præſens, & recipitur vltra receptionem, quam facit Deus,videtur magis ipſum cõfitentem adſtringere, ne fallat fidem duobus:vt in ſimili dicit Rip.in c. 1. colu.25. in fi.poſt num.59.verſic.quinto ſic.de iud. Ceterum vt vere dicam,quod ſentio, arbitror iſtam opinionem nõ eſſe veram, etiã de iure canonico; quia certum eſt; quod talis confeſsio iurata eſt facta reſpectu futuræ numerationis; & conſequenter recepit illam tacitam conditionẽ,ſi pecunia.ſ. numeretur, c.peruenit.el 2 vbi etiã Abb. de iureiuran. c. venerabilem.de electi. &
12 ca. ſi infidelis.28.q.2. † & quod etiam de iure canonico,ſi non ſeruetur promiſſum, liceat venire contra proprium iuramentum,patet ex his, quæ tradit Abb.in cap. ſicut.col 2.ver.ſed quæro.nu.6. de iureiu. vbi ſi duo inuicem iurent,& vnus non ſeruet iuramentum, alius non tenetur ſeruare; quia iuramenta ſunt correſpectiua; & quilibet videtur tacite ſub conditione iurare, ſcilicet,ſi alter ꝓmiſſa adimpleat, d. ca. peruenit. & quod ſi non ſeruetur promiſſum,iurans ipſe etiam non teneatur ſeruare,tradit Roman.in conſi.244. Abb. in conſi.61.par. & Dec.in conſi. 265. late Corne.in conſil.246. vol.3. vbi propterea dicit nõ procedere diſpoſitionem.l ſi quis maior C.de tranſact. Item ob hanc ratio-
13 nem dicimus, quòd debitor iurans ſoluere in certo termino,ſi non ſoluit,vt promiſit,non tenetur creditor ſeruare dilationes ſibi datas,vel conceſſas;per ea,quæ hẽntur in l.cum proponas.C. de pact. & in l. qui fidem.de tranſa. ita dixit apoſtil. ad Abb. in c.ſi diligenti.poſt num.10.de foro compet. Longe diuerſum eſt, quando ſimpliciter iurauit ſoluere,& creditor dedit ei certam dilationem ad ſoluendum: nam quãuis non ſoluat illo tempore,non tamen incidit in periurium;quia aliud eſt ſimpliciter iurare ſoluere;aliud ſoluere certo tpe, vt per Cor. in conſi. 246. ſupra allegat.in fin. Et ſimiliter dicimus, quod ſi vaſallus iurauit ſeruire domino in bello ratione feudi,non tenebitur, ſi ei feudum auferatur,vt per Abb.in d.cap. peruenit.& procedit hæc regula, etiam ſi in minimo non fuerit obſeruatum,vt per Grat.lib. 1.reſp. 3.nu.17.& reſpon.52. nu.1. immo etiam ſi non fuerit obſeruatum ex neceſsitate,vt per Dec.in d.l. cum proponas. cuius meminit Grat.nunc allegat.& tam in contractibus innominatis; quam nominatis, vt dicit in d.reſpõ.42. Si ergo non impletur ex parte illius cui iuratur,dicitur deficere

con-

consensus: ergo non obligatur. Concludo igitur, quod confessio iurata non solum de iure ciuili, sed etiã de iure canonico, non habet impedire, quin iurans ipse possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ: quia illam poterit opponere per prædicta.

14 Secundo † limita. non habere locum, quando fuisset iuratum non contrauenire de iure, vel de facto, vt habetur in decis. Tholos. 374. in princip. vbi idem vult; quãdo iuratum fuit ex interuallo: imo etiam sola renunciatio ex interuallo facta absq; iuramento valet, & impedit exceptionem non numeratæ pecuniæ. l. cum fidem. C. de non num. pecu. Pro dicta limi. facit, quod scribit Corne. in consi. vlt. col. pen. versi. & posset etiam attẽtari. col. 1. vbi vult, quod iurans non venire cõtra donationem, nec de iure nec de facto, in tantum obligetur, vt nec etiam eo casu contrauenire possit, quo alias sibi de iure liceret, vt illa verba, de iure, aliquid operentur. exẽpli gratia, quando vellet contrauenire ex eo, quod sibi non seruaretur conuentio & promissio, quo casu regulariter posset, nisi iurasset de iure, vel de facto non contrauenire; quod iuramentum tenet; quia potest quis renunciare iuri agendi, & condictioni ob causam, sibi competiturę. ad idem facit, quod ipsemet Corne. censuit in consil. 2. col. pen. in littera V. vol. 2. vbi, qui iurauit non venire contra laudum, nec de iure nec de facto, non poterit etiam opponere de nullitate; ex quo tunc posset venire cõtra: quod tamen se non facturum iurauit. Idem in casu nostro dicendum est, vt nõ possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt ita illa verba De iure, aliquid operentur: & sic etiam eo casu quo liceret venire contra ob pecuniam nõ numeratam, & sic ob non seruatam promissionem. Nec obstat, si dicatur, quod talis renunciatio non valet, ex quo præstat occasionem delictis faciendis: quæ in casu nostro dicuntur fieri in non seruando promissa l. 1. de consti. pecu. & alibi dicitur, quod est obuiandum priuilegijs. l. nec in arbitris. & ibi Bal. C. de arbitr. quia respondeo, quod hoc procedit, quando directe, & expresse præstatur occasio seu causa delinquendi per ipsam renunciationem: nã tunc non valet: secus si tacite, & indirecte; quia tunc valet: nam & dolo futuro tacite renunciari potest; quamuis expresse nõ possit l. cõuenire. de pact. iuncta. l. si vnus. §. illud. eo. ti. quia multa expresse fieri prohibentur, quæ tamen tacite permittuntur. & ex his videtur hanc limitati. esse satis iuri consonam. Verumtamẽ mihi maturius cogitanti contrarium verius visum fuit; quia quãdo quis iurat non contrauenire, neque de iure neque de facto, nihil aliud iurat, nisi se non oppositurum exceptionẽ sibi de iure competentem, de tempore celebrati contractus; non autem sibi competituram, argum. nota. per Doctor. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obl. & præsertim prouenientem ex facto aduersarij, qui non intelligitur renunciasse, dato, ꝙ omnibus exceptionibus tam præsentibus, quam futuris, diceretur renunciasse, vt ꝑ Mars. singula. 96. vbi concor. & istud videtur esse verissimum, pręsertim si alius promisit in veritate numerare, vel fortasse etiam cum iuramento: quo casu non solũ efficitur periurus non soluẽdo; sed & ius, quod acquisiuerat ex contractu, ipso iure amittit, & redit ad alium l. si quis maior. C. de transact. vt late ibi Doctores declarant. & habetur per Corne. in cons. 25. col. 3. vol. 2.

Tertio limita. non procedere, quando vltra iuramentum præstitum lapsa sunt tẽpora, id est, biennium, ad opponendum; quia tunc non poterit talem exceptionem opponere. & in his terminis loquit̃ Dec. in d. cons. 536. ante nu. 10. immo, nec valebit probare pecuniam non fuisse numeratam, vt per Marsi. in singula. 222.

15 Quarto lim. † quando cum iuramento specialiter, & expresse fuisset per debitorẽ renunciatum huic exceptioni non numeratæ pecuniæ; quia tunc illam non poterit opponere vt per Alex. in consi. 37. colu. 6. vol. 1. Bald. nouel. in suo tracta. de dot. in

10. part.

10. part. col. 4. Ias. in § fuerat. post nu. 82. Insti. de acti. & ista est communis opi. vt testatur Corn. illam sequendo. in cons. 52. col. 2. ver. licet enim. volu. 1. & consi. 284. col. 2. eod. volu. consi. 61. col. 2. volum. 3. consi. 193. colum. pen. & consi. 293. col. 3. vol. 4. & concordantias adducit Anto. de Gab. in tit. de iureiur. conclus. 3. post nu. 24.

Quinto limi. non habere locum, quando fuisset iuratum, omnia & singula vera fuisse & esse; quia talis exceptio non posset opponi, vt per Bal. nouel. in loco proxime allegato, & per Soci. in cõsi. 61. vol. 1. & Rui. consi. 190. col. 3. vol. 1. & dictum fuit in praecedenti priui.

16 Sexto limi. † non procedere, quando iurans confitetũ recepisse a tertia persona; qa nõ põt talẽ exceptionẽ opponere. & ꝑ singulari tradidit Marsi. in singula. 345.

17 Septimo & vltimo limita † qñ talis assertio, vel confessio iurata, vt s. fieret in vltima voluntate; qa tũc non vr̃ facta sub spe futurae numerationis, cũ speret nõ indigere mutuo seu pecunia propter dubiũ vitae. & ideo statim praeiudicat, etiam ante biennium: quinimmo nec eius haeres poterit opponere hanc exceptionem. ista est Glo. singularis in l. 1. in Glo. fin. C. de fals. caus. adie. lega. quam pro singulari allegat Bald. in ti. de pace constan. in versi. vasalli. col. 1. idem quoque dixit per eandem Glo. Roma. in consi. 445. colu. pen. versi. tertio casu principali. ibi Praeterea secundum hoc & col. fi. ver. vltimo. & voluit etiam Marsi. in consi. 5. nu. 16. qui tamen loquitur de confessione facta in mortis articulo. & istam pariter opi. ꝙ quando, scilicet, non subest spes futurae numerationis, nõ possit opponi talis exceptio, sed cõfessio statim praeiudicet, tenet Ale. in l. si diuortio. in fi. de verbor. oblig. Sed Feli. in d. c. si cautio. col. 12. ad fi. ver. fallit secundo. de fide instrum. tenet contrariũ, nisi fieret per existentem in extremis; quia non omnis infirmus est sine sp. viuendi. & patet vltra ipsum; quia licet etiam infirmis matrimonium contrahere, cuius quidem vsus; & perfectio, quae in cõsumatione ipsius consistit, nõ potest haberi sine spe aliqua viuendi. & ideo secundum eũ bene fieri posset confessio sine spe futurae numerationis; quando, scilicet, in extremis laboraret. & hoc ego etiam puto verum. Nunc autem generaliter est circa su-
18 pradicta notandum, † quòd, quando iurans vult opponere exceptionem non numeratae pecuniae, semper debet prius petere absolutionem a iuramento, quamuis Bal. contrariũ scripserit in d. l. fi. C. de non nume. pecu. quem sequitur Corne. in consi. 11. col. 7. vol. 3. hoc autem probatur in c. venerabilem. in fi. ibi, Nec valet ad plenam. de electi. & tradit Ancha. consi. 34. colũ. 3. & pro hoc optime facit; quia regula est, quòd in omni dispositione, q̃ inducit aliquem effectum, ipso iure semper requiritur declaratio, vt voluit Bald. in c. 1. §. 1. quibus mod. feud. amitta. ꝑ Ias. in l. 2. col. 8. C. de iure emphy. Capi. decis. 112. & decis. 121. nu. 24, Gram decis. 15. nu. 7. cũ sequen. & decis. 105. nu. 60. Io. de Amic. consi. 42. in fi. vbi dicit, quòd omnia iura mundi hoc dicunt. Dato ergo, ꝙ iuramentum non teneat ipso iure: tamen super hoc debet fieri declaratio: alias sequeretur, quòd iurans esset iudex in causa propria, asserendo se non periurũ; quãuis contrauenit iuramento; & sic iudicaret non tenere iuramentum: ꝙ non licet, vt toto ti. ne quis in sua cau. iudi. ita nuncupatim tradit Grat. lib. 1. resp. 30. nu. 18. cum pluribus sequen. & istud procedit dato etiam, quòd iuramentum esset inualidũ; quia iurans non põt venire contra tale iuramentum, nisi petita prius absolutione, vt scribit Marsi. in consi. 9. nu. 4. ꝙ ego credo verum propter reuerentiã sacramẽti. & cũ ista opinio sit securior pro anima, est intrepide amplectenda, arg. c. iuuenis. de sponsali. cũ simili. An vero in terminis nostri priuilegij sit cõcedenda, scribit Corne. in consi. 293. vol. 4. vbi late consulendo concludit, quòd sic.

19 Secundo † notandum est, quod quando absolutio praedicta petitur coram

iudice

iudice ecclesiastico (quod semper facere oportet) ea obtenta, ad finem postea agendi super simulatione contractus, vel super vsuraria prauitate, iudicium erit agitandum coram eodem iudice ecclesiastico; & non coram iudice laico, secundum Bal. in l. Ordinarij. col. 1. C. de rei vendi. quem sequitur Paul. de Cast. in cons. 210. col. fi. vol. 2. & ista est cõmunis opinio, vt refert Viui. in versic. iudex si aditus. Contra quam ego vidi millies practicari: quinimmo illã numquã vidi seruari. & cõtra eam tenet Imo. & Feli. in c. 1. col. 2. nu. 22. de iureiur. vbi volunt, quod causa sit tractanda coram iudice seculari; quia petita absolutione seu habilitatione a iuro, suspẽditur virtus iuramenti ipsius, nec disputatur amplius de periurio, sed solum de iustitia, & meritis ipsius contractus, quæ est causa profana, & ideo coram suo iudice tractanda, vt ibi dicit Feli. & sequitur Bolognet. in l. si. quis maior. nu. 78. C. de transact. & ita etiam sentit Corn. in consi. 220. col. 2. vol. 4 Accedat, quod hoc esset semper in pręiudiciũ Superioris laici, qui haberet iurisdictionẽ in iurãtẽ: & iniquũ esset illi in hoc p̃iudiciũ facere, vt colligitur in Pedemont. decis. 78. & cum hac opi. ego pertranseo.

Tertio est notandum, quòd qñ est dubium, an in aliquo casu particulari sit concedenda absolutio a iuramento p̱p̱ diuersas Doctorum opiniones, qui faciunt rem dubiam, tunc talis absolutio non põt cõcedi per inferiorem a principe, vt per Imo. in c. cũ contingat. in 3. mẽbro in fi. de iure iur. sequitur Corn. in cons. 71. col. 2. vol. 3. vbi propterea vult, q̃ Vicarius episcopi non poterit absoluere.

20 Quarto notandum † in hac materia, q̃ hæres non tenetur petere absolutionẽ; ex quo reatus priuilegij ad illum nõ transit, vt p̃ Alex. in consi. 129. col. fi. vol. 6. Corn. consi. 27. col. 4. vol. 4. Dec. consi. 203. col. fin. & Bologni. in consi. 45. col. 2. cum concordantijs adductis per Anto. de Gab. in titu. de iureiur. conc. 6. circa prin.

Vltimo est obseruandum, quòd licet exceptio non numeratæ pecuniæ possit opponi infra biennium de iure ciuili, vt in toto titu. C. de non num. pecun. tñ de æquitate iuris canonici perpetuo potest opponi secundum Dyn. in regula Locupletari. de regul. iur. in 6. & sequitur Rom. in cõs. 44. post princ. vbi idem dicit in exceptione non mumeratæ dotis, & retuli ego etiã in pręcedẽti priuilegio, in vltimis verbis

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an firmet actum nullum, vide per totum.*
2 *Sententia confirmat actum nullum.*
3 *Absolutione obtenta, an & quando sit opus rescisione contractus.*
4 *Contractus nullus ratione solemnitatis omissa firmatur iuramento.*
5 *Contractus nullus ipso iure firmatur iuramẽto.*
6 *Iuramentum non supplet defectum consensus.*
7 *Iuramentum firmat quasi contractum nullum.*
8 *Iuramentum siue ante, siue post incontinenti præstitum firmat actum nullum.*
9 *Iuramentum non firmat actum nullum ratione materia.*
10 *Iuramentum non firmat actum nullum ex defectu consensus.*
11 *Iuramentum non firmat actum nullum de iure communi.*
12 *Iuramentum non firmat actum nullum, quando est contra bonos mores.*
13 *Item nec quando est nullus ob publicam vtilitatem principaliter.*
14 *Item nec quando esset nullus in odium contrahentis.*
15 *Item nec cõtractum nullũ in præiudiciũ tertij.*
16 *Item nec actum nullum; quia sit nutritiuus peccati.*
17 *Item nec contractum factum contra iuramentum prius præstitum.*
18 *Item nec quando actus præsumitur per dolum factus.*
19 *Iuramentum, præstitum per dolum, ipso iure nõ obligat iurantem.*
20 *Iuramentum non firmat obligationem, quam quis facto Principis seruare non potest.*
21 *Item nec actum continentem enormissimam læsionem.*
22 *Absolutio a iuramento in casu enormissima læsionis an sit petenda.*
23 *Iuramentum non firmat actum nullum ratione in-*

ne incompetentiæ, & iurisdictionis.

24 *Iuramentum firmans actum nullum, an debeat præstari in forma plenissima, vel sufficiat præstari generaliter.*

PRIVILEGIVM LXI.

1 Sexagesimum primum priuilegiũ est; quia † iurm firmat contractũ nullũ, & facit illũ vallere. c. q̃uis. de pact. in 6. c. cũ cõtingat. vbi Imo. Ab. & alij de iureiur. Auctẽ. sacraméta puberũ. C. si aduers. vẽditio. vbi oẽs hoc not. nã ibi volũt, q̄ dispositio illius Aucten. extẽdatur ad contractũ, aliàs inualidũ, & nullũ, vt qñ minor alienat immobilia absque decreto iudicis, iuxta tex. in l. si quidem. C. de præd. min. per Curt. iunio. in consil. 118. nu. 4. & cõsi. 152. nu. 2. Affli. decis. 83. post nu. 3. Alex. con. 20. col. 3. vol. 3. consi. 38. col. 3. eo. vol. & consi. 27. col. 5. vol. 1. vbi habentur plura exempla Corne. cons. 2. col. 3. ver. maxime cũ interuenerit iuramentum. vol. 2. Sozi. iun. in l. sciendum. n. 58. de verb. obligat. & Gozad. in. cons. 16. col. 2. ver. quinto adduco. num. 5. vbi testatur de communi opin. tam legistarum, q̃ canonistarum. & ibi adducit concordan. idem sentit in consi. 100. col. 5. nu. 20. vbi dicitur, quod compromissum nullum de iure canonico propter iuramentum sustinetur. Contrariam sententiam tenet Bologni. in consi. 45 col. 2. ver. præterea sequeretur. Bar. in l. qui superstitis. de acqui. hæred. & istam quoque opi. tenet Sozi. iun. in consi. 48. nu. 17. volum. 1. & consil. 3. nu. 33 & 34 vol. 2 Et dicit Alex. consil 196. nu. 9. vol 6 quod quando statutum inualidat obligationem, vel contractum factum absque certa sollennitate non potest iraméto firmari: & idem dicit in consi. 129. nu. 17. eod. vol. & consi. 15. vol. 7. Ruin. in consi. 60. nu. 5. vol. 4. & consi. 55. vol. 5 & Dec. cons. 536 n. 16. & Porti. Insti. quib. aliena. lice. vel non super Glo. in versi. interdicta post Io. Fabr. ibi. & in §. extraneo. Insti. de hæred. quæ ab int. defer. vbi dicit, quod supradicta opinio, quod, scilicet, iuramentum habeat firmare contractum, sibi non placet, nec illi vmquam acquieuit; quia quamuis iura dicant iuramentum esse seruandum, quod super inualidis contractibus apponitur; non tamen dicunt contractus ipsos firmari. hæc enim duo inter se maxime distant; & resultant plures effectus ex prædicta differentia, vt ibi per eum late insistentem. Istam quoq; opinionem tenuerũt plerique alij, quos congerit Tiraq. de iure consistit. in tertia par. glo. 7. p totã illã Glo. & signanter sub nu. 32. & Couar. in d. c. quamuis de pact. in 6. in secunda parte. §. primus. nu. 7. vbi dicit dubiã esse quæstionem. & dixit Alci. in d. c. cum contingat. de iureiur. non esse omnino expeditum, quæ sit magis cõmunis opi. primam tamen velut magis communem latissime disputando defendit & comprobat Rim. iuni. in d. tit. quibus alie. licet. vel nõ in prin. vbi videas a nu. 199. vsque ad nu. 228. quia ad eum me remitto, & illam puto verissimam. cum enim
2 videamus, q̄ † sententia confirmat actum nullum, vt per Ancha. in consi. 41. vbi propterea dixit, quod si quis produxerit simplicem mandati copiam, super qua iudex pronunciauit illum esse legitimum procuratorem, mãdatum firmatur, & dicitur procurator: & tamen est minoris efficaciæ & virtutis. quam iurm, vt l. 1 & 2. vbi not. de iureiur. ergo & ipsum iuramentum cõfirmabit actum nullum. & hæc opinio est mexime vera, & indubitata de iure canonico; quod ius habuit solũ respectũ ad animã. cuius causa dicitur semper esse seruandum quãdo sine peccato seruari põt, d. c. cũ cõtingat. de iureiur. vbi Alci. nu. 113. testatur hãc esse cõem opinionẽ; & habetur p Bar. in l. si quis, p eo. de fideiu. Hoc nostrũ priuilegium multis modis ampliatur, & multis restringitur.

3 Et primo † ampliatur, vt in tãtum procedat, quod etiam si sit petita absolutio a iuramento, nihilominus sit necesse recurrere ad restitutionem in integrum, iuxta notabilem distinctionem Abb. in c. cũ contingat. colum. 12 de iureiur. quam de-

clarat Corn.in consi.6.col. pen.ad fi.vol.1. in consi.71. ad fi. vol.3. & in consi.seq.in prin.eo.vol.& in consi.287. col. pen.& fi. vol.4.vbi dicitur, ꝙ si contractus sustinebatur solo iuro,& tunc illo sublato,cōtractus remanet nullus;aut contractus sustinebatur alio iure;& tunc, etiam remoto iuramento, contractus est seruandus: quod etiam vr̄ sentire Guid.Pap. q.226. Grat. lib.1.resp.71.col.2.in fi.& seq. & ēt refert Ant.de Gabriel.in ti.de mino.cōcl.5.n.3. & ideo si quis liberari velit a vinculo ipsius contractus, necessaria est alia sentētia absolutoria,vt fuit alias conclusum Bononiæ: prout memoriæ comendauit Petr. Berin. in concl.14. quia Quot sunt vincula tot esse debēt liberationes, & similē distinctionē facit Abb. in alio tamen ꝓposito,in consi.12.nu.6.par.2.Cum ergo dr̄, ꝙ absolutio a iuramēto non operatur rescissionem cōtractus;sed solum, vt possit agi, vel excipi: de quo pulcre habet̄ ꝑ Craue. in consi.7.nu.7.dēt intelligi de contractu, qui vltra iurm̄ alio iure sustinebatur: sicut ex diuerso,quando dr̄ operari rescisionē, dēt intelligi,quando solo iuramento sustinebatur.& in his terminis loquitur Affli. decis.322.circa finē.& potest poni exēplū in contractu vsurario, qui remoto vinculo iuramenti nullus remanet. Hanc quoque distinctionē facit Sozi. in l.hæc scriptura. de condi. & demōstra. quam latius reassumit Couarr.in d.c.quamuis,de pact. in 6.in secunda part.§.1. & lib.1. variarū resolu.cap.4.

4 Scd̄o † ampliatur,vt ꝓcedat ēt si statutum requireret certam sollemnitatē in cōtractu,veluti in contractu minorū,vel mulierum;qa quamuis in d.contractu non interueniat dicta sollemnitas; nihilominus firmabitur iuro,vt per Ioan.And.in addi. Specul.tit.de sentē.§.vt autem.in additio. incipien.Proceden.Alex.in consi.53.col. 4.vol.3.versi.aut non interuenit.& in tali casu,etiam si petita fuerit absolutio a iuramento,& obtenta; adhuc tn̄ dicitur remanere aliquod vinculum contractus,secundum Ange.in con.160. & ideo erit de viribus ipsius contractus rursus quærēdum, vt supra dixi & habetur per Abb.in c.1. col.pen.de iureiur.& Sozi.in d.l.hæc scriptura.de cond.& demo.Ista tn̄ ampliatio intelligi dēt, nisi agatur de sollemnitate probatoria;quia tūc tale iurm̄ nō firmaret dictū cōtractū,in quo esset omissa hm̄ōdi sollemnitas; ex quo deficeret fides probationis.& ideo si statutum diceret, ꝙ contractus aliter factus non valeret;tunc non firmaretur iuro: licet iurās cōpelli posset ad obseruātiā ipsius iuramēti, vt ꝑ Corn. in consi.252.vol.4.vbi dicit, ꝙ ita multi tenēt:Ex ipso tn̄ contractu non resultaret aliqua ꝓbatio; quia nō ꝓbaretur ꝑꝑ resistentiā statuti; nec pariter ex illo posset ꝓbari iuramentum.posito ergo, quod iuramentum illum firmaret:tamen hoc ex instrumento apparere non potest: vnde paria sunt non esse, & non apparere. l. duo sunt Titij.de test.ita voluit Paul.de Cast. in consi.61.& in consi.75.col.1. vol. 2. vbi tn̄ vult,quod si talis contractus, vel iurm̄ posset aliunde probari, proficeret illi, in cuius fauorem iuratum fuisset;quia in rei ueritate contractus dicitur firmari iuramento.

5 Tertio † amplia procedere, etiam si sit cōtractus nullus ipso iure,vt per Bar. Bal. Paul.de Castr.& alios.in d. Auctēn. sacramenta puberum.C.si aduers.vend.cum cōcordantijs relatis per Ant. de Gab. in tit. de minor.concl.5.ver.nono amplia.n.20. Paul.tamen de Cast.in consi.346.col.2.ad fi.versi.tertio videtur obstare.vol.1.sentit contractum nullum ipso iure non firmari iuramento;quia ex eo non nascitur neque ciuilis neque naturalis obligatio: tamen ipse admittit,quod agi poterit ex iuro,de iure canonico.vt illud seruetur,quādo seruari pōt sine detrimento salutis ęternæ: & ibi subdit, quod non ideo seruandum est iuramentum;quia contractum nullum cōfirmet: quoniam hoc facere non potest l. si quis inquilinos. §. fin. de pact. & l. non dubium. C.de legi. sed quia de se obligatorium est,quo ad Deum: vnde nō seruatur iuramētū iure actionis, quæ nō oritur

ex actu nullo, licet iuro vallato, nec etiã ex ipso iuramento nascitur actio: sed seruatur officio iudicis, ad quem spectat iuramẽtum tueri, vt ibi per eum. Istam quoque opinionem videtur amplecti Marsi. in consil. 125. nu. 7. Sed certe de istorum sententia, non est aliquatenus laborandũ aut curandum, postquam habemus communem opinionem. vel posset forte dici, concordando istorum contrarietatem, ꝙ nostra ampliatio procedit, quãdo contractus est nullus ipso iure, ob nõ seruatã formam de iure requisitam; secus si sit nullus ipso iure ex defectu consensus, vt patet in cõtractu simulato, qui est ipso iure nullus, nec firmatur iuramento, iuxta vulgatissimam Glo. in l. 3. C. plus vale. quod agi. cũ alijs, quæ allegaui in quinquagesimo no-
6 no priui. nu. 3. & nu. 9. † Quia iuramentũ non supplet defectum consensus. l. fi. C. de non num. pecu. Roma. in consi. 517. colu. pen. & Aret. in consi. 24. & ita potest intelligi dictum Paul. de Cast. & Marsi. in prę allegatis locis.

7 Quarto † amplia, vt procedat quoque in quasi cõtractu, veluti ĩ aditione hæreditatis, vt ponit Glo. in d. Auct. sacramenta pub. in vers. contractibus. C. si aduers. vendi. & ibi Bar. col. 2. ver. verũ hæc Auctẽtica. & Bal. col. 3. ver. vlterius quærit. & sequuntur Ange. Saly. & alij, ꝓut latius deducit Ant. de Gabrie. vbi supra num. 23. Hanc tñ ampliationem dicit valde dubitabilem Curt. iu. in consi. 53. col. 2.

8 Quinto, † & vltimo amplia, vt ꝓcedat, siue ante, siue post contractum iuretur, vt per Glo. in ver. super. & ibi Docto. omnes in d. Aucten. sacramenta puberum. dummodo incontinenti iuretur, vt ipsi loquũtur, & refert etiam Ant. de Gab. vbi supra num. 24. & seq. quia paria sunt, aliquid in ipso actu, vel ante, vel post incontinenti fieri, vt ꝑ Ias. in l. qui in aliena. §. iussum. col. 4. de acqui. hæred. & in l. non solum. §. morte. colum. 5. de noui oper. nunci. cum similibus.

Nunc vero huiusmodi nostrum priuilegium pluribus modis restringitur & li-
9 mitatur. † Et primo vt non firmet contractum nullum ratione rei, vel materiæ; veluti rei ecclesiasticę venditæ per laicum: nam in tali casu venditio est ipso iure nulla, nec vllo modo per iuramentum firmari potest: quinimmo qui ex laici concessione ecclesiasticam rem detinet, excommunicandus est. cap. 2. de reb. eccle. non alie. Amplius dico, quod etiã si venditor esset prælatus, qui in venditione nõ seruaret sollemnitates a iure requisitas, & iuraret non cõtrauenire; adhuc tamen Ecclesiæ ad rem venditam vendicandam consultum foret, vt per Aret. in consi. 114. nu. 23. Idẽ dicendũ, si essemus in contractu feudali nullo, vt per Abb. in c. cum cõtingat. num. 20. de iureiur. & Pedemo. decis. 170. num. 20.

10 Secundo limi. † non procedere, quãdo contractus esset nullus ex defectu consensus, vt dicebam paulo supra, ponendo exẽplum in cõtractu simulato, in quo dicitur nõ esse aliquod fundamentum consensus: de quo etiam in quinquagesimo nono priuil. num. 10.

11 Tertio † limita. vt procedat, si sit nullus de iure speciali; secus si sit nullus ex beneficio competẽte de iure communi. Bal. in l. 1. C. si aduers. vẽditi. & ita habetur in Tholo. decis. 382. & põt poni exemplũ in c. si diligenti. de foro compet. vbi clericus non potest subire iudicia sęcularia, etiam si iuret: quia hoc iure communi introductum est ob publicam vtilitatem Ecclesiæ, cui non licet priuatorum conuentionibus derogare. l. neque pignus. §. priuatorum. & l. nec ex prætorio. vbi Deci. de reg. iu. & tradit Bar. in l. si quis pro eo. de fideius. col. 3. ver. secundo quando prohibetur. & Alci. in d. c. cum cõtingat. nu. 83. de iureiu. & ꝑ Aufre. in decis. 382. & Gram. consi. 16. nu. 5. in ciui.

12 Quarto limi. † non procedere, quando contractus esset contra bonos mores; quia iuramentum non solum non confirmat contractum nullum; sed nec ipsum iuramentum dicitur obligatorium. ca. non est obligatorium. de regul. iur. in 6. Abba. in

d.c.cum contingat.col.4. in fi.& sequē.& Aufre.in d.Tholo.dec.382. & alijs sępissime per Docto.& ideo dr̄,ꝙ non confirmat actū nullum prohibitum propter sui turpitudinē,vt per Fed.de Sen.cons.127. in fi.sicut, nec quando habet perpetuam causam prohibitionis,vt ibi per eum.

13 Quinto limi.† non procedere,quando contractus esset nullus ob publicā vtilitatem principaliter; quia iuramentū illū non confirmat, vt habetur per Bar.in d.l. si quis pro eo. de fideius. Pau. de Cast.in cōsi.345.col.4.post nu.6.vol.1.Abb.in d. c.cum contingat. col. 5. in princ. Corne. cons.135.col.5.in litera B.& d.vol.1.Gozad.cons.6.cū multis similibus, quæ possent adduci. Et ex hoc patet non obstare tex.in d.c. cum contingat. & in c. quamuis.de pact.in 6.& in Aucten.sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. quia non loquuntur, quando contractus reprobatur propter publicam vtilitatem, vel interesse;sed quando agitur de interesse iurantis tantum,vel de alia causa, quàm fauore publico. & ita his iuribus respondet Corne.in consi.78.col.fi.in princ.post litteram M.vol. 1. quatenus volunt seruandum esse iuramētum interpositum super contractu,de iure nul'o.

14 Sexto limi. † non procedere, quando lex annullaret contractū in odiū alicuius, vt patet in vsurario contractu, qui nō firmatur iuramento secundū Abb.in d.c.cū contingat. col. 5.in fi.& in c.super eo.nu. 4.de vsur.Aufre.in d. Tholo. decis.382. Calca.in cons.19.in fi.Corn.in consi.179. col.pen.in prin.in consi.193.col.2.in cōs. 236.col.pen.circa princ.& consi.255. ad fi.vol.4. in quibus locis Corn. allegat tex. in c.significante.de pigno.in c.1.& c. debitores.de iureiu. & theoricam Bar. in l. si quis pro eo.de fideius.quam dicit communiter per omnes teneri.& idē not.Couar.lib.1.varia.resolut.c.4.nu.5. ipsum tamen iuramentū obligat & ligat iurantē, vt in dictis locis habetur. Sed contra hāc limitationem facit; quia videmus, quòd immo iurm̄ firmat donationē non insinuatam,quæ aliàs non valeret,& tn̄ prohibetur sic fieri.i.absque insinuatione, si excedat quingentos solidos,odio ipsius donatarij,contrahentis seu recipiētis donationē,id est,ne fraudes fiant,iuxta ea,quæ habenē in l.data.C.de dona. & per hāc rōnē Imo.in d.c.cū cōtingat.concludit,ꝙ non possit renūciari simpliciter legi requirēti insinuationem; licet secus postea velit,qn̄ interuenit iurm̄: de quo late dicam in septuagesimo tertio priui.Et similiter videmus, ꝙ licet non valeat renunciatio,ꝙ super dote,præstetur fideiusio, odio coniugum,ne inter ipsos oriatur perfidia: tamen talis datio firmatur iuramēto, vt per eundem Imo.in d.c.cum contingat.& dicam ego in priui.69.& per huiusmodi rationes,Corn.sibi contrarius tenuit in cōs. 6.col.5.& sequen.vol.1.ꝙ immo, ēt si cōtractus vitietur,odio contrahentiū, tamē validetur iuro; quia talis ratio odij videtur causa impulsiua,& non finalis;& cessare pōt,si cessat fraus in donatario,& perfidia in vxore,propter fideiusionē:& ideo ibi voluit,ꝙ possit renunciari l.de his.de transact. si accedat renunciationi iurm̄; quia, vbi nulla fraus commissa sit circa occultationem testamēti,dr̄ cessare odiū. Verumtamen non discedendo a supradicta limitatione, quę est communiter recepta respōderi pōt pręd ictis,ꝙ ꝓcedūt, quādo actus ꝓhibeē odio vnius cōtrahentis tantū: puta odio mulieris recipientis fideiussorē, vel donatarij recipientis donationē, non insinuatā; secus qn̄ actus ꝓhibetur odio vtriusque contrahentis: vt manifeste tradit Abb.in d.c.super eo.nu. 4.& ratio est euidens,quòd in tali casu iuramentum nō habeat validare actum, ne sit in potestate contrahentium venire cōtra legē,odio ipsorū emanatā. Vel dicas, ꝙ limitatio est intelligenda, qn̄ odiū seu cā odij est inseparabilis ab ipso actu; qa tūc non firmaē actus,vt patet in contractu vsurario,qui semper est odiosus, & in eo non potest cessare causa odij.

15 Septimo limi.† procedere solum, quo ad ipsum iurantem;quia bene firmat actū

nullum

nullum: secus quo ad preiudicium tertię personę; quia tunc iurm,etiam de iure canonico,nō est seruandum, vt per Paul.de Cast.in cōs.448.col.1.ver. secūdo vr.vol. 2.& consi.198.col.2.ver.nūc videndū est. vol.1.Corn.ī cōs.135.col.5.in litera C.& D.vol.1.& Gram.con.55.nu.7.in ciui.

16 Octauo limi † non procedere,quando actus esset nullus,quia nutritiuus peccati: nam in tali casu non validatur iuramēto. c.2.de pact.in 6.& c. non est obligatoriū. de reg.iur.in 6.Dec.in consi. 536.col.pe. nu.16.exemplum in eo, qui emit nomen debitoris; & sic emit litem: nā iuramentum,in tali actu interpositū,illū non validat.ita consuluit Gozad. consi.3.col pen. in fi.nu.29.& ratio est, quia redimens litem grauiter peccat; cum id faciat, non solum auaritiæ causa,sed ēt,vt diuersis vexationibus debitores afficiat l. per diuersas,C. mandat. ista tamen limitatio videtur eadem cum quarta.

17 Nono limita. † nō habere locū,quādo actus esset nullus, quia fuisset celebratus contra iuramētum, prius præstitū de illo non celebrādo; quia secundū iuramentū cōtra primū nō valet,in præiudiciū eius, cui est ius quæsitum:vt legitur,& not.per Bal.in l.duobus.§.fi.de iureiur.Alex. cōs. 16.col.3.vol.3 sequitur Dec. in cōs.536. col.pen.vers.octauo obijcitur. Corn.cōs. 170.col.pen.vol. 4.& Gram.cons.31.nu. 12. in ciui. de cuius dicti veritate latissime differemus in priui.75.

18 Decimo† limita.nō procedere,quādo actus reputatur, & præsumitur per dolū celebratus a iure communi, vel a statuto ex eo,quòd non fuerit adhibita certa sollemnitas, quæ requirebatur. stante enim præsumptione prædicta,ꝙ.s.lex, vel statutum præsumat illū actū dolo factū, tunc iuramentū super eo interpositū nō habet illū validare sm̄ Bar. quem cęteri frequētius sequuntur in l. omnes populi. col. 8. num.24.de iusti.& iu.Alex. in consi.151. col. 3. & 4.volum.7.consi.59.volum.1.& consi.38. volum. 3. Corne. in consi. 135. colum. 2. volum. 1. & alibi sæpe Doctores faciunt mētionem de huiusmodi decisione Bar.quæ quo modo sit intelligenda, dico ī octuagesimo tertio priuilegio. Nec mirum est, ꝙ in prędicto casu iurm

19 nō validet actū nullū; † quia videmus,ꝙ iurm pręstitum per dolū verum ipso iure nō obligat iurantē,si est verus dolus, qui excludat consensum, secundū Abb. in c. cū contingat.col.2.nu.3.& col 27. versi. sextus casus. & habetur in c. quamuis.de pact. in 6. per Rip.lib.3.resp.de reuocan. don.c.15.col.2.nu 6.& Paris.in consi 26. nu. 64. vol 3.tunc autem intelligitur per dolū exclusus consensus, quādo cōmissus est per machinationē,vel fallaciā aut deceptionē, vt quia me induxisti ad aliquid agendū per dolū, aliquid simulādo verū, ꝙ non erat: nā non dr̄ in tali casu subesse consensus.l.dolus.C. de resci. vend.quem tex.dixit esse meliorem de iure Bologni. in consi.44.col.4.in fi.

20 Vndecimo† limita.qa non firmat obligationem,quā quis facto principis seruare non potest,vt per Craue.in consi. 233. nu.2.quia semper in iuramento Superioris auctoritas intelligitur excepta. c. veniens.& c.pe.de iureiu.& est generale, ꝙ in omni actu reseruata intelligatur, arg.l. Iulianus.§.fi. de legat. 1. quia dicitur esse de genere impossibilium. & hinc est, ꝙ dicere solemus, infantem esse inemancipabilem; quia.s.principis rescriptum requiritur, vt legitur apud Corne.in cons. 173.vol.1.

21 Duodecimo † limita. non procedere, quando iurm interpositū sup actu nullo cōtinet enormissimā læsionē; qa tūc non validat cōtractum;cū nō debeat esse vinculum iniquitatis. ita Cor. in consi. 166. col.3.nu.9.& consi.189.col.3.vol.1.cons. 161.col.3.num. 7. & col fi.vol.3 & consi. 258.col.3.vol.4.& Dec.consi.180.col.5.

22 † vbi vult, ꝙ non sit necessaria absolutio a iuramento;quia scilicet, non obligat.l. decem de verb. obli. l. non pōt videri de reg.iu.& Corn.cons.6.in prin.vol.1. Ego tamē credo tutius esse, illā impetrare per ea, quæ dixi in precedenti priuilegio ad

fi. Satis tñ pôt dici, q̃ restringat nostrũ priuilegiũ; quia dato, q̃ ipso iure habeat firmare actũ nullum, continentem enormissimam læsionem, tamen de facili impetratur absolutio; & iurans ad seruandũ iuramentum non adstringitur.

23 Decimo tertio † limita. qñ actus esset nullus rõne incõpetentiæ, vt si fuerit factũ compromissum, & iuratum nõ dicere de nullitate; quia si fuerit laudatum extra tẽpus in compromisso appositum, laudum erit nullũ, nec firmabitur iuro. & sic poterit de nullitate dici, iuro ipso nõ obstãte. Felin. in rub. de foro compet. col. 1. sequitur Gozad. cons. 72. col. 3. ver. tertio adduco. Paris. in consi. 24. nu. 157. volu. 2. & ibi allegat concor. & idem dicendum si fuisset iuratum de non veniendo cõtra laudũ; q̃a poterit dici de nullitate ex defectu potestatis; q̃a esset absurdũ, si laudaretur sup re penitus diuersa: ergo & iuramẽtum absurdum, vt per Corne. in consi. 177. col. pen. vol. 2. & hoc vr̃ ex eo procedere; quia deficit consensus; ex quo illud, quod laudatum fuit, non continebatur in compromisso; & iuramentum non extenditur, vbi non est consensus, l. fi. C. de non num. pec. & pro prædictis facit, quòd nullitas iurisdictionis vel potestatis est defectus omniũ maximus: vnde ĩ tali casu, p̃missione quis iurata, de nõ dicẽdo de nullitate, vel de nõ veniẽdo cõtra laudũ, non comprehenditur nullitas, proueniens ex defectu iurisdictionis. sic videmus ĩ statuto, quod tollit oẽs nullitates: nam non tollit nullitatem nascentem ex defectu iurisdictionis, vt per Aret. in consi. 68. colu. 3. consi. 75. col. 6. in prin. & consi. 106. Sozi. in l. prorait. nu. 6. qui satisd. cogã. & in l 3. §. iurari, nu. 8. de iureiu. Dec. in l. fi. n. 49. C. de edi. diui Adria. tolle. Calca. in consi. 118. & alibi sæpe per Doct.

24 Decimo quarto † limi. ita demum validari actum nullũ per ipsum iurm qñ fuit præstitum latissime, & in forma plenissima: secus si simpliciter; quia tũc illũ nõ validaret, vt scribit Sozi. iuni. in consil. 144. nu 20, & 37. vol. 1. de quo ego dixi supra in priui. 49. vbi videndum.

Decimo quinto limi. quando actus esset nullus ob expreßionem falsæ causę, iuxta not. in l. 1. C. de fals. cau. adie. lega. tradit Alex. in l. si diuortio. col. 1. de verb. obli. & habetur per Bar. in l. fin. de testamen. & in l. si sic. § quod si addiderit. de leg. 1. quia in tali casu iuramentum non validat actum, vt per Ancha. in consi. 331. & rõ est manifesta & euidẽs; quia huiusmodi iuramẽtũ videtur per errorem proceßisse, reputando causam veram, quæ tamen erat falsa. & sic deficit cõsensus, qui per errorem excluditur. l. cuius per errorem. de reg. iu. quod si sciuisset causam esse falsam, & tamen illam adiecisset, actus valeret, vt per Crau. in consi. 81. nu. 2.

Vltimo limi. non procedere in iuramẽto Iudæi, quod non firmat actum nullum prout tenet Bal. in c. 1. §. item sacramenta. de pace iur. fir. & in Aucten. sacramenta puberũ. in sexta quæst. C. si aduers. vendi. refert ac sequitur Corn. in consi. 37. col. pen. in prin. vol. 4. sed istud non placet per ea, quæ dico in priuilegio 123. vbi late de iuramento Iudęi.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim secundi consensus & infra per totum de veritate.*

2 *Contractus, & quilibet alius actus perficitur in vltimo puncto.*

3 *Contractus duo celebrati vno & eodem tempore coram eisdem testibus, & notario, vnus reputantur. & nu. sequen.*

5 *Ratificatio, bis facta eodem tempore, non operatur effectum geminationis.*

6 *Appellatio, reiterata in eodem actu vna tantũ dicitur appellatio.*

7 *Actum nihil eße dicitur, quando aliquid addẽdum vel faciendum superest.*

8 *Contractus dicitur perfectus, cum partes iurauerunt in fine ipsius.*

PRIVILEGIVM LXII.

1 SExagesimum secundum priuilegiũ est; quia iurm habet vim secundi cõsensus,

sensus, vt tradit Glo. nota. & singularis in cap. cum cōtingat. in versic. seruare debet. de iureiuran. quam ad hoc singulariter notandam esse ibidem dixit Abb. nu. 5. & ibi quoque Imol. colum. 4. & pro hoc singulari dicto, quāmuis alij oēs nihil dicāt, ego cōsidero bene facere rationem adductam per ipsam Gloss. declarando eam vt infra dicam: nam ideo iuramentum dicitur habere vim secundi consensus, quia iurando magis deliberate videtur consentire, quam simpliciter consensum præstādo, propter periculum animæ, & periurij incurrendi: de quo dicemus. Vnde quemadmodum mulier secundo consentiens alienationi rei dotalis, post bienniū non iuuatur amplius senatusconsulto Velleiano; quia tūc præsumitur magis deliberate promisisse, vt in Auctē. si qua mulier. cum. l. seq. C. ad Velleia. ita & qñ iurat; q. a magis deliberate consentit, & ex consequenti videtur secundus cōsensus; qui differt a primo, qui simplex fuerat. Ego ēt vl-
2 terius hoc cōfirmo; † quia qñ partes contrahunt in scriptis, vel ēt sine scriptis actus siue contractus perficitur in vltimo puncto promissionis seu obligationis. l. cōtractus. C. de fide instru. l. si quis cū instrumentū. C. de testamē. Calca. cons. 91. col. 1. ver. in contrariū. vñ pfecto actu dr̄ habere suum consensum; & ipse actus absque iurō dr̄ valere: cū aūt postea iuratur, vr̄ adhiberi nouus consensus. & sic dici pōt, ꝙ habeat vim secundi. Cęterum, quāuis nō inueniā aliquē, qui ab hoc dicto Gl. dissentiat; & oēs putent illud esse verū in se quāuis nō pcedat, quo ad illā quæstionē de qua in d. Gl. Tamen ego dico, ꝙ nullo modo procedere pōt ēt quo ad se; & extra illū casum; quia in vno eodemq; contractu nō dr̄ esse duplex consensus, qui vnico cōtextu tēporis ad alios extraneos actus non diuertendo conclusus est. pro hoc adduco Bald. in l. petens. col. penul. C. de pact. vbi
3 † vult, ꝙ quando sunt celebrati eodē die, & coram eisdem testibus & notario duo contractus; tunc vnus cōtractus censeatur confectus contemplatione alterius, atque
4 vno verbo & vno consensu: † nam regula iuris est, ꝙ Actus, & si plures videantur, vnus tñ reputantur, si facti sint eodē tpe. l. si manente. de precar. l. meminisse. de offi. proconsl. l. continuus. de uerb. obl. Bal. in l. 1. in fi. C. de oper. liber. & in l. Sēpronius. de lega. 2. & qñ plures cōtractus fiunt incōtinenti, videlicet vnus post alterū; tunc secundus dr̄ pars primi; & hoc resultat ex actu in continenti facto. l. si ventri. §. fi. de priuileg. credi. & dixit notabiliter Affli.
5 decis. 285. † ratificationē, bis factā incontinenti, non operari effectum geminationis; quia vna dicitur ratificatio.
6 Similiter † appellatio reiterata in eodem actu, dicitur vna tantum appellatio. Roman. consi. 427. Abb. in c. bonæ. in fi. de appellati. in c. dilecto. nu. 12. & c. tua nobis. nu. 10. eod. titu. solum ergo operatur quandam exagerationem, vt Abb. inquit in præallegatis locis. ergo idem dicendū est in casu nostro: quamuis enim præstetur consensus, & deinde iuretur in eodem instanti, non duplex consensus, sed vnus tm̄ iuramento suffultus, & roboratus erit reputādus. Non obstat, ꝙ pp iurm̄, quis magis videatur deliberate cōsentire; quia nō per hoc sequitur operari secundum cōsensum: sed solum verum erit dicere; quod vnus sit tm̄ consensus, magis deliberate p̄stitus, propter iuramentū. Non obstat, ꝙ actus claudatur aut perficiatur in vltimo puncto; quia nō inficior, sed dico, ꝙ perficitur in vltimo puncto, cum partes nihil addere voluerunt. † & propterea si partes
7 intelligebant iurm̄ adhibere contractui, nō dr̄ (inquam) cōtractus esse perfectus, nisi postq̄ fuerit adhibitum iurm̄, l. fi. in fi. C. d̄ his quib. vt indi. l. qui pignori. de pigno. l. si necessitas. §. si vn⁹. de pigno. actio. l. cū Syllanianū. C. ad Sylla. l. ēt. d̄ minor. l. fi. & ibi Glo. vlti. in ius voca. vt ea. & Gl. in c. 1. de sacra vnctio. quia potest esse, ꝙ contractus dicatur factus, & tñ non habeatur pro absoluto; quando. s. aliquid addēdum venit, vt contingit in terminis d. l. contractus. C. de fide instrumen. vbi contractus dr̄ factus statim, quod conuentum

est de pretio, & tñ non dicitur perfectus, & adimpletus. quod ét declarando sequitur Corne. in consi. 288. colu. 4. in medio
8 vol. 3. Post quam ergo † iuratum est, dicitur contractus omnem suam perfectionẽ recepisse, & cum iuramentum esset necessarium, neque ab illo separari potuisset, inspecta contrahentium voluntate, dicitur vnicus consensus, & vnica voluntas, & quidem indiuidua l. Pedius §. 1. de recep. arbi. Bar. in l. Græce. §. illud; de fideiusf. Sozi. in l. 1. §. p pcuratorẽ. de acqui. pos. & Natta in con. 479. Cõcludo igitur iurm ex pprio priuilegio nõ habere vim aliquam secundi consensus; nisi ex interuallo, & post contractũ celebratũ, tẽpore intercedente, iurm præstaretur; quo casu idẽ dicendũ esset absque iuramento; quia diceretur secundus consensus intercessisse, vt habetur in l. cum fidem. C. de non nume. pecu. alia que allegantur per Tholosa. decis. 374. circa fi. Et ex his patet, quod iurm, quantum ad hoc, nullum continet priuilegium.

SVMMARIVM.

1 *Mulier non præsumitur certiorata de senatusconsulto Velleiano.*
2 *Renunciatio, facta per mulierem de senatusconsulto Velleiano, de quo nõ fuit certiorata, non valet.*
3 *Mulier, quæ renunciauit cum iuramento præsumitur certiorata.*
4 *Iuramentum confirmat actum inualidum.*
5 *Certioratio de senatusconsulto Velleiano est de apicibus iuris.*
6 *Iuramẽtum, vbi interuenit res decidenda est secundũ ius canonicum, quatenus a iure ciuili dissideat.*
7 *Ius canonicum non curat de apicibus verborũ, sed tantum de effectu rerum.*
8 *Apices iuris dicuntur quædam sollemnitates seu subtilitates legum quæ veritatem negotii non attingunt.*
9 *Renuncians cum iuramento non iuuatur senatusconsuto Velleiano.*
10 *Iuramentum impedit in minore restitutionẽ in integrum, etiam si non fuerit certioratus*
11 *Notario, aßerenti se certioraße mulierem de senatusconsulto velleiano, non præstito iuramento, an sit credendum.*
12 *Notario non creditur de gestis ab eo, sed coram eo.*
13 *Notario aßerenti esse pestem non creditur.*
14 *Dolus & fraus regulariter præsumitur in contractu dãnoso, celebrato p minorẽ, vel mulierẽ.*
15 *Notario, asserenti decretum fuisse interpositũ cum causæ cognitione, non creditur.*
16 *Notario asserenti se esse rogatum de mandato non creditur.*
17 *Regula est quæ numquam fallit, quod vbi aßertio facit actum licitum, qui alias regulariter est illicitus, & fieri non põt sine eo, quod asseritur, talis aßertio nihil iuuat, nisi probetur.*
18 *Notarius ignorans vires velleiani senatusconsulti an poßit certiorare mulierem, ita vt eidem noceat.*
19 *Testis probans mutuum, si ignorat quid sit mutuum, nihil probat. & ibi plura similia.*
20 *Notarius rogatus vt apponat clausulas consuetas, si earum vires ignorat, eas apponendo nihil agit.*
21 *Actum explicare debens, debet esse habilis ad explicandum.*
22 *Mulier, si mentiatur sexum, non iuuatur senatusconsulto Velleiano.*

PRIVILEGIVM LXIII.

1 SExagesimum tertium priuilegium est satis notandũ: † nam tu scis. quod non præsumitur mulier certiorata de importantia & virtute senatusconsulti Velleiani; quia est quædã sollemnitas extrinseca, quæ regulariter nõ præsumitur l. sciendum. vbi omnes. de ver
2 bo obli. † Et ideo, si per eam fuerit eidẽ Velleiano renunciatum, talis renunciatio non valet; quia iuri, quod quis ignorat, renunciare non potest. l. mater decedens. de inoffi. testa. l. legitimam. de peti. hæred. & l. in repudianda. de acqui. hæredi. Et ideo renunciatio facta per mulierem, quæ non fuit certiorata, & non cognouit, nec intellexit verba testamenti paterni, eidem deferenti hæreditatem, non tenet. l. de his. & quod ibi not. Guliel. de Cune. de transa. & idem si fuerit per eã renunciatum Velleiano: nam

nõ: nam si ignorauerit eius importãtiam, renunciatio nihil nocet.l.fi.§.fi. ad Velleia.Signo.in consi.181.colum.6. in princi. & consi.250.nume. 9. & hoc etiam voluit Bologni.in consi.45.col.2.versic.præterea etiam dato.& quod renunciatio non teneat quando renuneians mulier non fuit certiorata de iure sibi competen: est Glo. in Auctẽn. quomodo oport.episco. §. sancimus.idem voluit Bald.in d. l.mater decedẽs.de inoffi.testam.refert & sequitur Cal
3 can.in consi.57.col.2.in fi.& sequen.† Tñ quando in ipsa renunciatione interuenit iurm̃,renũciatio valet,& tenet; q̃a ex eius priuilegio p̃sumitur fuisse certiorata ; vt tenet Bar.& Roma.in d. l. sciendum. vbi etiam Alex.& Ias. qui dicunt esse communem opinionẽ. Abb.in c.cum cãm.nu.11. de emptio.& vend.& est additio ad eundem Abb.in c.ex rescripto.nu.9. in littera A.de iureiuran.Ang.Aret. Insti. de excepti.§.item si in iudicio.colu. 16. Corse.in rub.de iureiuran. in decimotertio priuilegio.Ant.de Petr.in repe.l.1.nu.149.de iureiu.Decisio.Tholo.137.in addi. Aufr.cũ pluribus latissime cumulatis per Anto.de Gabriel.in ti.de iureiur. cõcl.3. vbi tamẽ multos in p̃riũ allegat ; sed deinde subdit hanc partẽ,tamq̃ magis cõem,esse amplectendã;quia satis est, q̃ iuret de non cõtraueniendo super facto ; licet non sciat factum.l.si duo.§. idem Iulianus. & l. duobus.§.si iurauero.de iureiuran. & pro hac opinione facit optime tex.in d.c.ex rescripto.& ibi Feli.nu.13.vbi mulier,q̃ iurauit nõ cõtrauenire.nõ iuuatur senatuscõsulto Velleiano:& tñ ibi nihil dr̃ de certioratione,quasi vero illã iurm̃ operetur.Scd̃o facit gñalis regula, q̃ iurm̃ seruari dẽt, nisi vergat in dispendiũ salutis æternæ.c.cum contingat.de iureiu.& c. quãuis. de pact.
4 in 6.† Tertio facit;quia iurm̃ confirmat, & validat contractum alias inualidũ rõne imbecillitatis ætatis , vt in Auctẽn.sacramenta puberum.C.si aduers. vendi. Capi. decis.159.Gram.decis. 101. in fi. ergo & rõne sexus:vt colligitur ĩ l.1.& 2.de postulã.& imbecillitatẽ sexus considerat in simi libus Paul.de Cast.in cõsi.174.col.1.vol.
5 1.Quarto,& vltimo facit;† q̃a talis certioratio vr̃ esse de apicibus iuris:vt colligitur ex his q̃ scribit Io.Lup:in repe.c.p̃ vestras §.34.de donat.int.vi.& vxo.nu.7.Ergo dato,quod non præsumeretur certiorata, tamen de tali certioratione non esset curandum,propter iuramẽtum.Et ista videtur esse communis opi.vt per Alexan.in cons. 14.nume.10.volum.6.& consi. 146.volu.
6 7.vbi enim interuenit iuramentum,res decidenda ac terminanda est secundum ius canonicũ, si a iure ciuili dissideat: vt post Bal.ab eo allegatũ,tradit Alex.in consi.5. nu.3.volu.5.& Pedem.decis.151. num.7.
7 † quia sacri canones non curant de apicibus verborum ; sed tantum de effectu rerum,vt dixit Bal.in c. penul. de re iud. Et
8 † dicuntur apices iuris quædam sollemnitates seu subtilitates legum , quæ veritatẽ negotij non attingunt,vt per Bar.in l.si fideiussor.§.quædam.mandat.Bal.in l.si pro ea.col.fi.C. eo. Barba. in c.bona fides depos.Et ideo , qñ res decidenda est secundum veritatem , & æquitatẽ & sic omissis apicibus iuris,erit decidenda in foro ciuili sæculari,secundum ius canonicum,vt p̃ Bar.in d.l.si fideiussor.§.quędam.sequitur Ias.in l.3.§.item si in facto.nu.16.de verbo.obl.& facit tex.optimus ĩ l. bona fides. depo.Feli.in c.1.col.16.circa fi.de consti. Pedem.decis.2.nu.2.Et ex prædicta ratione infertur , quod cum in instrumento est adiectum iuramentum , non est opus quærere , an mulier intelligatur, vel præsumatur certiorata , nec ne ; ex quo de tali certioratione non est curandum , per prædicta,& per Guid.Pap.quæstio. 227. vbi hoc expresse tenet.& late Alex.in cõs. 27.vol.1.& consi.42.eod.volum.Pręterea
9 † quando in generali renunciatione interuenit iuramentum,etiam quod nulla sit facta cetioratio , tamen nihil interest; quia adhuc renuncians excluditur ,vt per Gozad.in consil.88.colum.6. circa princi.& late per Tiraq. in præfata . l. si vmquam. numero 135. & seq. C. de reuoca.dona.
10 † Et dixit in simili Alex.in consi.80.in fine.vol.

ne.volum.5. & conſi.66.num.3. volum.6.
quod iuramentum impedit in minore re-
ſtitutionem in integrum, etiam ſi de pri-
uilegio ſibi competēte nō fuerit informa-
tus, & certioratus. & dicit ſe hoc tenere,
tam in legendo, quam in conſulendo. Et
multos concordantes adducit Tiraq. in lo
11 co proxime allegato.† Sed maior videtur
eſſe dubitatio, quādo iur̃m nō fuit appoſi-
tum, & notarius dicit in inſtrumento, ſe
certioraſſe mulierem de dicto ſenatuſcon
ſulto Velleiano, & ipſius importantia &
virtute, an ſit ſtandum huiuſmodi aſſertio
ni? & videtur, quod non. ita voluit Fede
ri. de Sen. in conſil. 199. ad fi. Anto. But. in
cap. quoniam contra. colu. 13. de probati.
Glo. & Docto. in Auctē. quomodo opor.
epiſ. §. igitur. Ab. in c. cum cauſam. nu. 12.
de teſti. & plene per Marſi. in rub. de fide-
iuſ. nu. 36. cum pluribus ſequen. Alexan. in
conſi. 10. in fi. vol. 6. & in l. ſciendum. col.
14. ver. ſed quid ſi in inſtrumēto. de verb.
12 obli. Iaſ. in l. ſanū mente. C. de tranſacti. †
Quia notario nō creditur de geſtis ab eo,
ſed de geſtis coram eo. argum. l. 3. §. diuus.
el 2. de teſti. quod & voluit Bar. in Auctē.
ſi quis in aliquo documento. C. de eden.
& Corne. in conſil. 261. colum. 1. in fin.
volum. 4. vbi multos allegat idem tenen-
tes. Abb. in d. cap. cum cauſam. nu. 12. de
13 teſt. & Boer. deciſ. 37. nu. 3. † Et pro hac
parte facit in primis regula, quod notarius
non poteſt conficere inſtrumentum publi
cum de eo, quod a partibus non eſt ge-
ſtum: vt per Federi. de Sen. in d. conſ. 199.
Bar. in Aucten. ſi quis in aliquo documen
to. C. de eden. Affli. deciſ. 245. nu. 7. Crau.
conſi. 88. col. pen. in fi. & conſi. 240. & Do-
cto. in l. ſciendum. de verb. obli. cum mul-
tis ſimilibus adductis per Corne. in conſi.
171. colum. 1. in littera C. volum. 1. vbi
propterea dicit, quod notarius nō poteſt
facere inſtrumētum de finibus territorio
rū, niſi inter partes, eo pñte, poſiti fuerint;
itē nec de morte, nec de natiuitate alicu-
ius, nec ꝙ aliqs ſit viuus. vt ꝑ Paul. de Caſ.
in l. prætor. de eden. in fi. prin. quod intelli
go verum, niſi de hoc partes quarū inter-
eſt, rogauerint notarium, veluti ſi pater &
mater rogarent notarium, vt conficeret
inſtr̃um de natiuitate filij ipſorum, nati eo
dem notario pñte: nam in tali caſu inſtru-
mentū valeret; licet partes, quātū ad ſe, ni-
hil egerint coram notario: iſtud tñ inſtru-
mentum debet ſolum cōtinere confeſſio-
nem ipſius patris & matris, quod. ſ. cōfeſſi
ſunt illum filium ex his natum fuiſſe; non
aũt ſimpliciter de natiuitate, quia hoc in-
ter partes nō geritur. qnimmo dr̃; ꝙ nota
rius nō pōt conficere inſtrumentum de oī
eo, qđ fit a partibus coram eo, & de quo
rogatur; ſed ſolum quādo geritur aliquid
pertinens ad actus conuentionales partiū,
& eorum confeſſionem; in alijs vero non
vr̃ notario permiſſum, vt poſsit facere in-
ſtrumētū: vt de homicidio. de natiuitate,
de incendio, de morte, & ſimilibus, niſi ꝑ
modū confeſſionis, vt dixi. & ita tenet ex
preſſe Bal. in rub. de fide inſtrum. col. 7. &
ſequuntur etiam moderni Bono. in d. Au-
cten. ſi quis in aliquo documēto. nu. 40. C.
de eden. Cū itaq; certiorare, vel nō certio
rare non ſit aliquid a partibus geſtū, vr̃ cō
cludendū, ꝙ de tali certioratione, nō poſ-
ſit facere inſtr̃m & ſi faciat illi nō fore cre
dendum. & per hanc regulam Rui. in con
14 ſil. 3. in princ. volu. 2. dixit, † quod nota-
rio aſſerenti eſſe peſtem non creditur;
quia iſtud, an ſit peſtis, inter partes non
agitur. Et tanto magis hoc dicendum vi-
detur in caſu noſtro, in quo præſumitur ta
lis aſſertio fieri in fraudem cōtractus, cum
regulariter dolus & fraus præſumatur in
contractu damnoſo, per minorem, vel mu
lierem celebrato, vt per Gram. in conſi.
129. nu. 4. in ciui. Accedat prædictis alia
regula, ꝙ nemo facto ꝓprio eſt teſtis ido-
neus. l. nullus. de teſti. l. omnibus. C. eo. vn-
de ſi notario ita aſſerenti crederetur, vtiq;
crederetur tamquā atteſtanti, & deponen
ti de facto proprio, conſiderando factum
ꝓpriū: pro vt conſiderauit Iaſ. in d. l. ſanū
mente. C. de tranſa. vbi propterea dixit, ꝙ
notario aſſerenti aliquem eſſe ſanum me-
te, & intellectu, licet corpore languentē,
vt de cōi ſtylo ſolent dicere notarij, non

creditur

creditur,nec fides adhibetur:prout ēt dixit Corne.in consi.319.vol.1.in cōs.154. col.3.vol.3.cōs.216.col.2.& in cons.261. col.8.vol.4. quamuis cōtrarium voluerit (& male)in cōs.53.col.4.vol.4. Et quod in tali casu non credatur notario ita asserenti,dicit Ias.vbi supra esse cōem sniām, quā vltra præallegatū Corn.sequitur Ro. in consi.520.nu.13.col.3.ad fi.& Alexan. in consi 10.in fi vol.6. & rursus idē Corn. in consi.69.in fi.& cons.73.col.pen.ad fin. vol.1.& alibi sæpe. Ergo pariter non erit eidē fides adhibenda,si asserat se certiorasse mulierem de beneficio Velleiani senatusconsulti. Confirmātur p̄missa multis si-
15 milibus;quia videmus,quod† non credit notario asserenti,decretum a iudice interpositū fuisse cū causæ cognitione,vt l.nec quidquam.vbi Ias.nu.70 de offi.proc. Cæs. Paul.de Cast.in consi 38.vol.2. & cōsi. 428.vol.1.& ibi dicit,q̄ oportet vt d̄ causæ cognitione appareat per aliud separatum instrumentum.id vult Corn. in cons. 71.col.1.volu.3.hoc etiam late comprobat Bologni in cons.33.col.2.versi. sexto præsuppono.Gram.cons.137.nu.3 in ciui li.& Petr.Beninten.in conclus. Bononiē. 2.quia regula generalis est,quod non creditur notario attestanti in sententia acta fuisse facta,quæ ad eius validitatem erant necessaria:vt not.per Doctor.in d.Auctē. si quis in aliquo documento. C. de eden. Et non creditur notario asserenti in instrumento alienationis rei ecclesiasticæ, tractatum præcessisse,vt per Corne.in cō sil.243.columna 1.in fin.volum.2. Et non creditur notario asserenti capitula in instrumento contenta fuisse facta de mandato principis,vt per eundem Corne.in cōsil.312.colum.5.in littera C.volum.1. Et non creditur notario, asserenti consilium vniuersitatis fuisse legitime congregatum vt moris est videlicet, de mandato Superioris:vt dixit idem Corne. in consil.127. colum.6.in prin. volu. 2. Et non creditur notario asserenti subhastationes fuisse factas,vt habetur per Barto.in l.1.C.de fide instru.sequitur Corn.in cons.98.col.antepen.in littera H.vol.1.Rui.cōsi.69.in pri. vol.1.Et non creditur notario asserēti canonicos fuisse absētes a ciuitate,vt p Crauet.in cons.88.col.pen. in fin. Et similiter non creditur notario, asserenti duas partes vniuersitatis interuenisse in contractu vt per Bar.in l.1.in fine.prin.de magistrat.
16 conuen.† Et pariter non creditur eidem, asserenti de mādato se esse rogatum. Angel.in l.si donatio.de donat.Soz.cōs.225. vol.1.Corn.cons.93.in fi.vol.4.Dec. in d. Aucten.si quis in aliquo documento. col. 6.refert & sequitur Gra.lib.1.resp.28.nume.13.Et non creditur ei, si asserat in suis actis sibi fuisse commissum examen testiū sed debet de hoc constare per alium notarium,vt per Guido.Pap.q.126.& Rui.in cons.68.col.8.nu.17.vol.1.Et per supradicta,ego aliàs consului,q̄ notario asserenti esse caristiā non erat credendum; & qa istud non agebatur inter partes, de quo oporteret ipsum rogari,vt not.in d.Auct. si quis in aliquo documento. & quia etiā
17 † ista est regula,quæ nūquam fallit, quòd vbi assertio facit contractum, vel alium actum valere,vel licitū esse, q aliàs esset illicitus, & a iure reprobatus,sine eo, qd̄ asseritur interuenisse,talis assertio, nihil probat,nec ei standum est:immo circumuentio præsumitur. ita dicitur in Pedem. decis.170.post nu.2.& ibi concordan.

Contrariam sententiam in terminis nostris,quod immo credatur notario asserēti se certiorasse mulierem,tenuit Ias.in d. l.si duo patroni.§.idem Iulian.col.3.& 4. de iureiur.Fely.in c.si diligenti. colum.4. post Abb.ibi nu.12.de for.compe.Alexā. Ias.& alij in d.l.sciendum.de verb.obliga. & ista videtur esse communis opin. vt testatur Alci.in tracta præsump.regu.3.præsumpt.13.num.4.& Viui.in versic.mulier iuuatur.& ante istos Cepo. in caut. 196. vbi respondet rationibus Fede.de Sen. in d.consi.199.pro alia parte allegato: nā ex quo in præsentia partium notarius facit talem assertionem, & ipsæ nihil dicunt, videntur cōfiteri verum esse,quod asserit & talis assertio fidem facit,arg.eorū, quæ

scribit

scribit Abb.in c.quoniam contra.post nume. 27.de probat.& in ca. intimasti.colu. 4.ante nume.3. de appellat.vbi quidquid iudex facit partibus præsentibus, & non contradicentibus,dicitur eidem ingerere præiudiciũ.& idẽ in arbitris voluit Cor. in consi.245.volum.2.& hoc crederem indubitanter verum, si concurreret aliqua verisimilitudo, ex qua assertio verisimilis redderetur,vt in simili dicit Craue. in cõsil.54. colum.penul. in fin.vbi dicitur, ꝙ assertioni iudicis est standum,quando ex aliqua præsumptiõe redditur verisimilis. & in casu isto verisimilitudo posset summi ex maxima legalitate & ꝓbitate notarij,& ex consuetudine certiorandi. Et ex his resultat clara responsio ad adducta in contrarium,vt non procedant; quia inter partes non agebatur illud, quod asserebatur:prout in casu nostro,in quo partes cõfitentur saltem in vim taciti pacti,quod illa assertio vera existat. Et ista opinio sic
18 retenta,ampliatur secundum Docto. procedere,& locum habere,etiam si notarius ignoraret importantiam & virtutem dicti senatusconsulti Velleiani; quia ipsius ignorantia non debet nocere partibus, vt per Alexand.in d.l.sciendum.colu.7. post nume.33.de verbo.oblig.cum alijs cõgestis per Cagnol.in l.librarius nume.37.de regu.iur.vbi testatur de cõmuni. Sed immo in contrarium videtur esse veritas,ꝙ, scilicet,si notarius nesciat respondere,renunciatio facta per mulierem sit nullius momenti,& eidem nihil noceat:vt voluit Alber.de Rosa.in l.fin.§.si mulier. l'vltimo ad Velleia.& eum sequitur Ripa.in l. centurio.colum.27.de vulga.& pupi.substi.quod & tenuit Felyn.in d.cap.si diligẽti.colum.4. de foro competen. & ita etiã refert intelligen. Viui.in versi. mulier iuuatur.Et pro hac intelligentia,& declara-
19 tione facit;quia videmus,† quod si testis, qui deponit Titium mutuasse Sempronio centum;& interrogatus, quid sit mutuum dicit se nescire,non probat.Bart. in l.1.colum.3.si cert.peta.similiter si deponat aliquem esse bonæ famæ; & interrogatus,quid sit bona fama, nesciat respondere,nihil probat:vt per Bald. in l.1.de his, qui sunt sui vel alie. iur. rursus si deponat famã esse ĩ ciuitate,& ignorat, quid sit fama, nõ facit aliquam probationem.Pau. de Cast.in consi.141.ad fin.vol.1. Alexan. in consi.150.num.18. cum duobus sequẽ. volum.5. vbi adducit etiam alia similia. Item si afferat quem iurasse se maiorem; quia sciebat illud esse substantiale ad actũ gerendum; & demum in interrogatorio repetitus dicat se nescire,quod sit substãtiale,non probat.Grat. libr. 1. respon.74. nume.12.Et si notarius, vt de ipso loqua-
20 mur, rogatus fuerit† quod apponat in instrumento clausulas consuetas; si deinde interrogatus, quid sibi velint illæ clausulæ,nesciat vim earundem explicare, nihil iuuat illarum appositio,vt multos ita tenẽtes allegat Grat.lib.2.respon.112.in fi.Pari quoque ratione dicendum est, si notarius ignorauerit,quæ sit importantia Velleiani, non erit illi standum de certioratione: ex consequenti renunciatio de eo facta per mulierem non tenebit;neque nocere poterit.Glo.in Auctẽ.quomo. opor. episco.§.sancimus.Bald.in l.mater. de rei vendicatio.sequitur Calcan. in consil.57. colum. 2. in fin. Et cum notarius habeat docere vim dicti senatusconsulti Velleiani,quod est ipsius cognitionem alteri dare,oportet,vt ipse illã habeat. facit quod voluit Paul.de Castr.in l.1.de constit. pecu.& Gramma.consi.152. post nume.27.
21 † vbi dicitur, quod qui actum explicare debet,necesse est, vt sit habilis ad illũ explicandum: aliàs sequeretur, quod alios doceret illud,quod tamen ipse ignoraret: quod est impossibile,l.omnes.C. de hęre. l.nemo plus iuris.de regu.iur.Quinimmo in tali casu notarius,qui dicit se certiorasse de senatusconsulto Velleiano,cuius ipse importantiam non callet,dicitur versari in dolo,vt pulcre inquit Paulus de Castro in consi.411.volum.1. in dubio tamẽ præsumitur peritus;non indoctus: vt per Cora.in consi.195.in fin.volum.1. Cõcludo igitur,ꝙ si notarius ignorauerit impor-

tantiam

tantiam Velleiani, non erit standum eius assertioni, ad effectum vt renunciatio sup inde facta, noceat mulieri. Et notandum est, quòd vt sciatur, an notarius sit ignarus vel sciens importantiæ & beneficij Velleiani, erit interrogandus iudicialiter; non autem extra iudicium; quia si extra iudicium, non faceret præiudicium mulieri, nec alteri cum ea contrahenti: vt in effectu voluit Bolognet. in l. 1. ante nume. 30. si cert. peta. & ex hoc patet non obstare illud, quod dici posset, nõ debere esse in facultate notarij vires sui instrumenti infringere, allegando propriam ignorantiã: sicuti dicitur de teste, qui non potest præiudicare parti, dicendo dictum suum fuisse falsum, vt per Corne. in consi. 261. colu. penult. versi. facit, quia notarius, vol. 4. an hoc procederet, quãdo extraiudicialiter interrogaretur: quo casu nullum faceret præiudicium: secus si iudicialiter; ex quo vere apparet de eius ignorantia. Mulier ergo regulariter iuuatur senatusconsulto Velleiano, vt tot. tit. ad Velle. Fallit quando iurat, vt supra dictum fuit. Item fallit, quando eidem renũciat, certiorata de beneficio ipsius, vt statim diximus. Tertio
12 fallit, † quando voluit aliũ decipere contrahendo; puta quia inducit se veste virili, mentiendo sexum: nam tunc non iuuatur, l. 2. §. verba. in fine. l. si decipiẽ. ad Velle. l. fœminis. C. eod. Glo. in l. 1. d. ti. Alexand. in consi. 122. volum. 6. immo habitũ sibi assumens non conuenientem puniri debet, vt per Feder. de Sen. consi. decimo tertio, colum. 2. ad fin. Videmus in simili puniri mentientem proprium nomen, vt alium decipiat; ex quo ita faciendo delinquit, l. 1. cum Glo. C. de mut. nomi. l. falsũ nominis. de fals. Alexand. in consi. 90 vol. 6. sic faciens se doctorem, cum non sit, tenetur pœna falsi. Barto. in l. cos. §. fi. de fals. Aufre. decisio. Tholo. 401. Et faciens se comitem, de falso, pariter tenetur, vt dixit Ruin. in consi. 99. colum. penul. nume. 16. volum. 1. Et maior, qui mentitur suam ætatem, iurando se maiorem, perdit beneficium restitutionis in integrum, de quo dicam in priui. 83. & priui. 96. Pari ergo ratione, mulier mentiendo sexum, amittit beneficium Velleiani, vt dictum est quod nota.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum inducit præsumptionem maioris deliberationis.*
2 *Periculum vbi maius est, ibi cautius agendum.*
3 *Præsumitur maior diligentia in re, quæ magis diligitur.*
4 *Iuramentum præstatur eadem facilitate, qua contrahitur.*
5 *Præsumuntur omnia facta per dolum in contractu, si in vno probatur dolum fuisse adhibitum.*
6 *Clausulæ omnes sunt eiusdem naturæ, cuius est contractus.*
7 *Donatio si est dolo facta, & iuramentum in ea præstitum per dolum fuisse censetur.*
8 *Confessio si est erronea, & clausula, Ex certa scientia, dicitur pariter erronea.*
9 *Contractus si est conditionalis, & constitutum est conditionale.*
10 *Iuramenta de generali consuetudine apponuntur in instrumentis.*
11 *Fraus præsumitur in iuramento assertiuo.*
12 *Mulieres sunt iuramenti contemptrices.*
13 *Homines proni sunt ad malum.*

PRIVILEGIVM LXIIII.

1 SExagesimum quartum priuilegiũ est; † quia iuramẽtum inducit præsumptionẽ maioris deliberationis: & sicut quis ad actum videatur magis deliberate atque appensate accedere, quam quando simpliciter contrahit. Ita Anto. Butr. & Imol. in cap. si diligenti. de for. competen. Archidia. in cap. 2. de pact. in 6. Alexand. in rubr. de verbo. obliga. in fin. & in cons. 42. colum. 4. volum. 1. tangit Ruin. in consi. 135. colum. 3. nume. 4. vol. 1. Curt. consil. 43. numer. 12. Capici. decis. 159. nume. 29. vbi allegat tex. in capitu. ex rescripto. de iureiurand. & plura in hanc sententiam congerit Gram. decis. 101. nume. 79.

me.79.ad fin. Cot. in suis memoralibus in versi. iuramenti religio. in octauo effectu. Et ita etiam arguit multos allegando Maran. in sua disputa. 7. post nume. 8. tradit et Felyn. in cap. si cautio. post nume. 36. de fi
2 de instrum. quia † vulgatū est, quòd Vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum. l. 1. §. sed & si quis. de Carb. edi. capi. vbi periculum. de elect. constat autem in iuramento quiddam maximum esse, vt si contingat non obseruari, sequatur periurium, quod vltra multa incommoda, quæ affert, de quibus in l. si qui s maior. C. de transact. sequitur etiam animæ detrimentum, quo nullum maius malum, cum eius salus sit omnibus rebus præferenda l. sancimus. C. de sacrosan. eccl. & cap. cum infirmitas. de pœnit. & remissio. Et ideo credendum est, iurantem maiori cura ad iuramentum accessisse; quia de re maxima agitur, argum. l. 1. C. vbi pup. edu. deb. &
3 quod not. Rom. in consi. 253. in prin. † vbi dicitur ꝙ præsumitur maior diligentia circa rem, ad quam quis habe t maiorem affectionem: ergo præsumendum est eum qui iurat, habere animum seruandi iuramentum. & propterea illud non temere præstitisse. Alexand. in l. postliminij §. 1. ff. capti. & postlimi. reuer. & tex. in ca. ad audientiam. & ibi Gloss. de præscripti. cum alijs adductis per Rimi. iuni. Inst. quibus
4 alie. lic. vel non. in prin. num. 215. † In contrarium tamen facit, quia immo dicimus, quòd quis eadem facilitate, qua inducitur ad consentiendum actui, eadem inducitur ad iurandum. l. doli. §. diuersū de nouat. & ita arguit Abb. in disputa. in primo dub. Corn. in consi. 69. colum. 1. & 5. vers. nec obstat quartum. volum. 2. Ruin. consi. 135. colum. fin. volum. 1. facit quod voluit Ias. in §. fuerat. numer. 79. Insti. de action. Gramma. in consi 25. nu. 3. in ciui. & decis. 76. nume. 6. cum plu. sequen & Craue. in consi. 192. numé. 6. in quibus locis volunt, ꝙ præsumitur quis eadem facilitate iurare de non petendo absolutionem a iuramento, qua inductus fuit ad principaliter iurandum; & pariter ad iurandū, qua fuit motus ad renunciandum. facit ad idē quod legitur apud Barto. in l. pen. §. idem quæsij. de condict. indeb. dicentem in simili quòd renuncianti condictioni indebiti nil nocet talis renunciatio; quia qua facilitate inductus fuit ad soluendum indebitum, eadem inductus fuit ad renunciandum condictioni indebiti sequitur Corne. in consi. 189. colum. 2. in fin. volu. 1. & & consi. 86. colum. 3. circa medium. volu. 3. Et dixit pulcre Curt. iun. in consi. 141.
5 nume. 19. † quod omnia simul facta in cōtractu præsumuntur dolo, & metu facta, si de dolo, & metu super aliquo probatum fuerit. & ideo si in contractu præsumitur a iure intercessisse dolus, præsumitur etiā quod iuramentum fuerit dolose extortū;
40 maior. C de transa. † Et certum est quoq; Iudæos obligari, & obstringi iuramento, vt per Cor. in consi. 45. col. 3. versi. nam ex quo dicti in littera C. vol. 1. & consi. 267. in fi. vol. 4. vbi dicit, quòd quia iuramentum est de iure diuino, Iudæi tenentur illud obseruare. Tiraq. de iure primigen. quæst. 66. num. 27. & Ant. de Gab. in tit. de donat. concl. 3. nu. 26. & ibi habentur
41 concordan. † quinimmo videmus, quod iuramentum præstitum per falsos deos seruandum est; quia, scilicet, habet formã iuramenti, vt scribit Innoc. Abb. & alij. in c. & si Christus. de iureiur. Alex. in l. 3. §. fin. de iureiuran. & quamuis Roma. in consi. 155. in fi. & Sozi. in consi. 65. colu. 9. & consi. seq. vol. 1. voluerint contrariũ, ꝙ immo Iudæi non possint compelli ad obseruantiam iuramenti; quia ob periculum animæ inuentum est: tñ dici potest istam opinionem procedere, quando sciẽter iuratum est per falsos deos; quia tunc non obligat: secus si ignoranter, putando se iurare per vera numina; quia tũc obligat. & ita declarat Coua. in d. c. quamuis. de pact. in 6. in 3. parte. §. quartus. in prin. quæ declaratio nihil attinet ad id, quod dicitur de Iudæis; cum ipsi iurent per vera numina; & tamen ipsi volunt non obligari. ideo tu dicas, quod propterea Iudæi obligantur iuramẽto; quia formam habet iuramenti, & illius vigore iurans voluit efficacius obligari. & hoc intelligo, quo ad iuramentũ præstitum per falsos Deos. quo autem ad Iudæos, ꝙ ipsi iurãdo obligentur, & compellantur seruare iuramentum, scripsimus infra in priui. 123. vbi viden. an vero compellantur per iudicem laicum, vel ecclesiasticũ, Feli. in d. c. cũ sit. nu. 32. de foro compe. post Ancha. in cõs. 15. dixit, quod potest conueniri coram iudice laico. Areti. vero consuluit, quod coram ecclesiastico conuenitur. ita voluit in consi. 158. & ego puto vtramque opin. procedere posse; & quod sint vtriusque fori, & sit locus præuentioni: vt colligi etiã potest ex his, quæ scribit Guid. Pap. q. 63. & ibi bona addi. vbi dicitur, ꝙ si Iudæus facit aliquid in contemptum fidei Christianæ, poterit puniri in vtroque foro, & erit locus præuentioni. ergo pari ratione propter iuramentum, per cuius inobseruantiã contẽnitur Deus, poterit cõueniri coram vtroq; iudice, scilicet, ecclesiastico, vel sęculari; & erit locus præuentioni. in materia aũt vsurarũ, Iudęus cõuenitur coram iudice ecclesiastico. sed an ẽt puniri possit a iudice laico, Corn. in cõsi. 19. vol. 3. dixit esse maximũ dubium. super quo non insisto; quia est extra nostrã propositam materiam.

SVMMARIVM.

1 *Obligationes omnes, & actiones transeunt ad hæredes actiue, & passiue.*

2 Obligatio

2 Obligatio ex iuramento an transeat ad heredes & nu. 3.
4 Hæres toties venire potest contra factum defuncti, quoties ipse defunctus potuit.
5 Iurandi facultas non transit ad heredem.
6 Iuramentum debet deferri bene informato.
7 Iurandi facultas a lege concessæ transit ad hæredem.
8 Item ad hæredem, qui iuris præsumptione est bene informatus.
9 Iurandi facultas transit ad successores in officio.

PRIVILEGIVM LXVIII.

SExagesimum octauum priui
legium est; quia quamuis
1 † omnes obligationes & a-
ctiones actiuæ, & passiuæ
transeant ad hæredes; & sic
ius agendi, & excipiendi, vt toto tit. C. vt
actio. ab hæred. & cont. hæred. & §. post
mortem. Insti. de inutilibus stip. l. si pactū
de proba. l. veteris. C. de contrahen. & cō-
mi. stip. & l. ex contractibus. de actio. &
obl. quod procedit etiam, si de hæredibus
non sit facta mentio. d. l. veteris. & siue sit
obligatio dandi siue faciendi, siue mixta;
dummodo non sit tale factum, quod per-
sonæ cohæreat, vt per Bart. & Bal. ibi. Ta-
2 men † obligatio causata a iuramēto, cum
sit quid personale. cap. veritatis. de iureiu
ran. non transit ad hæredem, vt per Paul.
de Cast. in cons. 299. volum. 1. & Baue. in
suo tracta. de virtu. iuramen. colu. 10. vers.
quadragesimoquinto. n. 62. vbi dicit hoc
esse intelligendum de iuramento promis-
sorio, non autem de confirmatorio; quia
quo ad confirmatorium; de quo in c. cum
contingat de iureiuran. & in Auctēn. sa-
cramenta puberum. C. si aduers. vendi. di-
dit ac fatetur, quod sicut transit cōtractus
iuramento vallatus ad hæredes; ita & iura
menti effectus, tamquam eius sequela, per
tex. in l. si seruus hæredi. de statu liber. cum
alijs per eum allegatis. Istud priuilegium
quoque ponit Ant. de Petru. in repeti. l. 1.
versi. trigesimus quartus effectus. nu. 261.
de iureiuran. & sequitur etiam Gozad. in
l. si fundum. post num. 68. C. de pact. inter
empt. & vendi. & dixi iterum in præced.
pri. Ego vero puto esse animaduertēdum
ad plura. & primo, quia præter tex. in d. l.
si pactum. C. de probat. alia iura adducta
per Bauer. nihil faciunt; quia dicunt solū,
quod actiones & obligationes possunt in
cipere ab hærede; non autē quod a defun
cto in illum transeant: prout vere probat
tex. in d. l. si pactum. & alia iura, quæ ego
adduxi. & facit etiam ti. C. de hæred. acti.
& tex. in l. hæredem. & in l. qui in ius suc-
cedit. de reg iur. & in cap. is qui in ius. si-
3 mili ti. in 6 † Secundo est animaduerten-
dum; quia non videtur verum, quod obli-
gationis causa a iuramento promissorio
non transeat ad hęredem. quamuis enim
iuramentum sit quid personale: tamen est
verum quo ad vinculum spirituale, quod
vtique non transit de vno in alium. sed ob
ligatio, prout est vinculum temporale, sci
licet, ipsius iuris, quo astringitur, alicuius
soluendæ rei, transit ab ea, qui iurauit, in
eius hæredem, prout ceteræ obligationes,
vt patet ex dictis in præcedenti priuile. in
octaua limi. num. 22. Et cum præfati Do-
cto. velint in iuramento cōfirmatorio vin
culum ad hæredes transire, præterquam
quo ad periurium, trāsibit quoque vincu-
lum iuramenti promissorij; quia nulla ra-
tio diuersitatis reddi potest, cum vtrum-
que duplex vinculum producat: de quo sæ
pe diximus. & sicut ipse defunctus, si viue-
ret, contra suum proprium iuramentum
promissorium venire non posset, ita nec
4 eius hæres; † quia est regula generalis, q̄
Toties hæres potest venire contra factū
defuncti, quoties ipse defunctus posset, si
viueret. Roman. in consi. 520. in secundo
dubio. Grat. lib. 1. respon. 25. nu. 39. & per
plura exempla comprobat Crauet. in con
sil. 200. post nume. 7. & ita ego teneo, quid
5 quid Bauer. & Gozad. censuerint. † Sub-
dit etiam idem Bauer. ampliando mate-
riam supradictam, quod sicut non transit
ad hæredem; ita nec facultas iurandi. alle-
gat Bald. in l. 2. de cond. inde. & in l. in bo
næ fidei. in vlti. col. C. de reb. cred. & alia
de

de quibus ibi per eum.& ratio est manife
6 sta;† quia iuramentum debet deferri illi, qui est de nogotio bene informatus, vt p Bar.in l.1.§.pœna.de libe.agnoscen. Ale. in cons.39.ad fin.volum.5.& Docto. in d. l.in bonæ fidei. hæres autem, cum in alterius ius succedat, iustam habet ignorātiæ causam.l.qui in alterius.de regu.iur.& cū res gesta sit per alium, videretur iurare super facto alieno:quod non licet, vt habetur in l.admonendi.de iureiuran.Glos.& Barto.in l.maritus.de quæstio. cum simili bus allegatis per Craue.in cons.157.in fi. & facit tex.ī l.videamus.vbi hoc not. Bal. in prin.de in lit.iur.
7 Limita.† huiusmodi dictum pluribus modis.primo,vt non procedat, quādo facultas iurandi esset concessa a lege, vel a iudice auctoritate legis; quia transiret ad hæredes,vt per Paul.de Castr.Bal.& Roma.in l.pen.§.quod autem.ne quis eum q in ius vo.est vi exi.sequitur Grat.lib.1. respon.10.colum.1.num.3.Tiraq.in suo tractа.retract.tit.1.§.2.Glo.2.nu.7.& dixi in præceden.priui.
8 Secundo limi.† non habere locum in hærede,qui posset esse informatus iuris p̄sumptione: vt quia esset coniuncta persona cum defuncto: nam ad ipsum transibit facultas prædicta iurandi;& standum erit eius iuramento,ex quo cum eo concurrit præsumptio iuris:vt colligitur ex traditis per Alexa.in l.1.§.fi. ne quis eum qui.Rolan.in cons.52.volu.1. & dixi supra in priuil.33.nume.217.eodem modo si factum defuncti erat aliās arduum, vel magnæ importātiæ;quia præsumitur habere sciētiam de tali facto,vel negotio,vt per Ab. in cons.3.in 2.par. & sequitur quoq; Gra.
9 lib.1.respon.49. nume.13. † Sic videmus deferri iuramentum ijs, qui in officio succedunt,vt in Prioribus, Abbate vel Abbatissa tradit pulcre Afflict.decis.169.qđ intelligendum est,quia de negotio sint informati,per prædicta. Et præmissa procedunt,etiam si iam delatum fuisset iuramētum; nondum tamen iuratum per defunctum;quia poterit deferri eius hæredi, & iurari.vt per Bal.in d.l.in bonæ fidei.C.đ reb.credi.& sequūtur alij,quos refert Cotta in suis memoralibus,in vers. iurandi facultas.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor causa dotis restituendæ non datur.*
2 *Ratio,cur fideiussores dotis restituēdæ causa nō præstentur.*
3 *Maritus,etiam volens, non præstat fideiussionem de restituenda dote.*
4 *Fideiussor,dotis causa datus per maritum cum iurameno obligatur; & valet talis datio.*
5 *Statutum contra rationem iuris communis introduci non potest.*
6 *Fideiussor dotis causa in decem casibus præstatur.*

PRIVILEGIVM LXIX.

Sexagesimum nonum priuilegium est satis notabile;† nā
1 tu scis, quòd regulariter nō potest dari fideiussor p maritum,de conseruanda & restituenda dote,in casu restitutionis de ea facien.suæ vxori,vt l.1.& 2.& toto titulo
2 C.ne fideiuss.dot.den.† & hoc ne perfidia gignatur inter maritum,& vxorem, vt in dictis iuribus habetur; quia ansam indignationis marito vxor præberet, quæ semetipsam absque fideiussore commisit, si pro conseruanda dote fideiussorem exigeret,argum.l.hac lege. C. de pact. conuen.
3 † Et procedit,etiam si sponte maritus voluerit fideiussorem dare; ex quo militat eadem ratio perfidiæ, cum vxor acceptando fideiussorem videatur de marito non confidere.& ita tenet Alexand.in l.si constante.§.quoties.colum.3.vers.tertio limi. solu. matri.& est communis opin. vt per Imo.in cap.cum contingat. de iureiuran. & refert Ioan.Lup.in repet.c.per vestras. §.incipiente.Quinto cum dicit tex colu. 4.de dona.inter vir. & vxo. Tamen si in huiusmodi datione seu p̄stațione fideiussoris interuenerit iuramentum, sustinebitur.

bitur talis datio ex priuilegio iuramenti ex quo seruari potest absque salutis æternæ dispendio. d. cap. cum contingat. & c. si vero. de iureiuran. & ita tenet Bald. in l. iurisgentium. §. si paciscar. de pact. & in rub. Digestorum de iureiuran. & in l. si qs pro eo. de fideiuss. & Paul. de Castr. in d. §. quoties. Abb. in d. cap. cum cõtingat. in fin. & Corne. in cons. 6. colum. 6. volum. 1. consi. 13. colum. 2. vers. hinc etiam volu. 4. & latissime in cons. 287. eod. volum. & Ruin. qui ita tenet in cons. 190. colum. 2. nume. 4. volum. 1. alij quoque hoc idem firmant, quos refert Ioan. Lup. in loco ꝓxime allegato. num. 12. vbi etiam testatur de communi. Contra quam tamen, vt ipse quoque refert, tenet Barto. in d. l. si quis pro eo. in tertio membro. & in l. 1. C ne fideiuss. dot. dẽt. & Ant. But. in d. cap. cũ cõtingat. in tertio casu. & subdit Bal. vbi supra, videlicet, in d. §. si paciscar. hanc contrarietatem reducendo ad concordiam, quòd si maritus sponte præstat talem fideiussionem, & iurat; ideo iuramentum obligat, quia non de directo; sed occasionaliter posset subesse. & vigere causa ꝑfidię, & indignationis inter coniuges: quod nõ est attendendum. cap. quamuis. & ibi. Gl. in vers. detrimentum. de pact. in 6. cum similí. & in tali casu procedit nostrum priuilegium. Sed si talem fideiussionem inuitus præstaret, vel quia vigeret cõsuetudo quod mariti deberent fideiussionem pręstare, vel statutum hoc disponeret; tũc iuramentum non firmaret talem fideiussionem, ex quo nõ occasionaliter, sed immo directe, & principaliter, ac incontinenti induceret inter coniuges prædictam perfidiam. quo casu procedere potest opin. Bar. & Ant. de Butr. & huiusmodi cõcordia secundum Ioan. Lup. vbi supra, est colorata. Ego vero satis de ea dubito; quia aut valet talis consuetudo, vel statutum; aut non valet. si valet, tunc quia ille, qui vigore illius cõsuetudinis, vel statuti fideiussorem præstat, iam ipsi cõsuetudini cõsensit. §. ex non scripto. Insti. de iure nat. gent. & l. sed & ea. de legi. item, & ipsi legi seu statuto. l. aliud est vendere. §. refertur. de reg. iu. l. quod maior. ad munici. & & l. nulli. quod cuiusque vniu. & not. per Doct. in l. omnes populi. de iusti. & iu. nõ dicitur præstare inuitus fideiussorem. si vero non valet: quod videtur verius per ea, quæ scribit Bald. in l. dudum. C. de contrahen. emptio. & in Aucten. omnes pere-
5 grini. C. cõmunia de successio. † vbi dicitur, quod statutum non valet contra ius commune, quando viget ratio prohibitionis; & tunc pariter non dicitur illum præstare inuitus; ex quo sciens se non teneri, illum tamen pręstare voluit. & propterea in vtroque casu iurando dicitur voluntarie illum pręstare. argum. est text. in l. cuius per errorem. de reg. iur. Concludo igitur, quod cum in datione fideiussionis interuenit iuramentum, talis datio fideius-
6 sionis sustinetur. & iste est vnus † de decẽ casibus, in quibus licet fideiussorem dare dotis causa restituendæ: quos cumulat Io. Lup. in d. capitu. per vestras. §. incipiente Quinto cum dicit tex. de donat. inter. vir. & vxo. qui prædicta refert & sequitur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim specialis expreßionis.*
2 *Limita in illis casibus, in quibus iuris præsumptione non subesset consensus.*
3 *Item quando requireretur, vt aliquid pro forma deberet exprimi.*
4 *Forma introducta fauore partium potest renũciari.*
5 *Iuramentum non habet vim specialißimæ expreßionis.*
6 *Iuramentum in renunciatione generali operatur, vt dicatur renunciatum expresse legi De his. de transactio.*
7 *Iurans ratificare omnia, tenebitur etiam ratificare venditionem.*
8 *Clausula derogatoria primi testamenti tollitur per iuramentum secundi.*
9 *Iuramentum in renunciatione generali operatur renunciationem cuiuscumque exceptionis.*
10 *Iuramentum an sit satis, vt videatur renunciatum legitimæ.*

11 *Verba*

11 *Verba generalia non sufficiunt, vbi specialis mentio fieri debet.*
12 *Iurans se contentum pro omni rata, & portione, sibi tangen. intelligitur renunciasse legitima.*
13 *Renunciatio generalis simplex non comprehendit legitimam.*
14 *Iuramentum ad illos casus extenditur, ad quos ipsa renunciatio.*
15 *Confirmans nihil disponit.*
16 *Confirmans trahitur ad tempus confirmati.*
17 *Hereditatis appellatione comprehenditur etiã legitima.*
18 *Renunciatio est stricti iuris; & in ea non veniunt, nisi expressa.*
19 *Filia renuncians hereditati patris viuentis nõ intelligitur renunciare legitima.*
20 *Læsio aliqua considerari non potest in filiis renunciantibus hereditati patris viuentis. & idem in filiabus.*
21 *Legitimæ non intelligitur renunciatum quando sequitur enormis læsio.*

PRIVILEGIVM LXX.

1 SEptuagesimum priuilegum est; quia iuramentum † habet vim specialis expreßionis secũdũ Bal. qui ad hoc communiter allegatur in l. 1. colum. pen. & ibi etiam Saly. C. cõmodati. sequitur Rom. in l. 1. §. si quis ita col. 10. de verb. obl. & ibi quoque Alex. colu. 5. Glo. & tex. in c. ex rescrip. de iureiuran. Are. in consi. 33. col. pen. ver. secundo quia Corn. in consi. 128. vol. 3. Ias. in l. sub prætextu. la 2. col. 1. C. de transa. & in l. certũ colum. 1. si certum peta. Cur. iuni. in consi. 49. nume. 15. Gomes. in §. item si quis postulante. colum. 5. in prin. nume. 9. Inst. de actio. Cot. in suis memoralibus, in versic. iuramenti religio. colum. 2. ver. quinto. & Gozad. in consi. 69. nume. 19. cum similibus congestis per Tiraquel. de legi. connubiali. l. vltim. Gloss. 7. nume. 152. & per Anto. de Gabriel. in titul. de iureiurand. conclus. 4.

2 Istud † nostrum priuilegium tribus modis restringitur, & limitatur. Et primo non procedit, quando illud, quod est generaliter expressum, non valeret ex præsumptione defectus consensus; quia tunc non habet vim expreßi, ex quo non supplet defectum illius l. fin. vbi omnes. C. de non nume. pecu. Ruin. in consi. 98. colum. 10. volum. 1. & ita declarat post alios ab eo relatos Tiraquel. in loco proxime allegato, nu. 154 & ita etiam scribit Anto. de Petru. in repe. l. 1. num. 158. cum pluribus sequen. de iureiurand. Et in his terminis possunt intelligi Doctores tenentes contrarium, quod, scilicet, iuramentum non habeat vim specialis expreßionis; quia est verum, quando deficit cõsensus. & ita debet intelligi Bald. in l. sed si quis. §. quæsitum. si quis cautio. & Grat. libro primo, respon. 15. nume. 13. vbi volunt, quod iuramentum generaliter præstitum non sufficiat, vbi aliquid specificari debet: nam est verum; quia in illa generali conuẽtione, & iuramento nõ fuit de eo, quod erat exprimendum, cogitatum. & ita quoque retulit Anto. de Gabriel. in d. conclus. 4. de iureiur. vbi dicit ita posse concordari Doctores, in hoc contrariantes, vt ibi late per eum. Vbi ergo non est in genere cogitatum de re aliqua, ibi iuramentum nõ potest habere vim expreßi; quia, vt dictũ est, deficit consensus. Ias. in l. sancimus. colum. 2. C. de testam. & in l. si mihi, & tibi. §. fi. de leg. 1. refert & sequitur Rip. in suo tracta. de peste. in secunda parte, dũ agit de priuilegijs contractuum, post num. 84 Grat. lib. 2. respon. 7. nu. 10.

3 Secundo † nostrum priuilegium limitatur non habere locum, quando pro forma requireretur, quòd aliquid deberet exprimi; quia tunc iuramẽtum non habet vim expreßionis, vt per Tiraquel. de leg. connub. in loco supra allegato, sub nume. 158. vbi allegat Barba. in consi. 55. col. pe. vol. 2. & alios de quibus ibi per eũ. si enim iuramentum suppleret defectum formæ, hoc esset per interpretationem, subauditionem, & æquipollentiam: ergo non specifice. ita Grat. libr. 1. in d. respon. 15. co-
4 lu. 2. nu. 15. Ego tamen † hoc intelligerem verum

verum, nisi forma respiceret fauorem partium, quia ei posset renunciari, & adimpleri per æquipollens; & sic per iuramentum, vt habetur per Felyn. in capitu. cum dilecta. colum. 12. versic. limita. hæc. num. 47. de rescrip.

5 Tertio limitatur; † quia quãuis habeat vim specialis expresisionis, vt dictum est: non tamen habet vim specialissimæ, vel indiuidualis mentionis. neque hoc iure cautum reperitur sicut scribit idem Tiraquel. in præfatio. l. si vmquam. nume. 150. C. de reuocan. dona. aliud enim est exprimere generaliter, aliud specialiter, aliud singulariter, vt per Bar in l. si quis in principio testamenti. de lega. 3. Corne in consil. 237. colum. pen. versi. plus autem. volu. 4. & per eundem Tiraquel. de legib. connub. in dicta l. vltim. glo. 7. num. 86. versic. hanc autem.

6 Ex hoc priuilegio † infertur ad decisionem nonnullarum quæstionum. & primo infertur, quod quamuis quis per generalem renunciationem non intelligatur sufficienter renunciasse. l. de his. de transactio. cui specialiter renunciari debet: tamen si in renunciatione fuerit appositum iuramentum, quod habet vim specialis expressionis, dicitur facta specialis renũciatio de dicta lege; & valet, vt per Goza. in consi. 69. post nume. 19. vbi dicitur, quod renuncians omni legum auxilio cum iuramento intelligitur specialiter renunciasse. d. l. de his. & idem quoque voluit Alexand. in consi. 11. colum. 4. volum. 2. Sozi. in consi. 200. colum. penul. volum. 2. & in consil. 103. colum. fin. volum. 3. Ias. in d. l. de his colum. 4. Dec. in consi. 452. colum. pen. & Sozi. iuni. in consi. 116. colum. antepenult. volum. 1. an autem valeat huiusmodi renunciatio, alibi dicemus.

7 Secundo † infertur, quia si quis constituat procuratorem ad omnes contractus faciẽdos, & iurauerit habere rata omnia per ipsum gesta, tenebitur ratificare omnia: puta etiam contractum venditionis, quãuis de eo nihil fuerit expressum, propter iuramentum, quod habet vim specialis expresisionis. ita Grat. libr. 2. respon. 159 num. 21.

8 Tertio † infertur, quia si testator fecit primum testamentum, habens clausulam sequentis derogatoriam; & fecit deinde secundum, & iurauit, quòd illud valere vult, cassato forte omni alio testamento, intelligitur sublatum primum, nulla etiã de eo facta mentione, secundum Bald. in l. sancimus. quem alij sequuntur ibi. C. de testamen. Sozi. in consi. 163. volu. 2. Guid. Pap. q. 128. cum alijs relatis per Couar. in rub. de testam. par. 2 nu. 19. vers. prima. quia iuramentum habet vim expressionis clausulæ derogatoriç, de qua erat faciẽda mentio; aliàs non intelligeretur derogatum, & sublatum primum testamẽtum secundum Barto. in d. l. si quis in principio testamenti. de lega. 3. Alexand. & Ias. in d. l. sancimus. & idem Alexand. in consil. 134. volum. 1. cum alijs, quos refert idem Couar. in loco proxime citato, post nume. 19.

9 Quarto † infertur, quia per iuramentum in renunciatione generali cẽsebitur expresse renunciatum exceptioni cuiuscũque simulationis, vt vult Gozad. in d. consil. 69. post nu. 19. facit, quod voluit Alex. in consi. 133. col. 3. nu. 23. vol 5. post Ant. But. quem ibi allegat: vbi dicitur, quod iuramentum in renunciatione generali habet excludere iurantem a quacumque exceptione.

10 Quinto & vltimo infertur † ad aliam notabilem decisionem: nam quamuis renunciatio generalis non præiudicet, quo ad legitimam: nisi de ea sit facta specialis mentio. l. si quando. § generaliter. vbi Iason colum. 3. C. de inoffi. testam. & in cõsil. 207. colum. 3. versi. secundo facit. vol. 2. Fely. in cap. translato. colum. 2. post medium de constitutio. Afflict. decis. 178. in secundo dubio cum multis concordantijs traditis per Tiraquel. in præfatio. l. si vmquam, sub nume. 144. C. de reuoca. dona. & ibi Rip. etiam testatur de communi; † quia vbi specialis mentio fieri debet, non sufficiunt verba generalia. Glos.
11

in Clemen.1.in versi.specialiter. de iudi. & in c.inquisitores.de hæret.in 6.& Bart. in l.fi.§.omnem per illum tex.C.de admini.tuto. & Alexan. in cons.122. volum.4. tamen si in generali renunciatione fuerit appositum iuramentum,censebitur renũcians exclusus etiam a legitima,secũdum Ias.in d.§.generaliter.Dec. in cons.26.colum.1.& cons.180.colum.4.vers. secundo specialiter.Alex. in cons.181.colum. volum.5.Gozad.in d.consi.69.post num.19. vers.quarto dico.Boer.decis.62.num.13. & 14. cum similibus cumulatis per Tiraquel.in d.præfatione.l.si vmquam.post nume.144.C.de reuocan.dona.& per Ant. de Gabri. in ti.de legitima.conclus.8.nu.

12 8.Et ideo si quis dixerit se contẽtum pro omni rata & portione,& iurauit,intelligitur etiam renunciatum legitimæ, vt per Roman.in l.1.§.si quis ita.de verb.obliga. & in d.l.si quando.§.generaliter.C.de inoffi.testam.sequitur Grat.lib.1. respõ.17. in fin.& de communi testatur Rip.in d.l. si vmquam.& dixit idem Rip.lib.1.respõso.c.6.nume.13.quòd comprehenditur legitima, quando est generaliter renunciatum cum iuramento omni legum auxilio & ibi dicit ita cõmuniter tenere Doctores. & latissime comprobat Tiraquel. supra proxime allegatus. in contrarium facit,quod voluit Gram.in decis.57.nu.26. vbi dicit, quod virtus generalis renunciationis iuratæ non extenditur ad legitimã, cui in specie renunciari debet, vt excludat. & idem quoque concludit in decis. 101.num.5. & nume.49.& Boer.decis.3. nume.9. cum sequen.& multos idẽ sequẽtes, & tenentes allegat Anto. de Gabriel. vbi supra.num.9.vbi dicit, hanc esse magis communem opinionẽ.Et dixit Guid. Pap.q.427. satis in proposito, quod si filius iurauit attendere testamentum patris & disposita in eo,quòd non censebitur renunciatum legitimæ,cuius causa,cũ filijs exuberans fauor per leges tribuatur, specialis renunciatio requiritur ad illius exclusionem: prout hanc theoricam tradit Bald.in l.1. ff. si quis in ius voca. non ieri. & refert Ruin. in consi.98.colum. 10. in princ.volum.1.Et pro dicta opi.facit, q3 quamuis iuramentum faciat,actum valere omni meliori modo quo potest,vulgata.l.cum pater.§.filius matrem. & ibi Bal. de lega.2.non tamen operatur, vt extendi posit ad id, de quo specialis mentio fieri debet,vt per Bald.in l.sed & si quis.§. quæsitum.si quis cauti.Roman.in d.l.1.§. si qs ita.de verbo.oblig.Ias.in d.l.de his. de trãsa.Grat.libr.1.respon.15.num.13.cũ alijs cumulatis per Gramma.in d. decis.57.&

13 decis.101.num.5.† Accedat etiam, quia simplex renunciatio generalis non cõprehenderet legitimam:& hoc nemo inficiatur,per d.l.si quando.§.generaliter. C. de

14 inoffi.testam. † Ergo nec iuramentum in ea appositum;quia ad eos tantum casus extenditur,ad quos ipsa renũciatio, aut quęuis alia dispositio extẽderetur,per doctrinam Barto.in d.§.quæsitum.in fi.Paul.de Castr.in cons.377.col. 2.volum.2.Roma. in cons.472 in fin.cum similibus, quæ allegat Tiraquel.in d.præfatione, l.si vmquã sub nume.149.C.de reuocan.dona.& de legib.connubi.l.vlti.Glo.7.nume.155.facit pro hoc optime tex.cum Glos. in §.fideiussores.Insti.de fideius. vbi non potest plus esse in accessoria obligatione, quàm in principali: ergo iuramentum, tamquã accessorium,ad renunciationem,non cõprehendit legitimam; cum hoc non operetur ipsa renunciatio. & alibi dicitur, quod iuramẽtum non ampliat dispositionem ad ea, quæ a contrahentibus cogitata non præsumũtur.Gratus lib.2. respõ. 7. nume.9.per d.l.fin.C.de non nume.pecu. Facit etiam, quia huiusmodi iuramẽtum

15 est confirmatorium renunciationis. † & sic, quo ad se nihil disponit. l. & quia. de iurisd.omn.iud.l.legitima.de pact.& l.ex placito.cum ibi nota. C.de rerum permuta.quia Actus agentium non operatur vltra eorum intẽtionem,l non omnis.si cer. pet.Gra.lib.1.respõ.15.col 3.in fi.quinim

16 mo cum † natura confirmati sit ad se trahere confirmantem.l.si fundus.in princip. de pigno. l. Iulianus.qui satisd. cogan. &

per

per Signo.in consi.61.colum.fin.num.16. nihil plus esse potest in iuramento, eo qđ in renunciatione continetur. Corn.in cõsil.9.volum.3.Gozad.cons.76.colum. pe. num 13.& consi.101.num.18. vbi cõcordan.quoniam, vt sæpe diximus, iuramentum sequitur naturam actus, cui adhæret. d.l fin.vbi Barto.& Bald.C. de non num. pecu.& per Cur.iunio.in consi.141. colu. 3.post nume.13. Vltimo dicitur, quòd requiritur pro forma, vt specialiter renuncietur legitimæ: ergo non sufficit iuramẽtum, secundum Tiraquel. de legi. connu. l.vlti.glo.7.num.159. istud tamen nõ magnifacio. quia, quando interuenit iuramẽtum, dicitur specialiter renũciatum; & sic dicitur satisfactum formæ. Et quamuis hoc dicatur fieri, vel adimpleri per interpretationem, vel per ęquipollentiam, vt dicebat Grat.lib.1.in d.respons.16. colu. 2.nu.15.tamen dico, ꝙ hoc satis est in casu nostro; cum hæc forma respiciat tantũ interesse renunciantis, qui potest dictæ formę renunciare, vt supra dixi, & alibi etiam dicemus latius.

Ego tamen in hac tam magna Doctorum dissentione & controuersia, existimarẽ pro concordandis & conciliandis opinionibus animaduertendũ esse ad formã generalis (in quã) renũciationis: nam si per eam verisimiliter potest coniecturari aliquo modo fuisse per renunciantem cogitatum de legitima, de qua tamen nihil dictum fuit; tunc propter iuramentũ, qđ habet vim specialis expressionis, legitima comprehenditur, & eidem renunciatum censetur. Et ideo dico, quòd si quis renũciauit hæreditati sui patris, censetur etiã
17 renunciasse legitimæ: † nam in hæreditate comprehenditur etiam legitima. quod patet, quia qui abstinet ab hæreditate, debet etiam abstinere a legitima. Bart.in l. gerit.de acqui.hæred. Abb.in consi.3. colum.2.par.2.& cõs.90.colum. 2. Bologn. consi.50.colum.2.vers. & habet iste Christophorus.& idem dico, si renunciatum fuisset bonis, in quibus dicitur contineri legitima; cum hæc sint nomina vniuersalia.l.bonorũ appellatio.& ibi Alc. de verbo.signi. Idem quoq; affirmo, si renunciatum fuerit toti substantiæ, vt per Rui. in cons.97.vol.1. Idem si renunciatũ successioni; quia legitima est quota portio eius, quod quis est habiturus ab intestato.l. parentibus.C.de inoffi.testa.l.nuper. C. eo. tradit Corn.in consi.150.col.fin.in littera P.vol.1. & quod exclusus a successione intelligatur etiam exclusus a legitima, tradit idem Corne.in consi.210.colum.fi. & consi.316.eod.volum.& latius in consilio 150.colum.2.& sequen.vol.2. & consil.1. col.5.vol.4.& alibi sæpe. & in his terminis põt intelligi prima opi. Sed hic vrgebis tu: Si hoc venit ex vi generalis dispositionis: ergo iuramentum nihil operabitur; quod valde superioribus dictis repugnat. Respondeo, quod hoc non procedit
18 in materia renunciationis, † quæ cum sit stricti iuris, in ea non veniunt, nisi expressa, vt per Rom.in cõsi.168.& Dec.in cõsil.379. Quando ergo in renũciatione est appositum iuramentum; quia habet vim expressionis, tunc vigore ipsius legitima continetur. Si vero renunciatio facta est ita generaliter, vt nõ sit verisimile de ea a contrahentibus cogitatũ fuisse: veluti, qa fuerit renunciatũ omni iuri, & actioni sibi competenti, cum multa iura, & actiones cõpeterent; non venit legitima; quia cum de ea non fuerit neque cogitatũ, neque dictum, iuramentum nihil operatur, quia deficit consensus. Et ista in effectu videtur esse intentio Doctorum, vt satis ex his, quæ supra dixi in prin. huius priuilegij, intelligi potest, & in his terminis procedit secunda opi. & illud quod scribit Capra in consi.29. col.3.in fi.vbi vult iuramentũ nõ cõprehendere legitimã; quia fuit renunciatio generalis; & de ea non fuit cogitatũ. Pręsupposita tamen prima opinione, quę satis videtur sustentabilis, illam limito non procedere, quando fieret renunciatio super iure, quod non cõpeteret de pręsenti, neque re neque spe probabili, & per leges approbata, vt per Barto.in l.post emancipationem. §. illud

de libera.leg.idem Bar.& alij & pręcipue Iaſ.in l.qui cum tutoribus.de trāſa. & rurſus idem Bar.& Doctο. in l.qui Romæ. §. duo fratres.in 6.quæſt.de verbo.obli.quia etiam cum iuramento,in tali renunciatione non veniret legitima,vt per Dec.in cōſil.352.col. pen.
19 † Et ex hoc propterea infero,quod ſi filius, vel filia renunciaret hæreditati patris viuentis cum iuramento, non veniret legitima ; quia uiuente patre, nō cēſetur eis debita neque re neq; ſpe, vt tradit Bar.in l.1.§.ſi impubere.de collatio. bono.& tradunt Doct.poſt Glo.in l.3.C. de iur.& fact.ignor.Et quāuis Rui.in hoc videatur tenere contrarium, quod immo, ſcilicet,cenſetur etiam renunciatum legitimæ ; quia quis facilius excluditur a iure quærēdo,quam a iure quæſito, vt per eum in conſi.97.colum.fi.in prin.vol.1. tamen ego dico,quod hoc eſſet verum , quando ex verbis conſtaret voluiſſe illi renunciare : quod in propoſito negatur , ex quo legitima non poteſt eſſe in conſideratione, viuēte eo, de cuius ſucceſsione acquirēda agiť,arg.l.eius qui in ꝓuincia.ſi cert.peta.
20 † & hinc dicimus , ꝙ in tali caſu non poteſt conſiderari aliqua læſio enormis , vel enormiſsima ; quia patribus viuentibus, vel alijs ex quorum morte debetur legitima , nullum ius habere dicuntur , vt per Craue.in conſ.114.nu.13.& Gram.deciſ. 101.nu.74.& Pariſ.conſi.26.nu.81.vol.3.
21 Secundo † limi. non procedere,quando per renunciationem committeretur enormis lęſio:vt tradit Dec.in conſi.180.col.fi.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter virum & vxorem non valet.*
2 *Amplia, etiam ſi interueniat iudicis decretū.*
3 *Donatio inter virum & vxorem validatur iuramento.*
4 *Homines ſuapte natura facile diſſentiunt.*
5 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorū,cā mortis facta inter virū & vxorē,cū pacto de non reuocando,validatur iuramento.*
6 *Donatio inter virum & vxorem confirmatur iuramento; non ſolum quo ad dominium , & proprietatem;ſed etiam quo ad fructu,*
7 *Confirmans trahitur ad tempus confirmati.*
8 *Donatio facta per virum vxori minori valida tu r iuramento.*
9 *Donatio facta inter ſocerum & nurum non valet; ſed tamen validatur iuramento.*
10 *Donatio facta per clericum ſuæ concubinæ an validetur iuramento nu ſeq. & infra late.*
11 *Concubinæ nihil relinqui poteſt in vltimis voluntatibus.*
13 *Mulieres ſunt auariſſimæ.*
14 *Præſumptiones inducentes donationes non vendicant ſibi locum, quando dubitatur an mulier donauerit.*
15 *Attenditur,quod principaliter agitur:non quod incidenter,& occaſionaliter.*
16 *Cauſa occaſionalis non attenditur ; quia ſe habet ad eſſe,& non eſſe.*
17 *Argumentum de poſsibili ad eſſe non procedit.*
18 *Vulua mulieris eſt inſatiabilis.*
19 *Iuramentum, quod indirecte tendit in præiudicium tertii obligat.*
20 *Multa honeſtatis cauſa fiunt , quæ alias fieri prohibentur.*
21 *Iuramentū non operatur in præiudiciū tertii.*
22 *Concubinarius dicitur infamis infamia facti.*
23 *Concubinatus eſt a iure canonico reprobatus, & prohibitus.*
24 *Clericus nō dicitur ſolutus;ſed ligatus Eccleſiæ.*
25 *Diſpoſitio prohibitiua extenditur ad conſequētia.*
26 *Iuramentum per quod derogatur poteſtati Papæ non valet.*
27 *Eccleſia diſsimulando tolerat proſtibula.*
28 *Regula, quod diſpoſitum in principali extendatur ad conſequentia non procedit, quando non militat eadem ratio.*
29 *Ius nullum dicitur acquiſitum venientibus ab inteſtato ſuper bonis illius cui ſuccedunt ipſo viuente.*
30 *Voluntas hominis eſt ambulatoria vſque ad mortem.*
31 *Iuramentum primum reuocatur per ſecundum ſi non eſt ius quæſitum tertio.*
32 *Ius quærendum facilius tollitur, quam quæſitum.*
33 *Statutum , licet in quæſitis non poſsit clericis præiudicare in quærendis tamen poteſt.*
34 *Iuramentum debet habere tres comites, videlicet,Veritatem Iudicium,& Iuſtitiam.*
35 *Iuramētum non debet eſſe vinculū iniquitatis.*
36 *Delicta non debent remanere impunita.*
37 *Donatio cenſetur facta potius ex cauſa licita, quam ex illicita.*

38 *Interpretatio, quæ tendit ad sustinendum actũ, præfertur omni interpretationi.*

39 *Pœna debet imponi secundum qualitatem, & conditionem delicti, vel peccati.*

40 *Pœna, quando est per legem expressa, non est ad alias pœnas recurren.*

41 *Donatio facta per clericum concubinæ, validatur traditione.*

42 *Actus spirituales potentius & validius agunt, quam actus temporales & humani.*

43 *Feudatarius tenetur magis denunciare domino suo ecclesiastico, veluti Papæ quam alius domino temporali.*

44 *Præsumitur emendatio ad meliorem vitam per tempus trium annorum.*

45 *Qualitas personarum contrahentium attenditur de tempore contractus.*

46 *Donatio inter virum & vxorẽ vt validetur iuramento, necessarium est, quòd vxor superuiuat & ibi de veritate.*

47 *Iuramentum statim validat donationem inter virum & vxorem.*

48 *Donatio inter virum & vxorem validatur iuramento, quando iuratũ est non contrauenire.*

49 *Iurãs non contrauenire non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

50 *Minor, iurans non contrauenire, non potest vti beneficio l. 2. C. de rescind. vendi.*

51 *Item iurans non venire contra processum excluditur a beneficio restitutionis in integrum.*

52 *Iurans non contrauenire testamẽto, nihil vltra illud petere potest.*

53 *Iuramentum an firmet donationem præsumptam & nu. 55.*

54 *Priuilegia dotis non vendicant sibi locum in dote confessata.*

56 *Specialitates plures quando competunt de iure communi, simul concurrere possunt.*

57 *Iuramentum confirmatorium non validat donationem, quando ex aliqua causa potest præsumi simulata.*

58 *Iuramentũ mariti, præstitum super confessione dotis receptæ, licet sibi præiudicet; non tamen generat præiudicium creditoribus.*

59 *Iuramentum confirmatorium, vna cum assertorio præstitum super donatione præsumpta, illã non validat.*

60 *Iuramentum inter Iudeos an validet donationem inter virum & vxorem.*

61 *Traditio in donatione inter virum & vxorem vltra iuramentum, an sit necessaria.*

62 *Iuramento non potest renunciari beneficio l. si vnquam. C. de reuo. don.*

63 *Iuramentũ præstitum per vim, vel dolum, non validat donationem inter virum & vxorem.*

PRIVILEGIVM LXXI.

SEptuagesimum primum priuilegium est; quia tu non ignoras, quod licet valeat donatio per sponsum sponsæ de futuro. l. cum hic status. §. si sponsam. & l. inter eos. de donat. int. vir. & vxo. l. cum in te. & l. sequen. C. de donat. ante nupti. cum concordantijs adductis per Corne. in consil. 114. colum.
1 fin. volu. 4. † tamen donatio inter viuos inter virum & vxorem non valet. l. 1. & 2. & 3. §. videamus. & ibi Glo. in versi. concubinæ. & toto illo ti. ff. dona. int. vir. & vxo.
2 † quod procedit, etiam si interuenit decretum iudicis, & sic Superioris auctoritas: nam adhuc non sustinetur, vt per Io. Lup. in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 46. in prin. quia est a iure prohibita. vt in dictis locis habetur, ex quo videtur aduersari bonis moribus. vt d. l. 1. de don. int. vi. & uxo. & ideo dixit notabiliter Glo. fin. in l. talis scriptura. de lega. 1. quod generalis confirmatio donationum non trahitur ad donationem, factam in vita inter virum &
3 vxorem. † Tamen si in ipsa donatione fuerit appositum iuramentum, sustinebitur, & valebit. & sic iuramentum habet huiusmodi priuilegium. quod validat donationem, inter virum & vxorem factã. ita voluit Bar. & Raph. in l. si quis pro eo. in prin. de fideiuss. Bal. in l. 3. C. de vsucapi. in l. 1. de donat. in. vir. & vxo. idẽ Bar. in l. Seius, & Augerius ad legẽ Falc. Paul. de Castr. in consi. 75. col. 2. in prin. vol. 2. Abb. in c. cum contingat. de iureiu. Alex. in l. si donatione. C. de collat. in cons. 7. nu. 5. vbi late. volum. 6. Aret. in l. placet. de acqui. hæred. Cepo. caut. 112. Marsi. in sua Pract. §. secunda quæstio. nume. 59. Ruin. in consil. 179. numero 111. & consi. 190. colu. 2. uol. 1. vbi dicit, quod Canonistæ ita communiter tenẽt. & consi. 132. num. 2. vol. 4.

Rubeus Alexandri. consil. 25. Bertrand, consi.215.volu.4.Dec.in consi. 102. Alexan.consi.53.colum.pen.volum.3. & consi. 8.& consi.157.col.pen.& fi.vol.2.Sozi.iu. in consi.44.colum.2.volum.2.Rip. respo. 4.de donat.int. virũ & vxor. Guido Pap. quæst.109.post nume.4. vbi dicit communem. & veriorem etiam dicit Corne. in cons.284.ad finem.volu.1. & cõs.104.volum.2.consi.41.volu. 3. & consil.108.col. pen.ad fin. volu. 4.vbi dicit,quod licet sit prohibita donatio inter virum & vxorẽ; temen non est prohibita confessio iurata, ex quo donatio iurata inter eos non est prohibita. & concord. habentur per Rimi.iuni. Insti.de dona.§. 1.nu.272,per Anto.de Gabrie.in titu.de donat. concl.3.in princ. Ant.de Petru.in repeti.l.1.post.nu. 38.de iureiurã. & ista est communis opi. vt supra dixi. & de cõmuni testatur Aret. in consil.74. col 3.versic. sed dubium est. & consi 77.colum.pen.versic.tertium. Alba.in consi.4.nu.12. Gram. decis. 103.nu. 73.Decis.Tholos.261.& ibi Aufre.qui dicit hanc opi.esse securiorem, & magis cõmuné,Io.Lup.in d.rub.de donat. int. vir. & vxo.§.24.& latius in §.51. incipien.Limita tertio. Couarr. in rub. de testamentis. part. 2. numero 10. Cotta in suis memora.in uersi.donationes inter uirum. Viui.in uersic. donatio inter uirum. Ripa. respon. 1. numero 10. de pact. dotali. respon.1.numero 6. & respo seq. de donat. int. uir. & uxo. ubi dicit hanc opin. esse
4 canonizatam inter Doctores. † Ceterum, quia homines suapte natura facile dissentiunt, ut inquit text. in l. si unus.§. principaliter.de arbi.Gl.in proœmio Decreta.in uer.noua litigia. Abb.in cap. 1.in antepenult. nota.de his, quæ fiu. a maiori parte Cap. in consilio 37. in fine. par. 1.Dec.in l. aliud est uendere. § refertur. nu.tertio.de reg.iur. Affli.decis.284 in fi. Ruin. consil. 103.colum.2.uol.1. Corne. consil. 50. colum. 2. uolum. 1. Cotta in suis memoralibus, in uer. extimatores. & Craue.in consi.59.num.3.quia Diuersitatẽ corporum diuersitas sequitur animorũ inquit tex.in ca.quia diuersitas.de concess præben.& tradit Corn.in cons.110. volu. 3.non desunt, qui tenent contrariam sententiam:prout facit Bar.sibi contrarius in l.1.& 2.de dona.int.vir.& vxo. Sed certe licet ita allegetur:tamen dicitur,quod immo sentit primam opi. ex quo se remitti ad not.in d.l.siquis pro eo.& Paul. de Castr.pariter sibi ipsi aduersatur in cons.61. & cons.193.col.3.ver.ad tertiam numer. 2.vbi dicit hanc videri veriorem opinio. & multos alios adducit Cur.iun.in consil. 95.col.2.vers secundum subijcio. num.3. & Rip.in d.respon.4.de dona. int. vir. & vxor.vbi adducit eorum argumenta & rationes,quibus deinde respondet,dictę cõmuni opi.penitus adhærendo. Super qua ego insistendũ vlterius nõ putaui, cũ habeamus eã decisam per tot tantosq; legũ interpretes,quib ꝯtradicere,& eorũ prudentissimũ iudiciũ reprehẽdere, nõ esset nisi hoĩs omnino delirantis;cũ hodie etiã Doctores nr̃i tpis habeãt eam pro indubitabili,a qua in iudicãdo & consulendo non est modo aliquo recedendm: vt dicit Clar.lib.4.sn̄iarum.§.donatio.quęst.9. vbi quamplurimos allegat, illam tenentes & attestãtes de cõmuni. Et istius receptissimę conclusionis ratio illa esse dr̃,magna scilicet treligio iur̃i,quod cum seruari potest sine dispendio salutis ęternę, seruari debet.c.cum cõtingat.de iureiu. facit tex. in l.1.& 2.de iureiur.& in l.si spõsus.§.cõcessa.de dona.int.vir.& vxo.vbi iuramentum est maximæ auctoritatis; & causa religionis donatio valet, quæ aliàs non valeret.ita dicit Io.Lup.ĩ d.rub.de dona. int. vir.& vxo.§.51.quia nõ videtur a lege ꝓhibita;vel saltem non habet perpetuã causam prohibitionis:prout similiter considerat Glo.in c.tua fraternitas.de despons.impub.& in cap.ex litteris de matri. contra. contra interd.eccles. de quo etiam ꝑ Im. in d.c.cum contingat in 2.principali quęstio. de iureiu. nec est contra bonos mores naturales secundum eum.

Hoc nostrum priuilegium recipit nõ-
5 nullas ampliationes, & limitationes. &

primo ampliatur, vt idem sit in donatione causa mortis omnium bonorum præsentium, & futurorum, cum pacto, & iuramẽto de non reuocãdo; quia talis donatio ꝓpter iurm̃ sustineť, vt uoluit Paul. de Casť. in consi. 75. col. 1. ad fi. §. quantum uero ad secundum. vol. 2. quia quamuis sit facta de omnibus bonis præsentibus & futuris; tñ, cum donatio sit facta cã mortis, ita dicens videť uoluisse reseruare sibi vsumfructũ, vita eius durante; quo casu valet, vt not. in l. stipulatio hoc modo cõcepta. de ver. obliga. Sed certe ista non est proprie ampliatio; quia, licet sit facta causa mortis, tamen non remanet in suo esse; sed transit in aliam speciem, nimirum in donationẽ inter viuos: vt per Alex. in l. quæ dotis. & ibi Ias. solut. matri idẽ Ias. & alij in l. non omnis. si cert. peta. Alex. in cõsi. 14. vol. 1. Ang. in consi. 179. col. antepen. Aret. in consil. 74. Sozi. in consil. 53. columna 2. & Bello. consi. 60. nu. 13. & consi. 73. nu. 9. Præterea ipse Paul. fuit sibi contrarius, & voluit talem donationem nõ valere, vt patet in eius cons. 82. vol. 2. vbi dicit, ꝙ est cõtra bonos mores; qa aufert liberã testandi facultatem: & ideo non firmatur iurõ. c. non est obligatorium. de reg. iur. in 6. de quo alibi differemus.

6 Secundo amplia, vt non solum ista donatio per iuramentum confirmetur, quo ad dominium, & proprietatem; sed etiã quo ad fructus. & ideo, si esset confirmata donatio per iuramentum ex interuallo, appositum, intelligeretur facta confirmatio, etiam quo ad fructus; vt in simili dicitur de donatione per mortem confirmata: vt late per Io. Lup. in d. rub de donat. int. vir. & uxo. §. 72. Sed in contrarium uidetur Gratus lib. 1. respon. 94. ubi ante traditionem, & sic ante perfectam donationem, ipse donans non tenetur ad fructus, per tex. in l. in ędibus. §. ex rebus. cum ibi nota. & in l. cum de donatione. de donati. ceterum dici potest, quod in casu Grat. numquam fuit facta confirmatio illius donationis; ex quo non fuit processum ad traditionem, nec ad aliquam ratificationem; per donatariam, quæ fuerat absens tempore donationis. Et ideo ibi non ualuit donatio, ut patet ex tradi. per Paul. de Castr. in consi. 195. colum. 3. uersi. secundo uidendum. ubi dicitur, quod donatio facta absenti per notarium stipulantem non ualet, non secuta ratificatione, quæ nec per hæredes fieri potest, ut ibi per eum: ubi ergo fuisset confirmata, ui-

7 deretur secus dicendum: quia † confirmans trahitur ad tempus cõfirmati, & nõ e conuerso. l. si fundus. in princi. de pigno. l. uero. de solu. l. fi. C. ad Macedoni. Signo. in consi. 19. col. 3. in fine. nu. 8. non obstant not. in d. §. ex rebus. & in l. cum de donatione. quia procedunt, quantum ad effectum ne sequatur inualiditas donationis ob non factam insinuationẽ. & sic ibi fructus non computantur, ut uitient donationem. & quãuis fructus non ueniant, nisi post litẽ contestatam; qa donatio est stricti iuris, & fructus non debentur, nisi petãtur: ut dicit Glo. 1. in d. §. ex rebus. tñ non negatur, ꝙ etiam quo ad fructus donatio non ualeat; licet non debeantur, nisi postquã petiti sunt. hæc enim sunt penitus diuersa, ut de se patet: merito, &c.

8 Tertio † amplia. ut procedat ẽt in donatione, quam uir fecisset uxori, ẽt minori duodecim annis; quia idem est qđ in maiore; cum ualeat matrimoniũ, ut pulcre ꝑ Gram. consi. 21. col. 2. in ciui.

9 Quarto † ampliatur procedere nõ solũ in donatione facta inter uirũ & uxorem, prout loquitur nr̃m priuilegium, sed ẽt in donatione facta inter socerum & nurum, quia confirmatur iuramẽto; cum alias absque eo non ualeret: cum a pari procedat donatio inter uirum & uxorem, & ea quæ fit inter socerum & nurum, ut per Grat. lib. 1. respon. 36. nume. 10. & inter ipsos idem ius seruandum videtur. quod patet: nam si socer ad inopiam uergit, ab eo repetitur dotis restitutio, sicut a uiro, quãdo ipse se restituturum promisit, secundum Glos. in l. ubi adhuc. in Glo. magna. C. de iure dot. & in §. illud. in Aucten. de ęquali. dot.

Quinto

10 Quinto† & vltimo amplia. vt idem sit in donatione, facta concubinæ per clericum, vel militem, vel doctorē: nam quamuis regulariter talis donatio non valeat, facta a dictis personis concubinæ. l. 2. C. de donat. int. vir. & vxo. Bart. l. affectionis, de donat. tex. in l. miles ita §. mulier. de milit. testam. l. mulierem. de his quibus, indi. quę iura quamuis loquantur in milite armatæ militiæ: tamen procedunt quoque in milite cœlestis militiæ; & sic in clericis ex quo ęquiparantur milites armatæ, & cælestis militiæ, secundum Glo. in l. miles. de re iud. & per Roman. in consil. 237. nume. 4. versic. nec refragatur. & in proposito potest esse ratio; quia in illis magis requiritur castitas, quā in paganis, vt post alios dixit Io. Lup. in rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 37. nu. 9. & 10. & ibi nu. 21. extendit hoc ad doctorem, maxime qui legit per viginti annos. & alibi dicitur, quod clerici magis debent quam laici, abstinere ab his, quæ habent apparentiam mali; licet alias non essent mala, vt in ca. cum ab omni specie. de vit. & ho. cle. non ergo valet talis donatio, facta per clericum, militem, vel doctorem concubinæ: vt etiam idem Io. Lup. tradit in d. rub. §. 39. Rip. in d. l. miles. in prin. de re iud. Alci. in suo tracta. præsump. regu. 3. præsumptio. 26.
11 nume. 3. † Tamen si in huiusmodi donatione interuenerit iuramentum, validabitur: vt Habetur per Roman. in consil. 43. in quarto dubio. & sequitur Anto. de Petr. in repe. l. 1. nūme. 57. de iureiuran. & Io. Lup. in d. rub. de do. int. vir. & vxorem. §. 37. vbi post nume. 21. dicit mentj tenēdū; quia alibi non legit istud dictū. quod etiā videtur sequi Capi. decis. 101. Ego tamen reperio Craue. in consil. 229. tenentem contrarium validissimis considerationibus, quod immo talis donatio, facta per clericum concubinæ, non confirmetur iuramento. & istam partem quoque tenet Rip. in d. l. miles. ad fin. numero 12. de re iud. Et quia inuestigatio huiusmodi est perutilis, & ad disputandum pulcra, illam plenius attingere deliberani, vt alijs relinquam occasionem cogitandi meliora. Crauet. igitur in d. consil. 229. mouetur primo; quia hoc iure cautum est, quod concubinæ donari non possit, vt per Barto. in d. l. affectionis. & Abba. in cap. 1. de cleri. ęgrot. cum alijs su-
12 pra adductis. † Immo, nec etiam aliquid eisdem relinqui potest in vltimis voluntatibus, etiam a paganis, vt habetur per Capr. in consi. 127. & in consi. 129. in fin. nec iuramentum quid quam prodesse potest; quia, cum vergat in dispendium salutis ęternæ, non obligat. cap. non est obligatorium. de regu. iur. in sexto, quod autem vergat in dispendium salutis æternæ, patet; quia ex eo inducitur non solum veniale peccatum, cuius causa etiam seruari non debet, sed etiam mortale; quia datur materia facilius delinquendi; cum per hunc modum concubinæ facilius inueniri possint, quæ gratia quæstus earum corpora producant. l. 4. §. sed & quod meretrici.
13 de cond. ob turp. ca. Sunt † enim mulieres omnino auarissimæ: quamuis hoc ipse Crau. minime dicat. & eas aurissimas appellat Gl. in l. Nesennius. in ver. ex contrario. de neg. gest. & in l. sed si ego. in Gloss. ult. ad senatusconsul. Velle. & alibi sæpe. Et hinc dixit Barba. in consi. 16. col. fi. vol. 1. & Bertr. consi. 141. in primo dubio vol.
14 1. † quod quamuis Bar. multas obseruauerit præsumptiones ad denorandum donationem, & illam præsumi faciendum: tamen nō procedunt in muliere, quę sui natura est auarissima. & alibi dixit Gl. in l. si stipulata. de donat. int. vir. & vxor. quod quia fęmina est auarissima, magis præsumitur animus donandi per virum vxori, quam e contra. refert & sequitur Corn. in consi. 129. col. pen. volu. 4. quod & tangit in consi. 179. col. 2. ad fin. eo. volum. & dixit idem Corne. in consi. 226. col 2. in littera L. volum. 1. quod quia mulier est auarissima, non præsumitur repudiasse lucro sam hæreditatem, sed potius iuris errore deceptam. idem dixit in legato, vt non præsumatur illi renunciasse: prout patet in eius consil 253. colum. fin. vol. 3.

quinimmo dicitur, ꝙ quando mulier donat marito reputatur miraculum, vt dicit Glo. in d. l. si stipulata. & Io. Lup. in repet. rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 3. stante ergo auaritia illarum, si liceret clericis iuramento validare donationes, factas eorum concubinis, vtique eas quam facillime inuenirent. Ne igitur talis materia, vel occasio peccandi tribuatur, concludendum videtur iuramentum minime posse prædictam donationem confirmare. Sed amplectendo opinionem Roma. & aliorum sequacium, tamquam magis communem, & securiorem propter importantiam iuramenti, ad hæc ego resp. quod immo iuramentum penitus obligat iurantem, & confirmat donationem. Nec obstat, quod videatur præstare occasionem delinquen
15 di, vel peccandi; † quia dicitur hoc non debere attendi, cum occasionaliter, & nõ principaliter, contingat. l. si quis nec causam. si cert. pet. c. quamuis. & ibi Glo. de pact. in 6. Glo. in c. de cætero. de homici. cum similibus. Ista solutio seu responsio nr̃a confirmatur seu probatur apertissime ex dictis Io. de Imo. in c. cũ cõtingat. de iureiu. vbi dicit, ꝙ donatio inter virum & vxorẽ prohibetur, quia pręstat occasionem depredandi, & mutuo amore inuicẽ se spoliandi. l. 1. de dona. int. vir. & vxo. & per hanc rationem dixit Brun. in suo sollemni tract. de statut. fęmi. a succes. excl. art. 1. in quarta quæst. ver. itẽ quæro, quòd Mediolani statuto cautum est, quòd non liceat vxori relinquere marito vltra quartam partem, ne scilicet, se ipsam spoliaret omnibus bonis. Sed aliam quoque rationem adijcit Iurisconsultus; quia non esset eis studium liberos potius educandi. Sed & Sextus Cecilius illã causam adijciebat, quia sæpe futurum esset, vt discuterentur matrimonia, si non donaret is, qui posset; atque ea ratione euenturum, vt vęnalia matrimonia essent. hæc sunt verba. l. 2. d. ti. de dona. int. vir. & vxo. & tamen, quia illud directe, & regulariter non contingit, sed per incertam occasionem, & consequenter per causam remotam, nec omnino necessariam, talis donatio secundum communem Doctorum opin. firmatur iuramento: sicut etiam a nobis supra conclusum fuit. quod secus esset, si directe, & immediate talis donatio præstaret occasionem delinquendi; quia non valeret d. cap. non est obligatorium. de reg. iur. in sexto. Et simili responsione vtitur Corne. licet in alio proposito, non tamen valde dissimili, sequendo prædicta, in consil.
16 287. colum. 4. in princ. volum. 4. † Ideo autem istæ causæ occasionales non attenduntur, quia se habent ad esse, & non esse. l. possideri. §. ex pluribus. & ibi Glo. de acquir. poss. cap. de occidendis. 23. quæst. 1.
17 † Et argumentum de possibili ad esse, nõ procedit. l. neque natales. C. de prob. l. pe. C. vnde legi. l. non hoc. C. vnde cogna. cap. in præsentia. de probat. Corne. in cõsil. 101. colum. 3. versi. sed tenetur. in littera I vol. 1. & in consi. 53. col. 2. ad fin. vol. 2. & facit, quod idem dicit in consil. 140. col. 2. ad fin. vol. 1. vbi habetur, quòd occasio dicitur potius causa multum remota, quàm causa proxima. & sic causa remota dicitur potius occasio, quàm causa. allegat Barto. ita dicentem in l. vxori. de auro, & argen. legat. & idem dicit in consi. 153. col. 2. in princ. vol. 2. & consi. 263. col. 1. vol. 4. & istud verbum Occasio importat causam, etiam remotissimã, secundum Angel. in consi. 63. per l. fin. §. sed cum in secundam. C. de furt. & per l. fi. C. vt omnis cauf. tam ciui. quã cri. intra cert. temp. term. sequitur Rui. consi. 184. col. 3. nu. 12. vol. 1. Quòd autem talis ratio per Craue. assignata habeat se ad esse & non esse, & propterea non concludat, patet, quia plerique concubinas habent, quibus nihil donant: non enim tam per earum auaritiam, quàm per inexplebilẽ, & insatiabilem in rebus venereis libidinem inueniuntur. Nam Salomon, sicut refert Tiraq. de legi. connu. l. 9. nume. 94.
18 † inter insatiabilia os vuluę mulieris annumerat. & plerumque amasijs donãt, vt illis potiãtur: prout ibidem Tiraq. refert. nu. 110. & experientia constat, nullas aut

per

per paucas diuites euadere. Cōcludo igitur, quòd quamuis accidat aliquando cōcubinarios concubinis donare, hoc non debet attendi, per supradicta. pro quibus etiam facit Glo. in c. si vero. de iureiuran.
19 †vbi iuramentum, quòd indirecte vergit in mortem alterius, obligat, & seruari debet; secus si directe. vide Feli. in suo Repert. in ver. iuramentum. el 2.

Secundo principaliter mouetur Crau. in d. consi. 229. quia duplici ratione vr̄ esse prohibitum donare concubinis. prima, quia talis donatio videtur repugnare dignitati, & honestati totius ordinis clericalis: nam turpe est admodum, & indignū, bona clericorum ad meretrices seu concubinas deuenire. & ideo non videtur, quòd clericus possit renunciare iuri publico, disponenti ac prohibenti huiusmodi donationes ob publicam causam, ecclesiasticæ nimirum dignitatis, & ordinis clericalis, etiam cum iuramento. c. si diligenti. de foro compet. iuris enim præceptum est; Honeste viuere: & Non solum, quod licet attenditur, sed etiam, quod honestum, l. semper. de rit. nupti. & l. semper in conuentionibus. de regul. iur. & multa
20 † honestatis causa disponuntur, quæ aliàs non disponerentur, vt ibi latius per eum. Secunda ratio prohibitionis considerari potest, vt sit prohibita in odium ipsius clerici donantis, & concubinæ, cui donatur, & in fauorem Ecclesię seu venientium ab intestato, ad quos transferuntur bona ita donata, quo casu non permittitur huiusmodi prohibitioni donationis renuncia-
21 re, etiam cum iuramento; † quia non operatur iuramentum in præiudicium tertij c. 2. de pact. in 6. cum similibus per eum allegat. pro quibus etiam facit vltra ipsum, quia versans in concubinatu dicitur inhonestæ vitæ, & malæ conscientiæ cap. aliter. 30. q. 2. & clerici debent esse continentes ratione ordinis, vt inquit Corne. in consi. 200. colum. 2. vol. 4. Quinimmo
22 † concubinarius dicitur infamis infamia facti, vt not. in l. fratres. C. de inoffi. testa.
23 Grat. lib. 2, respon. 38. nu. 36. † quia concubinatus est prohibitus a iure canonico. vt toto ti. de cohabi. cleri. & mulie. Bart. in l. 3. de concubi. c. nemo. c. dixit & cap. meretrices. 23. quæst. 4. Abb. in c. tanta, qui filij sint legi. immo non desunt, qui dicant hodie, etiam de iure ciuili, esse prohibitum, vt per Alex. in consi. 69. nu. 11. vol. 3. & Calcan. in consi. 80. col. 4. post n. 11. quorum opi. videtur probari in l. eum qui. C. de episc. & cler. quatenus ibi omnes mulieres, exceptis quibusdam ibi enumeratis, prohibentur cum clericis cohabitare: & omnis coitus, præter vxorium, est
24 prohibitus. d. c. tanta. † Et cum clericus nō sit solutus, sed ligatus Ecclesiæ. c. inter corporalia. vbi traditur. de transla. præla. si cognoscit carnaliter mulierem, dicitur cōmittere adulterium spirituale, & sacrilegium: vt est Glo. not. in ca. virginibus. 27. q. 1. quam commendat multum Abb. in c. vt clericorum. ad fi. de vit. & honesta. cle. Cum itaque contra publicam honestatem sit in concubinatu versari, dicendum videtur, etiam donationes in concubinatu ipso factas contra publicam ho-
25 nestatem censeri: † nam regula est, quòd Dispositio prohibitiua extenditur ad cōsequentia. l. relegatum. §. interim. de interd. l. oratio. de spon. l. cum hi. §. si cum lis. de transf. c. cū quid prohibetur. de reg. iur. in 6. Signo. consi. 164. num. 3. Calca. consi. 19. num. 32. & dispositum in principali, censetur dispositum in accessorio. l. quicumque. §. non tamen. & §. item si institutio. de institut. l. si vt certo. §. vsque adeo. Commo. l. nomen. in prin. de legat. 3. & ideo dicitur, quòd sublatis legibus de non nubendo infra annum luctus, censetur quoque sublatę pœnæ, ab ipsis legibus introductæ, vt late per Capra. consi. 70. per tot. Et statutum deferens hæreditatem agnatis, exclusis proximioribus cognatis dicitur in consequentiam deferre tutelam, tamquam sequelā ipsius, vt per Signo. consil. 2. & dixit idem Signo. in consil. 25. quòd dispositio loquens de certa re, de qua prius erat dispositum, extenditur ad illius pœnam, licet de pœnā

nihil fuerit dictum. idem ergo dicendũ in casu nostro, in quo cum concubinatus sit prohibitus, censetur etiam prohibita omnis donatio, per quam ad illum peruenitur. d. l. oratio. cum alijs statim allegatis. Et cum huiusmodi iuramentum inuitet ad malum, est omnino reprobandum. l. conuenire. de pact. Confirmatur vltra ipsum; quia videmus in simili, quòd ob damnatum coitum non licet spurium facere hæredem, vt per Abb. in consil. 50. & consi. 115. par. 2. Guid. Pap. quæst. 280. quinimmo, nec valet statutum, quòd spurijs posfit hęreditas deferri, secundum Barto. & Docto. in l. 3. de testam. per Ruin. in consil. 179. colum. 2. in fin. volum. 1. & per Nattam in consil. 619. in fin. quod procedere videtur, etiam si coitus haberet figuram matrimonij, vt colligitur ex text. in l. si quis incesti. cum authen. sequen. C. de incest. nupti. & hoc introductum est ad cohercẽdum, & refrenandum vitium inhonesti concubitus. l. fina. de nat. liber. ergo multo minus debet licere donare concubinæ, cuius coitus est omnino prohibitus. Sed ad hæc puto faciliter posse responderi: nam cum hæc donatio, sicut supra diximus, non sit immediate contra publicam vtilitatem, vel dignitatem ordinis clericalis, sed solum ipse concubinatus; talis prohibitio locum habere non potest, propter iusiurãdi maximam religionem. Et quòd donare concubinę, vel meretrici non sit turpe, saltem respectu recipientis, sed solum ipse concubinatus, probat tex. in l. 4. §. sed & quod meretrici. de cond. ob turp. cau. vbi meretrix non dicitur turpiter recipere, quod sibi donatur, sed solum turpiter facere, ꝙ sit meretrix. & quamuis turpitudo sit respectu dantis: tñ est verum, quando constat, ꝙ concubinatus causa dedit, non si ex alia causa, vt infra dicam: & quamuis iurm̃ videatur inuitare ad malum, cum hoc non necessario contingat; & sic indirecte, & occasionaliter, non debet posse contra ipsum veniri, vt supradictum fuit, & habetur ꝑ Rimi. iuni. Inst. quib. aliena. lic. vel non. §. 1. nu. 156. & per hoc patet nõ obstare tex. in d. l. conuenire; quia procedit, qñ immediate, & directe præstatur occasio peccandi, & delinquendi. Non obstat tex. in d. c. si diligenti. qa loquit̃ in diuersis terminis, nimirũ concernẽtibus auctoritatẽ Papę,
26 & vniuersi ordinis ecclesiastici. & in illis fateor iurm̃ nihil suffragari; ex quo per illud derogat̃ potestati Papę, vt per Ias. in §. itẽ si qs postulãte. col. 12. nu. 71. Inst. de act. & quãuis iuris pręceptũ sit, honeste viuere, tamẽ in cõcubinatu versari nõ omnino inhonestũ reputatur arg. l. Massurius. de verb. sig. l. si ea. & qđ ibi Bal no. C. de cond. inse. & in cons. 457. vol. 1. & in hoc minus recte sensisse videntur Alex. & Calca. in supradictis locis. quod intelligo verum, inspecta solum iuris ciuilis censura: nã quod attinet ad ius canonicum, fateor inhonestum, & contra bonos mores censeri. hoc tamen, quantum pertinet ad donationẽ, nihil repugnat, vt statim dice-
27 mus. † Et qũuis ipsa quoque Ecclesia ꝑ dissimulationem tolleret prostibula, vt ꝑ Glo. in c. inter opera. de sponsa. hoc tamẽ euenit causa euitãdi maius malum. Vnde merito Diuus Augustinus in sermone de Ordine dixit, quòd Si auferrentur meretrices de rebus humanis, turbarentur oĩa libidinibus. Cęterum quidquid concluserimus de concubinatu ipso, nihil refert; quia eius qualitas non redundat in donatione, quæ sui natura res est honesta; cũ in se peccatum non contineat, & iuramentũ super ea pręstitum seruari posfit absque animæ detrimento. Nec obstat, ꝙ prohibito concubinatu, intelligi debeat prohita donatio, tamquam sequela ipsius; quia
28 † hæc regula non procedit, quando non militat eadem ratio in consequenti, quę est in principali, vt per Signo. in cõsi. 45. & cum donatio huiusmodi non sit de necessario consequente ipsum concubinatum, dispositum in vno non trahitur ad alterũ, cũ sint penitus diuersa, & separata, l. naturaliter. §. nihil cõe. cum vulgaribus. de acquir. poss. & non licet argumentari,

vt ſupra dixi. Et hoc eo magis dicendum eſt; quia clerici ſolẽt abſtinere ab illicitis contractibus magis, quàm laici, vt inquit Corn. in conſi. 4. col. 3. vol. 1. Pręterea nõ eſt verum, donationem fuiſſe prohibitã o dio concubinariorum, & fauore venientium ab inteſtato; ſed potius in gratiam donare volentium, ne ſua bona in perniciem eorum propriam ad alios transferẽdo, ipſi perpetua egeſtate laborent: prout in effectu innuit tex. in l. 2. de donat. int. vir. & vxo. & ibi Paul. de Caſt. & in l. donationes. de dona. & iſtam rationẽ adducit Bal. in cõſi. 262. vol. 1. & ſequitur Natta in conſi. 559. in prin. & dato ꝙ aliquis fauor conſiderari poſſet reſpectu venien-
29 tium ab inteſtato, vel Eccleſiæ: † tamen, cum ipſis ante mortem donantis, nõ ſit aliquod ius quæſitum, vt per Io. de Ami. in
30 conſi. 10. nu. 12. † ex quo Voluntas eſt ambulatoria vſq; ad mortẽ. l. cũ hic ſtatus. §. fi. de donat. inter vir. & vxo. l. 4. de adime. lega. l. ſi quis in principio teſtamẽti. de lega. 3. & l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. poteſt per ipſius donantis iuramentum fieri eis pręiudiciũ. faciunt tradita per Bal. in l. duobus. §. fi. de iureiu. & Alex. in conſi. 16. col. 3. vol. 3. quos ſequitur Dec. in conſi. 536.
31 col. penult. verſic. octauo obijcitur. † vbi ſi non eſt ius quæſitum tertio, primum iuramentum reuocatur ꝑ ſecundũ, & illud attenditur; aliàs ſecus: vt habetur etiam
32 per Marſi. in ſingula. 194. nam † regulariter Ius quærendum facilius tollitur, quã ius quæſitum, l. qui autem. in prin. de his, quæ in fraud. credi. Ruin. conſi. 60. nu. 2. vol. 1. Et hinc eſt, quod dicitur prælatum in quærendis poſſe præiudicare; ſecus in quæſitis, vt per Roma. in conſi. 184. & per Corne. in conſi. 11. in prin. vol. 3. vbi dicitur, ꝙ ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rei eccleſiaſticę, non requirũtur in repudiatione hæreditatis delatę eccleſiæ, quam ſine illis prælatus repudiare poteſt; quia in quærendis præiudicare poteſt; licet in quæſitis ſecus; per Glo. & Doct. in l. iubemus nullã. C. de ſacroſanct. Eccle. & per alia, de quibus ibi per eum.

Et idem videmus in principe, qui ſine cã in quærendis præiudicare poteſt; ſecus in quæſitis: vt late per Rui. in conſi. 36. nu. 3.
33 vol. 1. & ibi concordantiæ. † Idem videmus in ſtatuto, ꝙ ſimiliter põt in quærendis ꝑiudicare; ſecus in q̃ſitis: vt per Grat. lib. 2. rñ. 162. nu. 9. & ideo dr̃, ꝙ ſtatutum diſponens, ꝙ nupta extra territoriũ non ſuccedat, habet locũ in quęrendis; nõ in quæſitis; vt voluit Bal. relatus per Corne. in cõſi. 96. col 2. in littera H. vol. 2. & cõſ. 123. col. 3. in fi. eo. vol. & multis exemplis exornat Io. Lup. in rub. de dona. inter vir. & vxor. §. 47.

Tertio mouetur idem Craue. in d. cõſ.
34 229. † nam inquit; Iuramentũ dẽt habere tres comites, ſcilicet, Veritatẽ, iuſtitiã, & iudiciũ. c. animaduertendũ. 32. q. 2. c. quãto. de iureiu. tex. & Glo. in Auctẽ. qđ eis C. de nupt. Sed in huiuſmodi iuramento nulla eſt iuſtitia, nulla veritas, nullũq; iudiciũ, vt, ſcilicet, concubina, quæ odio & vltione eſt digna, meritis ornetur a clerico: Qui enim ex actu meretur pœnã, non dẽt præmium reportare. l. ſiue hęreditas. de neg. geſt. cum ſimilibus adductis per Corne. in cõſi. 78. col. 1. in fi. poſt lr̃am D. vol. 1. ideo videmus, ꝙ meretricibus non intelligit cõceſſa habilitatio, dato, ꝙ generaliter in aliquo caſu habilitent criminoſi, niſi de eis fiat mentio: vt per Abb. in c. tanta. per illum tex. de ſimonia. Item iuramentum non debet ſeruari, vbi æquitas
35 non ſuadet; † qa dici ſolet, ꝙ non dẽt eſſe vinculũ iniquitatis. d. c. quanto. & c. inter cętera. 22 q. 4. & facit in arg. tex. in l. illicitas. ĩ prin. de off. pſi. ſed nulla æqtas ſuadet, vt apud delinquẽtes ꝑmia reponant; immo reipublicæ intereſt, vt male meriti egeſtate laborẽt. l. bona fides. đ poſ. l. q ſq ſ. §. filij vero. C. ad leg. Iul. mai & ne delicta
36 ẽt remaneãt ĩpunita. † l. ita vulneratus. ad leg. Aqui. Sed ego rñdeo, ꝙ ĩmo iurm̃ nõ caret ꝑdictis trib⁹. patet: nã veritas ex ꝑmiſſione vera & nõ ſimulata oñdĩ: itẽ iuſtitia, q̃ ſuadet promiſſa ſeruare, & præſertim quæ iuramẽto fuerint roborata. l. prima. de pac. nã quę ꝓcedunt de labijs me-

is,non faciam irrita. Nec obstat;si dicatur veritatem non adesse secundum conscientiam,prout requiritur, secundum Glo.in d.c.animaduertendũ.quia dico satis adesse conscientiam veritatis,cum non simulate donetur;& sic veritas adest, non solum apparenter;sed etiam existẽter. Adest quoque iudicium,id est, discretio; quia iuramentum debet esse discretum, id est, non debet interponi super rebus prohibitis, & omnino reprobatis ob publicam vtilitatem,& quæ ad peccãdum vel delinquendum inmmediate & directe inuitarẽt. nec ꝓpterea indiscretum reputari debet,quia donatur concubinæ;quia hoc ꝓcederet, vbi immediate donaret ex causa, & contemplatione concubinatus:quod in proposito negatur,cum præsumatur donare ex propria animi liberalitate.l. donari videtur.de reg.iu. §. disponat. in Auctẽ: de nup.l.rem legatam.de adimen.lega. Est enim donatio species quædam liberalitatis, ex animi nobilitate procedens.l. 1.de donat.c.1.simili ti. Liberalitas autẽ est virtus, iuxta notata per Glo. & Docto. in ca. penult.de consuetud.& Liberalitas est animi voluntas ab auaritia,& alijs vitiis libera.vt not.Glo.in d.l.1.ita etiam eleganter Corne.in cõs.11.col.2.circa princ.vol.3. Præsumere autẽ,ꝙ donet ex causa concubinatus,est præsumere malum: quod fieri non debet, cum de quolibet sit præsumendum bonum.l.merito.pro socio. & quamuis ratione concubinatus esset præsumendum malum;dico tamen,ꝙ hoc ꝓcederet in eodẽ genere mali.& ideo, si dubitaret, an concubinarius cũ aliqua muliere fornicationem vel adulterium commisisset, esset præsumendum cõtra illum.c.semel. de reg.iur.in 6.sed cum donatio sit quiddam separatum a concubinatu,de uno ad alterum non licet inferre.l.Papinianus exuli.
37 de mino.l.fi.de calumn..cum vulgari.† Et cum donatio se habere posit ad plura, videlicet ad causam licitã & illicitã,cẽsendũ est factã fuisse ex causa licita,l. Lucius. §.tutorẽ.de admi.tuto.c.qđ absit. 11.q.3. Ro.in cõsi.113.in prin.Aret.ĩ cõs. 23.col. 3.versi.ad tertium.Calca. consi.36.nu.15. consi.58.col.6.in fi.& cõsi.85.col.fi.& Gozad.in consi.78.col.1. in prin. cum similibus.& clericus potest donare, etiam non merentibus de rebus ecclesiæ, si ita se habeat consuetudo:vt est expressum in c.ce-
38 terum de donati.† Et cum ista interpretatio tendat ad sustinendũ actum, id est, ipsam donationẽ; præferri dẽt omnibus alijs interpretationibus. l. in contrahenda. vbi Dec. de regul.iur. Grat. lib. 1.respon.81. num.13. Et ad illud quod Craue. dicit de æquitate,ꝙ.s.huiusmodi iurm esset iniquitatis vinculum,ex prędictis colligitur esse responsum; quia conuenit æquitati vt promissiones & iuramenta seruentur, l. 1. de pact.l.1.de const.pecu.ex quo seruari possunt absque detrimento salutis æterne d.c. cum contingat. de iureiuran. Et quamuis concubina ratione concubinatus merea-
39 tur puniri: tamen hoc fieri debet ex rei conditione,& ex peccati qualitate:vt per Gram.decis.5.nu. 32. vbi allegat Lucam de Pẽ.in l.2.C.de deserto.lib.12. & concubinarij habent suas proprias pœnas,a iure expresse impositas:de quibus ꝑ Diaz Hyspa.in sua Pract.in ver.concubinarij.in q̃bus tamen non reperitur ista pœna. quod scilicet debeant priuari donationibus ob eius inualiditatem,non obstante iuramen
40 to:† & quando pęna est per legẽ expressa, non est ad alias recurrẽdum,l.licet. §.vlti. nautę. caup.stab.l.senatus.de accus.& c.de his.simi. ti.& habetur per Grat. lib. 2.respon.49.nu.21.& 22. & quamuis dici posset, ꝙ vbi talis donatio non valeret in pęnã concubinatus,ꝙ, s. facilius qs abstineret a retinendo cõcubinas, ex quo delicta ꝑ grauiores pęnas facilius cohercentur, q̃ ꝑ leuiores: tñ talis argumentatio non valet;quia semper pęna ampliaretur. qđ non conuenit; vt legitur & notatur per Corn. in cõsi.25.col.4.vol.1.

Postremo multum insistit Crap. in d. eius consil. 229. in ostendendo huiusmodi donationem,quãuis iuratã, non valere, quia concubinatus sit de iure canonico penitus prohibitus & reprobatus; & ꝙ

tales

tales concubinarij dicantur turpes personę; & quòd iuramentum sit contra bonos mores, & contra publicam honestatem; vt latissime per eum. Super quibus ego arbitror non posse fieri magnum fundamétum per ea, quæ supra diximus: quoniam iuramentum indirecte, & non principaliter, potest esse cōtra bonos mores, vel puplicam honestatem. & ideo seruari omnino debet: quinimmo seruandum est, etiā si inhonestam & turpem causam cōtineat ex parte recipientis, vt in promittéte vsuras. de quo. in cap. 1. & c. debitores. & c. significante. de iureiurand. Et quòd huiusmodi donatio valeat, si iuramento fuerit roborata & confirmata, probatur: nam si
41 † clericus donat concubinæ, & tradit, vtique donatio valet, l. affectionis. & l. donationes. de donati. & in hoc melioris est conditionis concubina, quam vxor, vt ibi not. Paul. de Cast. & ꝙ vbi processum est ad traditionem, hæc donatio valeat, firmat Ioan. Lup. in d. rub. de dona. int. vi. & vxo. §. 41. in prin. & in §. 39. quia in pari causa turpitudinis melior est cōditio possidentis, vt ibi per eum. Si ergo valet donatio propter traditionem, multo, quidé rationabilius valere debet ꝓpter iuramentum, argumento eorum, quæ notātur per Anto. Butr. in cap. per venerabilem. qui fi-
42 lij sint legi. † vbi dicitur, ꝙ actus spirituales plus operantur, quam temporales, & humani. & ideo dicitur, quòd cognatio specialis plus efficaciæ habet, quā cognatio carnalis. l. si quis alumnam. versicul. ea videlicet. C. de nup. & 30. q. 4. per to. ideo offendens patrem spiritualem magis delinquit, quam offendens patrem naturalē. ca. qualis. 2. q. 6. & Fed. de Sen. consil. 35. ad fi. nume. 4. & dixit Gra. lib primo. resp.
43 1. colum. 5, in fin. & sequen. † quod si feudatarius tenetur denunciare domino suo temporali aduentum inimicorum, multo magis tenetur denunciare domino spirituali: veluti Papę. de quo ipse loquitur: si ergo traditio validat donationem factam concubinę, multo quidem probabilius debet eandem validare iuramentum. Et istā cōclusionem indubitabilem ego arbitror quando mulier concubina redijt ad meliorem frugem, & vitam; & sic quæ non est amplius concubina de præsenti; licet fuerit de præterito: & præsertim elapso
44 iam triennio, † quo præsumitur emendatio vitæ. Aucten. de monach. §. nam & si vitium. Roman. cons. 236. colum. penult. vers. tertio ponderandum. Dec. in consil. 163. colum. 8. in fin. quinimmo isto casu
45 valeret etiam sine iuramento: † quia in cōtrahendo qualitas personarum attenditur de tempore contractus. l. Pomponius. de nego. gest. l. si id quod. §. si filius. pro socio. & l. 1. §. si seruus. depositi. Signo. cōs. 126. colum. 2 in prin. & cons. 136. numer. 8. & ita in præmissis concludo, salua semper meliori sententia. Nunc vero redeundo ad nostrum priuilegium, dico illud limitari, & restringi pluribus modis.
46 Et primo limi. & declaratur † procedere, dummodo vxor superuiuat, vel saltē non superuiuat vir: quod contingeret, si eodem tempore fato suo fungerentur. l. a marito. C. de dona. int. vi. & vxo. l. si inter virum. de reb. dubi. ita tenet Rimina. iun. Inst. de dona. in prin. nume. 398. & Gramma. cuius non facit mentionem in decis. 103. nume. 73. cum pluribus sequen. Ego vero puto, hoc non bene adaptari ad ca-
47 sum nostrum; † quia cum propter iuramentum donatio statim valuerit, vt per Paul. de Cast. in cons. 75. col. 2. in prin. volum. 2. Alexand. in cons. 54. colum. 2. nu. 8. volum. 7. & late deducit idem Rimi. in § 1. Insti. per quas perso. nob. acqui. nume. 98. non oportet mortem expectare pro illius confirmatione, vel nullitate. & ita ēt voluit Craue. in cons. 102 colum. 4. versi. quinto. & cons. 245. ad fin. Couar. in rubr. de testamen. par. 2. ver. ex quibus. paulo ante nume. 11. & diffuse per Anton. de Gabriel. in ti. de dona. conclus. 3. num. 19. vbi subdit, quòd si hoc non esset verum, parū aut nihil iuramentum operaretur; ex quo sine eo confirmaretur morte donantis, vt ibi per eum. nume. 20. cum pluribus sequ. vbi late comprobat hanc opinionem cō-

tra Dec. volentem non valere ab initio; sed confirmari morte donantis: prout etiã ante illum voluit Roma. in cons. 44. colu. 2. in prin. & contra Dec. & Rom. etiã inclinat Alb. in cons. 4. nu. 19.

48 Secundo † limita & declara procedere nostrum priuilegium, quando proprie & simpliciter iurauit, donationem confirmando; secus si iurauit non contrauenire, vt per Calder. in cons. 2. de iureiura. Cur. cons. 66. colum. fin. Et pro hac opinione facit; quia hæc verba. Et promisit cum iuramento non contrauenire, intelligi possunt secundum naturam ipsius donationis, id est, quatenus de iure non permittatur contrauenire, & quatenus ipsa donatio valida existat, secus, si sibi de iure permittatur: prout in simili dicitur de eo, q. promisit non contrauenire donationi causa mortis; qui tamen illam poterit reuocare, ex quo ista dicitur esse natura donationis causa mortis, vt possit reuocari, & talis promissio intelligitur, secundum naturam ipsius donationis, prout voluit Ruin. in consi. 51. colum. 5. post nu. 14. vol. 1.

Sed in contrarium est veritas: nam secundum communem opinionem talis donatio valet, vt multos referendo concludit Rim. iun. Insti. de dona. §. 1. num. 270. pro qua opinio. optime facit, quod in simili dicitur, † quod iurans non contrauenire, non potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, vt habetur in decisio. Tholos. 374. in princ. de quo tamen dixi supra in priuileg. 60. in tertia limita.
49
50 nume. 14. † Et minor iurans omnia obseruare, & in nullo contrauenire, excluditur a beneficio l. 2. C. de rescind. vendi. & ista est communis opi. vt habetur in Pedem. decis. 41. nume. 8. & similiter ita iurãs nõ poterit dicere de nullitate contractus; ꝑut firmat Corne. in cons. 147. colum. fi. vo
51 lum. 1. † Et iurans non venire contra processum nõ potest petere restitutionem in integrum; & processus valet, vt legitur in decisio. Tholos. 45. decis. 49. & decis. 106.
52 † Et iurans non contrauenire testamento nihil vltra illud petere potest. Alexand. in cons. 181. volum. 5. sic ergo iurans non cõtrauenire donationi, faciet eam valere: ꝑut contingit in prædictis casibus. Nec obstat, quòd huiusmodi iuramentum intelligatur, secundum naturam donationis; quia fateor: sed dico hoc verum esse, & procedere, quando natura donationis cõpatitur se cum ipso iuramento. quod in proposito non contingit: cum enim huiusmodi donatio de sui natura non valeat, & tamen donans iuret non contrauenire; manifeste colligitur eum voluisse donare quamuis donatio fuerit inualida. cogita tamen.

53 Tertio limi. † habere locum dumtaxat in vera donatione; secus in præsumpta, vt est illa, quæ resultat ex confessione mariti facta constante matrimonio de dote per eum recepta: nam talis donatio non validatur iuramento. Roman. in d. consil. 44. & in cons. 193. ad fin. ver. quo ad secundũ late Sozi. in l. 1. colum. penul. solut. matrimo. Bald. in l. cum quis decedens. §. Titia de lega. 3. & ibi etiam Bar. Ruin. in consi. 130. colum. 2. num. 4. volum. 1. Dec. in cõsil. 202. colum. 2. Paris. in consi. 86. nu. 47. volum. 3. Gramma. decis. 89. Ioann. Lup. in repe. rub. de donat. int. vir. & vxo. § si Grat. libr. 1. respon. 36. num. 27. vbi dicit communem esse opinionem & in respõ. 54. num. 34. vbi inquit hanc esse firmiorem opi. & respon. sequen. nume. 40. eo libr. cum multis concordant. relatis ꝑ Cla. lib. 4. sententiarum. §. donatio. quæst. 9. versic. hęc tamen conclusio. Couar. libr. 1. variarum resolu. cap. 7. post numer. 5. & per Anto. de Gabriel. in ti. de dona. conclus. 3. nume. 3. pro qua communi opi. satis be-
54 ne facit in simili, † quod priuilegia dotis non vendicant sibi locum in dote confessata. Glo. no. in l. assiduis. in versi. datę. C. qui poti. in pigno. habe. sequitur Bald. in cap. contingit. colum. 5. de dolo & contu. Ias. in Auctẽn. res quæ. colum. penul. vers. nono limi. C. communia de leg. Sic ergo in casu nostro priuilegium iuramenti, licet validare habeat expressam donationẽ non tamẽ validabit tacitam, quia sic esset multi-

multiplicare specialia: quod fieri non debet.l.quod fauore. de legi. primum enim esset, quòd donatio præsumeretur contra l.cum de indebito. de probat. secundum quod validaretur iuramento, cum alias non valeret, vt supra dictum fuit. Docto. tamen, vt refert quoque Anto. de Gabrie.
55 in d.conclu. 3. post nu. 3. † eam sublimitando declarant, & intelligunt esse veram in iuramento assertorio, vt per illud non confirmetur talis præsumpta, & tacita donatio: vt habetur nuncupatim per Craue. in consi. 81. nu. 5. secus in iuramento confirmatorio & promissorio; quia per tale iuramentum confirmatur: vt per Curt. iun. qui dicit esse cōmunem in consi. 95. nu. 5. Aret. in consi. 74. Rui. cons. 141. col. 2. post nu. 4. vol. 1. cum alijs adductis per Grat. lib. 1. resp. 55. nu. 41. & per eundem Ant. de Gabrie. ī loco supra allegato: nā inter hęc duo iuramenta est maxima differentia; & vnum est magis, quam alterū fauorabile: vt dicit Io. de Imo. in repeti. c. cum contingat. col. 107. de iureiu. & videtur esse ratio, quia in iuramento assertorio ex causa de pręterito, prout intelligi debet nostra limitatio, potest aliquis dicere falsum: quod de facili lex præsumit inter personas suspectas. Quamuis ergo asserens aliquid falsum, ibi posit præiudicare, non tamen facere potest, ꝙ falsum sit verum. & ideo non obligat. Glo. in l. emptione. C. plus vale. quod agi. neque lex tale iuramentum in fraudem sui ipsius admittit; secus in iuramento promissorio, ex quo non potest esse falsitas de tempore iuramenti, quando vere adest consensus: vnde imputet sibi, qui iurauit; quia vbi est tale iuramentūm promissorium, seu confirmatorium, non potest opponi de simulatione. & ita omnes declarant istam limitationem, & pręsertim Io. Lup. vbi supra, & Rip. in respon. 4. de donat. int. vir. & vxo. & Anton. de Gabriel. in d. tit. de donat. conclus. 3. num. 4. cum pluribus sequen. Cęterum animaduertendum est; quia ista opinio videtur dubitabilis. & contrarium tenęt Rui. in consi. 130. col. 2. versic. aliud tamen videtur. & consi. 190. nu. 8. vol. 1. contra dictam opi. ēt firmat Couar. lib. 1. varia. resolu. ca. 7. post nu. 5. vbi vult præsumptam et tacitā donationem, iuramento promissorio validari non posse; quia siue sit iurm promissorium, siue assertorium, semper militat supradicta ratio ꝙ videantur concurrere duo specialia, de quibus supra. Præterea illa assertio cum iuramento de receptione dotis dicit facta pro impleméto illius promissionis de futuro, quando maritus iurauit nō venire contra, vt declarat Rui. in consi. 135. col. antepenul. in prin. vol. 1. & cum confessio, etiam iurata, sit nulla, & præsumatur non vera, tamquam facta inter personas suspectas in fraudem alterius; sequitur, quòd iuramentū promissorium reperiatur præstitum ex falsa cā: & quemadmodum illa non valet, ita quoq; valere non debet; quod ex ea sequitur, vt ibidem Rui. dicit. His tamen non obstantibus, puto non esse recedendum a cōmuni opinione. nèc obstat ratio de duabus specialitatibus; quia respondeo, quòd in
56 casu isto non procedit, † ex quo tales specialitates competunt de iure communi; & simul possunt concurrere, secundum Bal. in l. 1. ad fi. C. quād. lic. ab emp. disced. per tex. in l. si ita facta. de iniust. rupt. & irri. fact. testa. sequitur Ias. in l. quoniam in prioribus. ad fin. C. de inoffi. test. & hoc faciliter admitti debet in casu isto, in quo præsupposita donatione sequitur, ꝙ per iuramentum posit confirmari, ex quo regulariter de iure permittuntur, & tollerantur duo specialia, quando vnum dependet ab altero: vt tradit Barto. in l. si is qui pro emptore. col. penul. de vsucapi. vel potest dici, quòd opin. Ruin. & Couar. procedit, quando illa tacita donatio ex aliqua causa posset præsumi simulata, vltra præsumptionem resultantem ex suspicione ipsarum personarum; quia tunc non validaretur etiam iuramento confirmatorio, vel promissorio, vt per eundem Ruin. in consi. 154. col. secunda, volum. tertio, & in d. consi. 135. colum.

fi. vbi

fin. vbi loquitur in his terminis. & in consil. 142. colum. 2. & d. consi. 190. num. 8. volum. primo. & refert Anton. de Gabrie. in d. conclu. tertia ti. de donatio. & facit regula,
57 † quod iuramentum nō firmat actū simulatum. de quo ego dixi supra in priu. sexagesimo primo. Item posset procedere
58 dicta opi. Ruin. & Couarru. † quo ad prę iudicium creditorum; quia tunc in eorū detrimentum talis præsumpta donatio non confirmaretur iuramento promissorio, seu confirmatorio; licet secus, quo ad ipsius iurantis pręiudicium, vt in hoc Docto. conueniunt. Gra. lib. 1. respon. 54. nume. 35. Aucten. sed iam necesse. & ibi Barto. C. de dona. ante nup. idem Barto. in l. si constante. in prin. in quæst. vltimæ partis. in fin. solu. matrimon. Sozi. in l. 1. colum. fin. solu. matrimon. Corne. in cons. 126. colum. 4. in vers. nec omnis simulatio. vol. 4. Campeg. in suo tract. de dot. in prima parte q. 53. in prin. & Bello. in cons. 47. num. 4 An autem hoc sit verum, non solū quo ad creditores de præterito, & pręsenti; sed etiam quo ad creditores futuros, esset pulcra inuestigatio; sed quia nimium vagaremur extra nostram propositam materiam, eam prætermittam. quam tamē pulcre examinat Crauet. in cons. 44. & Bello. in cōs. 87. ad quos me remitto.
59 † Amplius intelligo, & declaro supradictam sublimitationem, quod scilicet, iuramentum promissorium validet tacitam, & præsumptā donationem, non procedere, quando in ipsa confessione, ex qua resultat tacita donatio, fuisset appositum vtrumque iuramentum, assertorium, scilicet, & promissorium; quia tunc promissorium nihil operatur: vt legitur, & notatur per Grat. libr. 1. respon. 55. in fi. & hoc idem tenet Rui. in d. cōsi. 130. & cons. 190. vol. 1. quod est valde notandum.

60 Quarto principaliter † limita, supradictam conclusionem, quòd scilicet donatio inter virum & vxorem confirmetur iuramento, non procedere inter maritum, & vxorem Iudæos: vt per Corne. in cons. 163. colum. 2. volum. 1. & in cons. 37. col. penul. in prin. vol. 4. & Maran. in suo Speculo in tertia parte prin. post num. 55. versic. hinc est, quòd donatio. Sed ista limitatio non est vera, vt colligitur satis aperte ex his, quæ dixi in priuil. 67. ad fin. vbi videas; quia non repeto.

61 Quinto † limita. dum tamen interueniat traditio: nam ea non interueniente, vel alio loco traditionis, veluti clausula constituti, vel retentio vsusfructus, & similia, quæ loco traditionis habentur, si non (inquam) interueniat, donatio non validabitur iuramento: vt per Guid. Pap. consil. 63. & Dec. cons. 202. colum. 3. Sed ista etiam limit. non videtur vera, ex quo donatio a principio validatur iuramēto, nec est traditio necessaria, & confunditur ex his, quæ dixi in prima limi.

62 Sexto limita. † procedere, nisi superueniant filij; quia tunc reuocatur, cum non posit renunciari, etiam cum iuramento, beneficio l. si vmquam. C. de reuocand. dona. ita late consulendo scribit Gozad. in consi. 80. colum. 3. ad fi. ver. nec obstat. vbi loquitur in donatione facta per filiū suæ matri, de tēpore quo filios non habebat. & idem voluit Corne. in consi. 30. in fi. volum. 4. quod est verum, si de filijs non fuit cogitatum, aut cogitatum, negatiuo tamē modo: vt quia donauerit, putans se nō posse habere prolem, vel destitutus omni spe filiorum: nam in his casibus, superuenientibus filijs, donatio reuocatur: vt per Docto. in d. l. si vmquam. vbi præcipue Ripa. in quinquagesima quæst. & Corne. in consil. 11. colum. nona, volum. tertio, & in d. consi. 30. volu. quarto. quod & tangit, in alio tamen proposito, Alba. in cons. 102.

63 Septimo † limita. non procedere, quādo in donatione interuenisset uis, vel dolus; quia tunc iuramentum nihil operatur & non valet ipso iure, c. quamuis. de pact. in sexto Paris. consi. 26 nu. 64. volu. 3. late Alba. in cons. 77. nu. 17.

Vltimo limita. non procedere in vxore patrem habente, in cuius est potestate: nam tunc iuramentum non validat donationem in præiudicium patris: vt habetur

per

per Corne.in conf.224.volum.3. Idem si extaret statutum, quod mulier non possit alienare de bonis suis vltra quartã in praeiudicium filiorum (prout Senis cauetur) non obstante iuramento; quia tunc refragante statuto tale iuramentum nõ validaret donationem, in praeiudicium filiorum factam vltra quartam. quod potest procedere concurrentibus pluribus: de quibus dicam in priuil. 83. vbi videndum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum validat donationem factam per patrem filio existenti in potestate.*

2 *Iuramentũ est de iure naturali; & ideo in eo non curatur patria potestas, quae est de iure ciuili.*

3 *Patria potestas in spiritualibus non attenditur.*

4 *Iuramentum non solum validat donationem inter patrem, & filium, sed etiã omnes alias conuentiones, & contractus.*

5 *Donatio facta a filio in patrem firmatur iuramento.*

6 *Argumentum de donatione facta inter virum & vxorem ad donationem factam inter patrem, & filium valet.*

7 *Donatio facta filiis naturalibus valet etiam absque iuramento.*

8 *Iuramentum non validat donationem factam filiis spuriis, & incestuosis.*

9 *Filius existens in potestate, cui pater donauit, cum iuramento, an debeat conferre donationẽ si velit cum fratribus succedere.*

PRIVILEGIVM LXXII.

Septuagesimum secundũ priuilegium simile praecedẽti est, quia tu scis, quod nõ valet donatio facta filio existenti in potestate, per ipsũ patrem, l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. Corne. in consi. 199. colum. 21. post litteram O. volum. 2. & consi. 238. volum. 3. & ista est communis opin. vt testatur Paris. in consil. 16. nume. 19. volum. 2. quia in effectu diceretur donatum sibi ipsi, quod esse non potest argum. l. placet. de acquirend. haeredita. & §. igitur. insti. per quas perso. nob. acquir. istam tamen conclusionem intelligo, si sit facta filio, tamquam filio; secus si tamquã extraneo veluti propter benemerita; quia tunc si praecessissent valeret etiam absque iuramento: vt per Bar. Bal. & Docto. communiter in l. si donatione. C. de collat. cũ alijs adductis per Corne. in consi. 144. colum. 2. volum. 2.

1 Tamen si in ipsa † donatione, interuenerit iuramentum talis donatio sustinetur Bart. & Ias. in l. frater a fratre. colum. fi. & ibi etiam alii. de conditio. indeb. & Doct. in l. pacta quae contra. C. de pact. Bald. in l. fin. vers. sed quid si fecit. C. de vsucap. per doct. Abb. in capi. cum contingat. colum. fin. & ibi Alcia. nume. 207. de iureiurand. Aretin. consil. 17. colum. 3. & consil. 72. in fin. Alexand. consi. 7. nume. 8. volum. 6. Guid. Pap. quęstio. 146. vbi late hoc comprobat & ibi etiam additio. idem Alexã. in consi. allegato per Ruin. in consil. 121. in prin. volum. 1. qui testatur de communi, & idem Ruin. in consi. 179. colum. 1. eod. volu. & cum ista opinione simpliciter transit Corne. in consi. 42. colum. 2. volu. 3. cum alijs adductis per Bologni. in consil. 64. colum. 2. Ias. in consi. 118. volum. 4. Dec. consi. 432 consi. 216. nume. 2 & consi. 239. Cotta in suis memoralibus. in verbo Donatio facta a patre. Ant. de Petr. in repeti. l. 1. num. 6. de iureiurand. Rimi. iuni. Insti. de dona. §. 1. num. 273. Anto. de Gabriel. in ti. de donat. conclus. 4. in princip. & Clar. libr. 4 senten. § donat. quaest. 8. versic. sed quaero. vbi testatur de cõmuni subdens; quod ineptus esset Aduocatus, qui illam vellet in disceptationem deducere & communem etiam dicit Grat. lib. 2. respon. 63. nume. 23. & Viui. in versi. donatio facta. & cum hac opi. transit Corne. in consi. 306. volum. 3. de cuius auctoritate quantum ad hoc pertinet non est curandum; quia ipse fuit sibi contrarius, & contrarium tenuit validis satis rationibus, vt patet in consi. 238. vol. 1. & consi. 9. volum. 2. vbi vtitur eisdẽ rationibus. & cõs. 108.

vol.

vol.4.vbi dicit, quod fuit iudicatum pro parte negatiua, quod & tangit in consil. 273.col.6. eo. vol. hanc partem quoque tenet Paul.de Castr. in consi.345.colu. 2. in fi. vol. 1. Sed ego ne videar ineptus nõ discedam a communi opi. prout dicebat Clar.sed pœnitus illi adhęreo,cuius quidem sententiæ,seu opi. illa est ratio secun dum Anton.de petru.in d.l.1. de iureiur. vbi supra; quia iuramentum est de iure
2 naturali, quo iure non curatur, neque attenditur patria potestas, quæ est de iure ciuili Romanorum. vt Insti. de patri. potesta. §. 1. & ideo illo iure,scilicet,naturali inter eos oritur naturalis obligatio d.l. frater á fratre.vbi not.de condict. ind. vel dicas potius, quod iuramentum est de iure diuino, quod tamen, & naturale aliquando appellatur: vt per Barto. in Extraua. ad Reprimendum.in ver.videbitur.& est tex. in c. humanum genus. 1.distinct. nam est quoddam vinculũ spirituale,vt in c.cum.C. laicus. de foro cõpete.in 6. † & in spiritualibus patria pote
3 stas non attenditur. cap. non est nobis.de sponsa.c.si annum. de iudi.in sexto.& patet etiam in matrimonio d. c. non est nobis.& cap.primo de desponsa.impub.vbi not.& Glo.in l.Paulus.de stat.hom. & pa tet quoque in iure patronatus: nam pater potest ad beneficium præsentare filium, nec acquiritur patri.Abb. in c.consuluit. de iure pat.& ibi addi.Paul.de Citadi.in tracta. de iure patron. in sexta par. arti.3. num.96.Quinimmo non solum donatio;
4 sed etiam omnis alia conuentio inter pa trem & filium firmatur iuramento: vt per Alex. in consi. 8. & consi.157.volm.1.Et quod dictum est de donatione, facta a pa tre in filium, vt firmetur iuramento,
5 † procedit ex diuerso etiã, vt,scilicet,donatio facta per filium in patrem firmetur pari modo iuramento ipsius filij: vt per Bertran.in multis consilijs, quæ allegant per Anto.de Gabr.in d.ti.de dona.cõclu. 4.nu.2.vbi late. Et est notandum, quod istud priuilegium recipit omnes declara tiones,quas recipit præcedens; quia simi-
6 lia sunt. † Nam valet argumẽtum de vna donatione ad aliam, videlicet, de donatione facta inter virum & vxorem,ad donationem factam inter patrem & filium: vt per Rom.& Ias.in repe.l.penu.§.si vir. de acquir. possess. & vltra eas quas posui in præcedenti priuilegio, quæ, vt dixi, huic quoque conuenire possunt,infrascri
7 ptis modis declaratur. Et primo ampliatur procedere,non solum in donatione facta filijs legitimis, sed etiam naturalibus tantum; quia pariter validatur iuramento.l.omnes.§. Lucius. quæ in fraud. cred. & l.Lucius.mandati.& ibi Barto. Roma. per dicta iura in consi. 43. Sed certe ista non videtur bona ampliatio; quia donatio valet ẽt absque iuramento.neque Roman.ibi loquitur, ꝙ donatio fuerit facta interueniente iuramento.

Secundo ampliat,vt talis donatio non solũ valeat, quo ad personã filij; sed etiã quo ad eius hȓdes & successores. & ideo ad illos transmittet donationem: vt habe tur per Guido.Pap.quæst.147.

Limitatur autem pluribus modis. &
8 primo † limitatur non procedere in filijs spurijs,& incestuosis; quia in his donatio non firmatur iuramento:vt dicit Roman. in d. consi. 43.per l.1.& 2.C.de naturali. libe.Roman. tamen nihil dicit ibi de iuramento.hoc tamen expresse tenet Ruin. in consil.179.colum. 2. in fi. volum. 1. & consi.69.nu.10.& 11.volum.3. Ista limitatio redditur valde dubia ex his, quæ dixi supra in pręcedenti priui. in vltima amplia.ideo dicas,vt ibi; quia non est repetendum.

Secundo limi.procedere,quãdo donatio fieret filio præsenti, vel ẽt absenti, interueniente tamẽ nuncio, vel epistola;secus, si fieret absenti citra nunciũ aut epistolã;quia nõ valeret, q̃uis iurm interce deret;qa suppleret plures defectus: qđ fieri nõ dẽt,arg.l.1.C.de iur. dot. faterer tamen,ꝙ si donatio facta esset absenti,nõ di co filio, sed alteri personę non suspectæ, siue aliàs prohibitæ, ratione iuramenti sustineretur; vt legitur apud Guid. Pap. quęstio.

q̄sti. 222. vbi vult verum esse, saltem quo ad obseruantiam ipsius iuraměti. Item intelligo istam limitationem, nisi iur̄m esset præstitum in amplissima forma, ita, vt appareat donantem voluisse supplere omnes defectus, iuxta ea quæ scribo in priuilegio 83.

Tertio limi. vt non procedat, q̄n filius alia ratione; quā quia filius, esset incapax donationis; quia tunc non validaretur iuramento arg. tex. in l. cui fundus. de condi. & demonf. ita voluit Paul. de Cast. ī d. cōs. 345. col. 2. in fi. vol. 1. ver. tertio videtur obstare. circa quam lim. idem videtur statuē dum, quod in præcedentibus, quibus uidetur similis.

9 Vltimo † nostrum priuilegium intelligitur; quod quamuis donatio valeat, sicut supra dictum est; tamen filius, si velit cum fratribus succedere, tenetur eam conferre: prout post Sozi. ab eo allega. Dec. concludit in Auctẽn. ex testamento C. de collat. Grat. lib. 2. respon. 86. nu. 25. allegat l. a patre, & l. filiam C. eo. titu. & ista est communis opin. vt inquit Corn. in consi. 289. col. 10. in fin. versic. nam communis sententia. uol. 4. & ibi subdit huic opi. inhærēdum in via decisiua; licet in disputando ratio in cōtrariū videatur arctare. & propterea ipse in d. Auctẽn. ex testamento. sibi ipsi aduersans tenuit, ꝙ immo filius non teneatur cōferre. Et huius opi. cōtra cōem fuerunt moderni Bononienses in l. si emancipati. post n. 54. ver. octauo limitatur. C. de collat. & ita ēt mihi vr̄ satis iuridica pars; ex quo donās vr̄ voluisse, ꝙ filius habeat illā sibi p̄cipuā; & eū magis dilexisse p̄sumitur, tacite mandando, ꝙ non debeat cōferri: ut ibi late per eos, qui respondent rationibus in cōtrariū adductis pro cōi: a qua vere in iudicando & consulēdo non esset recedendum. cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Donatio vltra quingẽtos solidos absque insinuatione non valet.*
2 *Solidus idem est, quod aureus.*
3 *Donatio vsque ad septingentos aureos, quos in vsu habemus, hodie valet absq; insinuatione.*
4 *Donatio vltra quingentos aureos, roborata iuramento, valet, etiam sine insinuatione.*
5 *Iuramentum intelligitur, rebus sic stantibus.*
6 *Iurans accipere doctoratum Bononiæ, si ibi superueniat pestis, & alibi doctoretur, non efficitur periurus.*
7 *Filia quæ cum iuramento renunciauit patri viuentibus fratribus, illis mortuis poterit succedere, iuramento non obstante.*
8 *Feudatarius, qui iurauit fidelitatem regi, si cōmittit felloniam, quia rex desiit esse rex, non incurrit periurium.*
9 *Iurans seruare statuta, illis sublatis, contrauenitendo non efficitur periurus,*
10 *Priuilegium reuocatur ex noua causa.*
11 *Promissio de non offendendo, non habet locum, vbi promissor de nouo offenditur.*
12 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio*
13 *Præsumitur quis eligere viam per quam actus suum sortiatur effectum.*
14 *Præsumitur quis eligere sibi viam meliorem.*
15 *Iuramentum intelligitur secundum mentem iurantis.*
16 *Exitus acta probat.*
17 *Præsumitur de præsenti in præteritum.*
18 *Iuramentum supplet defectum formæ.*
19 *Præsumitur fieri actus pure, & non conditionaliter.*
20 *Verbum infinitiui modi comprehendit omne tempus.*
21 *Substitutio facta filio, si decesserit: comprehendit pupillarem.*
22 *Scientia statuti præsumitur per conuersantem in loco post annum.*
23 *Clausula Rebus sic stantibus, nihil operatur quando de noua causa, saltem implicite, fuit cogitatum.*
24 *Præsumitur quis tacite consentire protestationi, si nihil respondeat.*
25 *Derogatio in dubio non præsumitur.*
26 *Inuestitura posterior non derogat priori.*
27 *Iuramentū semper addit maius robur actui.*
28 *Iuramentum est stricti iuris.*
29 *Statutū est stricti iuris; & ideo satis est, quod vnum tantum operetur.*
30 *Iuramentum simpliciter præstitum simpliciter est intelligendum.*
31 *Casus omissus remanet in dispositione iuris cōis.*
32 *Iurans seruare laudum, & non reducere ad arbitrium boni viri, intelligitur, nisi iusta causa superueniat.*

PRIVILEGIVM LXXIII.

SEptuagesimū tertiū priuilegiū est in eadē materia donationis valde frequens in forensibus controuersijs; & ideo scitu dignissimū: nā tu
1 nōn ignoras, † qđ donatio vltra quingētos solidos, absq; insinuatiōe facta, nō valet: vt inquit tex. in §. 1. Inst. de don. & in l. pe. C.
2 eo. & ibi Bal. Saly. & cōiter Doct. † Solidos aūt accipimus pro aureis, vt in §. fin. Insti. de pęna teme. liti. & ibi Glo. quorū septuaginta duo faciūt libram vnā aurei: vt habet ī l. quoties. C. de suscep. & archa. ꝑpo. li. 10. & ibidē Glo. & in l. fi. de in ius vocan. & in l. quicūque. C. de seruis fugi. Glo. in §. & iudicare. in versic. ad trecentos.

tos.in Auctén. de defens. ciuita.& in l.id est.de dolo.& in §.nos autem.Insti.de Attili.tut.Guid.Pap.quęst.325.in fi.& quęstio.492.num. 2.Corne.in consi.169.col. penult.in littera S.volum.1.& consi.127. col.2.in fine.volum.2.& consi.54.& consil.287.col.4.vol. 4. Bauer. decis.327.nume. 7. Et de his aureis intelligitur text. in d.§.primo. & in d. l. penult. C. de donat. loquens de insinuanda donatione vltra quingentos aureos: vt per Ange. ibi & Alexan. in additi. ad Barto. in l. cum de indebito. §. fina. de proba.& in consi. quarto.colum. penul. volum. 1. Et ideo, cum hodie aurei nostri, quos in vsu habemus, sint minoris pōderis,debebit fieri dinumeratio aureorum iuxta pondus librę, ad rationem septuaginta duorum pro qualibet libra; & sic aurei nostri erūt reducendi ad pondus aurei legalis antiqui: prout firmat pulcre Bellon. in consil. quarto, & in consi. 74.post nume.21.
3 cum sequent. † Et proptcrea sequitur, hodie donationem valere absque insinuatione vsque ad septingentos & quadraginta quattuor aureos nostros, quos in vsu habemus; nisi me fallit calculatio: & habetur per Clarum libr. quarto sententiarum.§. donatio. quæstio. decima quinta. & latius per Rolan.in tracta.stat.de lucr. dot. quæstione quinquagesima tertia. ad fin.vbi dicit ex alijs, quod immo valeret hodie vltra octingentos aureos; ex quo nunc centum, & septem conficiunt libram vnam auri. Sed vereor errorem esse in meo libro; quia facta computatione de nostris aureis àd aureos legales,non ascendunt,nisi ad summam prędictam septingentorum & quadraginta quattuor, & parum plus: vsque ad quam summā hodie valeret donatio absque insinuatione. & ista est communis opin.vt inquit Viui. in ver.aureus.Donatio ergo, vt ad initiū reuertamur,vltra quingentes solidos,non valet absque insinuatione.

uet.in conf.114.num.13. Nec obstat text. in d.cap.quamuis.de rescri. in 6. quia illa spes potest dici considerabili; ex eo,quòd de beneficijs nihil potest in vltimis volũtatibus disponi;secus autem in rebus proprijs §.disponat.in Auctẽ. de nupt.l. in re mandata.C.manda.Non obstat quintũ inquantum dicebamus hoc iuramentum esse reprobandum,quia inuitat seu prestat occasionem fraudes faciendi: nam respondeo,quod immo iuramentum in casu isto non potest dici causa, nisi valde remota. quod patet, quia non tribuit perpetuam causam,vt fraudes fieri possint,ex quo in multis casibus valent donationes absque insinuatione,d.l.sancimus.& l.pe.C.de donat.in quibus quidem longe minor auctoritas,quàm sit iuramẽtum, facit cessare insinuationem; cum tamen iuramentum sit maximum argumentum ad præsumi faciẽdum, ne in donatione fraus aliqua intercesserit,d.l.fi.C.ad legem Iulia. repe. & si hoc præstare potest insinuatio,multo quidem fortius præstabit ipsum iuramentum quod est maioris efficaciæ ipsa insinuatione.Denique,si ista esset ratio finalis,quod ideo,scilicet, insinuatio requirat̃ ne fraudes fieri possint,vtique nec infra quingentos solidos deberet valere;cum in ea possint quoque fraudes fieri sine insinuatione & militet eadem ratio. & tamen contrarium est verius, vt expresse etiam sentit Corne.in conf.185.colum. 9. post litterã L.volum. 2. Concludo igitur ex his omnibus, per iuramentum tolli defectum insinuationis; & ex consequenti habere hoc maximum priuilegium,sicut initio demõstrauimus, vt, scilicet,quamuis donatio vltra quingentos aureos non valeat absq; insinuatione:tamen intercedente iuramẽto, quocumque modo præstito, sustineatur. Potuissem quamplura alia in mediũ afferre,quæ in hac disputatione per Doct. varijs in locis deducuntur:sed hæc,veluti validiora,recensere placuit,leuiora curiosioribus relinquendo. Ista conclusio ampliatur procedere non solum in donatione inter viuos,pura & simplici, sed etiam in ea, cuius effectus confertur post mortẽ donantis; quia etiam ista eget insinuatione,si quingentos solidos excedat; & propterea validabitur iuramento, vt ꝑ Rui. in conf.52.vol.1.

Limitatur nũc pluribus modis.& pri-
72 mo† ego eam limi.non procedere in donatione facta inter virum & vxorem,quæ non firmabitur iuramento, si quingentos aureos,vel solidos excedat;quia in huiusmodi donatione inest duplex vitium: nẽpe, quia est facta inter personas prohibitas inter se donare; & quia etiam excedit summam quingentorum solidorum,& iuramentum non supplet plures defectus,vt per Dec.in conf.239.colum.2.quod intelligo verum,quando simpliciter est iuratũ secus,si in ampla forma,vt dicam in d.pri
73 ui.83.† Facit pro dicta limi.illud, quod dicere solemus, duplicem defectum difficilius remoueri & tolli,quàm vnum l.pe. §.si vero pater.C.de adop.Paul. de Castr. in conf.30.colum.3.in fin.volum.1. & facit etiam;quia videmus in simili, quod talis donatio propter dictam rationem scilicet duplicis defectus, non confirmatur morte,etiam quo ad summam quingentorum solidorum.l.donationes.la grãde. C. de donati.inter vi.& vxo.& ibi Saly. hoc not.per Glo.ibi.in vers.concedimus.& sequitur Ioan. Lup.in rub.de donati.int.vi. & vxo.§.81.incipiente,Adde alium casũ in prin.

Secundo limi.nostrum priuilegiũ non procedere in donatione præsumpta: veluti ea, quæ resultat ex confessione viri de dote per eum recepta; quia concurreret duplex defectus,seu duplex vitium;& cõsequenter duplex specialitas. vna est ipsa præsumptio donationis;altera, ꝙ in ea ꝑ iuramentum insinuationis defectus suppleatur: & duæ specialitates non debent simul concurrere.l.1.C.de dot. prom. faciunt not.per Doct. in l. si quis argentum C.de donat.quatenus volunt illam legem non habere locum in donatione præsumpta,per dictam rationem. Circa hanc limi.posset diligentius instari: sed quia de

ea dixi in priuil.71. in tertia limi. nu.53. ideo dicas, vt ibi.

74 Tertio † limi. non procedere, quando iurm tenderet in præiudiciũ alterius tertiæ personæ; quia tunc donationẽ nõ con firmaret, vt per Soz iu. in consi.69. nu. 40. vol.1. refert & sequitur Rimi. iu. in d.§.1. nu.275. Inst. de donat. & Viui. in vers. donatio inter viuos. cui addo Ant. de Gabr. in ti. de donatio. conclu. 1. nu.68. & Cotta in suis memoralibus. in ver. iuramenti reli

75 gio. ad fi. vbi concor. † quia regula est generalis, quod Iuramẽtum vnius alteri nocere non debet, vt in l. ait prætor. la 1. & ibi Soz. not. de iureiu. & cap. quamuis. de pact. in 6. & propterea Corn. in cõs. 243. col. pen. vol. 2. dixit, quod iuramentũ monialium, asserentium alienationem rei ecclesiasticæ fieri ad vtilitatem Ecclesiæ, nõ nocet ipsi Ecclesiæ.

76 Quarto † limi. non habere locũ, quãdo post interpositum iuramentũ donatio debuisset insinuari ex forma statuti, vt per Cur. iu. in consi. 141. ad fi. Soz. iun. in consi. 67. nu. 20. vol. 1. vbi testatur de communi & Paris. consi. 98. nu. 71. vol. 1. quia in isto casu iuramentum nõ suppleret defectum insinuationis, postea superuenien. vt late disseruimus supra: quod nũc repetere non est necessarium.

77 Quinto limita. † non habere locum in donatione facta inter Iudæos; quia per iuramentum Iudæi non validatur contractus; cũ hoc sit vinculum consideratũ a iure canonico, quod, scilicet, seruari debeat, quando potest absque dispẽdio salutis æternę: quę ratio in Iudæis cadere non potest, cũ sint omnino damnati, siue seruent iuramẽtum siue non. & istud tenet Paul. de Cast. in cõsil. 90. vol. 2. vbi tamen vult secus esse, quando Iudęus donaret Christiano, non ex eo quod Deũ offendat, sed quia offenderet hominem Christianum, arg. eorum, quæ notantur per Glo. in c. post miserabilem. de vsur. & idẽ vult Maran. in suo Spec. in tertia par. prin. nu. 51. cum plur. sequen. & hoc etiam sequitur Rimi. iu. in d.§. 1. nu. 275. cum pluribus sequen. Insti. de dona.

& Tiraq. idem amplectens. in tract. de iure primigeni. in sexagesima sexta quæstio. nu.32. Circa istam limi. dicas prout scripsi in priui. 67. ad fi. & priu. 71. nu. 60.

Sexto limi. non procedere quando extaret statutũ, quod donatio absq; insinuatione non valeat; sed præsumatur & censeatur per dolum extorta; quia in tali casu donatio non validatur iuro; licet iurm obliget iurãtẽ: quo casu poterit peti absolutio, & debebit cõcedi, vt per Cor. i cõs. 99. in prin. vol. 4. De hmõi statuto, & cõsequẽter de hac limi. dicẽdũ est, vt habet infra in priu. 93.

78 Septimo & vltimo limi. † non vendicare sibi locũ in omnibus illis casibus, in quibus valeret donatio sine insinuatione; quia in illis, quãtum ad validitatem earum, iuramentum nihil operatur. Exempli gratia in donatione causa mortis, vt scribit Rui. in cõs 51. post nu. 17. vol. 1. quia valet absque insinuatione. l. fi. C. de dona. cau. mor. Secundo in donatione, quæ fit pro redẽptione captiuorũ. Tertio in donatione, quæ fit militibus. Quarto in ea, quę fit, pro reparatione Ecclesiæ, vt de his patet in l. pe. C. de donat. Quinto in donatione facta principi, vel quã prĩceps ipse facit, vt Auten. de non alien. aut permu. §. si minus. & in Auct. vt nõ fi. pignoratio. §. fi. & per Rom. in consi. 59. col. 3. versi. quinto vidẽdum est. Sexto in donatione propter nuptias, vt in Aucte. vt spon. largi. Septimo in donatione facta per remissionem vsurarum. l. Modestinus. de donat. licet secus sit in remissione alterius rei, sibi debitę, vt per Alcia. de verb. signi. l. dedisse. per tex.

79 in l. creditores. de pactis. † Vltimo in donatione, etiam excedente summam quingentorum solidorum, cum onere tamẽ cõditionis implendæ: nã si, deducto illo onere, reduceretur ad legitimam summã; quia tunc donatio valet absque aliqua insinuatione, nihil iuramentum operatur: prout & in alijs præcedentibus. Bar. in l. quoties ad l. Falc. & Bal. in l. sed si hoc. §. cuidã. de cond. & demon. quod est ipsa veritas, secũdum eum ibi. & de prædictis ẽt habetur in §. aliæ autem. Inst. de donat.

SVMMARIVM.

1 Obligatus potest suam promißionem seu obligationem implere per æquipollens.
2 Iuramentum facit quem præcise teneri, nec liberari præstando interesse.
3 Iuramentum & sententia æquiparantur.
4 Dominium transfertur per sententiam.
5 Iuramentum non impedit trãslationẽ dominii
6 Debitor habens facultatem rei tradendæ, præcise compellitur.
7 Mendacium facit mendacem amittere beneficia iuris.
8 Mendacii causa non põt obiici compẽsatio.
9 Persona industria in dubio censetur electa. & ideo ab ea recedi non potest.
10 Testatoris voluntas est forma. & ideo non potest per æquipollens adimpleri.
11 Compensatio dicitur solutio.
12 Iuramentum regulatur secundum naturam actus, super quo interponitur.
13 Generalis sermo non extẽditur ad incognita.
14 Generalis sermo non cõprehendit illicita.
15 Iuramentum recipit interpretationem secundũ mentem iurantis. & quomodo procedat nume.21.
Legitima non censetur renunciatum, nisi de ea specialiter fuerit facta mentio.
17 Iuramentum regulatur secundum naturam primordialem actus.
18 Accidentia non attenduntur.
19 Præsumitur cogitatum de fieri consuetis.
20 Inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium.
22 Promittens factum alienum cum iuramẽto nõ est periurus, si fecit quidquid potuit.
23 Difficultas excusat a periurio.
24 Iuramentum est benigne interpretandum.
25 Iuramentum est res spiritualis.
26 Lex ciuilis non habet potestatem super spiritualibus.
27 Statutum, quòd omnes causæ compromittãtur, non comprehendit causas spirituales.
28 Statutum, mandans in contractibus mulierum vel minorum, certam requiri sollemnitatem; & ea non interueniente, quod præsumantur dolosi, etiam si iuramentum interuenerit; facit, quod iuramentum nihil operetur.
29 Statutum, suadente æquitate, potest disponere circa iuramentum.
30 Regula: Quod vna via prohibetur, alia nõ debet Permitti, limitatur duobus modis.
31 Promittens factum alienum cum iuramento, ita, quod fecisse suum posse non excusetur, dicitur præcise obligatus: & si illud non adimpleat, dicitur fieri periurus.
32 Iurans probare per instrumentum nõ potest aliter probare.
33 Iurans soluere in pecunia numerata non poterit aliter soluere.
34 Locator, qui iurauit non contrauenire locationi tenetur stare conductori, cũ aliàs sit secus.
35 Compensatio an fieri poßit, quando debitum est iuratum.
36 Compensatio fieri non potest, quando debitum est iuratum, & est communis opi.
37 Verbũ soluere habet duplicem significatum.
38 Fructus percepti ex re pignorata, computãtur in sortem.
39 Creditor committit vsuram, si fructus pignoris non computat sibi in sortem debitam.
40 Hæres percipiens fructus ex re fideicõmißo subiecta, cõputat illos sibi in Trebellianicam.
41 Renunciare quis non præsumitur iuri sibi competenti.
42 Iurans satisfacere sine aliqua exceptione, intelligitur de iniusta; non autem de iusta.
43 Proprietarius, qui promisit non molestare vsufructuarium; poterit tamen ab eo petere, vt præstet cautionem.
44 Verba sunt reducenda ad causam honestatis.
45 Hæres grauatus non molestare fideicommissariũ, poterit tamen exigere Trebellianicam.
46 Clausula Appellatione remota, cõpredendit tãtum iniustam, vel friuolam.
47 Statutum prohibens opponi exceptionem, intelligitur de friuolis exceptionibus.
48 Matrimonium potest esse sine dote.
49 Renunciatio est stricti iuris.
50 Verba sunt intelligenda de iure, non de facto
51 Verbum Vlcisci, intelligitur iure mediante.
52 Verba debent aliquid operari.
53 Dispositio limitata respectu temporis, vltra illud nihil operatur.
54 Fideiussor, qui promisit pro certo tẽpore, eo elapso, amplius non tenetur.
55 Venditor, qui infra certum tempus poterat redimere, eo elapso, amplius non poterit.
56 Concessum ad tempus post illud videtur prohibitum. & contra.
57 Tempus vnum, alterius non recipit functionẽ.
58 Sententia lata iuxta consilium sapiẽtis, qui debuit consulere infra viginti dies, qui tamen postea consuluit, est nulla.
59 Laudum, latum extra tempus compromißi, est nullum.

60 Senten-

specie pro naturali numeratione.
126 Iuramentum, & res iudicata habent se, tamquam excedentia, & excessa.
127 Interpretatio stricta est facienda in materia iuramenti. & nu. seq.
129 Iudicandum in dubio pro obseruantia iuramenti. & supra, nu. 78.
130 Contractus in dubio censeri debet vsurarius fauore animæ.
131 Exceptiones dilatoriæ debent proponi ante litẽ contestatam limita vt nu. seq.
133 Citatus ad videndum iuramenta testium, si nihil dicit, censetur renunciare exceptionibus sibi competentibus.
134 Transactio generalis non præiudicat, quo ad ea quorũ actiones postea competere cæperunt.
135 Compromissum de quacumque causa, non extenditur ad ea, quæ euenerunt compromisso pendente.
136 Renunciatum non censetur facultati compensandi, quæ postea superuenit.
137 Iuramentum intelligitur, nisi noua causa superueniat.
138 Pax non intelligitur rupta, si noua offensionis causa superuenit.
139 Renunciatio de omni iure, quod quis habet, vel habere sperat, intelligitur tãtũ de præsẽti.
140 Affirmatiua locutio minus continet, quàm negatiua.
141 Hæres iurantis non potest præcise compelli ad obseruantiam iuramenti præstiti per defunctum. & nu. 202.
142 Pauperrimus excusatur a præcisa obseruantia iuramenti.
143 Compensatio potest obiici etiam a debitore cũ iuramento, quando suum creditum postea superuenit.
144 Iuramentum an excludat retentionem.
145 Compensatio obiici potest ad effectum euitandi pœnam, & periurium.
146 Causa qualibet excusat a pœna.
147 Iurans omnia attendere & obseruare an possit compensare.
148 Compensatio inter mercatores etiam obiici potest, quamuis debitum sit iuratum.
149 Compensatio fieri potest in debitis vtrinque iuratis.
150 Fidem frangenti non est fides seruanda.
151 Vitium non obiicit, qui vitio laborat eodem.
152 Excipiens contra testes de crimine debet illo uacare.
153 Mater meretrix filiam meretricem non exhæredat.
154 Venditor non potest allegare fraudem simulationis.
155 Maritus leno non agit contra vxorem de adulterio.
156 Actor negligens non obiicit contra reum negligentem.
157 Actor, qui petit aliquid sibi solui, debet probare pro parte sua adimpleuisse. et nu. 175.
158 Compensatio potest obiici per debitorem cum iuramento, quando agitur sola facti veritate inspecta.
159 Compensatio potest obiici, quando verbum soluendi est interpretatum etiam a debitore iurato.
160 Compensatio potest obiici, quando reus confessus fuit debitum.
161 Compensatio obiicitur quando debitum iuratũ non est liquidum.
162 Iuramentum facit reuocabiles, contractus ireuocabiles.
163 Iuramentum de non reuocando facit donationem causa mortis irreuocabilem.
164 Conditio adiecta donationi ad fauorem tertii cum iuramento reuocari non potest.
165 Promissio iurata de prorogando iurisdictionẽ iudicis nõ sui non potest reuocari. & nu. seq.
167 Libertatis fauore quis præcise obligatur ad factum.
168 Antecedente prohibito, intelligitur consequens prohibitum.
169 Pactum de non pœnitẽdo in cõtractibus innominatis, fieri potest. & seruari debet.
170 Pœnitentia non habet locum in contractibus innominatis, factis sub conditione.
171 Statutum volens verba præcise intelligi, non excludit legalem interpretationem.
172 Stipulatio, quæ est stricti iuris, adiecta contractui bonæ fidei, desinit esse stricti iuris.
173 Statuta sunt stricti iuris; in materia tamen testamenti secus est.
174 Dictio Et cetera, omnia complectitur.
176 Actus retractabiles, cum iuramento fiunt irretractabiles.
177 Priuilegium minoribus concessum reuocandi actum, tollitur per iuramentum.
178 Iuramentum facit rem non esse integram.
179 Dispositio tacita debilior est expressa.
180 Iuramentum semper addit robur maius actui.
181 Dispositio, quando potest addere plura ad ius commune, satis est, quod vnum addat.
182 Intellectus in dubio tenendus est, qui minus derogat iuri communi.
183 Verborũ impropriationes plures fieri nõ dẽnt.

Dispo-

PRIVILEGIVM LXXIIII.

1 Septuagesimũ quartũ priuilegiũ est, & quidẽ maximũ, & ad decisionem multarũ quæstionũ ꝑtinẽs; quia † tu scis, ꝙ quis potest implere promissa per æquipollens. l. Iulianus ait de cond. & demo. l. si cũ ibi nota. C. de his qui veni. æta. impe. & obligatus ad factum nõ teneť præcise ad illius præstationẽ: sed ꝓstando interesse liberatur, l. stipulationes non diuiduntur. ver. Celsus. de ver. ob. l. ex empto. in prin. l. tenetur. §. si vas. l. quidq̃d. l. si venditio & l. qui pendente. de acti. em-
2 pt. † Tñ si interuenit iuřm, præcise dř obligari, nec int eresse præstando, vel æquipollens faciendo, liberatur. Glo. est in l. si pecuniã in ver. necesse de cond. ob causã & ibi Ale. & cõiter Doct. Bal. in l. vnica. & ibi ẽt Saly. C. de sen. quæ pro eo, quod int. Ant. Butr. & Abb. in c. veniens. de iureiu. Im. & Moderni oẽs. in c. i. de iud. Iason in d. l. si pecuniã. & in l. si conuenerit. de iuris. omn. iud. & ibi ẽt Ang. & Paul. đ Cast. idẽ Ias. in d. l. stipulationes nõ diuiduntur. Ale. in cõs. 91. col. 3. & cons. 37. volu. 2. vbi dicit cõem. Notatur per Io. Andr. Host. & Imo. in c. ꝑ tuas. de arbi. Imo. in c. 2. de pign. Abb. in cõs. 42. in 2. par. & in d. c. veniens. post n. 8. de iureiu. & in d. c. per tuas. nu. 13. Ias. in §. itẽ si quis post ulante. col. 1. in fi. Inst. de actio. Matthei. in not. mihi. 54. incip. Nota, ꝙ iuramentum. Bal. in l. sed & hæ. §. prætor ait. de procura. & in c. ex rescripto. de iureiu. Guid. Papa. q. 627. Gra. lib. 1. resp. 84. nu. 4. & resp. 86. ad fi. Gl. fi. in l. eadem. ex quib. cau. maio. Soz. in cons. 16. Cors. in rub. de iureiu. in primo priui. Goz. cons. 32. nu. 12. & cõsil. 100. col. 6. ver. præterea hoc. post n. 22. & col. fi. nu. 25. Ant. de Petr. in repe. l. 1. n. 202. & 259. de iureiur. Couarr. in c. quamuis. de pact. in 6. in prima par. §. 4. versicu. octauo. nu. 6. vbi pariter dicit communẽ, cum latissime cumulatis per Tiraque. de vtroque retra. tit. 1. §. 3. glo. 3. nu. 6. Fel. in c. ad nostrã. ad fi. de iureiu. vbi hoc dispu-

tat.& per Anto.de Gabr.in ti.de iureiur. conclus.8. & pro ista communi opin. vltra Felin. in proximo allegato loco addu
3 citur satis colorata ratio. Nam † iuramētum, & sententia æquiparantur : quinimmo iuramentum maiorem habet auctoritatem, quàm res iudicata, l.2.vbi Ias.de iureiur. & in §. item si quis postulante.in vlt.nota. Instit.de actio.sed condemnatus per sententiam compellitur præcise præstare, nec liberatur præstando interesse, prout est tex.cum duabus Glos.in l.qui restituere.de rei vend.& pro singulari commendat Bald. in d. l. vni. col.pen.ver.sed pone.C. de sent. quę pro eo, quod inter. profe. ergo multo magis, vbi interuenit iuramentum, prout in terminis tenet Fabia.de monte,in tract.de empt. & vendi. in 6.q.prin.col.11.& ita per hāc rōnē tenet Gomes.in d.§.item si quis postulante. col 3.nu.7.vers. tertius effectus. Instit. de acti.Cęterum si quis vellet contrariā partem in disputando amplecti, posset huic rationi dupliciter respondere,quāuis ego ab aliquo dictum non inueniā. Primo dico, quod immo in casu nostro sententia est longe maioris auctoritatis, quā iura-
4 mentum; † quia per sententiam transfert dominium,secundū magis cōem opin.de qua per Bart. & alios in l. ex hoc iure. de iust.& iu. sed per iuramentum non potest trāsferri absq; traditione, l.traditionibus. cum ibi nota. C. de pact. nam si per illud transferretur, impediret illius translatio-
5 nem. & tamen hoc est falsum;quia † iuramentum non impedit dominij translationem, vt per Grat. lib.1.respon.95.col.1. Ruin. cons. 109. col.3.& col.8.volum.4. Ferrat.caut.48.Soz.iun.in cons. 129.col. 2.vol.2. Grām.consi.7.col.3.nu.6.in ciui. Et ideo si venderem tibi rem, mediante iuramento in contractu venditionis interposito,& deinde rursus alij venderem, & traderem;pręferretur secūdus emptor, & non primus; quia in illum diceretur translatum dominium, & non in primū; quamuis obstringeretur illi ad interesse. l.quoties. & ibi Bart.C.de rei vend.& pariter ibidē Ias.& in l.in bonæ fidei.de eo, qđ cer.loc. cum alijs allegatis per Anto. de Gabrie.in ti.de empt.& vēdi. conclus. 2.nu.3.Cū ergo per sententiā, & non per iuramentum dominium transferatur,non debet videri mirum,ꝙ condemnatus per sententiam possit pręcise compelli ad restitutionem rei,cum hoc suadeat æquitas; alioquin sequeretur, quod quis quodammodo dominio suæ rei priuaretur;nisi ad præcise restituendum compelleretur : qđ fieri non debet. l. fina. C. de præscrip.30. ann.& l.corruptionem.C.de vsufruct. Et
6 † hinc est,quod quando quis habet facultatem rei tradēdæ, compellitur manu militari ad tradendum; vt voluit Glo. in §. pretium. Inst. de empt. & est communis opin. vt ibi testatur Aldobrand. & Viui. in ver. venditor non tenetur. & tamen si non habet rem, præstando interesse liberatur,vt in d. Glo. habetur. Ex quo ergo in d.l.qui restituere.condemnatus rem habet,compellitur manu militari eam restituere, & consequenter præcise præstare; non tamen sequitur, quod idem operetur promissio iurata;cum etiam absque iuramento compelleretur ad præcise præstandum,quod promisit quando habet facultatem illud præstandi. Secundo respondeo, quod illud est in odium mendacis,
7 qui negabat se restituere posse : † nā propter mendacium, quis amittit beneficia iuris,vt per Boer.decis.300. nu. 4. & per plura exempla declarat Ias. in l. quod te. si cert.petat.& ideo aufertur possessio mēdaci, & de reo efficitur actor, vt scribit Papien. in sua Practic. in forma libell.
8 action. real. versic. primo an dictus. † Et ratione mendacij, quis non potest obijcere compensationem; & sic præcise compellitur præstare, quod promisit Glo.in l.nemo ex his.de reg.iur.& l.fina.de compensa. quod pro singulari notauit Gulielm.de Ludou.in singu.103. & plura singularia propter mendacium retuli supra in priuilegio.31.nume.41. cum pluribus sequenti. Pręterea ratio Gomes.procedit in iuramento iudiciali, quod ratione iudicij

dicij maius, atque efficacius videtur habere priuilegium, quam iuramentum promissorium, seu confirmatorium, voluntarie præstitum inter partes contrahentes; quamuis vtrumque, quod ad vinculum animæ pertinet, idem operetur. Secundo pro dicta communi opin. adducitur tex. in cap. fin. ne præla. vice. suas, qui text. nihil facit; quia ibi nullum verbum de iuramento facit: quamuis ibi hoc Doctor. notent. Tertio adducitur text. in l. fideicommissa. §. final. de legat. 3. vbi grauatus facere statuas reipublicæ, offerēdo pretium, quòd ipsa faciat, non auditur. si ergo ibi pręcise compellitur, fauore reipublicæ, quanto magis fauore animæ. argum. text. in l. sancimus. C. de sacros. Eccle. cum alijs adductis per eundem Gomes. in d. §. item si quis postulāte. Inst. de acti. sed ad illum tex. respondet idē Gomes. ꝙ procedit fauore reipublicæ, vt etiam habetur per Gio. in l. antepenult. §. opus autem. de noui operis nunci. quod non placet; quia vt dictum est, multo fortius deberet procedere ad obseruantiam iuramenti, animæ fauore. ideo dicas, quod ibi præcise implenda fuit volun-
9 tas testatoris; † quia fuit electa industria personæ, vt not. per Gloss. & Doctor. in l. inter artifices. de soluti. cum similibus, in proposito allegatis per Bologni. in consi. 6. col. 4. ver. ex quo necessario. & concordantes quoque adducit Boer. in consi. 13. ad fin. Cum itaque personę industria fuisset electa, per alium fieri non potuerunt: vt per Affli. in const. Regni. incipiente Ci-
10 tationis litteræ. nu. 12. de lit. citator. † Et cum hæc esset voluntas testatoris, ꝙ scilicet, per grauatum statuæ fierent; & sic requireretur hoc, tamquam forma, sicut dispositio legis. l. cum allegas. C. de vsur. ex quo fuerat ꝑ testatorem expressum, quod interueniret, qđ dicitur esse de forma, vt per Calca. in consi. 8. nu. 23. non potuit ꝑ æquipollens adimpleri. l. cum hi. §. prętor. de transac. cum ibi plene not. & in cap. dilecta. de rescript. & sic in effectu ibi est speciale fauore vltimæ voluntatis, vt volunt Doct. in l. stipulationes non diuiduntur. de verb. oblig. Corn. in consi. 259. col. pen. post litteram Q, vol. 1. & Ias. in l. 2. §. 1. si cert. pet. Præterea in casu nostro fauore animæ præcise compelleretur pręstare, si incurreretur periurium: quod in proposito negatur, ex quo præstando interesse satisfacit promissioni. Quarto allegatur text. in cap. debitores. de iureiur. in quātum vult, quod iurans reddat domino iuramētum in ea forma in qua iuratum est, etiam si cōtineat turpitudinem ex parte recipientis, vt ibi patet in recipiente vsuras. Sed ad illum tex. posset dici, quod satis dicitur reddi iuramentum domino in eadem forma, in qua iuratum est, quan-
11 do compensatur; † cum Compensatio dicatur solutio, secundum Paul. de Castr. in consi. 318. colum. 2. in princ. vol. 1. vbi allegat l. si peculium. §. 1. de statu li. vbi paria sunt, quod seruus compenset, uel soluat hæredi ad effectum cōsequendæ libertatis; quia vtroque casu liber efficitur. Ex quibus patet, quod satis facile ista communis opin. posset subterfugi: contra quā tenuit Bart. in l. amplius. rem rat. haber. Anto. But. in c. 1. de iudici. Ancha. Io. de Anani. & Maria. Sozi. ī c. querelā. ne ꝑlar. vic. suas. Bal. in cap. quæ in ecclesiarum. in vlt. col. de constit. Fulgo. in d. l. si pecuniā. de cond. ob caus. Roman. in l. hæreditatē. de donat. Corne. in consi. 246. vol. 4. Affli. decis. 295. & alij plerique, quos citat Tiraqu. de vtroque retract. tit. 1. §. 3. glos. 3. nume. 3. & pro hac parte principaliter ad-
12 ducitur; quia † iuramentum regulatur secūdum naturam actus, super quo interponitur. vt l. fi. vbi omnes. C. de non num. pecu. per Abb. in c. quemadmodum. per illū tex. de iureiur. & est tex. in l. sed etsi possessori. §. item si iurauero. & ibi Ias. in nono not. eo. ti. cum latissime congestis, cumulatis, & allegatis per Ant. de Gab. in ti. de iureiuran. conclus. 10. & Corn. in consi. 116. col. pen. in littera. R, vol. 1. vbi propterea infert, quod iuramentum interpositum super donatione causa mortis de illam non reuocando, non impedit quominus possit

reuocari, cum sit de natura huius donationis; nec incidit in periurium reuocando, vt ibi per eum, & in consil. 129. ad fin. vol. 3. quod etiam voluit Rui. in consi. 51. col. 5. post nu. 14. vol. 1. sed qualitas, & natura obligationis est, ne quis pręcise ad factum compellatur, d. l. stipulationes non diuiduntur. ver. Celsus. de verb. obli. ergo iuramentum ad illud non extenditur; & ex consequenti non intelligitur iuratum, vt res præcise pstetur. Tiraq. in prefatio. l. si vmquã nu. 149. & 165. C. de reuoca. do
13 † nam videmus in simili, quod sicut generalis sermo non extenditur ad incognita, l. cum Aquiliana. & l. cum tutoribus. de transac. nota. in l. tres fratres. de pact. Gozad. cons. 94. nu. 3. vbi generalis liberatio numquam comprehendit in cognita; ita nec iuramentum, c. veniens. de iureiur. &
14 Paul. de Cast. in cõs. 385. nu. 2. vol. 1. † Itẽ sicut in generali sermone nõ venit, quod est illicitum, l. si pater. quæ in fraud. cred. l. cum pater. §. rogo. vbi not. de leg. 2. c. super quibusdã. de verb. signifi. Dec. in cons. 538. nu. 2. Grat. lib. 2. resp. 115. nu. 21. Gozad. cõsi. 1. col. 12. in fi. eodẽ modo in iuramento non comprehenditur, quod est illicitum. & sic patitur restrictionẽ, vt ad illicita non porrigatur. Glo. in l. nõ videtur, §. qui iussus. de reg. iur. & in c. 1. qd' met.
15 cau. & hoc eo magis videtur esse verũ; † quia iuramentum quntumcumque generale recipit interpretationem secundum mentem iurantis, vt late per Calca. in cõsil. 17. colum. pen. versi. ideoque iuramentũ. nu. 8. & consi. 25. col. 13. nu. 32. & consi. 39. col. pen. nu. 37. sed verisimile est iurantem eam mentem habuisse, vt nollet præcise posse compelli; quia hoc est de natura obligationis, vt supra dictũ fuit merito, &c. Ad istud respõdetur pluribus modis. Primo, quod quando contractus, vel actus non extenditur ad aliquid, ratione defectus consensus; quia in illo nõ fuit cõsensum, tunc nec ipsum iuramentũ extendi potest; quia non supplet defectum consensus. d. l. fi. C. de nõ num. pec. & per Rui. in consi. 134. nu. 8. vol. 1. vbi propterea dicit, quod sicut promissio simplex, ex defectu consensus non excludit exceptionem condictionis indebiti, ita nec iuramentũ ipsum super tali promissione interpositũ. facit ad idem, quod voluit Roma. in consil. 517. colum. 6. post nume. 25. vbi habetur, quod quamuis iuramẽtum validat contractum minoris, non obstante defectu sollemnitatis omissæ: non tamen validat contractum infantis, vel furiosi eo, quia deficit consensus, qui est de substantia obligationis, l. obligationũ substantia. de actio. & obligati. vbi ergo est defectus consensus, iur̃m non extenditur. & ita procedunt, & intelliguntur in contrariũ allegata. sed si consensus in cõtractu, vel actu appositus extendebatur; tñ ille actus per legem modificatur; tunc iuramentum tollit illam modificationem. Exempli gratia, lex inquit super dependentibus a testamẽto transigi non posse, nisi inspectis cognitisque verbis testamenti. l. de his. cum ibi not. de transacti. ista autem modificatio, quod debeant inspici atque cognosci verba testamenti, tollitur per iuramentũ; quia transigi potest, etiam non inspectis verbis. & ratio est; quia consensus eorum, qui transigebãt, extendebatur ad omnia,
16 quæ dependebant a testamento. † Item potest poni aliud exemplũ: nam videmus, quod non renũciatur legitimæ, nisi specialiter, & expresse de ea fuerit facta mentio. l. si quando. § generaliter. C. de inoffi. testa. tamen fallit, si fuerit appositum iuramentum. Roma. in l. 1. §. si quis ita. de verb. obli. Alex. in l. si quis maior. C. de transa. & Dec. in consi. 180. col. 4. & dixi supra in septuagesimo priuilegio, in quinta illatione, nu. 10. cũ pluribus sequen. quia illa modificatio, quod debeat fieri de legitima expressa mentio, dr̃ sublata per iuramẽtum. & ita respondet Felin. in d. c. ad nostram. in fi. de iureiur. Nunc applicando istam solutionem cum supradictis exemplis, ad allegata in contrarium dicitur verum esse, quod quis regulariter præcise ad factum nõ cõpellitur, nisi hoc inter partes expresse actum fuerit; quia tunc pręcisæ compelli

pelli

pelli posset. ista modificatio tollitur per dictum iuramentum,& perinde habetur, ac si nuncupatim cautum esset; vt factum præcise præstari debeat. & istã credo fuisse mentẽ,& intentionẽ Feli.de qua quidẽ põt non improbabiliter dubitari; quia in casu nostro non est aliqua modificatio p legẽ expressa ,sicut in exemplis adductis: quæ deinde modificatio debeat tolli per iurm,sicut dr̃ in casu l. de his. & in legitima.& ideo nõ vr̃ recte talis solutio posse ad rẽ,de qua agitur,accomodari;qa de dicta modificatione non fuit cogitatum; ex quo de natura actus erat, quod obligatus præstando interesse liberaretur. Præterea circa primum exemplum est aduertendũ; quia non videtur verũ, ꝙ per iurm posit renunciari allegatæ l.de his.de trãsa.vt dicam in priui.100 Et circa secundum exẽplum non est ita simpliciter verum , sicut censet ipse Feli.propter multas difficultates , de quibus ego dixi in septuagesimo
17 priuilegio. Secũdo igitur rñdetur † regulam prædictam , quod iurm regulatur sm̃ naturam actus , & illius naturam sortitur, super quo fuit interpositum,procedere solum respectu ipsius naturæ primordialis ipsius actus, non autem quo ad naturam accidẽtalẽ,vt dicit Gl.in l. certi cõdictio in ver.ex omni causa.in fi.si cert.pe. Sozi. in l.frater a fratre.col. pẽ.in prin.de cond. indebi. Aret.& Dec.in c.1.col.16.de iudici. Ias.in d.l.si conuenerit. de iurisd.omni. iud. Mars.in singu.226. Rip. in l. si insulã. post nu. 91. de verb. obli. Anto. de Gabrie.in ti.de iureiu.conclus.10.sed natura primordialis est, vt illud soluatur , qđ est promissum,vt Instit.quib.mod.tolli.obliga.in prin.quia ad id,quod ꝓmissum est, principaliter tenetur:ergo illud solum iuramentum extenditur.quamuis ergo succedat obligatio ad interesse, illud est per accidens,argu.l.1.de in lit.iu.ergo non debet attendi nec ad illud extendi iuramen
18 tum;† quia accidentia non attenduntur.l. qui habẽt.in prin.de tutel. Ab. in cõs. 70. nu.2.par.1.& ideo dixit Bar. per hanc regu.in l.fi.de offi.proco.quod stante consuetudine,quòd Archidiaconus habeat oblationes dominicales, & sacrista eas quę fiunt in festo sancti Laurentij, si dictũ festũ venerit in Dominica , oblationes tamen erunt Archidiaconi, nõ autem sacristæ;quia maius festum est dominicum,& non debet attendi,quod festũ sancti Laurentij venerit in die dominico; quia per accidens contingit;ꝙ non attenditur per prædicta.Et alibi habetur , quod si in cõcesione facta a principe , fuerit dictum, ꝙ res conceditur cum facultate alienandi,non censetur res feudalis;sed donatio, vt per Gozad.in consi.8.col.5. ad fi. quia facultas alienandi conuenit donationi naturaliter. & licet etiam posit conuenire feudo,cum sit per accidens, non attenditur.ita Grat.lib.1.resp.9.nu.136.sic ergo in casu nostro dicendum est,quod quamuis succedat obligatio ad interesse , istud est per accidens,& non debet attẽdi; sed solum primordialis natura: & iurm ad illud,quod venit per accidens, tamquam a partibus non consideratum,minime debet extendi aut porrigi. & ista videtur satis colorata responsio: tamen contra eam facit; quia cum inter contrahentes videatur ẽt cogitatum de hmõi accidentali natura actus, quidquid in contrarium dicatur ex eo, quod solet plerũque contingere propter insignem hoĩum perfidiam,in nõ ꝑstando promissa, vr̃ inquã,de hoc co
19 gitatum;† tũ quia quod contingere solet, præsumitur actum,& cogitatum , Leo tẽpore.de pecul.l. si quis domum. circa fin. loca.Calca. consi. 24. nu. 12. tum etiam; quia inspicitur, quod euenire potest.l.inter stipulantem. §. sacram. vbi Barto. de verbo. obli. Ergo ad illud extenditur iuramentum. & de his duabus solutionibus dixi etiam late supra in priuil.49. nu. 13. cum pluribus sequent.

Tertio igitur respondetur,quod numquam iuramentum recipit eas conditiones;quæ sunt contra naturam ipsius; quia si hoc esset , operaretur contrarium eius, quod intenderet operari ipse iurans , quod est actum cõfirmare. sed quod pos-

sit

sit præstari interesse, vel æquipollês, istud est venire contra promisionem in indiui duo factã de illa, vel illa re præstãda: ergo multo magis est venire contra iuramentũ cuius intentio vel virtus fuit illam promisionem in indiuiduo, & specifice obseruare. Cum ergo per iuramentum voluerit ipse iurans dictam promisionem specifice obseruare, non potest dici, quod intelligatur, secundum illam qualitatem, quæ erat contra naturam promisionis;
20 † quia sic inducta ad vnum finem operentur contrarium: quod esse non debet. l. legata inutiliter. vbi Ias. de leg. 1. & in l. si mihi. §. in legatis. eod. titul. l. quod fauore. C. de legi. & ita respondet Crauett. ad supradictam regulam. in cons. 102. colu. 3. nume. 7. cum pluribus sequent. & refert etiam Anto. de Gabriel. in ti. de iureiurã.
21 conclus. decima. † Non obstat, quod iura mentum, quantumcumque generale, debeat intelligi secundum mentem iurantis, quia illud procedit in foro conscientiæ; non in foro contentioso, cap. quęcumque. 22. quæst. 5. cap. qui peierare. ea. q. & causa. c. humanæ aures. ibidem. & c. 1. de iure iuran. in sexto: nam in foro contentioso iuramentum intelligendum est secundum communê, & proprium intellectum verborum, quem eorum significatio ostendit l. librorum. §. quod autem Casius. de leg. 3 c. ex litteris. de sponsali. & tradit Couarru. in cap. quamuis. de pact. in 6. §. quintus in prima parte. Secundo principaliter p hac parte contra communem adducitur Gl. in terminis in ca. ex rescripto. in Gl. fi.
22 fi. de iureiurand. vbi expresse dicit, † quod promittens factum alienum cum iuramẽto non est periurus, si fecit quidquid potuit. & ita etiam per plura exempla docet Dec. in l. imposibilium. de regu. iur. & in l. qui potest facere. eo. tit. Affli. decis. 295. vbi est etiam additio Gramma. & idem Gramma. decis. 101. num. 82. & in quæst. 2. quæ est post eius decis. Maran. in sua di sputa. 7. Marsi. in rub. de fideius. num. 155. Nec dicatur; quòd istud est verum in pro misione facti alieni; secus in promisione
23 facti proprij; † quia difficultas excusat a periurio. tex. est in cap. breui. & in ca. ego enim. & in c. querelam. & ibi Abba. & Felyn. de iureiurand. quia Deus solus animũ iurantis respicit. cap. si quid inuenisti. 14. q. 5. Accedat etiam, quod iuramẽtum est benigne, & non amare interpretandũ, & taliter, vt cesset omnis fraus. Gloss. est per Docto. recepta & approbata in capit. ex parte. el secundo. de cleri. non resi. Quid dicen.? Respondeo communem opinionem sequendã esse, quæ probatur expresse in cap. debitores. de iureiurand. ad quem non potest commode responderi, vt ex in fra dicendis apparebit: quidquid Bart. in d. l. amplius. rem rat. hab. censuerit, & alij supra allegati, quorum sententia est communiter reprobata: vt per Gozad. in con sil. 32. numer. 16. & hoc propter priuilegium iuramenti. & ratio videtur esse secundum Felyn. in d. cap. ad nostram. colu. penult. in fin. de iureiuran. quia obseruare iuramẽtum in alia forma, quam in ea quæ iuratum est, dicitur esse commutare iura-
24 mentum † de vno in aliud; quod tamẽ nemo facere potest auctoritate propria, etiã in melius, vt ibi per eum: qui dicit se putare hanc rationem numquam audiuisse. contra eam tamen videtur facere; quia quando soluitur interesse, vel promisio impletur per ęquipollens, non dicitur cõmutari iuramentum propria auctoritate; sed auctoritate legis hoc permittentis. d. l. stipulationes non diuiduntur. versi. Celsus. de verborum obligat. l. 1. de pign. acti. & capitulo cuncta. de pignori. sed soluendo rationem Felyn. potest ad hoc dici; quod vtique diceretur commutari iuramentum auctoritate legis, si lex ciuilis haberet potestatem dispensandi super iu
25 ramento, † sed cum iuramentum sit quid spirituale, cap. fin. de for. compe. in 6. c. nouit. de iudici. c. venerabilem. de electi. &
26 c. vlt. 22. quæstio. prima. † lex ciuilis ad illud suam potestatem non extendit, nec super eo quidquam statuere potest, iuxta ea quæ habentur & notantur in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constituti. in cap. fi. de

reb.

reb.Eccleſ. non aliena.Român. in conſil. 12.colum.1.verſ.aut talis conſtitutio.Barto.& Docto.moderni. in l.omnes populi. de iuſt.& iur.Bal.Saly.& Corn.in Auctẽ. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſ.vend.& idem Corn.latiſsime in conſ.7. colum.6. & ſequen.volum.2.Abba.in ſuis quæſtio. in quæſtio.2.num.5.Sozi.in l.frater a fratre.colum.penult.poſt nume.37.de cond. indebi. Alexan. late in conſ.18. colum.2. & 3.vol.6. Et eſt communis opinio, vt p Grat.lib.1.reſpon.41.num.15.reſpon.47. colum.1. & Viui. in verſ.ſtatutum mulierem Bolog.in conſi.31.colum.2.ver.præ-
27 terea dato.† Et videmus, quòd ſi extat ſtatutum,quod omnes cauſæ compromittantur, tale ſtatutum non comprehendet cauſas ſpirituales:vt per Roman.in conſil. 290.& eſt ratio; quia laici ſunt inferiores qui non habent poteſtatem in ſuperiores cap.cum inferior.de maior.& obedi.l. minor autem de minoribus.Docto.in l.omnes populi.de iuſt.& iur.& iſta etiam ratio militat,tam circa ſubſtantialia, quàm circa accidentalia; & ideo hoc pertinet ad ius canonicum,vt not.in cap.tuam.de ord. cogn. & in ca.lator.qui filij ſint legi. Cum itaq; ſit defectus i poteſtate,deficiẽte potentia, deficit omne fundamẽtum, quo ſublato omnia ruunt. cap. cum Paulus.1.q.1.ita in ſimili dixit Corne.in conſ. 194.colum.3.verſ.nec obſtat.volu.4.Sed adhuc replicari poſſet contra Fely. quod quamuis lex ciuilis nihil poſsit diſponere ſuper iuramento;tamen hoc eſt verùm directe & immediate; ſed indirecte vtique
28 poteſt.†Et ideo ſi ſtatutum diceret,quod in contractu mulierum, vel minorum debeat interuenire certa ſollemnitas, & ea non interueniente, contractus præſumatur doloſus;tunc iuramentum illud operatur;quia non directe, ſed per indirectum dicitur ſtatutum diſponere ſuper iuramẽto.ita voluit Roman.in conſ.12.columnã 2.ad fin. Paul.de Caſtr.in conſi.314.colu. fin.nume.7.volum.1.& Barto.& Doctor. in d.l.omnes populi. de iuſt. & iur. Curt. iun.in conſi.118.num. 7.& hoc eo magis dicendum eſt propter æquitatem, quæ ſuadet,compenſationem fieri poſſe. & eſt defenſio a iure inducta:vt per Grat.lib.1.
29 reſpon.121.nume.13.† Suadente autem æquitate,ſtatutum poteſt diſponere circa iuramentum, vt concludit Roman. in d. conſ.12.in prin. Accedat etiam, quia quã uis, quæ diuini iuris ſunt, non poſsint ex toto tolli.l.nam magiſtratus.de arbi.tamẽ poſſunt diſtingui, & in certis caſibus limitari,& interpretari,ſecundum Roman.in eodem conſ.12 & not.in c. quę in Eccleſiarum.de conſti.& in cap. nouit. de iudi. cum ſimilibus adductis per Ioan. Lup. in repe.c.per veſtras.§.ſed ſi filia.num.17.de dona.int.vir.& vxo.vbi propterea conclu dit valere ſtatutum,quod in contrahẽdo matrimonio requiratur conſenſus parentum.quinimmo dico,quod etiam iuri diuino poteſt ſine cauſa derogari, quando hoc non cõtingit principaliter,ſed in cõſequentiam; vt quia derogaretur iuri ciuili, in cuius cõſequentiam veniret derogatum etiam iuri diuino:vt per Inn.in cap. 2.de vot.per illum tex. ſequitur Ruin. in conſi.38.colum.penult.in prin. nume.22. volum.1.Ideo autem in tali caſu iuramẽtum non operatur, quia ſtatutum præſumit contractum doloſe initum: quo caſu talis dolus,quamuis præſumptus,habetur pro vero;& propterea conſequenter ſequtur,quòd infringat iuramentum;quia vbi eſt dolus vel fraus,nihil poteſt operari:vt per Abb.in cap.cum contingat. colum.2.
30 num.3.de iureiuran.† Et in tali caſu limitatur regula,quæ dicit, Quod vna via prohibetur,alia non debet permitti.vt l. magis puto.§.ſi pupillus.de reb.eo.l.ſi rei.qui peta.tuto.quia non procedit, quando eſt diuerſa ratio inter prohibitum principaliter,& illud, per quod ad ipſum peruenitur:ſed ſuccedit reg l.liberorum.§.1.cum Glo.de his,qui not.infami.& ita limi.Signo.conſi.45. ſicut etiam limitatur nõ ꝓcedere,quando illud, quod prohibetur a iure,prohibitum eſt odio facientis actũ: vt per Alexand.in conſi.151.colum.4. nume.12.volum.7.vbi dicit etiam,quod ci-

ues ciuitatis habentis tale statutum, indirecte infringens iuramentum, si contrahunt postquam illud iuramentum receperint, videntur illud remittere; & ideo non obligare; cum illi, tamquam vnus de ciuitate, cōsenserint in dictum statutum. vnde quamuis postea recipiant, videntur remittere, vt ibi per eum, quod est pulcrum dictum. Colligitur itaque ex prædictis, quòd lex ciuilis potest statuere & disponere indirecte circa iuramentum, prout etiam circa alia spiritualia. & ita etiam statuta quotidie disponunt circa prædicta. & patet etiam in matrimonio, circa quod quamuis laicus non posit co hercere facultatem illud contrahendi; quia matrimonium debet esse liberum. l. Titia. cum ibi not. de verb. obli. & c. gemma. de sponsali. tamen potest pœnam priuationis lucri a lege delati imponere cōtrahenti certo modo matrimonium. Glo. in d. c. cum secundum. in ℣. certoque casu. de hære. in 6. cum concordan. adductis per Brun. in suo tract. de statu. fæmi. a suc ces. exclu. articulo 1. q. 2. col. 2. & prædicta omnia nunc applicando ad casum nostrum, dico, quòd quando lex ciuilis disponit compensationem loco solutionis haben. vel obligatum liberari præstando interesse, nihil directe disponit circa iuramentum; sed solum disponit super eo, quod ab eius potestate dependet: vnde quamuis in obligatione interponatur iuramentum, nihil refert; quia dato, quod lex velit adhuc posse compensari, vel præstari interesse, iuramento non obstante, hoc facere potest; quia nihil disponit, nisi per indirectum circa iuramentum. vnde quando iurans loco solutionis compensat, vel præstat interesse, dicitur commutare iuramentum auctoritate legis, hoc permittentis. Et quòd posit per indirectum lex vel statutum disponere contra iuramentum, tradit Rui. in consi. 51. col. 3. nu. 8. vol. 1. quod videtur contra prædictam rationem Feli. in d. c. ad nostram de iureiur. Sed certe, si recte consideremus, hęc nihil faciunt; quia, quod attinet ad casum nostrum; lex ciuilis, neque directe, neque indirecte disponit circa iuramentum; quia quando permittit compensari, vel præstari interesse, nihil dicit de iuramento; sed tantum permisiue loquitur, concedendò & permittendo fieri posse compensationem: quę tamen permisio tollitur per iuramentum. quod si in promisione, vel obligatione est interpositum; tunc talis obligatio non comprehenditur, per ea quæ dicit Aret. in consi. 22. col. 3. versi. venio ad secundum. & late dixi supra in priuilegio 22. Præterea non est verum, quòd statutum posit, etiam indirecte statuere circa iuramentum, faciendo de eo expressam mentionem. & si statuat nihil valet; secus, si de iuramento nihil dicat; quia indirecte posset statuere. & ita declarat Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. col. penul. versi. septimus casus. de constit. quod etiā refert & sequitur Rui. in d. consi. 51. col. 7. nu. 22. vol. 1. vnde in casu nostro, si lex diceret compensationē fieri posse, non obstante iuramento, nihil valeret, per prædicta. si vero nihil dicit de iuramento; tunc iurata dispositio non continetur in generali prouisione legis, sicut proxime dictum fuit.

Resultat itaque ex prædictis vera & cōmunis conclusio, iuramentum esse pręcise seruandum. Nec obstat illud, quod supra diximus in contrarium, dum voluimus de mente Glo. & aliorum supra allegatorum, quod promittens factum alienum cum iuramento, non sit periurus, quamuis non præstet, quod promisit; si tamen fecit suum posse; vt præstaret; quia ad hoc respondetur, quod est verum ex eo, quia iurans noluit aliter obligari; sed solum teneri ad faciendum posse suum,
31 vt alienum factum præstaretur. & † propterea si omnino voluisset teneri; vt quia, exempli gratia, promisisset aliquem ratifi cari facere, ita, ꝙ fecisse suum posse non excusaretur: aliàs de suo teneri voluit, & eum indemnem conseruare, casum & debitum proprium faciendo; si cum effectu ratificare promisit, periurium incurreret.

nec

nec ob id excusaretur, ꝙ suum posse fecisset. ita post alios tradunt Dec. & Cagn. in l. imposibilium. de reg. iur. vbi subdit Cagno. quòd ita sæpe vidit iudicari. & dixit late supra in priuil. 47. nume. 12. cum pluribus sequen. Et sic patet, quòd etiam in promisione facti alieni, vbi adest iuramentum, & voluntas se obligandi pręcise, non licet pręstare interesse, vel facere suum posse, vt excusetur a periurio: sed pręcise compellitur, vigore iuramenti.

Ex huiusmodi priuilegio infertur ad determinationem nonnullarum quæstio-
32 num. † Et primo infertur, quod si quis iurauit non probare solutionem, vel aliã satisfactionem aliter, quàm per instrumentum, obligatur pręcise, ita, vt non posit aliter probare. ita voluit Alexan. concordan. adducen. in consi. 102. in finali col. vol. 5.

33 Secundo infertur, † quod quamuis debitor posit soluere creditori suo de bonis suis melioribus, vt in Auten. hoc nisi debitor. C. de soluti. Tamen si iurauit soluere in pecunia numerata, non poterit aliter satisfacere, quàm numerando pecuniam: vt per Anton. de Petru. in repeti. l. 1. num. 312. de iureiuran. & sic cum iuramento potest renunciari beneficio d. Aucten. hoc nisi debitor. Et ita aliàs fuit decisum Bononiæ: vt refert Petr. Benintē. in conclusio. Bononie. 28. vbi allegat Papien. in sua Pract. in forma responsionis libelli in actio. hypothe. super Gl. in vers. exceptionem solutionis. subdens hoc intelligendum esse verum, nisi debitor probaret suam impotentiam, & non habere modum soluendi in pecunia numerata, neque se posse inuenire emptorem bonorum suorum, adhibita etiam super hoc diligentia, iuxta ea quę tradunt Barto. & alij in l. decem. de verb. obli. & Ias. in consil. 9. vol. 1. quia Iuramentum non obligat ad imposibile.

34 Tertio infertur; quia † quamuis venditor non teneatur præcise stare colono, vel conductori circa rem, prius ab eo locatam; sed teneatur ad interesse, iuxta tex. in l. emptorem. cum ibi nota. per Docto. C. locat. l. si fundus locat. & ibi Glo. Barto. Paul. de Castr. & alij. Alexand. in l. si filio. §. si vir. colum. 2. solut. matri. & Gra. lib. 1. respon. 95. nume. 29. Tamen, quando locans iurauit non contrauenire locationi, tenetur præcise stare ipsi locationi, nec liberatur soluendo interesse: vt tradit Grat. in proximo allegato respon. numero 19. & Gozad. in consil. 24. colum. 3. in fin. & dicam de hoc etiam in priuil. 158.

35 Quarto infertur: nam tu scis, † ꝙ regulariter potest fieri cõpensatio de quantitate ad quantitatem, vel de specie ad speciem, iuxta tex. l. fina. de compens. & l. si conuenerit. de pignor. actio. & Ista est communis opin. vt dicit Sozi. iuni. in cõsil. 147. nume. 4. vol. 1. Et hoc vsque a deo verum est, vt si inter partes conuenerit, ne posit obijci compensatio, talis promisio non valet; quia est contra naturalem æquitatem: vt dixit Affli. in decis. 121. est em̃ species defensionis a iure inducta, vt post alios scribit Grat. lib. 1. respon. 121. num. 13. & supra iterum dixi. Quinimmo procedit etiam, si quantitates hinc inde debitæ non essent parer: vt per Ias. in l. huiusmodi. § cum patet nume. 12. de legat. primo. & in l. cum fundus. §. seruum tuũ.
36 nu. 10. si cer. pet. † Tamen, quando interuenit iuramentum in promisione de soluendo; tunc non potest fieri compensatio; quia iuramentum præcise obligat ad soluendum Barto. in l. Iulianus. la 1. ad fi. de condi. & demon. & Docto. omnes, Bald. excep. o, in c. ad nostram. vbi Feli. colum. pen. ad fi. dicit esse communem opinionem. de iureiuran. Alexand. in consi. 91. volum. 2. Ias. in l. cum qui §. si iurauero. vbi late disputat hunc articulum. de iureiuran. Affli. decis. 163. Marsi. in singu. 208. Anto. de Petru. in repe l. 1. ver. vigesimus octauus effectus. num. 252. vbi pariter dicit communem. de iureiuran. Gozad. consi. 69. Aufred. in decis. Tholos. 1. vbi dicit ita seruari de consuetudine.

Lauren.

Lauren. de Rodul. in tractat. de vsur. in quæst. 127. & Negusan. in tracta. de pignori. & hypot. in quinta parte, secundæ partis prin. incipien. Aggredior nunc. col. 4. versi. quinto limi. Tiraqu. de vtroque retract. ti. 1. §. 3. Glo. 3. nu. 6. vbi concordan. & Alexan. consi. 91. volum. 2. Cotta in suis memoral. in versi. iuramenti religio. col. 2. in fin. & dixit Ias. in d. §. si iurauero. nume. 2. & sequen. quòd Barto. qui tenuit contrarium in l. amplius non peti. rē rat. haber. est communiter reprobatus: prout etiam dicit Gozad. in consi. 32. nu. 19. & de communi testatur Natta in cōs. 54. & Pedemo. decis. 92. nu. 26. versi. nono hanc opin. vbi plures allegat attestantes de communi. & latissime cumulando tenentes hanc partem, tradit Ant. de Gabrie. in ti. de iureiu. conclu. 7. vbi dicit magis communiter esse receptam. & Viui. in versic. compensatio. & in verbo Iuramentum, versic. incipien. Promittens soluere. pro qua communi opin. multa adducuntur. Sed antequam ego deueniam ad argumenta, & rationes Doctorum, quia intendo plenissime examinare; † Præmitto, q verbum, Soluere, simpliciter prolatum, habet duplicem significatum. s. strictum pro actuali solutione, seu numeratione; & latum pro qualibet satisfactione, ita, q etiam satisdationem comprehendere pōt, nisi adijciatur quantitati, & pecuniariæ præstationi. l. si rem. 5. omnis. de pigno. acti. l. solutionis verbum. & l. satisfactionem. de soluti. Cagnol. in l. nemo dubitat soluendo videri. de reg. iu. Hoc præmisso, pro hac parte, quæ cōis est q. s., pter iurm nō posit obijci compensatio, sicut sæpe diximus, primo adducitur supradicta cōis conclusio, seu priuilegium nrm, de quo in præcedentibus sermonem habuimus, quatenus conclusimus cum Doctoribus magis communiter, quòd iuramentum obligat quem præcise ad id q promisit: ergo si quis promisit soluere, nō potest compensare; quia diuersa sunt, & vnum non est alterum. l. si idem. C. de codicil. Sed in disputando tenen. contrariū,

37

ad hoc faciliter respōdetur, quòd immo, qui compensat, dicitur soluere; tum quia solutio, & compensatio ad paria iudicantur, vt dixi supra, allegando Paulum de Cast. in consi. 317. col. 2. in princ. volu. 1. nu. 11. huius nostri priuil. per l. si peculiū. §. 1. de statu lib. qđ dictum etiam sequitur Grat. lib. 1. resp. 121. num. 11. licet non ex toto, propter cōem opin. in contrarium; tū ēt, quia qui iurauit soluere, nihil aliud iurauit, nisi satisfacere. i. liberare se ab obligatione; quia solutionis verbum oēm quoque satisfactionē cōprehendit, vt dictū in præmisso & probat expsse. in l. solutionis verb. de ver. sig. Nec obstat diuersitas nominum; quia regula non procedit, quando vnum nomen accipitur, tamquā genus; aliud vero, tamquam species; quia tunc vnum potest in alio cōtineri, & quo ad effectum, non differre, vt patet in dicto verbo solutionis, quod capitur in genere, & sub se comprehēdit compensationem, quæ species est solutionis; & quando quis iurauit soluere, iurauit etiam compensare; quia sub illo verbo comprehenditur, vt dictum est. facit tex. in l. si chorus. de leg. 3. nota. in l. si causa cognita. C. de transact. & in cap. pastoralis. §. item cum tot. de offic. deleg. Secundo adducitur tex. in d. c. ad nostrā. de iureiur. vbi apertissime probatur, q si quis mutuam pecuniam acceperit, & iurauit se nullam molestiam illaturū super rebus pignori datis, donec soluerit, compensationem obijcere non potest de fructibus perceptis ex illo pignore, sed soluere compellitur. † & tamen de

38

natura pignoris est, q fructus percepti ex pignore cōputētur in sortem principalē, atq; ipsam extenuent. l. 1. C. de pigno. acti. l. 1. C. de distracti. pigno. l. 2. C. de part. pigno. l. ex prædijs. C. de vsur. c. conquestus. de vsur. c. cum contra. & c. cum illo. de pigno. & per Grat. lib. 2. resp. 86. post nu. 2. cum simili. † Quinimmo, si creditor fructus, quos ex pignore percepit, nō cōputat sibi in sortē debitam, dicitur cōmittere vsuram, vt deducit Couar. in c. quāuis. de pact. in 6. in 1. par. §. quartus. post nu. 8.

39

Sic

40 † Sic in simili dicimus, q hrs, qui fructus percepit ex re fideicommissaria, computat sibi illos in Trebellianicã; quia illos diceret pcipere ex re aliena, & locupletaretur de alieno. Gl. & Doct. in l. in fideicom mis. ad Trebel. & in l. qđ de bonis. §. qđ auus. vbi ēt Bar. ad legem Fal. vbi dicit esse commune dictum. idē voluit Ias. in cõ silio 108. Craue. late disputando in consi. 16. in vltimo dubio. Cum itaque Summus Pontifex in d. c. ad nostram, vult, q non possit compensare; manifeste sequit iuramentum impedire compensationem; quia in specifica forma seruari debet. c. de bitores. de iureiurã. & supra diximus. Ad hunc tex. respondetur per tenentes cõtrariam partē multis modis. Et primo, quòd ideo ibi non potest fieri compensatio; qa debitor iurauit nullum creditori grauamen inferre, donec solueret sibi pecuniã. & sic tacite iurauit non cõpensare, ex quo sciebat fructus fore per creditorem recipiendos; & tñ iurauit se pecuniam soluturum, quo fit, vt iurm videatur interpositũ fuisse super compensatione non facienda & ita rñdet ibi Abb. col. 3. ver. sed opinio nostrorũ Doctorũ. & sic ibi specifice actũ fuit per iurm, quod non obijceretur compensatio: vt ibi dicit nuncupatim Imo. & istam solutionem dicit communem, & veram Pedem. decis. 92. nu. 27. supra alleg. Contra eã tñ facere videtur: nam quamuis ibi iuratum fuit pecuniã solui, nec ullum grauamen inferri, donec soluere ipsa (inquã) pecunia: nihilominus cõpēsando dicitur solui. & non intelligitur, ppterea grauamen aliquod inferri, cum suo iure vtatur, arg. tex. l. nullus videtur. de reg. iu. Et est ratio, quia quando debitor iurauit nullum grauamen inferre, intellexit de grauamine omnino illicito & iniusto; non autem de legitimo. Glo. in cap. illud 31. quæst. 1. & facit tex. in c. petitio. de iureiu. & quod de iure sibi competere sciebat, † cui non est verisimile voluisse renũciare. l. Aurelius. §. Caius. de libe. leg. Gl. in l. si seruum. §. prætor. de acqui. hæredi. Corse. in suis notabil. in ver. molestia. cũ
41 (at "bat,")

alijs, quæ adducit Couar. in d. c. quamuis. in prima parte. §. 4. post nu. 10. de pact. in
42 sexto. facit pro hoc; † quia si quis iurauit satisfacere sine aliqua exceptione, intelligitur de iniusta; non autem de iusta quã obijcere poterit. cap. ex parte. el piccolo. de offi. dele. Bar. in l. 1. quod vi aut clam. tradit Roma. in consi. 211. colum. 2 versi. sed pro clariori, vbi propterea dixit post Bal. in l. 1. C. de vsufru. & in l. cum quid.
43 si cert. pet. quod † si proprietarius promisit non molestare vsufructuarium, nihilominus ab eo petere poterit, vt præstet cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri; quia hoc venit ex natura rei. L.
44 quæro. § inter locatorem. locat. † Et quia verba sunt reducenda ad causam honestatis. l. vt gradatim. §. sed & si lege. de mune.
45 & hono. † & alibi dicitur, quod si testator grauauerit hæredem, ne molestare habeat fideicomissarium, poterit tamen ab eo exigere quartam Trebellianicam, vt voluit Imol. in l. si paterfami. prope fin. de hered. insti. quia Verba sunt ciuiliter in-
46 telligenda † & ideo videmus quod si aliquid faciendum est, appellatione remota per talem clausulam, intelligitur solum remota iniusta, & friuola appellatio, vt deducit Roma. in d. consi. 211. vbi supra. tradit quoque Bar. in l. 1. §. fin. a quib. app. non li. Ias. in l. 3. §. si is pro quo col. 1. quod quisq. iur. & propterea non excludit appellationem interpositam ex notorio grauamine. Abb. in c. inter ceteras. col. 2. de
47 sent. & re iudi. † Et si quis vigore statuti, non possit opponere aliquã exceptionē, tamen erit intelligendum de friuola: nõ aũt de ea, quæ sit legitima, & de iure proponēda. l. 1. §. 2. quod vi aut clam. cum alijs allegatis per Calca. in consi. 89. Et quamuis quis eodem statuto prohibeatur facere defensionem: tamen intelligendum venit solum de friuola atque inani defensione, nõ autem de iuridica ac legitima; quia non est verisimile de hoc sensisse statuentes; cũ quælibet dispositio, etiã iurata, debeat reduci ad causã honestatis, & ciuili modo interpretandam, & a contrahentibus, vel disponen-

disponentibus verisimiliter excogitatam. Abb. in c. ad hæc. nu. 5. & in c. directe. nu. 4. de appella. & ibi additio. Et propterea, si quis iurauerit accipere aliquam mulierem in vxorem: non tamen tenetur eam accipere sine dote; quamuis de dote tempore præstiti iuramenti nihil di-
48 ctum fuerit. † quamuis enim possit esse matrimonium sine dote, l. fin. C. de donat. ant. nup. tamen non est ęquum, nec honestum; & ideo tacite intelligitur venire ex natura actus. ita Ioan. Lup. in repeti. c. per vestras. post nota. ver. amplia ri etiam possunt. col. 1. de dona. int. vir. & vxor. & prædicta ęo magis videntur procedere; † quia renũciatio est stricti iuris. Roma. in consi. 158. Dec. in consi. 379. &
49 consi. 618. ad fin. & facit tex. & ibi Glo. & Doct. in l. si domus. de serui. vrban. prędio. & ideo debet intelligi, quod solum renunciauerit non inferre molestiam de facto; non etiam quæ de iure fieri potuit, cui nõ creditur renunciasse. Ceterum, quamuis prædicta videantur satis probabilia: ego tamen arbitrator illa non esse vera, & cõsi derationem Couar. nullius momenti. mo ueor per regulam iuris vulgatam, † quæ dicit verba esse intelligenda, de iure, &
50 non de facto. l. conficiuntur. in fin. princ. de iure cod. & Insti. de codici. ad fi. ĩ prin. Aret. in consi. 18. col. 2. ver. secundo. Ias. in
51 l. 1. nu. 5. C. de his quib. vt ind. & ideo, † si quis dixerit contra aliquem, se velle vlcisci de eo, non intelligitur, quòd se velit vlcisci de facto, sed iure mediante: vt per Craue. in consil. 9. nu. 20. vbi ponit etiam alia exempla. & consi. 244. in fin. & procedit etiam, si secutum fuerit postea delictũ in personam eius, cõtra quem talia verba sunt prolata: vt per Io. Lup. qui alios allegat, in repet. rub. de donat. int. vir. & vxo. §. 7. num. 8. & est ratio, quia Verba intelliguntur de iure, & non de facto. Cum itaque in casu d. c. ad nostram. debitor iurasset non inferre molestiam, debet intelligi de molestia, prout iuris seu ab ipso iure considerata; non autem de molestia facti, quam absque aliqua promissione tenebatur non inferre. & ideo, vt iuramentum habeat aliquid operari, debet intelligi de ea molestia, quam aliàs sibi de iure
52 permissum erat inferre, † vt verba aliquid operentur, id est, ipsa promissio cum iuramento. l. si quando. de lega. 1. l. 1. §. non autem. de flumi. l. 1. in prin. ad lege. Falc. Et ideo dicitur satis ad propositum, quòd si in inuestitura sit adiectum pactum, vt non possit feudum alienari, censebitur etiam prohibita alienatio, quæ aliàs de iure fieri potuisset, vt verba aliqd operẽtur. Bal. in c. 1. §. præterea. in princ. de ca. Corradi. cuius meminit. Dec. in c. quæ in ecclesiarum col. fi. de consti. Et similiter legatum intelligitur esse ademptum, etiã in illis casibus, in quibus de iure liceret illud consequi, vt verba aliquid operentur; & censetur sublatum id, quod a iure permittebatur. dixit Grat. lib. 2. respon. 69. nu. 18. & 19. Idem ergo concludendum est in d. c. ad nostram. vt per illud iuramentum censeatur sublata molestia, quæ aliàs a iure permittebatur posse inferri, vt aliquid operetur. Nec ad rem pertinet, non esse verisimile renunciasse iuri sibi competenti; quia respondeo, ꝙ hic non dicitur renunciasse, sed solum ad tempus remisisse: nam debitor iurauit solum non inferre aliquod grauamen, donec pecuniam solueret: qua tamen soluta, agere poterat ad restitutionẽ fructuũ perceptorum; quia vltra illud tempus nõ se obligauit. l. 2. & l. si quis ex naufragio. de incend. rui. & nauf. l. idem iuris. de pi-
53 gno. l. si duo. & l. fi. de admi. tuto. † in quibus iuribus dispositio, limitata respectu certi temporis, vltra illud nihil disponit.
54 & ideo dicitur, † ꝙ fideiussor, qui promisit pro certo tempore, non tenetur amplius, dicto tempore elapso: vt per Grammat. siue alium inter eius consilia, consil. 66. nu. 62. in ciuili. quia Paciscens ad tempus, post tempus videtur pacisci contrarium; dixit Corne. in consi. 117. colum 3. volum. 4. per tex. in l. eum qui ita. de verb. obligat. Et si procurator est constitutus ad certum tempus, si fuit lis contestata; &

postea

postea ante litē finitam tempus præfixum præterijt, non poterit postea prosequi, etiā si aduersarius voluerit. Paul. de Cast. in consi. 104. colum. 2. num. 2. volum. 1. & officialis, qui tenetur infra octo dies stare ad sindicatum, elapsis illis diebus, amplius non tenetur, vt per Corne. in consi. 5. colum. 2. in princip. volum. quarto. Et si partes fecerunt inuicem refutationē & quietationem, de omnibus, & singulis, quæ hinc inde peti possent, vsque in præsentem diem, eo elapso a contrario sensu de his, quę post dictam diem peti possent, non intelligetur facta quietatio, & liberatio. idem Corne. in consil. 102. in fine. volum. quarto. vbi propterea dicit, quod per hæc verba non censetur remis-
55 sum ius fideicommissi cōditionalis. † Et venditor, cui promissum est retrouendi per emptorem infra certum tempus, eo quidem elapso, non poterit amplius emptorem compellere ad sibi retrouendendum: vt per Bald. in l. 2. in 9. quæst. C. de rescind. vend. Ange. in consil. 199. Sozi. in consil. 241. colum. 16. volumine 2.
56 † Nam sicut, quando aliquid est concessum ad tempus, post tempus censetur prohibitum. l. statu liberum. §. Stichum, de lega. 2. l. pater. §. fundum. de lega. 3. l. si vnus. §. si cum reo. & l. epistolam. §. fina. & ibi Paul. de Cas. de pact. & tradit Bal. in l. ob seruare. §. ꝓficisci. ī tertia quæstione de offic. procon. & lega. Dec. in cons. 419. nu. 8. & Bertachi. in suo tractatu de episcopo lib. 1. par. 1. nu. 11. Natta in cons. 492. n. 2. & Goza. in cons. 38. col. 2. vbi ꝓpterea infert, ꝙ cū statutū feminas ad successionē nō admittat, extantibus masculis, & sic de tēpore, quo masculi ipsi extant; illis quidē non existentibus, admittuntur. & tale argumentū dicitur sumi a contrario sensu, vt idem Gozad. late demonstrat in consi. 81. Ita ex contrario, quando ad certū tempus aliquid est prohibitum, post illud debet censeri permissum, vt contrariorum sit eadem disciplina. Institu. de his, qui sunt sui vel alieni iur, in princip. cum
57 vulg. † Nam dicitur, quod tempus, determinato modo prolatum, alterius temporis non recipit functionem: vt per Bal. eleganter in c. licet. de suplen. negli. præla. & alibi habetur, quod qui de vno tempore ponit, de alio videtur negare. cap. non ne. de præsumpt. & est in argum. tex.
58 in l. cum prętor. de iudi. † & ideo alibi idem Bal. dixit in consi. 154. vol. 1. quod consultor qui habet consulere super aliqua cā infra viginti dies, si cōsuluit vltra tempus, & sñia inde feratur ex dicto, scili
59 cet, consilio erit vtiq; ipso iure nulla. † sic in simili dicitur de cōpromisso: nā si laudum latū sit vltra diem, de quo in cōpromisso, est nullum ipso iure, l. 1. in fi. vbi omnes. C. de arbi. l. non distinguemus. § compromisso. §. dies. & §. fi. cum l. sequent. & l. arbiter ex compromisso. l. si vnus dies. §. si intra & l. si de meis. de arbi. Voluit Specu
60 la. in ti. de arbi. §. finitur. † Idem quoq; videmus in sententia, quæ si lata sit vltra tēpus a iure statutum, id est, perempta instātia, est ipso iure nulla, l. properandū. C. de iudi. Alexa. in cons. 42. vol. 3. cons. 83. eo. vol. cōsi. 136. vol. 2. & consi. 4. vol. 4. Accedat etiam prædictis quod dici solet, dispo
61 sitionem † inductam respectu certæ qualitatis; & remota qualitate, remoueri etiā dispositionem. l. peculium. §. quadrigæ. de lega. 2. l. quod tamen. §. quadrigę. quibus mod. vsus. ami. l. si id quod. ꝓ soci. l. in delictis. §. si extraneus. de noxali. l. emācipatū. de senat. l. ingenuum. de stat. homi. & l. 3.
62 in princi. de nego. gest. † Et est ratio; quia dispositio censetur emanasse propter illam qualitatem. Abb. in cons. 115. colum. 2. in princip. par. secunda. & ideo Paul. de Castr. in consil. octauo. colum. fin. volum. 1. dixit, quod stante statuto, vel consuetudine, quod bona comitatiuorum debeant describi in libro communitatis, in quo sunt comitatiui, intelligi debet, nisi desierint esse comitatiui; vt quia fuerint effecti ciues ciuitatis. Sic ergo, vt ad propositum nostrum reuertamur, dicendum est, ꝙ illa promisso de non inferendo molestia; donec pecunia fuisset exsoluta; qnia dicebatur facta cū illa qualitate, illa qui-

dem cessante, debet cessare promissio. & ista fuit intentio iurantis. Ex prædictis ergo resultat clara decisio & conclusio, qđ iurans non renunciauerit iuri sibi compe tenti, sicut asserebat (& male) Couarru. cum solum ad tempus fuisset remissum ius excipiendi contra creditorem. Et insuper dicta Couarru. impugnatio contra communem solutionem confunditur ex traditis per Nattam in consi. 573. num. 4.
63 ad quem me remitto. † Et quia etiam, cum fuisset promissum, nullam inferri molestiam, talis promissio vniuersalis negatiua omnem casum excludit. l. nemo. §. nulla. de reg. iur. l. a nullo. C. de fer. l. nulla. C. de legi. & l. nemo. de leg. 1. cũ simili. concludo verã esse cõem solutionem. Mihi etiam vltra prædictos Doct. vr̃ qđ vere & realiter responderi possit, qđ ideo in d. ca. ad nostram. non possit obijci cõpensatio; quia iurauit soluere mutuam pecuniam: & sic Solutionis verbũ fuit adiectũ quãtitati pecuniariæ: prout dicebã in
64 præmisso: † solutam aũt pecuniam intelligimus vtique naturaliter, si numerata sit creditori, vt expresse inquit tex. in l. solutã de solu. Alci. in l. liberationis verbũ. de verbor. signifi. & ideo si iurans potuisset compensare, nõ diceretur soluisse; sed potius satisfecisse; vel soluisse, iuris tamen interpretatione. & sic solutio diceretur fa
65 cta ciuiliter; non autem naturaliter. † Et verba in dubio intelligi debent naturali modo; non ciuili l. fin. de his qui ve. ætat. impe. & ibi concordan. Glo. in cap. susceptum. de rescrip. in sexto. Gram. consi. 5. nu. 4. & consi. 105. nu. 11. in ciuili. & propterea Bald. in l. si arrogator. de adoptio. dixit, quòd licet filius legitimus & naturalis detrahat duas quartas: non tamẽ intelligitur, vt hoc locum habeat in arrogato; quia filij appellatio de naturali intelligitur. Et similiter stante statuto, quòd extantibus masculis fœminæ non succedãt, de masculis tantum naturalibus erit intelligendum; non de legitimatis. de quo habes late per Brun. in suo tract. de statu. fœmin. a succes. exclu. articu. duodecimo. in quarta quæstio. Tertio respondetur ad d. c. ad nostrã. secundum Sozi. in l. Iulianus. col. pen. ver. tu secundo considera. de cõdi. & demon. & sequitur Pedemon. decis. 92. ꝙ ibi solutio non fuit in obligatione iuramenti; sed tantum in conditione; quia iurauit non molestare, donec solueret. & sic ipsa solutio fuit posita in conditione; non in obligatione: quæ solutio est eadem cum prima; quia promissio de nõ inferendo grauamen, continet promissionem non cõpensandi, antequã solueret; & consequenter renunciationẽ compensationis, cum iurõ. Quarto respondetur, ꝙ ideo ibi non est locus compensationi, q̃a nõ erat liquidũ, quot fructus, & redditus ex pignore forent percepti: vnde succedit, ꝙ non potuerint in compensationem
66 venire; † q̃a De illiquido ad liquidũ nõ fit cõpensatio, l. si debeas. de compens. no. Bar. in l. frater a fratre. de cód. ind. & in l. auferẽ. §. qui cõpẽsationẽ. de iure fis. Abb. in cap. 2. deposi. Corne. in consi. 169. post prin. vol. 1. Sozi. consi. 23. vol. 1. Alexand. consi. 64. & consi. sequen. vol. 4. vbi dicit esse communem opin. & istam solutionẽ sentit Affli. decis. 381. nu. 6. & clarius Couarru. in d. c. quamuis. de pactis. in 6. §. 4. in fi. in prima parte.
67 Et † liquidum dicitur esse illud, quod, quacũque exceptione opposita, tergiuersarij non põt. & ideo si in dubium retricari potest, non dicitur liquidum, l. diuus. de offic. præsi. Ange. in l. 1. de transa. vbi dr̃, ꝙ licet sñia, quæ executionem meretur, vel instrumentum quarentigiatum, possit cẽseri res liquida; si tamen possibile sit aliquam posse opponi exceptionem, non di
68 ceretur liquidum. † & super eo posset fieri transactio, quæ super dubijs fieri debet: prout habetur in l. si causa cognita. C. de transa. & per Ang. in l. ampliorem. C. de appella. Sozi. in consi. 4. & consi. 51. col. 2. vol. 1. Cũ ergo, quot fructus essent percepti, in dubiũ reuocari posset, vt de se patet, cũ cõsistat ĩ facto, nõ erat res liquida; & ex consequenti ẽt non poterat obijci compensatio. Ista solutio redditur dubitabilis;

69 bilis; † quia, quamuis non diceretur res liquida; tamen quia erat breui liquidāda, idem debet iudicari, quod de re omnino liquida, d.l. aufertur. §. qui compensationem. & ibi Bar. not. de iure fisci. & sequit Alex. in consi. 93. vol. 4. dicens esse cōem, cū alijs adductis in Pedem. dec. 92. sępius
70 allega. nu. 36. Sed potest replicari, ꝙ immo, quantum ad effectum compēsationis opponendæ, ēt si statim posset fieri liqdatio, nō admittit cōpensatio: vt per Bar. in d. §. qui cōpensationē. & Abb. in d. c. 2. de depos. Et qdquid sit circa hoc ꝯcludēdū, illud nō est inficiādū ī casu. d. c. ad nr̄am. fructuū perceptorū liquidationē nō ita breui fieri posse, vt cōpensatio merito deberet admitti; ex quo per testiū examinationē ꝓbatio erat facienda, q̄ nō est oīno expedita; cū plura requirant, de quibus ꝑ Nattā in cōsi. 510. & cōsi. 536. n. 5. Tertio adducitur tex. in c. debitores. de iureiur. vbi quamuis vsuræ omni quidem iure, & præsertim canonico, sint prohibitæ; si qs tamē eas soluere iurauerit præcise, cōpellitur proprium obseruare iur̄m: est enim hoc regulare, vt quis possit præcise cogi ad factū præstandū, quod promisit. c que relam. & ibi Anto. de Butr. ne prælat. vic. suas. Gl. in l. si pecuniam. in ver. necesse. & ibi Alex. & cōmuniter Doct. de cond. ob cām. & Pe. deci. 92. nu. 19. & supra etiā late deduximus in principio huius priuile. & ex hoc limitatur reg. quæ dicit, ꝙ Qui ad agēdum admittitur, multo facilius ad excipiendū debet admitti. de qua in l. inuitus. § cui damus. de reg. iur. & c. qui ad agendū. simi. ti. in sexto, propter reuerentiam iuramenti, quod præcise obligat. tradit Fed. de Sen. consi. 23. post. n. 4. Sed respondet, ꝙ in d. c. debitores. ideo non pōt fieri compensatio; sed præcise cōpellitur ad soluendum; quia nullo modo poterat impleri per æquipollens: ideo mirum nō est, si præcise compellitur soluere. & ita respondet Pedem. decis. superius allegata, post nu. 26. ver. non obstat. quæ solutio videtur posse morderi; quia satis potuisset intelligi compensationē fieri ex eo, quòd recipiens vsuras tenebatur ad illarum restitutionem: vnde poterat compensari debitum vsurarum soluendarum per iurantem, cum credito vsurarum earūdem restituendarum ex parte illas recipientis; & sic non cogi ad illas soluendum, mediāte compensatione de debito præsenti ad creditum oīno futurum. arg. tex. in l. actus legitimi. ver. nam si acceptum feratur. de verb. signi. quatenus ibi acceptilatio fieri pōt, ēt de debito conditionali, si conditio existat. sed dicendū est, ꝙ ideo cōpensationi locus esse non pōt, qa debitū vsurarū restituendarū nullū est, nisi post illarū solutionem; & ideo debitū, ꝙ nō est, compensari non pōt cū credito. arg. l. eius qui in ꝓuincia. si cer. peta. Quarto adducitur
71 tex. in c. breui. de iureiu. † vbi difficultas excusat iurantē a periurio. & idem dicit Feli. per istum tex. in d. c. ad nostrā. eo. ti.
72 † Sic & difficultas excusat a mora, vt l. qđ te. vbi no. si cer. peta. l. cōtinuus. §. fi. de verbor. obl. l. 2. ad legem Rhod. de iact. Sign. in consi. 121. colum. 2. nu. 5. & difficultas multos operat effectus: de quibus ꝑ Mar. in rub. de fideiu. nu. 159. ergo a contrario sensu, cessante difficultate, debet iurans compelli ad obseruantiam iuramenti. Ad hoc pōt responderi, qđ dr̄ obseruari iuramentum, etiam compensando, arg. tex. in c. ex parte tua. & in ca. ad audientiam. de cleri. non resid. vbi iurans facere residentiam, dicitur residere, & satisfacere iuramento, ēt quando abest pro vtilitate suæ Ecclesiæ: nā in tali casu reputatur pn̄s, &
73 residens. † Quinto facit; quia nemo pōt propria auctoritate cōmutare iuramentum, ēt in melius. c. peruenit. el 2. & ibi Feli. de iureiu. & in d. c. ad nostram. Natta. cōs. 368. nu. 5. sed compensare nihil aliud est, quā cōmutare iur̄m, quia de vno facit aliud. Respo. qđ compensatio, & sic commutatio, fit auctoritate iuris canonici; nō autem iuris ciuilis; quia illud circa iur̄m nihil potest, vt supra diximus. qđ aūt de iure canonico liceat commutare iuramētum, præsertim in melius, patet: nā si qs iurauit aliquam accipere in vxorem, pōt

ingredi religionem. d.c.peruenit. el 2.de iureiur.& quamuis aliqui dicant, qđ dēt prius vxorem ducere, deinde ingredi religionem:tñ hoc non est de necessitate:vt dicit Tabie.in sua Summa.in ver.iurm.§.
74 16.in fi. quia circuitus inutiles sunt fugiē di.l.3.§.sed si debitorē. de donat. int. vir. & vxo.l.dominus testamēto.de cond.ind. l 4.§.fi.C.de arb.cū simili. & ideo dř, qđ q sic soluit,vel donat, vt statim recipiat, nihil agit l.qui sic soluit. de solutio. patet ēt in d.c.ex parte tua.& c.ad audientiam. vbi absentia vtilis Ecclesię cōmutatur cū p̄sentia,vt s̄.deductū fuit.& hoc p̄p summam æquitatē,quæ principaliter attenditur in iure canonico. & si nō posset fieri compensatio,esset ꝯ naturalem æquitatē: vt dicit Affli.in decis.121.vt s̄. ēt tactum fuit. & ideo iuramentum non potest illā impedire; quia esset contra bonos mores. Sexto confirmatur supradicta opinio.per
75 illud vulgatum dictum, quòd Quoties iuramentū seruari potest absq; dispendio salutis æternæ, seruari debet, ēt si iuranti damnosum existat.c.cum contingat.dę iureiur. cum alijs allegatis in d.Pedem.decis.92.n. 22. Respondetur eodem modo, quòd iuramentum dicitur obseruari,etiā compensando;quia dato, quòd iuris subtilitate non dicatur proprie solutio;tamē quo ad effectum eiusdem, iuris interpretatione, dicitur soluere, qui compensat, arg.d.c.ex parte tua.& d. c. ad audientiā, & Affli.in d.decis.121.
76 †Septimo allegatur;quia iuramentum operat̄,vt actus valeat omni meliori modo.l.cum pater.§. filius matrem. de legat. secundo. Sed soluere est melius,quàm cōpensare, vt de se patet: nā plus est in actu vero,quā in ficto,vt in simili dicit Bar.in l.si quis seruo. versi. quęro, numquid ius commune.C.de furt. ergo debet adimpleri soluendo; non etiam compensando.facit ad idem,quia id, quod actualiter soluitur,plus valet nomine debitoris,per ea, quæ habentur per Glo.& Docto.in l.Lucius.§.fi.ad Treb.& in l.secunda.C.de rescin.vend.& in l.per diuersas.C. de mād. vnde melius implet soluendo; quia plus valet,q̄ nomē sui debitoris. Respōdeo,ꝙ cum valeat actus,ēt cōpensando,satis est, ꝙ compensetur, & dř regulæ satis factū; vt deducit sæpius allegata deci.Pede.92. nu.31.Quod non placet; quia non ita meliori modo satisfaceret regulæ, & consequenter iuramento.& ideo dicas, ꝙ regula intelligitur,quando a principio non valet id,quod agitur eo modo, quo contrahentes agere voluerunt: nam tūc actus sustinetur, vt valeat omni alio meliori mō, quo valere pōt: sed hic a principio promissio iurata de soluēdo valuit, ēt in cōpensando;cū hoc iurans voluerit,& sciuerit sibi de iure licere: ergo nō est necessariū ad solutionē deuenire,cū vtrūq; in debitoris facultate positū esset, iuris interp̄tatione. Octauo facit tex.ī l. fideicōmissa. §.fi.de lega. 3. Sed ad istū tex. responsum fuit supra;ideo non repeto. Nono ego vltra alios pro hac parte considero: nam
77 † iurm est stricti iuris: vt per Ias.in §.fuerat.post nu.60. Insti.de actio.& Gome.in §.itē si quis postulante.post nu.18.eo ti.& per Abb.in c.clericus.n.2.de iureiu. Sed qui iurat soluere, nō vtiq; iurat cōpensare:ergo debet intelligi & interpretari stricte,vt soluat: aliàs si cōpensaret,nō p̄prie & stricte solueret:sed large & improprie. & ista stricta interpretatio ideo facienda est; q̄a est magis tuta & secura, respectu
78 animæ ipsius iurantis; quia in dubio pronunciandū est ꝯ iūrantem propter periculū animæ: vt dicit Abb.in c.ex litteris. nu.6.de sponsali. Responderi ad hoc forsitan potest,ꝙ quamuis compensatio large dicatur solutio, & loco ipsius habeatur.l. Iulianus.de condi.indebi. & l. si peculiū. §.de illo. de statu liber. tamen ideo iurās potest compensare, quia iuramentum in-
79 terpretari debet sm̄ ius: vt inquit Abb.in c.veniens.nu. 4. de iureiuran. sed de iure licet compensare; merito, &c. Sed hæc solutio nihil est; quia, si interpretaretur secundum ius, ita, vt posset compensare, diceretur fieri lata interpretatio; non aūt stricta:prout in materia iuramēti fieri debet.

bet. Ideo secundo, & melius, potest respõderi, q argumentũ procedit in foro conscientiæ, seu quo ad forum pænitentiale, in quo in dubio interpretatio contra iurantem fieri debet; secus in foro contentioso; quia interpretatio fit secundũ mentem iurantis, quẽ in casu nr̃o credendũ est
82 ita iurasse vt voluerit ẽt se posse cõpẽsare, prout sibi a iure ꝑmittitur. Decimo cõpensatio magis de æquitate, q̃ stricto iure, ꝓcedit, vt p eam circuitus euitetur, vt supra dixi, & habetur ꝑ Grat. li. 1. resp. 121. col. 2. nu. 13. vbi cõcordantię: nã & debitoris interest potius nõ soluere, quã solutũ repetere. l. 3. de compens. l. si stipulatus. de fideius. l. si debitor. de liber. leg. Gl. in l. 1. §. pen. in ver. patronus. quar. rer. acti. non det. Corn. cons. 11. col. 3. vol. 4. Sed iur̃m magis ꝓcedit de iuris rigore. vt in præcedenti argumento dictũ est; quia soluitur, & postea repetitur. c. debitores. de iureiu. vnde iurãs soluere, ideo nõ cõpensat; quia contra rigorẽ est. & cum iste rigor sit scriptus, id est, expressus ꝑ ipsam partiũ conuentionẽ, per quã promisit soluere, debet præferri æquitati nõ scriptæ sm̃ quam licet cõpensare. Glo. Bar. & Saly. in l. 1. ꝑ illũ tex. de legi. Dec. in l. in omnibus. nu. 10. de re. iur. vbi rigor scriptus p̃fertur æquitati non scriptæ. Sed ad hoc potest responderi, quòd immo etiam ęquitas, quæ in compensando versatur, dicitur esse in iure expressa; quia ius cõpensationẽ loco solutionis habẽdã esse dicit. d. l. Iulianus. de cõd. & demo. & toto ti. de cõpens. cũ itaq. ista æquitas pariter sit scripta, præferri debet rigori: vt ait Dec. in d. l. in omnibus.
83 Vndecimo facit; quia dispositio hominis intelligi debet in casu vero; non autem in casu ficto. l. ex eadem parte. §. in insulã. cum ibi nota. de verb. obli. Bal. & Imol. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthu. Imol. in l. 1. §. lex Falcidia ad legẽ Falci. & quia actus qui potest fieri vere & proprie, non fit improprie, & sic ficte, l. in rebus, in fin. & ibi Bal. C. de iure dot. Bar. in l. si is, qui pro emptore. de vsucap. sequitur Corn. in cõsi. 322. col. 2. vol. 4. Et ideo, si in contractu fiat a partibus mentio de expensis, debet intelligi de veris expensis; non autem de fictis: vt habetur per Grat. lib. 1. respon. 108. nu. 5. sed solutio est actus
84 verus; † compensatio autem actus fictus; quia compensatio est imaginaria solutio. l. si cum filio & l. 1. de compensat. Capi. decis. 167. & hinc dicitur donatio improprie. l. si quis pro vxore. de dona. inter vir.
85 & vxor. † ergo iuramentũ debet verificari in vera solutione; nõ in ficta, & interpretata: vt per Abb. in c. ex parte. nu. 2. de testi. Gozad. in consi. 32. col. 2. nu. 11. & 12. & 15. vbi dicit, quod quatenus Abb. tenet contrarium, quod immo, scilicet, iuramẽtum verificetur in casu ficto; ꝓut inquit, secundum eum in c. ex parte. de cleri. non reside. est falsum; vel si verum, non procedit, quando agitur de præiudicio tertij: Respondeo compensationem esse fictam solutionem, quantum ad formalitatem actus; sed quãtum ad effectum, nihil differt a vera solutione, d. l. Iulianus. de con-
86 di. & demon. † Et effectus debet attendi potius, quam sonus verborum, l. insulã. de præscri. verb. l. si olei. C. locat. l. si vno. eo. si mi. ti. c. constitutus. vbi Abb. col. fi. de religio. dom. Alex. in consil. 107. vol. 3. & Roma. consi. 509. & magis considerandus est effectus, quã modus, vt habetur in l. si mulier. in princ. ad Treb. & in l. si mater C. de cond. insti. Quinimo dico, quod cũ simus in contractibus, casus verus extenditur ad fictum, d. l. amplius non peti. rem rat. hab. l. stipulatio ista. in princ. de verb. oblig. & Ruin. in consi. 149. nu. 5. vol. 1 & istud ma-
87 xime procedit de iure canonico, † qđ de apicibus verborum non curat; sed tantum de effectu rerum, vt eleganter dixit Bar. in c. pen. de re iud. & facit tex. in c. dilecti. de iudi. vbi ius canonicum nõ inhęret rigorositati prout ius ciuile. quod & dixit Corn. in consi. 8. col. 3. ver. qđ de iure cõmuni. vol. 1. vbi propterea vult, libellum de iure canonico sustineri, qui alias de iure ciuili non sustineretur. Duodecimo facit; quia sententia, & iuramentum æquiparantur. l. 2. & l. sed & si possessori. §. si cũ

hæreditate. de iureiur. sed condemnatus ad factum tenetur precise adimplere, nec liberatur, si velit soluere interesse. Glo. in l. qui restituere. in ver. condemnandus. de rei vend. & ibi Bar. Ias. in §. actionum. nu. 48. Instit. de acti. sed ad hoc supra responsum fuit; ideo non est amplius repetendū.
88 Decimo tertio argumentatur, quòd † cōpensatio non potest obijci aduersus eum, qui depositum repetit. l. penul. C. deposi. l. fi. C. de compen. ad hoc respondet Couar. in d. c. quamuis. de pact. in 6. in prima
89 par. §. 4. ver. ceterum. † quòd est speciale in deposito ob singularem fidem, quæ in eo desideratur. habet enim depositū multa singularia priuilegia aduersus communes iuris regulas, quamuis ipse non dicat.
90 † Et ideo videmus, quòd quamuis pupillus alijs non obligetur, §. 1. Inst. de aucto. tu. tamen in deposito obligatur, & q̄ eum agitur l. 1. §. an in pupillum. deposi. Et quamuis alteri stipulari nemo possit. §. si quis alij. & §. alteri. Insti. de inuti. stip.
91 † tamen in deposito secus est. l. publia. in prin. deposi. & not. Glo. in d. §. si quis alij. Et quamuis instrumentum simulatum nō habeat executionem paratam, quia nihil
92 est: † in depositio tamen secus est, vt per
93 Abb. in consi. 3. nu. 12. par. † Et confitens se recepisse pecuniam, quamuis possit opponere exceptionem non numeratę pecuniæ infra triginta dies iuxta. l. in contractibus. §. super ceteris. C. de non num. pecu. tamen fallit in deposito, vt ibi notat. & quia depositum est in multis priuile-
94 giatū, † si quis simpliciter soluat alicui pecuniam, præsumitur potius depositū, quā mutuū; quia, scilicet, magis expedit creditori habere actionem depositi, quę est magis priuilegiata l. 1. C. deposi. quàm actionē stricti iuris, s. certi condictionē ex mutuo. ita notabiliter tradit Bal. in l. incendium. ad fi. C. si cert. pet. quia ergo depositum, iure quodam singulari, desiderat ac exposcit magnam fidem; & quia depositū non fit ea intentione, vt in depositarium aliquod ius transeat, in eo non habet locū compensatio. Decimo quarto facit illud, quod voluit Bar. in l. j. §. & parui. quod vi
95 aut clam. vbi dixit, † ꝙ quando statutū mandat, ꝙ contra instrm nulla possit opponi exceptio, nisi solutionis, nulla alia poterit opponi, q̄uis sit legitima; q̄a debemus inhærere statutis, quāuis duris. l. prospexit. qui & a quibus. Et illam decisionem Bar. totus mundus sequitur, vt Alc. inquit in consi. 94. col. 2. volum. 4. addo etiam Nattam in consi. 573. num. 4. vbi hoc idē sequitur. Et quamuis ipse Bar. loquatur in statuto; idem tamen esse debet in pacto iurato, propter paritatem rationis; cum vtrumque sit stricti iuris. respon deri potest, quòd istud dictum Barto. im-
96 mo non sit verum; † quia statutum, faciēs mentionem de solutione, non excludit compensationem, vt voluit Ang. in consil. 132. sequitur Alexan. in consi. 12. colu. 5. volum. 2. & Grat. lib. 1. respon. 121. nu. 18. Guid. Pap. quæstio. 209. & Bauer. in suo tract. de virtu. iur. in 33. effectu. & dicam infra nu. 123. Decimoquinto facit; quia, quando dispositio potest ad plura adaptari, debet referri ad illud, quod est potius vel fortius; quia Verba sunt accipienda in potiori significatu. Signo. consi.
97 21. col. 3. in princ. vbi dicitur, † quod statutum, prohibens alienari immobilia in non subditum comprehendit clericos; quia clerici efficacius dicuntur non subditi allegat l. filius. §. patri. de donatio. & alia de quibus per eum ibi. Sed cui dubium, potiorem esse solutionem, quam compensationem; cum per solutionem fortius & efficacius satisfiat iuratæ ꝓmissioni? Respon. ꝙ immo, etiam per cōpensationē, æqualiter satisfacit iuro, quo ad effectū, qui magis attendi debet, quā verba. & cū per compensationē creditor sit
98 satisfactus, dr̄ sibi solutum; quia † Satisfacere & soluere ad paria iudicantur, l. satisfactio. de soluti. & l. solutionis verbo. de verb. signifi. Calca. consi. 35. nu. 5.

Decimo sexto facit, quia cum verbum solutionis possit intelligi naturaliter per actualem solutionem; & ciuiliter per cōpensationem, quæ est ciuilis, & interpretata

tata solutio debet intelligi naturaliter;
99 † quia Verba debent potius intelligi naturali, quam ciuili modo. Gram.consi.5. num.4. in ciui. Resp. quod respectu effectus, dicitur naturalis solutio; quamuis, quo ad formalitatem actus, sit secus. Decimoseptimo & vltimo adducitur; quia,
100 † vbi adest iuramentum, ibi non habet locum exceptio, Dolo facis petere, quod cito restituturus es: vt probatur in d.c.debitores. de iureiuran. & Bald.in Aucten. si qui.C.de bon.aucto.iud.pos.Et ita argumentatur pro hac parte Gozad. in consi. 69.col.3. ver. tertio facit. vbi hanc opin. sequitur, tamquam communem. Sed respondetur hoc esse verum, & procedere, quando nullo modo potest impleri per æquipollens, vt in d.c. debitores. & dictũ fuit supra in tertio argumento.in alijs ergo casibus posset talis exceptio opponi; iuramento non obstante. Et ex his omnibus patet, quod opin. communis potest euitari. Et ideo non immerito plerique tenuerunt contrarium. & in primis cõtrarium tenuit Bart. sibi ipsi aduersans in l. amplius non peti.colu.fin.rem rat.habe. Io.Fab.in §. in bonæ fidei.col.3.ver.quid ergo.Insti.de acti.Bal. in d.c.ad nostram. ver. quæro an qui iurauit. de iureiurand. & nonnulli alij relati per Grat. lib. 1. in d.rñ.121.col.2.n.10.Tiraq.de vtroq. retrac,ti.j.§.3.n.3.cũ plurib.seq.& p Coua. q hãc partẽ sequit̃ in d.c.q̃uis.de pac.in6. in d.§.4.5̃. allega.& similiter per Beroi.late disputantem, & hanc partem amplectentem in c.1.num. 68. & sequen. & nu. 72. de vsur. & Pedem. decis. 92. post nu. 17.ver.nono confirmatur.& ver. quid dicendum.nu. 33. & ibi dicit hanc partem esse veriorem, pro qua multa adducũtur, Et primo adducitur tex. in l. 2.in fi.C.de
101 compensa. † vbi habetur compensationem posse opponi aduersus executionem rei iudicatæ. & ibi Doctor. hoc communiter tenent.& in c.suborta.& ibi Fel.nu. 7.de re iudica. & in c. cum Ioan. colum. fina.de fide instrum. Afsli. decis. 121.nu. 1. Paris. consi. 121.nume. 18.volum. 1.

Neque dicatur, quod in casu nostro obstat iuramentum, quod debet impleri in forma specifica, & obligat præcise ad factum.d.c.debitores.& c.ad nostram.de iu
102 reiuran.quia ad hoc respondetur † conditiones quoque impleri debere in forma specifica.l. qui hæredi.& l.Meuius.de cond. & demon. & tamen impleri potest per æquipollens formę specificæ, vt per Paul.de Cast.in consi.54.in fi.volum.1.& ideo dicitur, quod si solutio posita sit in conditione, dicitur impleri conditio, si iussus dare compenset. l.si peculium.§.de illo.de statu li.l.si fundum.§.Titio.de leg. 1. & hoc eo magis diccendum est in casu nr̃o;quia iurans soluere, videtur cogitasse de effectu potius,q̃ de modo veniendi ad ipsum effectũ.certũ est aũt, qđ qñ cogitat̃ de effectu;tunc cõditio,& forma põt impleri per æquipollens.l.mulier. in prin.ad Trebell.no.Bar.& Doct.in l.Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthu. sequit̃ Rui.in consi. 137. post nu. 9.vol.1.& ibi concord. ergo idẽ vr̃ dicendũ in promissione iurata, vt possit opponi exceptio ꝯpensationis. & ita argumentatur in hanc partem, primo loco Pedem. decis.92.nu. 1. sepissime allegata & istud dictũ est verũ indubitãter, qñ talis exceptio nõ requirit altiorẽ indaginẽ, vt habet̃ per Rom.in cõsi. 76.n.3.& ex his, q̃ idẽ scribit in cõsi. 323 Ego vero, defendendo communem sententiam, respondeo, qđ istud nõ procedit in casu nr̃o;quia non valet argumentũ de re iudicata ad iur̃m seu iuratam promissionem, quãuis ei similis sit; tum, quia iuramentum est maioris efficacię, & maiorem habet auctoritatẽ, q̃ res iudicata.l.
103 2.de iureiu.† tum, quia Argumentum a simili non procedit, nisi similitudo probetur in eo, de quo agit̃, vt per Aret. in cõsi. 55.col.fi.& Pedem.decis.58.nu.27.Accedat, qđ in pluribus differũt.& ideo a simili arg. non procedit, vt per Fed.de Sen. cons.67. Itẽ, quia sumus in exorbitãtibus a iure cõi;ex quo iuramentũ præcise obli
104 gat, vt per eundẽ Fed.cõsi.25.nu.6.† Et ideo merito dixit Stepha. de Federici.in

suo tracta.de interpretatio.iur.in vlt.par. col.2.in fi. qđ in argumento a simili multipliciter fallimur,& ad illud, quod solutio posita in conditione potest adimpleri per æquipollens,respondeo, quòd procedit;quia is, in cuius persona erat implenda,consensit, vt dicit in d.§. Titio.ibi.Et ea Titius accepta fecisset. Si ergo a ꝑrio sensu non fecisset accepta,infertur, quòd ibi legatum non consequeretur,nisi specifice daret. Nec pariter obstat tex. in d. §. de illo.vbi iussus dare decem, si velit cõpensare,consequitur legatum;quia respõdeo duobus modis. primo vt suppleatur, quod etiam velit hæres compensare, vt illa lex intelligatur secundum.d.§. Titio. vbi ergo hęres nollet, legatarius non cõsequeretur legatum; quia per compensationem conditio specifice non diceretur impleta. secundo respondetur secundum Imol.in d.c.ad nostram.de iureiur. quòd dato,qđ inuito etiam hærede posset compensare: illud tamen contingit fauore libertatis.& quamuis d. Pedem. decis.92. nu.28.ver.non obstat.dicat hoc esse contra tex.in l. Iulianus. de cond. & demon. tñ dico non esse verum: quinimmo ille tex. recte probat intentionẽ Imo. quatenus ibi dicitur, per acceptilationẽ non videri impletam conditionẽ; sed per hęredẽ stare ne impleatur. Præterea,quando inducitur compensatio, non dicitur impleri conditio, sed potius remitti; cũ stet per eum,in quem impleri debet, quominus impleatur, vt expresse dr̃ in d.l.Iulia-
105 nus. Secundo adducitur: † nam iurans dr̃ adimplere promissionem,si per eũ,cui dandum,vel soluendũ est, stet quominus detur,vel soluatur.l.iure ciuili.de cond.& demon. l. in iure ciuili.de reg.iur.sed per eum stare dicitur,quando in aliquo tenetur ei,a quo recepturus est, & eidem non soluit.l.3.post prin.ver. inde quæritur.de statu li.d.l.Iulianus.& ibi Sozi.col.3.in fi. l.potior.in fi.qui potio.in pigno. habe. & ita argumentat̃ Bar. in d.l.amplius nõ peti.& refert ẽt Pedẽ.decis.92.ver.scđo iurans.& Couar.in d.§.4.ver. ceterum contraria. nam quando aduersarius meus me in aliquo impedit,non teneor.l.cũ proponas.C.de naut.fæno.vbi suscipiẽs in se casum fortuitum, non videtur suscipere casum,qui culpa partis aduersæ cõtingeret. & ibi Bar.& Bal.hoc not. Facit in simili,
106 quod † dicitur,quòd quamuis,superueniente inimicitia inter testatorem & legatarium,legatum reuocetur: tñ nõ procedit, quando culpa testatoris inimicitia superuenit,vt per Rom.in singula.134.& singula.196.Et quãuis damnum, contingens circa res societatis, dicatur esse cõe inter socios pro virili, vel ꝓ portionibus conuentis.l.si non fuerint.& l. cũ duobus. §.dãna.pro socio & Insti.eo.§.1.tñ si culpa vnius ex socijs damnum cõtingit, sibi, & non alteri socio, imputandum venit, vt habetur in d.§.damna.& tradit Corne.in consi.157.in princ.vol.2. Et si conductor fuerit impeditus vti re conducta, culpa locatoris, potest recedere a locatione,& petere suum interesse. vt per Rui.in cõsi. 65.num.3.volum.1.per tex.in l.si in lege. §.colonus. locat. & si per appellatũ fuerit præstitum impedimentum ad prosequendam appellationem, non præiudicat appellanti. Abb.in c. ex rõne.col.4.in princ. de appella.Bene etiam facit quod dicere
107 solemus † Paria delicta mutua tolli cõpensatione.l.viro.sol. matri. l. si ambo. de compensa.l.cum par delictum. in fi.de reg.iur. sic ergo in casu nostro dicendum est: cum enim culpa,& causa eius,cui iuraui me soluturum,non soluam; quia ipse mihi non soluit,illi non teneor; & sic dẽt fieri posse compensatio. Sed ad hoc ego respondeo,quod est verũ,qñ is,qui impedit conditionẽ impleri, aliquid directe agit quominus conditio impleatur: tunc enim procedit regula prędicta,quòd cõditio pro impleta haberi debet. sed si indirecte videatur impedimentum præstare;tunc non habetur pro impleta, secundũ Dec.in d.l.in iure ciuili.nu.3. de reg. iur.allegat tex.in d.l.3.§.si quis seruum.de statu li.vbi si hæres prohibet seruũ, iussũ dare decem ei,ne operetur, ad effectũ,scilicet,

licet, ne lucretur illa decem, quæ ei daret, non impletur conditio; quia indirecte dicitur impedire seruum, ne conditioni satisfaciat. sed si seruus haberet decem, & illa dominus ab eo auferret; quia directe prohiberetur conditionem implere, libertatem consequeretur, vt ibi dicitur. Licet ergo in casu nostro creditor non soluat suo debitori, seu non compenset; tamen, quia indirecte causam dicitur circa hoc præbere, ne iurans adimpleat suam promissioné, nihil creditori imputari debet: cum alias de suo soluere posit, & deinde petendi, quod sibi debetur, facultatem habeat, l. si cum dos. rer. amota. l. qui inuicé. de cond. inde. & l. si ambo. de compensati. & per Calca. in conf. 25. in prin. & de hoc cogitare debuisset. Et videtur esse ratio
108 prædictorum; † quia dispositio directa plus operatur obliqua & indirecta. Glo. in c. cum accesissent. in ver. contrauen. de consti. & in eo dicimus, quód iura directa difficilius tolluntur, quam obliqua. Dec. in l. quoties. de reg. iu. & cum creditor sit causa occasionalis, & remota, quominus iurans soluat, non debet attendi; sed causa immediata, & proxima, quæ oritur ab ipso iurante non soluente. l. sociú qui in eo. ꝑ socio. l. si quis nec causam. si cert. pet. Et cum istud impedimentum, respectu initij, vere causetur ab ipso iurante, qui non soluit; licet formaliter videantur ét causari ab aduersario creditore, similiter non soluente, non debet excusari ipse iurans: vt per Signo. in consi. 19. col. 2. ver. præterea. Secundo respondeo, ꝗ regula procedit, qñ aduersarius aliquid committit faciendo; vt patet in exemplis regulæ: sed si aliquid committit in non faciendo; tunc ei nihil imputari debet quia cessat dolus. facit optime Glo. in l. si mora. solut. matri. in l. auxiliú. §. i delictis. de mino. quatenus ibi dicitur, ꝗ minus delinquitur in omittendo, quàm in committendo. de quo late dixi in priu. 31. Tertio in eãdem senten-
109 tiam allegatur: quia † iuramentum semper habet illam tacitam cõditionem, quã habet actus super quo interponitur, cap. quemadmodum. & ibi Glo. in ver. conclusio. de iureiur. l. fi. C. de non num. pecu. vbi not. omnes. cum alijs adductis per Pede. decis. 92. sæpe allegata. nu. 5. & Antoni. de Gabrie. in ti. de iureiur. conclus. vlti. & supra etiam dictum fuit. Ad hoc patet pluribus modis fuisse responsum de méte Doctorum supra hoc ipso nostro priu. & amplius etiam nunc responderi potest, quod dato, quod inter contrahentes cogitatum fuisset ét de cõmpensatione; quia præsumatur actum illud, quod de iure intelligitur, iuxta. l. cum quid. si cert. pet. & l. qđ si nollit. §. qui aßidua. de ædili. edi. cũ cõcordantijs per Signo. traditis in consil. 138. nu. 6. ver. venio ad secundum. tamé dico, quod ex quo illa præsumptio est generalis, ex generali illa dispositione, quod debitor posit compensare; & in casu nostro sit specialiter actum de solutione, & de ea solum specialiter cogitatum præsumatur; certe ista specialis præsumptio vincit generalem. Barto. in l. cum de indebito. per illum tex. de probat. Bald. in l. siue possidetis. in vlt. opposi. C. eo. & cap. generi. de reg. iu. in 6. cũ simil. Et cũ istud iuramentum sit specialiter præstitum super solutione facienda, non recipit conditioné actus, vt per Rip. in c. 2. col. 5. ver. aut emphyteuta. de rescrip. secus, si generaliter fuisset præstitum; quia tunc recipit conditionem
110 actus, super quo interpositum fuisset: † quoniam specialis promißio seu dispositio plus operatur, quam generalis, vt per Aret. in consil. 8. colu. 3. versi. nec obstat. & dici solet, quod Limitata causa limitatũ producit effectum. l. in agris. de acqui. rer. domi. l. si duo. & l. fi. de admi. tut. l. Fulcinius. §. quid sit. ex quib. cauf. in poss. & l. etiam §. 1. solut. mat. cum ergo iurm̃ sit limitatum ad casum solutionis, limitatum effectum, id est, solutionem ipsam, non etiam compensationem, producere debet. Vlterius potest responderi: quod quã do iuramentum interponitur, ad effectũ, vt ex illo agatur: & sic subrogatur in locum principalis actionis, ex actu ipso cõpetentis: tunc bene sumit illius naturam: quia

111 † quia Subrogatus sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur. l. si eum qui in iuriarum. si quis cautio. l. 1. §. hæc actio. & ibi Barto. si quis test. lib. esse iuss. fuer. & §. fuerat. Insti. de actio. cum simili. sed si interponatur ad effectum, vt quis efficacius obligetur, tunc iuramentũ non mutat suã naturam, sicut in simili dicitur de stipulatione, quæ si interponatur super cõtractu bonæ fidei, efficitur illius naturæ, si fuit adiecta ad effectum tollendi primam actionem, quæ competebat ex contractu: aliàs, si æque principaliter adijciatur, suam naturam retinet: vt per Calca. in consil. 24. nume. 14. Quarto pro hac parte adduci-
112 tur: † quia iuramentum recipit interpretationem a iure communi. Barb. in cõsil. 43. colum. 3. in fin. volum. 2. sed de iure communi is dicitur satisfacere iuramento, qui etiam ficte satisfacit, idest per interpretationem iuris, vt in ca. ex parte tua & in cap. ad audientiam. de cleri. non resid. vbi iurans residere satisfacit iuramento, etiam si ficte resideat, vt quando abest ex causa vtilis negocij suæ ipsius Ecclesiæ quo casu pro præsente, & residente habetur. d. cap. ad audientiam. cum alijs allegatis per dictam Pedemon. decis. 93. nume. 9. cum duobus sequen. & facit etiam cap. tuæ. & cap. cum dilectus. d. tit. de cleri. nõ res. Et hoc habet summam rationẽ; quia
113 † Qui abest ex iusta causa, dicitur esse præsens. l. quæsitum. de lega. 1. l. Seię. & Pamphilæ. de fund. instruct. l. testamento ita. de alime. & cibar. lega. Roman. consil. 263. & cons. sequen. Sic in casu nostro iurans soluere intelligitur satisfacere iuramento, si compensat; ex quo compensatio est solutio, quamuis ficta, l. si debitor. qui pot. in pign. habea. facit etiam pro prædi-
114 ctis; quia videmus, quod si † quis promittit aliquid soluere, intelligitur, quatenus de iure soluere teneatur. Afflict. deci. 399. num. 13. Gramma. decis. 103. sub nu. 168. & aliqua similia tradit Crauet. in cõsil. 9. nume. 2. sed cum iuris interpretatione iste non videatur teneri soluere ex eo, quod potest cõpensare: merito, &c. Cor-
115 roboratur istud; quia quando † casus verus, & fictus æquiparantur; tunc dispositũ in casu vero habet locum in casu ficto Felyn. in cap. at si clerici. colum. 3. ver. & not. de iudi. per tex. in c. cum dilectus. & in d. c. ad audientiam. de cleri. non residen. & in statuto ita se habet communis conclusio, prout inquit Nat. in cons. 581. post nu. 16. Quòd autem compensatio æquiparetur solutioni, supra sæpius demonstrauimus; & probatur manifeste ac expresse in d. l. si debitor. vbi inquit nihil interesse, an quis soluerit, vel compensauerit. Et alibi
116 dicitur satis ad propositum, † quòd Paria sunt remittere, & dare l. si mulier. de cond. caus. dat. l. si fundum. §. Titio. de leg. 1. l. 2. de calumniato. & l. si quis obligatione. de reg. iur. Et cum huiusmodi æquiparatio sit facta per viam regulæ, non est dubitandum, quod dispositum in solutione debet habere locum in compensatione, iuxta Gloss. fi. in l. si quis seruus. & ibi Barto. C. de furt. & in l. Marcellus. ad Trebel. vbi etiam Barto. Alexand. & Iason. Corn. in cons. 114. colum. pen. ver. quando enim in littera L. volum. 1. Dec. in l. pactum. §. in pœnalibus. nume. 16. de regul. iur. Ias. in l. ab emptione. nume. 11. de pact. & latius eadem Pedemon. decis. 92. post nu-
117 me. 14. † in quibus locis habetur, quòd in æquiparatis per viam regulæ, dispositũ
118 in vno censetur dispositum in alio. † Et cum solutio, & compensatio idem operẽtur, & habeant parem rationem, dicũtur similia; quamuis non sint idem formaliter Bald. Alexand. & alij in l. qui liberis. per illum tex. de vulga. & pupil. subst. sequitur Grat. lib. 2. respon. 159. colum. 2. num. 11. & Alexand. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. colum. 5. de libe. & posthum. & Corne. in consi. 79. colum. fin. in prin. volum. 1. & cõsil. 111. colum. 2. in fi. volum. 4. vbi allegat tex. in d. l. si debitor. qui potio. in pign. habea. Ad hæc ego defendendo communẽ opinionem respondeo, dictum Barba. in allegato cons. 43. volum. 2. procedere, quãdo ius commune loquitur proprie: tunc enim dispositio iurata intelligi debet se-

cun-

cundum ius commune. sed si loquitur im proprie,prout in casu nostro, in quo compensatio dicitur solutio improprie;& cõsequenter ius imoroprie loquitur; tunc non debet intelligi secundum ius cõmune,sed proprie,prout loquitur dispositio. pro hoc adduco notabilem doctrinam Abba.in c.causam.nume.10.de dol.& cõ
119 tum.† vbi dicitur,quod quando ius loquitur per verba propria; tunc statutum disponens in materia iuris, recipit illam interpretationem,quã ius habet: sed vbi per verba impropria; tunc statutum debet intelligi proprie,& non secundũ ius commune. Exempli gratia, filius de iure communi subintrat locum patris in successione aui,secundum Alexand. in consil.204.volum.2. Si ergo in statuto quæratur,an filius debeat subintrare locum patris,dicendum erit,quod non;quia in tali casu non interpretatur secundum ius commune:quoniam, quod filius represen tet patrem,est p fictionem,& improprie, vt per Docto.in l.lege duodecim tabularum.C.de legi.hæredi.sequitur Grat.lib. 1.respon.27.colum.1.in fin. cum ergo iurans soluere, proprie se obligauerit ad actualem numerationem, per quam fit ꝓpria,& vera solutio;non debet hæc promissio seu dispositio impropriari per cõpensationem; illam secũdum ius interpretando,& accipiendo pro ipsa solutione;
120 quia improprie hoc contingit:† & Nõ est a verborum proprietate recedendum l.nõ aliter.cum vulgaribus.de leg.3. Nec obstat text. in d.l.si debitor. qui potio. in pigno.habean.quia, quamuis dicat nihil interesse inter compensationem, & solutionem; tamen hæc verba non eo pertinent,vt velint insinuare nobis nullam esse differentiam, nullumque discrimen inter solutionem & compensationem;quia hoc esset falsum:sed eo spectant, vt significent nullum interesse generari creditori ex eo,quòd sibi compensetur;ex quo pretium rei emptæ debuisset numerare. est igitur discrimen inter soluere,& compẽsare, quia vnum improprie,& ficte solutio est;aliud proprie. Non obstat,ꝙ sint ęquiparata, & quod dispositum in vera solutione,intelligatur quoque dispositũ ĩ ficta,quia respondeo quod regula proce-
121 dit ĩ dispositiõe legis;†sed secus ĩ dispositione hominis; quia non ita ampliatur, nec extenditur,sicut dispositio legis. Glo. magna in l.assiduis.C.qui potio. in pign. habe. Natta in cons.602.num. 6. & dixit Crauet.in cons.118. num.22. quod latius proceditur in interpretatione legis non scriptę, quam vbi agitur de interpretan-
122 da dispositione hominis. † Et alibi dicitur,qđ extensio facilius fit in his, quæ sũt iuris,quam in his,quæ sunt facti.l.cũ hæredes.de acqui.poss.l.si is.de vsuc. Rursus non videtur verum, quod dispositio extẽdi debeat ad casum fictum, licet extendatur ad præsumptum, vt per Curt. iun. in consi.4.num.17.ergo promissio iurata,đ faciendo veram solutionem,nõ debet extendi ad fictam.
123 Quinto adducitur:† nam statuta debẽt stricte intelligi,& in casu vero,non ficto l.3.§.hæc verba.de nego.gest. Roman. in cons.405.colum.1.& tamen statutum loquens de solutione,non excludit compẽsationem Alexand.in cons.12.nu.15.volum.2.refert Fely.in cap.suborta. colum. 2.de re iud.cum alijs, quæ congerit d.Pedemon.decis.91. num.12. addo ẽt Guid. Pap.quęstio.147.in fi.& dixi supra, post nume.96.Sed responderi potest, hoc verum esse in dispositione legis; secus in dispositione hominis;quia hæc non ita facile extenditur,sicut illa, vt paulo ante demonstrauimus. & dictum Alexand. non caret dubitatione,per ea, quę supra dixi post numer. 95.in hoc ipso priuil. In hoc tamen non facio vim;quia videtur,quòd dictum Barto. in d.l.1. §. & parui. quòd vi aut clam.possit procedere,quando statutum loquitur vniuersaliter,prout in his terminis loquitur; dictum vero Alexan. cum proxime allegatis, quando statutum simpliciter mentionem facit de solutione;quia ex identitate rationis poterit cõprehendi compensatio. super quo tamen

cogitan.

cogitan.relinquo.

Sexto facit secundum eãdem Pedem. decis.92.num.15. quia vbi actus æquipollens inducit eundem effectum ipso iure, quem inducit actus ipse principalis, qui præcise fieri debet; tunc ea, quæ præcise sunt adimplenda, possunt per çquipollẽs adimpleri.sed exceptio compensationis, a parte opposita, eundem effectũ liberationis inducit & ipso iure operatur, sicut numeratio.d.l.si debitor.ibi Nihil interesse.qui potio.in pign.habea.& latius deducit eadem decis.ergo qui soluere iurauit, poterit compensare. Sed tenendo aliam opinio.potest faciliter responderi, quod immo exceptio compensationis non operatur eundem effectum, quem operatur ipsa actualis solutio.quod patet,quia solutio, quæ per numerationem fieri contingit,perimit actionem ipso iure,id est,sine hominis aliqua declaratione,vt Insti. q.b.
124 mod.tol.ob.in prin. † Sed compensatio requirit declarationem,vt not. Bartol. in l.verum. de compens. & notatur etiam in l.fin.C.eod. & isto casu compensatio non trahitur retro ad diem, qua cęptum fuit ab vtraque parte deberi; sed consideratur tamquam inducta tempore declarationis vt probatur in d.l.verum. & declaratur p Petr.Beninten.in conclusio.Bononie.37. num.22.& 23.Nec obstat tex.in d.l.si debitor;quia procedit solum,quãtum ad effectum tollendæ obligationis;non tamen per eundem modum, vt ex prędictis patet. Præterea tunc compensatio operatur eundem effectum,quem ipsa solutio, quãdo pars voluit compensare. Sed cum in casu nostro a principio debitor iurauerit soluere,patet,quod voluit compensare. & quamuis nunc pęniteret,non esset audiendus;quia Quod semel placuit,amplius displicere non potest.Et quamuis etiam solutionis verbum generale sit, & importet compensationem, oblationem, & consignationem,tamquam species solutiõis,vt
125 per Grat. lib.1.respon.18.num.18.† tamen debet intelligi de solutione in specie quę fit per naturalem numerationem. argum.l.fin.de his,qui veni.æta.impe. l. hoc legatum.de lega.3.& Barto.in versic.talis scriptura.de leg.1.Grat.lib. 2. respo.108. col.3.in fi.nu.20.vbi verba debent capi in specie.Septimo iuramentum, & res iudicata çquiparantur.l.post rem iudicatam. de re iud.l.2.& l.admonendi.de iureiurã. & vtrumque obligat præcise,& habet paratam executionem;vt post Bartol.scribit quoque Ias.in d.l.2. sed condemnatus per sententiam ad soluendum, potest in ipsius executione obijcere compensationem. l. 2.& ibi Bald.& Saly.C.de compens. Fel. in c.suborta.col.2.ver.& per hoc patet.de re iudica. Aufre.in decis.Tholo.93.contra illam decis. quæ dicit contrarium & per eandem Pedem.decis.92.numer. 17. vbi concordan.& Grat.lib. 2. respon.13. col.pen.num.50.ergo idem dicendum iuramento.Neque dicatur, quod iuramentum sit maioris auctoritatis, quàm res iudicata; & quod propterea magis præcise obliget d.l.2.de iureiuran. quia ex cõtrario res iudicata excedit virtutem iuramẽ
126 ti in alio;& sic se † habent tamquam excedentia, & excessa.quo casu paria iudicãtur,vt per Dec.in consi.163.colum. penu. circa prin.Respõd. hoc argum. esse idem cum primo:& ideo respõdeo,vt supra dixi.Amplius dici potest, quod hoc procedit de æquitate, secundum quam potest compensari:sed ista çquitas in iuramento cessat quia est stricti iuris;& stricta debet fieri interpretatio,vt euitetur periurium: prout notatur in l.si quis maior.C.de trã-
127 sact.Et † quod sit facienda stricta interptatio, cũ sumus in materia stricta seu stricti iuris,voluit Soz.in cons.116.col.6. volum.1.Dec.in l.quoties idem sermo.de regu.iur.sequitur Grat.lib. 1. respon. 2. nu. 27. octauo allegatur text. in l. dedisse. de verbo.signifi.vbi dedisse intelligendus est qui compensauit.Sed respon.quòd procedit,quantum ad effectum.tamen in rei veritate aliud est dare;aliud compensare,vt etiam ibi animaduertit Alcia. Quid igitur in tanta Doctorum controuersia concludendum? Ego arbitror primam partẽ

non

non solum tamquã communiorem, sed ẽt vti tutiorem, esse amplectendam; maxime per ea, quæ diximus in nono argumento: nam ad illam solutionem, quam ibi dedimus, replicari facile poteſt, quod quamuis æquitas, respectu compẽsationis, esset ſcripta, & similiter respectu iuramenti rigor ſcriptus: tamen quia iste rigor specialiter ſcriptus reperitur, & maxime in d.c. debitores de iureiu. dico præferendũ esse æquitati in genere ſcriptæ, per c. generi. de reg. iur. in 6. cum similibus. & cum simus in materia stricti iuris, stricta facienda eſt interpretatio, vt dixi in septimo argum. secundæ opin. quibus etiã addo Abba. in conſ. 83. col. 1. in fi. par. 2. vbi nuncupatim dixit interpretationẽ strictã fieri d'bere in materia iuri, ne quis in periuriũ incurrat; & alibi dicitur interpretationẽ in dubio fieri debere, vt saluti animarum consulatur. Abb. in consi. 114. colu. 3. prope finem, par. 2. & in suis quæstionibus q. 2. col. 3. ver. sexto. & in c. cum tu. in vl. not. & in fi. de teſt. & in c. in ciuitate de vsur.
129 † ideo dicitur, quod iudex in dubio, ꝓ obseruantia iuramenti iudicare debet ita Gra. lib. 2. respon. 93. in fi: & alibi sæpe. Et propter hanc rationem, stante dubietate opinionum, sequenda eſt prior, tamquã magis expediens, & securior pro salute animarum, c. iuuenis. de sponſ. c. conſcientia. de obseruat. ieiu. cum simi. ita expresse admonet faciendum Grat. libr. 1. respon.
130 30. nu. 26. † Sic videmus, quod si dubitetur, an contractus sit vsurarius, debet censeri, ꝙ sit vsurarius; quia ita magis consulitur saluti animę Caſsãn. consi. 63. colu. 4. num. 12. Docto. tamen nitũtur iſtas opiniones contrarias, & repugnantes fœdere distinctionis conciliare, & in vnam consonantiam reducere. nam Abba. in ca. ad nostram. nume. 3. verſ. quid dicendum. de iureiur. dicit, quod ante factum sequenda eſt prima opinio, quæ fuit Ioan. Andr. Innoc. & aliorum, de quibus supra; sed poſt factum sequenda eſt opi. Bart. & sequaciũ in d. l. amplius non peti. rem rat. habe. de qua secundo loco diximus. Voluit dicere Abba. ꝙ si eo tempore quo iurauit erat creditor sui creditoris, non poterit opponere exceptionem compensationis. sed si tempore iuramenti non erat creditor, sed postea effectus eſt; tunc poterit compensare. Et iſtam distinctionem sequitur Sozi. in d. l. Iulianus, de cond. & demon. Affli. decis. 381. poſt n. 3. Capici. decis. 167. Corta in suis memoralibus in ver. iuramẽti religio. & alij de quibus per d. Pedem. dec. 92. poſt nu. 37. quibus addo Tindar. ĩ suo tracta. de compensa. col. 27. Pariſ. consil. 121. nu. 4. vol. 1. & Ant. de Gabri. in ti. de iureiu. concl. 7. nu. 5. Et eſt ratio, secundũ præfatos Doct. quia qñ ante iuramentum erat creditor, & nihilominus iurauit soluere, censetur renunciasse facultati compensandi; secus quando factus eſt creditor poſt iuramentum; quia exceptioni sibi poſtea superuenienti nõ censetur renunciasse. & pro hac ratione facit optimum simi
131 le: † nam tu scis, ꝙ exceptiones dilatoriæ debent proponi ante litem conteſtatã vt patet in exceptione declinatoria, q̃ ante aliàs proponi debet. l. fi. C. de excep. & not. Gl. Bal. & Doct. in l. exceptionem. C. de prob. Corn. in conſ. 209. col. 2. vol. 2. & conſ. 247. col. 8. in medio, eo. vol. & ibi dicit communẽ. & tales exceptiones dilatoriæ si non fuerint propositæ, censetur eis renũciatũ, l. si seruum. §. non dixit prætor. de acqui. hær. l. vni. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. tol. quæ iura ad hoc allegat
132 Crauetta in conſ. 87. nu. 4. † Tamẽ quãdo tales exceptiones dilatoriæ superuenerunt poſt litem conteſtatam, poſſunt tunc opponi, vt per Alexand. & Doctor. in l. si mulier. solut. matrimon. Paul. de Castr. in l. 2. C. de consort. eiusd. lit. Marſi. in rubr. de fideiuſ. nu. 25. quod intelligo verum, maxime si facto aduersarij superuenerũt, secundum Bar. in l. 2. §. numerũ. de excuſ.
133 tu. & cura. Ad idem videmus, † quod si quis citatus fuerit ad videndum iuramenta teſtium, & nihil dicit; censetur renunciasse exceptionibus, sibi cõpetentibus cõtra illos teſtes. Bal. in l. si quis teſtibus col. fi. ver. dubitat hic. C. de teſti. sequtur Fel. in cap.

cap. cum oporteat. colum. 3. ver. modo ad uerte. de accusat. & tamen si postea superuenerunt, quam examinati fuerunt; vel ad notitiam eius deductę sunt, cum tempore citationis eas ignoraret, non censetur renunciasse; & ideo illas opponere non prohibebitur, vt patet ex late congestis p Io. Lup. in repe. c. per vestras. §. nono. colum. 2. & 3. de dona. inter vir. & vxor. ad idem
134 quoque facit; quia videmus, † quod generalis transactio non præiudicat, quo ad ea, quorum actiones postea competere cæperunt; quia de eis non præsumitur cogitatum l. qui cum tutoribus. in princ. de
135 transact. Goza. consi. 37. in fin. † Et compromissum, ex quacumque causa factum, non extenditur ad ea, quę euenerunt compromisso pendente: vt per Roman. in consil. 88. quia de illis non potuit cogitari. Ita igitur dicendum, & concludendum est in casu nostro, ex quo creditum postea
136 superuenit, † non censetur renunciasse compēsationi, quam illius occasione obiicere potest, & quam quoque ignorabat sibi competituram, l. mater decedens. de inoffic. testamen. l. legitimam. de petiti. hęred. & l. in repudianda. de acquiren. hęre-
137 dita. quia iuramentum † intelligitur, nisi noua causa compēsationis superueniat; quia ad eam non extenditur: vt per Goz.
138 in consi. 32. nume. 7. Et ideo dicitur, † φ si inter duos sit facta pax, & deinde noua causa nascatur inimicitię, & offensionis, non dicitur pax rupta: vt per Roman. in consi. 183. l. aut facta. vbi Bar. not. de pęn. Grat. lib. secundo, respon. 47. in fin. & respon. 114. nu. 11. Contra hanc distinctionem, sic, vt supra, per nos confirmatam & comprobatam, facit tex. in d. capit. ad nostram. de iureiuran. vbi fructus percepti fuerunt post iuramentum: & tamen non potest obiici compensatio. Abb. ibi colu. fin. quem sequitur Pedemon. decis. 92. sępe allegata; respondet, quod non obstat; quia ibi tacite videbatur actum, vt nō fieret compensatio, etiam quod ius compensandi de nouo superueniret. quod ideo verum videtur; quia talis exceptio habe-
139 bat causā de pręsenti; quia † renūciatio seu remissio de omni iure, quod quis habet, vel habere sperat, intelligitur tantum ex causa de præsenti, l. qui Romæ. §. duo fratres. & ibi Bar. Alexan. & communiter Docto. de verbo. obli. Affli. decisio. 359. Grat. lib. primo, resp. 60. col. 2. in prin. & alibi sæpe. Et ita est concludendum, vt ēt scribit Anto. de Gabr. in ti. de iureiu. conclus. 7. post nu. 5. Sozi. etiam in d. l. Iulianus. de cond. & demonstra. in penult. col. aliam tradit distinctionem: nam aliquando (inquit) quis iurauit non molestare; & tunc procedit prima opin. nam non poterit compensare. aut iurauit soluere; & tunc secus, quia conpensabit. & procedit secunda opinio cōtra communem. & pos-
140 set dici rationem esse; † quia Plus est in negatiua promissione, quam in affirmatiua. l. hoc legatum. de cond. & demonst. Gl. in c. cum dilectus. de consuet. & Crau. in consil. 294. post nu. 6. Sed mihi magis placet prima distinctio; quia hæc quā Sozi. affert, patitur plures difficultates, de quibus nos supra diximus ante nu. 41. cum pluribus sequen. Retenta igitur communi opi. quod stante iuramento non possit obiici compensatio, patet per eam limitari regulam, quæ dicit, quod quis non cogitur soluere, quod statim recepturus est: de qua in l. nemo ideo obligatur. de re iu. nā propter iuramentum cogitur soluere, etiā si statim possit repetere, vt quoque habetur in d. c. debitores. de iureiur.

Amplia istam communem conclusionem duobus modis. primo procedere non solum, quando debitor vult compensare totum; sed etiam si vellet compensare partem immo, etiam si solum nummum vellet compensare, facere non posset, per ea, quę post alios scribit Gozad. in consi. 69. nu. 8. vbi sunt concordā. & videtur ratio; quia iuramentum nō recipit diuisionem: vt per Cottam in suis memorabil. in versi. iuramentum. facit quod scribit Grat. lib. 2. respon. 82. nu. 17. vbi dicitur quod Qui partem indiuidui facit, nihil fecisse videtur, p tex. in l. qui furiosum. qui testā. face.

pos.

pos.& ibi propterea subdit, quòd si legatarius non adimpleuit omnino voluntatem testatoris, quæ est indiuidua, amittit totum legatum.

Secundo amplia, procedere, etiam si in summa difficultate debitor versaretur in habendo pecuniam; quia non excusaretur, vt patet ex his, quæ scripsi supra in priui.47.nu.17.

Limitatur autem nunc pluribus mo-
141 dis.& primo † limita, non procedere in hærede ipsius iurantis; quia non poterit præcise compelli ad obseruantiam iuramenti,& consequenter poterit compensare. ita voluit Bal. qui vbique ab omnibus allegatur in præludijs feudorum. colu.7. & in Aucten. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. & in l. 3. C. plus val. quod agi. Barto. in l. generaliter. C. de reb. cred. Bologni. in consi. 25. col.3. in fine. Corne. in cons. 256. volum.4.& hoc etiam ponit Bauer. in suo tracta. de virtu. iu. & Anto. de Petru. in repe. l.1. num. 205. de iureiur. & Anton. de Gabriel. in ti. de iureiuran. conclus. 8. & ista videtur esse communis opin. vt ex prædictis patet. Ego tamen sẽper de illa dubitaui,& nunc dubito; quia quamuis ad hęredem non transeat reatus periurij, tamen dico, quòd præter illum transit omnis virtus, & priuilegium iuramenti, prout reperiebatur in defuncto iurante,& per eundem modum: vt per Paulũ de Cast. in consi.13. vol. 2. cum alijs, quæ cumulaui supra in priuileg.67.num. 23. cum pluribus sequen. & ideo sicut nõ poterat defunctus compensare; ita nec poterit eius hæres; & cum obligatio ad interesse non reperiretur in defuncto iurãte, non potuit transire ad hęredem. & sic ipse quoque hęres videtur, quod possit præcise compelli, vt in terminis sentit Afflict. in decis.381.& Alba. in consi.74. nume.4. si enim hęres posset compensare, veniret contra iuramentum defuncti: quod facere non potest, non quia ipse incideret in periurium, prout consideratur a iure canonico in perniciem proprię salutis quia hoc est impoßibile, cum talis reatus animam illaqueans ad illum non transeat: sed quia incideret in periurium consideratum a iure ciuili: quod est omnino prohibitum l. si quis maior. cum ibi nota. C. de transact. cogita tamen; quia forte durum esset obtinere.

142 Secundo limi.† non procedere, quando is, q̃ iurauit, esset valde pauper, & grauatus numero filiorum: vt per Afflict. decis.163. post num.3. Gra. lib. primo. resp. 121. col.2. num.4. Paris. consil.121. colu. fin. volu.1. Anton. de Gabriel. in tit. de iureiuran. conclus.7. nume.11. & latius Pedemon. decis.92. num.35. vbi concordan. sic videmus, quod propter paupertatem quis excusatur, si non potuit introducere, vel prosequi appellationem. Innoc. in ca. ex ratione de appel. Guid. Pap. quęst. 213. num.3. q.436. nume.17. facit tex. in ca. ex tenore. de appella. in §. alijs. in Aucten. de his qui ingred. facit, quod scribit Marsil. in cõs.10. post num.37. vbi dicitur, quòd pauper non dicitur contumax, si aliquid teneretur facere, in quo habeat pecuniam erogare,& illam non habeat. & facit etiã l. iudices. C. de episc. aud.& tex. in capi. in primis. 2. quęstio. 1. nec ista limitatio est contraria secundę ampliationi; quia ibi non erat pauper, licet pecuniam non haberet.& ita sunt prędicta intelligen.

143 Tertio limit.† non habere locum, quãdo debitum superuenit, postquam quis iurauit soluere, sicut supra demonstrauimus & tradit Imol. in d. l. Iulianus. colum. penult.& fin. num.14. de conditio. & demõ. & Grat. in d. respon.121. num.3. pro hoc facit, quod notatur per Ruin. in cons.51. colum.3. num.9. volum.1. vbi dicitur, ꝙ iuramentum refertur in dubio ad causam quæ adest tempore iuramenti, vt habetur in c. cum inter. de renunciatio.

144 Quarto limita.† vt non intelligatur exclusa retentio: vt dicit Corne. in cons.61 col.8. versi. nec refragatur. volum.3. Sozi. in cons.143. colum.5. Paris. consil.100. nume.35. vol. Crau. in consi.148. col. 1 Nec videtur mirum; quia facilius datur retentio, quam petitio, & est multo fauo

rabili-

rabiliter: vt per plura ostendit Crauett. in consi.6.num. 98. Sed ista limitatio videtur contra tex.in c.debitores.de iureiurā. vbi propter iuramentum est prohibita retentio. Et ideo Anton.de Gabriel.in titu. de iureiuran.conclus.7.nu.3. hoc perpendens dicit animaduertendum esse; quia prȩfati Docto.non loquuntur in casu, in quo interuenit iuramentum. Mihi etiam videtur, quod huiusmodi limitatio non posit subsistere; quia aut vult retinere, qđ promisit soluere, & non potest, vt d. c. debitores. aut vult retinere, quod sibi debetur; quia sit forte pȩnes eum. & isto casu iuramentum nihil operatur; quia siue soluat, siue non, rei sibi debitæ retentio competit; quia Cui damus actionē, multo magis retentionem concedimus, c. qui ad agendum.de reg.iur.in sexto. Verumtamē dato, quod præfati Doctores loquerentur in promissione iurata, & quòd iuramento non obstante liceret vti retentione, eorum opi.posset procedere, secundum distinctionem supra notatam ex Abb. cum alijs, quæ nos addidimus. & ita etiam videtur sentire Capici.decis 88.

145 Quinto limita.† quando agitur de euitando poenam, & periurium, vt per Sozi. in d.l. Iulianus.de condition.& demonst. Guid.Pap.quæst. 171. ad fin. Ias. in l.eum qui.§.si iurauero.de iureiuran. Ruin.in cō sil.148.in prin.volum.1. Grat. in d.respō. 121.nume.5. Paris.in d.cons.121.colum. fin.volum.1.& refert Anton.de Gabriel. in d.ti.de iureiurand.conclu.7.nume. 10. in quibus locis præfati Doc.volunt, quòd ad effectum euitandi pȩnam, & periuriū compensatio admittatur ipso iure, nō obstante iuramento. Et ista limitatio procedit, quando pecunia est eodem tempore ex vtraque parte debita. sed si ex vna esset debita; ex alia vero futura deberi, ad poenæ euitationem non fit compensatio, l.si constat.C.de compens.& tradit Roma.in cons.204.colum.3.in princ. Item bene videtur procedere, quo ad effectum euitandi poenam; quia ius excusat iurantem ex eo, quod credidit se posse compensare,

146 † & Qualibet causa, etiam iniusta, excusat regulariter a poena, l.1.vbi Glos.de abige.cum alijs adductis per Marsi. in consi.2.nume.14.in cons.7.nume.25.& in cōsil.11.nume.10.& Craue.in cons.46.num. 14. sed quo ad effectum illum excusandi a periurio, limitatio forte non procedit; quia hoc esset dicere, quòd non obstante iuramento posset obijci compensatio: qđ est contra communem conclusionem. & ius ciuile non potest, quidquam disponere in materia iuramenti, nec super eo dispensare, vt per Corne. in cons.7.colu.6. in littera E.volum.2. & licet Guid. Pap. q.194. concludat contrarium: tamen illud potest procedere, quo ad periurium consideratum a iure ciuili, prout infamat & parit alios effectus; non prout illaqueat animam: quod consideratur solum a iure canonico.cogita tamen. Vltimo intellige, dum tamen fuerit petitum per ipsum cōpensare volentem, vt dicit Guid. Pap.q. 221.nume.2.& Corne.in cons.115. colu. 2.in littera H.volum.1.per Glo.in l. si cō stat.C. de compens. & videmus in simili, ꝙ quamuis feudum ipso iure ad dominū reuertatur propter felloniam a vasallo cō missam: tamen intelligitur, quatenus dominus petat, & velit: vt per Dec. in consil. quod habetur sine numero, post cons.185. col.1.ver.sed breuiter.& cons.12.

147 Sexto † limita habere locum, quando iurauit soluere; secus si aliter iurauit, puta quia iurauit, omnia attendere, & obseruare: vt per Grat.lib.1.in d.respon.121.colu. 2.nume.7.& Corne.in cons.32.col.penu. volum. tertio. vbi faciendo mentionē de huiusmodi clausula, dicit illam esse solitā apponi in instrumentis.& hoc idem videtur tenere Abba.in c.veniens. de iureiur. & in c.primo.de iud.& sequitur idē Corne.in cons.256. volum. 4. Et videtur esse ratio; quia tunc intelligitur iurasse, secundum naturam contractus, prout voluit Bald.in c.quæ in ecclesiarum.colu. 6.ver. dicis tu.de consti. Istam tamen limita. reprobat Pedem.decis.92.in fin.quia quando iuratur omnia attendere, & obseruare per-

perinde est, ac si specifice iuratum esset đ soluendo; quia iuramentum habet vim expressi, vt dixi in priuilegio 70. & concinunt ea; quæ retuli in priuilegio 46. num. 41. & hoc etiam ego puto verum. Putarē tamen istas opiniones posse concordari: nam prima opin. procedit, quando in instrumento nō fuit adiectum verbum Soluere, sed aliud verbum, veluti Satisfacere, vel Adimplere promissa, vel aliud æquipollens; quia tunc poterit compensare, cū clausula illa, omnia & singula, non possit referri magis ad verbum solutionis, cum ibi non legatur, quàm ad aliud verbū. & in dubio debet intelligi verbū, quod est vtilius promittenti, & fiat interpretatio contra stipulantem, l. veteribus. de pact. & per eundem Gra. in d. resp. 121. sed si fuit adiectum verbum Soluere; tunc procedit secunda opin. Pedem. decisionis, quia iurando omnia & singula attendere, & obseruare, perinde est, ac si iurasset expresse soluere, vt dicit eadem decis. Pedem. idē crederem, si iurasset numerare; quia intelligi debet đ naturali numeratione, quāuis etiam fictam comprehendere posset, vt ꝑ Bologn. in l. singularia. numer. 110. si cert. peta.

148 Septimo † limita, non procedere, quādo res ageretur īter mercatores, īter quos quia res agitur ex bono & æquo, & seruatur æquitas. l. quintus. mandat. pōt opponi compensatio, quæ competit ex naturali æquitate, vt sæpe diximus. facit, quod singulariter dixit. Corne. in cons. 119. colum. 2. volum. 4. vbi dicit, quod mercatores gerunt eorum negotia cum puritate, & non fundata in legibus, vel statutis. Ista limitatio non videtur vera; quia, quamuis procedendum esset inter ipsos mercatores secundum æquitatem; tamen hoc non procederet, quando interueniret iuramentū, cuius causa proceditur stricto iure, & de rigore: qui cum reperiatur in hoc specialiter scriptus, per d. capitul. debitores. de iureiurando. debet præponderare æquitati in genere scriptæ, vt supra conclusum fuit. Nec ista qualitas personarum videtur posse alterare virtutem ac priuilegiū iuramenti, argum. tex. in Auctem. sacramenta puberum. cum ibi nota. C. si aduer. vendi. quatenus obligatur non solum pubes minor; sed etiam impubes proximus pubertati. Nisi forte dicamus, quòd cum inter mercatores communiter agantur negotia secundum æquitatem, quamuis interueniat iuramentum: tamen intelligi debet secundum naturam dictorum negotiorum, super quibus interponitur, iuxta. l. si. C. de non nume. pecu.

149 Octauo † limi. non procedere, quādo debitum, de cuius compensatione ageretur, vel obijceretur, esset pariter iuratum; quia liceret compensare, vt habetur in sæpe allegata decis. 92. post nu. 35. Et credo quod ratio sit vicissitudo iuramenti; prout alias multa operatur ipsarum rerū vicissitudo, vt per multa similia demōstrat Io. Lup. ī repe. rub. de dona. int. vir. & vx. §. 50. Et ideo mulier, cui maritus fecit donationem propter nuptias, illam non debebit habere, si dotem non soluit: vt per Guid. Pap. q. 174. Et hinc illa vulgatissi-

150 ma regu. quod † Fidem non seruanti fides non debet seruari. l. cum ꝓponas. cum ibi not. C. de pact. l. pollicitatiōe. vbi Bar. C. de donati. ant. nup. l. qui fidem. de transa. c. frustra. de reg. iur. in 6. Fel. in c. si cautio. de fide instru. cum similibus congestis per Corne. in consi. 51. colum. 2. ad fin. volum. 1. & Gozad. in cons. 1. in prin. Et procedit etiam quando iuramentum intercessit; quia si iuranti non seruatur fides, ipse iuramentum seruare non compellitur, vt tradunt Docto. in dictis locis, & habetur per Rom. in cons. 244. colu. 2. post princi. Corne. consi. 96. colum. 3. in princ. vol. 1. cons. 191. in fi. cons. 113. col. pen. in littera M. cons. 121. col. 3. in littera P. eod. volu. cons. 167. col. 4. in fi. vol. 2. & cons. 245. colum. 2. vol. 4. & consi. 49. eod. vol. Ruin. in cons. 58. cons. 133. col. 3. & cons. 187. col. pen. in fi. vol. 1. Hinc etiam alia regula, ꝙ Mutua delicta pari compensatione tollūtur. l. si ambo. §. quoties. de compensa. Corne. cons. 157. in prin. volu. 2. & dixi etiam

151 supra: † nam Cōuenit eum carere vitio, qui in alterum dicere velit. l. cum mulier. solu.matr. l. si non solus, §. 1. si quis omis. cau.testam.l.2.§.idem ait.ne quid in loco publico.ca.iudicet. 3.q.7.Roma.in consi. 285.Dec.in c.cum ecclesiastice.in 3.nota. de excepti. Paris de put.in tracta.sindi.in procem.Corn.in consi.193.col. 4.in litera Y.vol 1.& in consi.40.col.2.vol.2.Et ideo si emptor fuit in culpa in non defendendo rē emptā, non potest negligentiam imputare venditori, qui nō comparuit ad susci piendum litem, iuxta denunciationem sibi factam: vt legitur apud Corn.in consi.
152 325.col.2.in fi.vol.1. † Et dixit Paul.de Cast. ꝙ quis non potest excipere de crimine contra testes, de quo ipse laborat, vt patet per eum.in l.in arenā.nu.4. C.de inoffi.testa.facit tex.in c.personas. de testib. &
153 dixit Bar.in l.4.§.Iulianus. de testā. † ꝙ mater meretix filiam meretricem exhæredare non potest, & vsurarius non repetit vsuras, quas soluit, nisi ipse restituat quas accepit.c. Michael. vbi not. de vsur.
154 † Et similiter venditor non potest allegare fraudem simulationis contra emptorē; quia est in eodem crimine, l.cum profitearis.C.de reuocand.dona.l. si creditoribus. de seru.pigno.dat.manumi.Gozad.in consil.94.col.fi.ver.quinto dico.vbi alia addu
155 cit. † Et maritus leno non agit contra vxorem de adulterio. Paul.de Cast.in cō-
156 sil.402.vol. 1. Bologni. consi. 23. † Et si actor, & reus sunt in pari negligentia, in faciendo testes examinari, non potest alter alteri negligentiā obijcere; q̄a mutua cōpensatione perimitur. Roma. consi. 443. d.l.si ambo.de compens.Grat.lib.2.resp.3. nu.23.& respon.sequen.nu.21.quia vt est trita parhæmia Nil Iudæus Iudęo; Nihil Catilina Cæthego, vt inquit Bar. in l. si vxor.§.iudex.de adulte. Paul.de Cas.in cōsil.67.in fi.vol.1.& Grat.lib.2.responso.6. col.4.in fin.post num.30. & Corne. consi. 121.in prin. vol.2. & bene concinit illud Satyricum Iuuen. cuius meminit Tiraq. de vtroq.retr.ti.1. §.finis. post nu.45. Clodius accusat mæchos, Catilina Cæthegū & alia plura similia exempla refert Corn. in consi.344.colum.2.volum. 1.& Neuiza.in sua Sylua nupti.fol.15.nu.4.Concludo igitur, quod eodem modo, si creditor debeat aliquid cum iuramēto, & vult obijcere compensationē, pari modo sibi obijceretur, vt per Goza.in consi.27.col. pen.
157 in princi.nam oportet eum, qui aliquid petit sibi solui, vt etiam se soluisse probet. c.1.vbi Bal.quali.domi.propri.pri.cum cōcordan, adductis per eundem Gozad. in consi.94.col.12.ver.iterum litterę directę. Quinimmo dicitur, quòd si exraret statutum, quod nulla posset opponi exceptio contra instrumentum; tamen hæc non intelligeretur sublata, secundum Bal.in l.ex prædijs.C.de euicti.sequitur Corn.in consil.245.col.2.vol.4.
158 Nono limi. † nō ꝓcedere, q̄n contra debitorē ageretur, sola facti veritate inspecta; quia posset opponi compensatio. Pedem.decis.1.nu.27.& d.decis.92.nu.35.allegat Grat.in d.resp.121. nu.21. Decimo limi. non habere locū q̄n verbū Soluere nō esset expressum, sed subauditū, vt quia in promissione iurata esset subaudiendū:
159 † nā q̄n forma subaudit, & sic aliquid venit ꝑ interpretationē, pōt ꝑ æquipollens adimpleri, vt per Grat. in d. resp. 121. nu. 9.sed ista limitatio est in effectu eadē cum sexta.dicas, vt ibi.
160 Vndecimo † limi.non procedere quando reus confessus fuit debitum ante probationem factā per creditorem. ita Grat. in d.respon.121. col.3. nu.16.allegat Sozi.in tracta.falle.in reg.86.incipien.compensatio.
161 Duodecimo † limi.non habere locum, quando debitum non esset liquidum, & instrumentum laboraret aliquibus difficultatibus, vt per eundem Grat. ibi numero 17.

Decimo tertio & vltimo limita non procedere, quando debitor iurasset soluere aliquid turpe, veluti simoniā; quia tm̄ abest, vt prohibeatur compensare, vt nec etiam valeat huiusmodi iuramentum; cū non posit seruari sine dispendio salutis

æternę;

æternæ;ex quo continet peccatum,tam ex parte iurātis, quam recipientis. ita tradit Guid.Pap.q.80.& hæc satis, quo ad hanc quartam illationem.

162 Quinto infertur: † nam quāuis contractus innominati sui natura sint reuocabiles:tamen,quando interuenit iurm̄, dicuntur irreuocabiles, & præcise sunt seruādi, iuxta Glo.in l.si pecuniam.in versic.necesse.de cond.ob caus.Corse.in rub.de iureiu.col.8.ver.secundum priuilegium. cum multis concordantijs relatis per Anto.de

163 Gab.in ti.de iureiur. concl. 9.† Et ideo dr̄, quòd si in donatione cā mortis fuerit dictum,ꝙ non posit reuocari,& fuerit interpositū iurm̄,non poterit reuocari,quia reputatur donatio inter viuos. de quo per Paul.de Cast.in cons.75.vol.2.& Crau.in consil.214. in fin. & est magis communis opinio. Et quia plerique tenēt contrariū, prout facit Corne.in consi. 126. col.pen. in littera R.vol.1.& consi. 129. ad fi.vol. 3.& Rui.consi.51.post nu. 14. vol.1.ideo idē Ant.de Gab.in d.conclus. 9. pro concordandis opinionib. refert quamplures distinctiones Doct. ad quas ego me remit

164 to, ne sim longior. † Et quamuis donator posit remittere conditionem, quam donationi adiecit in vtilitatem tertij,etiā eo inuito: vt per Barto.in l. qui Romæ.§. Flauius. de verb. obli. & late per Couar. lib. variar.resolu. cap.14. nume.7. versic. illud tamen.nihilominus,si interposuit iuramentum, non poterit dictam conditionem reuocare; quia iuramentum facit contractū irreuocabilem, quamuis de sui natura esset reuocabilis, vt ibi per eum, nu.10.& consequenter præcise seruari dēt.

165 † Tertio quāuis liceat resilire a conuentione facta de proroganda iurisdictione iudicis,non sui,vt l.si conuenerit.de iurisdic.omni.iud.Bar.in l.pen.& ibi Alex.C. de pact.vbi dicit cōem. idē Bar. in l.3 §. si quęsita.de eo quod cert. loco.Bal.in ca. quæ in ecclesiarum.col.5.de consti.Natta

166 in consi.607.tamen,† si in tali cōuentione interuenerit iuramentum, non habet locum pęnitentia;sed præcise seruari dēt, vt p Doct.in c.1.vbi Imol.& Are. de iud. idem tradit Ias.in §.item si quis postulante.col.2.n.13.Insti.de actio.Corse. in rub. de iureiu.col.8.ver. secundum priuilegiū. & co.12.ver.decimūsextum priuilegium. Ant.de But.in cap.veniens.de iureiu.Docto. in d. l. si conuenerit. Ancha.in consil. 142.circa fin.Anto.de Petru.in repeti.l.1. ver.decimus nonus effectus.nu.207. de iureiu. vbi dicit communem. & idem dicit Dec.in d.c.1.col.14.ver.sexto fallit. de iudi.& Couar.in c.quamuis.de pact. in 6.§. 4.ver.nono.nu.7.in prima parte.cum similibus adductis per Anto. de Gabr.in titu. de iureiu. concl.9.nu.12. vbi similiter testatur de cōmuni.Dec.tamē in d.c.1. de iudi.dicit contrariā opinionē videri probabiliorem.quam etiam tenet Bologni.alios sequendo in cons.46.Pro communi tamē parte, & sic ꝙ non liceat pęnitere ꝑpter iurm̄, adducuntur quamplura. Et primo quia propter iurm̄, ad factum quis præcise obligatur & compellitur, nec succedit obligatio ad interesse,l.si pecuniā.vbi Gl. de cond.ob caus.& diximus supra in principio huius priui. ergo non pōt esse locus pęnitentiæ. Ad hoc resp. Dec.in d.c.1.de iudi.post Io.de Anania in c.fi.ne pręla.ui. sua.Alex.in l.stipulationes non diuidūtur. de verb.obli.& Bologni.in d.cons.46.col. 2.ver. ꝑterea ad hoc adduco. ꝙ ex tali argumentatione non bene infertur ad hoc priuilegiū in quo duo considerantur primum,obligatio ad factū,quæ dr̄ expressa. secundum pęnitentia,quæ in tali conuentione specialiter cōceditur,& interesse ꝑstari pōt, hocque tacite venit. Quāuis ergo per iurm̄ tollatur primum, scilicet. ꝙ obligatio ad factum præcise præstari debeat:non tn̄ tollitur secundum, vt scilicet, nō liceat pęnitere, vel ꝑstare interesse:sicut in simili dicitur de eo,qui in contractu innominato se obligauit ad seruum manumittendū: qui potest re integra pęnitere. l.si pecuniā. §.sed si acceperit. cum Gl.in

167 ver.consequi.de cond.ob cau. † & tamē alias fauore libertatis quis obligatur præcise ad factum.l.qui Romæ. §. Flauius.&

ibi Paul. de Cast. de verb. obl. Hanc respõsionem reprobat Rip. in d. cap. 1. de iudi. post nu. 59. quia, quamuis in casu nostro videantur duo; tamen vnũ dependet ab altero. ideo remoto vno per iuramentum, scilicet, quod iurantem compellit pręcise ad factum, intelligitur etiam in consequẽtiam sublata pęnitentia. sed in exemplo de seruo manumittendo illa duo sunt separata, scilicet, fauor libertatis, & contractus innominatus. Mihi autem videtur hanc differentiã, quã facit Rip. in verbis tantum consistere, non in re ipsa; quia si fauor libertatis compellit præcise ad factũ, deberet etiam in consequentiam tollere facultatem pęnitendi. & sic in vtroque casu vnum depẽdet ab altero. ergo stat regu
168 la, † quod Prohibito vno antecedenti, intelligitur quoque prohibitũ consequẽs ad illud. l. non dubium. C. de legi. c. nam concupiscentiam. & ibi Dec. de cõsti. Bar. & Docto. in l. 2. de iurisd. omni. iud. Nec obstat tex. in d. §. sed si acceperit. quatenus ibi dicitur, quod licet pęnitere, ne seruus manumittatur; quia ad illum respondet Sozi. in d. §. Flauius. nã inquit, quod ideo ibi non cogitur manumittere; quia seruus aufugeret, ex qua fuga dominus eius fuerat offensus; & sic ex iusta causa potuit non manumittere; ergo a contrario sensu, si non subest causa, posset cogi ad illum manumittendum. & sic potius probat contrarium. Sed ista solutio, & responsio mihi non satisfacit ex duobus. primo; quia si ex eo, ꝙ fuit dominus per fugam offensus potuit non manumittere: ergo cessante illa causa potuisset manumittere; quia Eius est nolle, qui potest & velle. l. eius est nolle, de reg. iu. Si ergo erat in eius facultate: ergo non tenebatur præcise ad factũ. Sed istud vere nihil est; quia Sozi. intellexit, quod si existente iusta causa non manumittendi, non potuit cogi ad manumittendum; ergo eadem non existente, poterat cogi, & consequenter facultas manumittẽdi non erat amplius in eius arbitrio; quia ad illum manumittendum se obligauerat, nisi iustam causam non manumittendi postea habuisset. ex alio tamẽ, & sic secundo, dico hanc responsionem non posse procedere; quia illa fuga non fuit iusta causa nõ manumittendi, dato, quod pręcise obligatus fuisset; quia tunc in his obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, quando difficultas subest taliter, quod per eam quis præcise factum præstare non possit. l. 2. si quis caut. l. si vehenda. §. fin. ad lege. Rhod. de iact. l. 1. §. iubet. versic. si frater. & l. 3. §. fi. ff. colla. bono. l. apud Celsum. §. si in arbitrium. de dol. except. §. libertas quoque. Inst. de singu. reb. per fide. reli. & est ratio secundum Sozi. & Dec. in l. quod te. si cer. peta. quia Facilius est dare, quam facere, iuxta not. in l. 4. §. stipulationes non diuiduntur. de verb. obl. eodem modo, si sub sit alia causa necessaria, ex qua promissionem implere non possit; quia liberat promittentem a periurio. l. fin. qui satisdare cog. Abb. in cap. venerabilem. post num. 24. de electi. & in c. veritatis. post nume. 39. de dol. & contu. Sed in casu d. §. sed si acceperit. nullum impedimentum suberat cum de facili illud posset remouere, offensam dimittendo. l. qui potest facere. vbi Dec. de reg. iu. illa enim causa fugæ, quatenus iusta dici posset, esset (inquam) iusta respectu ipsius serui qui ob fugam demeruit libertatem; non autem quantum ad excusandum dominum a sua promissione manumittendi. & propterea idem Sozi. aliter respondet, ꝙ ibi fuerat promissum manumittere seruum proprium; in qua non est tanta rõ manumittendi sicut seruũ alienum, arg. tex. in l. in annum. cum ibi not. C. de inoff. testã. ꝑ quem Brun. in quod ĩ eius consi. quod habetur post eius tractat. de statu. fęmi. a succes. exclu. col. pe. ver. ceterum, dixit ꝙ facilius quis potest excludi ex testamẽto, ẽt quo ad legitimã, quàm ei possit successio ab intestato denegari. Hæc quoque solutio mihi nõ satis facit, quia in ꝓmissione facti, qđ præcise præstari dẽt, hæc affectio voluntatis non attenditur, cum libere a promittente nõ dependeat, ex quo ꝓmissiones sunt de necessitate adimplendæ, argu. l. sicut. de acti. & obli.

& obli.Ias.quoq; in d.§.Flauius,post Sozi.aliter rñdet,& dicit,ꝙ tex.in d.§.sed si acceperit.nihil facit; qa loquitur in contractu mere innominato,qñ dedi,vt seruũ manumittas.quo casu nõ solũ ĩ obligationibus dandi,sed ẽt faciendi, vel cõtra,nõ tenetur præcise:immo sẽper succedit obligatio ad interesse.l.naturalis.§.1.ff ꝑscr. verb.vult dicere Ias. si eius sensũ bene calleo,ꝙ talis obligatio,vt quis præcise cogatur ad factũ, est cõtra naturam cõtractuũ innominatorum, in quibus semper est locus pœnitentiæ.qđ si ita est,tunc dico, ꝙ
169 ista solutio seu rñsio est peior cæteris† qa ẽt in contractibus innominatis, quinimmo & ĩ ipsa ꝓrogatione iurisdictionis iudicis nõ sui,potest fieri pactũ, ꝙ nõ liceat pœnitere vllo tempore:vt per Doct. in d. l.si conuenerit.vbi idem Ias.nu.24.& 25. de iurisd.omn.iu.ponit hoc pro limitatione ad illum tex.& ita quoque pręcise tradit Nat.in consi.607.ad fin.vbi propterea inquit,quòd huiusmodi pactũ nõ est contra substantiam cõtractuũ innominatorũ
170 † patet etiam in promissione, facta sub conditione in contractibus innominatis, in quibus non est licita pœnitẽtia, vt per Bar.Angel.Fulg.& alios in l.ab emptione.de pact.ergo multo fortius, vbi interuenit iuramentũ;ex quo in forma specifica magis impleri debet, quam conditio. c.ad nostrã.el 1.de iureiu.iuncta.l.si peculium.de statu li. quæ iura ad hoc adducit Gra.lib.1.resp.121.in prin. quod responsum sæpe allegauimus.Ego propterea cogitabã dici posse,ꝙ in d.§.sed si acceperit ideo ibi nõ cogit̃ præcise ad manumittendum;qa minoris est efficaciæ fauor libertatis,quã iurm;& ideo nõ valet argumentum de vno ad alterum.Hoc aũt patet manifeste; qa ibi agitur de fauore respiciẽte beneficium corporis;hic vero de priuilegio iuri,cuius inobseruantia lædit animã, quæ est cunctis rebus præferenda.c.sedulo.28.distin.c.ꝑcipimus.12.q.1.Stãte igitur iurõ videtur,ꝙ non habeat esse locus pœnitentiæ; quia per id sublata intelligitur,cum efficacius obliget ad facti præcisam præstationem, quàm fauor ipse libertatis,ex quibus sequitur argu.supra factum adhuc subsistere. Verum tamen, si quis in disputando uelet tenere contra communem,posset respondere,prout dicebat Io.de Imo.in l.2.§.penul.de donat. & refert Bologni.in d.consi.46.colum.2. quod Glo. in d.l.si pecuniam.de cond.ob causam.non probat illud ad quod allegatur;quia illud, quod dicitur iuramentum obligare præcise ad factum, intelligi potest procedere,quo ad Deum, non quantum ad forum iudiciale.& sic vult, quòd vbi nõ præcedit pręambula dispositio secundum cuius naturam iuramentum ipsum habeat operari, vt quis possit præcise compelli,satis sit præstare interesse.cõstat autem, ꝙ in casu nostro sumus in dispositione,cuius natura est,vt liceat pęnitere,merito satis erit ꝑstare interesse. Secundo pro communi opi.adducitur,prout etiam refert Dec.in d.c.1. de iud. quia iuramentũ impleri dẽt in forma specifica d.c.ad nostrã. de iureiur. ergo formaliter seruari debet,prout præstitum fuit. Istud arg est in effectu idem cum primo;quia si specifice impleri debet: ergo & præcise. ipse tamen respondet,& fatetur cõtrariũ; sed dicit, ꝙ per hoc non excluditur interpretatio,quæ extra proprietatem verborũ venit ex natura actus,vt probatur in l.fin. C.de non numerat.pec.vbi dicitur, quòd iuramentum intelligitur secundum naturam actus,cui apponitur.ista solutio, quæ similiter est in substantia eadem cum præ
171 cedenti, confirmari potest; † quia videmus,ꝙ si statutum mandat,ꝙ verba intelligantur specifice & præcise,prout iacent non tamen propterea intelligitur exclusa interpretatio verborum legalis, & necessaria ex natura rei:vt tradit Bar. in l. omnes populi.col.antepen.ver.vltimo quæritur.de iust.& iur.Corne.in consi.314.volum.3.cum concordantijs cumulatis per Paris.in consi.69.nume.20. in fin.volum.
172 4.† Et quamuis stipulatio sit stricti iuris.vt l.quidquid adstringẽdæ.de verb.obli.tamẽ,si adijciatur cõtractui bonę fidei,

efficitur & ipsa bonæ fidei.l.Lucius.§. fin. de euict.l.qui id quod.de dona.l.si eũ.§. q.
173 iniuriarum.cũ ibi not. si qs cautio. † Et quamuis statuta et sint stricti iuris.l. 3.§. hæc verba.de nego.gest.l.2. C. de noxa.li. acti.& ex illis cõpetat similiter actio stricti iuris:tñ,qñ loquuntur super contracti bus,qui sunt bonæ fidei actio ex illis competens dr̃ pariter bonæ fidei:vt per Bald. in rub.de constituti. & propterea statutũ loquens de testamẽtis,quæ & ipsa sunt instar bonę fidei,actio ex illo competẽs sortitur illorũ naturã Cot. in suis memorali-
174 bus.in ver.statuta el 1.† Et quãuis dictio, Et cetera,omnia cõplectatur,vt l. ceterorum.de verb. sign.tamen intelligendũ est secundum naturam actus,vt volunt Doc. in l.Gallus.§.idẽ credendum. de liber, &
175 posth. Et magis in terminis † loquendo videmus, ꝙ quis ex contractu agere non potest,nisi doceat pro parte sua adimpleuisse.l. Iulianus §.offerri. de actio. empti. Cor.in cõs.79.col.pe.ver.& qui vult agere.in littera O.vol.1.si ergo iuramentum, in eo contractu appositũ fuerit,restringitur secundum naturam contractus vt iurans non teneatur seruare, nisi sibi promissa adimpleãtur.c.peruenit.el 2.& ca.sicut el 2.de iureiu. Videmus ẽt, ꝙ cũ de natura contractus matrimonij sit, vt propter adulterium posit peti separatio,eodẽ modo restringitur & iuramentum super eo interpositum.c.quemadmodum. vbi Ab. de iureiu.dixit,quòd iur̃m recipit omnes illas conditiones,subauditiones,& limitationes,quas recipit contractus, super quo apponitur; quia iuramentum est accessorium ad illum.Gozad.in cons.57.colum. 1.vbi prædicta adducit. Quãuis ergo iuramentum sit stricti iuris natura sui;& ꝓpterea præcise seruari debeat;cum tamen adijciatur contractui innominato, illius naturam sequitur, vt non pręcise seruari debeat;& sic posit esse locus pęnitentiæ: prout est de natura contractuum innominatorum. Ista solu. quamuis sit vera in se; tamen in casu nostro non videtur posse procedere;quia negatur, quod de natura contractus innominati sit pœnitere, cum posit fieri pactum in contrarium, vt supra dicebamus,quod fieri nõ posset,si cõtra eius naturam esset,vt not.in l.cũ quid. si cer. peta. & patet etiam ex regula generali,quæ dicit,Pacta seruabo.l.1. de pactis & Quæ procedunt de labijs meis,non faciam irrita;cuius dicti meminit Gra. lib. 2.respon.26.post nume.17.alioquin si promittens in contractu innominato haberet intentionem pœnitendi seu posse pœnitere, diceretur quodammodo actum repugnantem facere,contra l.vbi repugnantia.de reg.iu.quia eodem tempore intenderet promissa seruare,& ab eisdem discedere posse. Quando ergo a principio promisit,ea intentione promisit,vt adimpleret;nõ etiam vt promisionẽ posset reuocare;ex quo intendebat adimplere. Est itaque primordialis natura contractuum omnium,etiam innominatorum, vt obseruentur. Et licet in innominatis contingat pœnitere;hoc tamen est per accidens. & iur̃m intelligitur secundũ naturã primordialem actus, in quo interponitur;non secundum accidentalem,vt per Are.in d.c. 1.de iudi.& supra etiam latius comprobauimus hoc ipso priuilegio. & ꝙ de natura contractus innominati sit,vt habeat obseruari,patet per tex.in d.l. si conuenerit. de iurisd.omni.iud.vbi secundum cõmunem Doctorum intelligentiam, ponitur casus specialis, ꝙ in proroganda iurisdictione iudicis non sui,liceat pœnitere:ergo in contrarium est ius cõe. Cęterũ his minime repugnantibus,dico solutionẽ verã esse,& recte accõmodari casui nr̃o;qa verum est, contractus innominatos sui natura reuocabiles esse,& in illis posse pęnitere. Nec obstat,ꝙ ex cõuẽtione partiũ, posit pacisci ab initio, ne liceat pęnitere quasi non sit de illorũ natura;qa r̃ndetur, ꝙ natura in contractibus duobus modis consideratur,videlicet,vniuersalis,& particularis.quod ergo dr̃,naturalia non posse immutari in contractibus ex partiũ cõuentione, procedit considerando naturalia, put sunt de substantia. & sic prout sũt

idem

idem quod substantialia; quæ ita magis ap pellari debent potius, quã naturalia: nam in his nihil pôt immutari, cũ semp requirantur ad actum, vt in emptione pretium. §. pretiũ. Insti. de empti. & vend. in præcario, ꝙ res ad libitum reuocetur, l. 1. & l. cum precario. de præcar. & sic de ceteris. Sed cõsiderãdo naturalia ĩ specie, quæ alio nomine a Doctoribus extrinseca nuncupantur, ista quãuis insint contractibus, ex legum dispositione: tñ per contrahentes tolli possũt, adhuc remanẽte cõtractu, vt in venditione, quod venditor nõ teneatur de euictione. l. ex empto. de actio. empt. in locatione, quod res non intelligatur tacite reconducta. l. ex cõducto. locat. & in contractibus innominatis, vt de re nostra loquamur, quòd non possit pœnitere. Concludo igitur, ꝙ de natura contractuũ innominatorũ est, & quidẽ extrinseca, vt possit pœnitere: scd̃m quam iur̃m erit intelligendum; quia non præsumitur immutatum, quod est fieri consuetũ, l. circa. locati. l. quod si noli. §. qui assidua. de edi. secundo ẽt posset responderi, quod ideo iur̃m non impedit hanc pœnitentiã in pacto de proroganda iurisdictione; qa est interpositum super materia, quæ publici iuris est; nẽpe super ipsa iurisdictione; & ideo priuatorum conuentionibus, non potest eidem derogari. l. neque pignus. de
176 reg. iur. l. ius publicum. de pact. † Tertio pro eadem cõmuni opi. adducitur; quia actus aliàs retractabiles, si iuramentum apponatur, non possunt reuocari, ca. cum cõtingat. de iureiu. c. quãuis. de pact. in 6. Aucten. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. Dec. in d. c. primo. de iudi. Ad hoc respondet, quod procedit in cõtractibus, qui de sui natura non possunt reuocari. l. sicut. C. de actio. & obli. l. si ciuile. C. de rei uendi. Et quãuis iure quodã singulari minoribus atque mulieribus indultum sit, vt
177 reuocentur: † tamen tale priuilegium facile tollitur per ipsum iuramentum. l. eius militis. §. militia missus. de testamen. mili. & l. quarta. de fideicom liber. sed in casu nostro pœnitentia admittitur de natura pacti: ergo iuramentum erit intelligendum secundum illius naturam; & eo magis, quod iuri publico derogaretur, vt statim dicebam. Quarto allegatur, quia iuramentum habet vim litis contestatæ. l. nam & postea. §. si is qui temporali. de iureiurando, & dixi in priuilegio 52. sed post litem contestatam, non habet locum pœnitentia, dicta lege, Si conuenerit. de iurisd. omni. iudi. Et videtur es-
178 se ratio, † quia propter iuramentum, res non dicitur esse integra, vt voluit Gl. in d. l. si pecuniam. in prin. in verbo Necesse. de cond. ob cau. Respondet idem Dec. & inquit argumentum procedere in iuramento litis decisorio, quod tẽdit ad fauorem iurantis, secus est in iuramento confirmatorio, quod respicit iurantis præiudicium, & in eo est diuersa ratio. Et istã solutionem sequitur quoque Rip. in d. c. 1. de iudi. ego vero istã differẽtiã reprobaui in d. priuileg. 50. vbi ostendi etiam iuramentum extraiudiciale habere vim litis contestatæ. & ideo aliter est respondendũ ad hoc argumen. Dico igitur, ꝙ procedit in vera litis contestatione, quæ si facta fuerit, res non dicitur amplius integra; secus in iuramẽto; quia quamuis habeat vim litis contestatæ, non tamen est proprie contestatio litis, argu. §. fuerat. cum ibi not. Insti. de actio. & dato, quod esset, non diceretur expressa; sed tacita, resultans ex priuilegio iuramenti, quæ non est propterea tantæ potentiæ, vt faciat rem non esse inte-
179 gram; † quia Dispositio tacita debilior est expressa Aret. in l. ita stipulatus. colu. 6. de verbo. obli. & videmus, quòd Expressum vincit tacitũ l. cũ filio §. filio. de vulg. & pupi. sub. & habetur in l. fi. C. de pact. conuen. licet ergo per litis contestationẽ expressã res efficiatur non integra, non tñ efficitur per tacitam, resultantem ex priui-
180 legio iuramenti. † Quinto facit; quia iuramentum semper addit aliquid actui, & illi præstat maius robur, qñ super eo interponitur; quod patet; quia facit illum valere omni meliori modo, quo fieri potest l. cum pater §. filius matrẽ. de lega. 2. Bar. in

l.si quis maior.col.fin.C.de trāsa.cū alijs p Dec. adductis in d.c.1.de iudici.& nos alibi dicemus. ergo dicendum est, quod ita addat, vt non sit locus pęnitentię. Respo. quòd satis est, quod addat, quo ad alia puta, quod addat forum foro, iuxta ca.fin.de foro compe. & in alijs sequatur naturam actus iuxta d.l.fi.C.de non num.pecu. pro
181 hac solutione bene facit; † qa Quoties dispositio potest plura addere ad ius commune, satis est, quod vnū addat; & in reliquis intelligatur secundum ius commune & sic restringatur. ista est vera, & communis conclusio: vt ait Curt. iuni.in consi. 105.col.1.refert & sequitur Bello. in consil.53.nu.8.& late tradit in materia Rolā. a Valle super statu. de lucro dot. quæstio. 2.Calca.consi.75.col.4 in fin. Anto. Butr. in cap. dilecti. de for.comp. Curt. iun.in consi. 7.nu. 8. & Grat. lib.1.respon. 19.in
182 fi.& respon.41.nu.26.& alibi dicitur, q In multiplici intellectu ille tenendus est per quem minus derogatur iuri communi.ca.cum dilectus.de consue.Nat.in consil.514.nu.9.ad idem facit; quia Plura specialia non sunt multiplicāda, l.1. C.de dotis promis.cum vulgari.& ideo dicitur, q non conuenit plura verba in dispositione impropriare; quia sic esset multiplicare specialia: quod fieri non debet. ita argumētatur Grat.lib.1.respon.9.nu.110.vbi cōcordan. Secundo potest responderi, quod dicta clausula, omni meliori modo operatur validitatem actus, quando aliàs actus ipse est inualidus, vt tradunt omnes, in l.1.§.si quis ita.de verbo.obli. At vbi actus est per se validus dicta clausula nihil habet operari; quia operaretur vltra agentium intentionem: quod fieri non debet. l.obligationum substantia de actio. & obli.l.non omnis.si cert.peta.& l.in traditionibus.de pactis. Sed in casu nostro pro-
183 rogatio iurisdictionis iudicis, † nō sui, valet a principio, quamuis postea habeat locum pęnitentia: ergo dicta clausula. Omni meliori modo, resultans ex priuilegio iuramēti, nihil operatur. Sexto argumētat sic: Iuramentū, & sententia ęquiparantur, l.2.de iureiuran. sed condemnatus per sententiā tenetur præcise facere, vel adimplere.l.qui restituere.cum Glo. de re iudica. ergo idem vbi est iuramētum. Istud argumentum sublatum fuit supra in principio huius priuilegij.nu.4.cum sequen. Rip.ēt in d.cap.1.de iudi.post nu.59.dicit, quod hęc regula procedit in iuramento litis decisorio; secus in confirmatorio. Ego dixi hanc differentiam, quantum ad hoc, non esse veram; quia iuramentum habet vim quarantigiæ, quæ habet executionem paratam, vt dicemus in priuile.77.ergo eodem modo debet parere effectum speci-
184 ficę executionis; † qa Dispositū in principali, censetur etiam dispositum in depēdentibus ab eo, etiam si tractetur de correctione iuris communis, iuxta nota. in l.2. de iurisd.omni.iud.& pet.Stepha. de Federi.in suo tracta.de interpreta.iur.par.1. n.34.vbi per hoc infert, q in tali casu statutum nō interpretatur secundum ius cōmune, in eo.scilicet, in quo nō est expresse correctū: Respondendū est igitur, vt alias
185 supra dixi. Vel pōt ēt dici, † q argumentum istud a simili non multum vrget, præsertim cū in casu nr̄o probanda sit similitudo. quod tamen non sit ex eo, q in quibusdam sint dissimilia, & in alijs eiusdem virtutis, & efficaciæ, vt in d.l.2.de iureiu.Docto.not. post Glo. ibi & huiusmodi argumentum, a similibus, videlicet, vel æquiparatis, patitur multas limitationes, quas cōgerit Grat.lib.1.respo. 26.quarum plures accommodari possunt ad casum nostrū p responsione & declaratione huius rei: illas ergo nō transcribo; sed ad eū me remitto. Septimo pbatur; quia promittens in iudicio tenet̄ pcise litigare, ne fallat fidē duobus, videlicet iudici & parti: ergo idē, qn̄ iurauit; quia duobus promisisse videtur, parti, scilicet, & Deo, cui per iurm̄ principalis obligatio acquiritur, d. c. debitores, de iureiu. Respondet Rip. in d.c.1.de iudi. quòd respectu obligationis acquisitæ Deo pars iurans nō poterit se iuuare, quia bene habebit illum vltorē; sed quo ad partē, posset pęnitere. Ista solutio videt̄ posse retor-

se retorqueri;quia si iurans, quo ad Deũ, tenetur,cui tñ non fuit iuratũ principaliter,quanto magis tenebitur, quo ad partẽ in cuius fauorem iuratum est;licet secundario sit etiam obligatus Deo.quo casu si pars remittat,& Deus remittit:vt per Abba.in c.propterea.n.3.de spõs.& matr. vnde ad hoc videtur respondendum, iuramentum,scilicet,non obligare iurantem, quo ad ipsam partem, quia interpositum super re, cui derogari non potest, vt dixi in secundo argumento in fi. nempe super iurisdictione cui potest derogari, cum sit publici iuris,obligat tñ illũ, quo ad Deũ quia temere iurauit. & hoc vsq; adeo verũ est, vt de sua temeritate etiam puniri
186 mereatur:† nam videmus, ꝙ quis ex temeraria assertione punitur,ac si in dolo esset.Glo.& Doct.in l.2.ver.tacita asseueratio.quod quisq.iu.Calc.in consi.25.col.3. ergo multo magis de iuramento temerario.Octauo & vltimo adducit̃, sicut quoquæ refert Rip. quia iuramẽtũ habet vim expresse renunciationis,secundũ Glo. in c.ex rescripto.de iureiu.Gra.lib.2. respõ. 94.nu.35.Sed vbi promittens renunciasset expresse beneficio d.l.si conuenerit. de iurisd.omn.iud.nõ posset pœnitere:vt ibi concludit Ias.post Alber.nu.25.in 7.limita.ergo eodẽ modo,si iurauit.& per hanc rationẽ dicit communẽ opinionẽ esse tutiorem. Verumtamen si quis vellet in disputãdo tenere cõtrariũ,posset ad hoc respondere, ꝙ quamuis iuramentũ habeat vim expressę renunciationis specialis, nõ tamen habet vim specialissimæ, quæ req̃ritur in derogando d.l.si conuenerit. quo casu dicitur indiuidua, ac specialium derogatio,vt dicã infra in priuilegio seq.nu
187 me.55.& ꝙ non habeat vim specialis d̃rogationis tradit Tiraq.in pfatio.l.si vmquam.nu.150.C.de reuoca.dona.& ideo dico, ꝙ non sufficeret derogare specialiter legibus permittẽtibus pœnitentiã in contractibus innominatis; ita vt intelligeretur derogatũ,d.l.si conuenerit.q̃a,vt dixi,opus est indiuiduali expressione de ea dẽ lege,quæ nõ resultat ex expressa renunciatione, quãuis speciali.Et ex his patet, ꝙ in disputando facile posset responderi his,quæ pro defensione cõmunis opinionis in medium per Doctores adducuntur contra quam multa facere videtur, de q̃bus per eosdẽ Doct.in d.c.1.de iud.Et primo dicunt facere tex.in l.si qui satisd.cogantur.qui quidẽ tex.nihil vere facit; q̃a loquitur, quando causa superuenit post iuramentum,quæ bene facere potest,vt licite quis valeat a iuramento discedere,
188 † cũ intelligatur,rebus sic stantibus. ca. breui.de iureiu.Gl.in c.quemadmodũ eodem ti.l.quod Seruius.de cõd. ob caus.& l.si cõuenerit.pro socio. Sed ĩ casu nostro iuramentum fuit interpositũ tẽpore quo causa suberat,quæ etiam nota erat iurãti: ergo non põt excusare,sed iur̃m debet seruari,iuxta.c.cum contingat de iureiu. ca. quamuis.de pact.in 6.& Auctẽ.sacramẽta puberum.C.si aduers.vend. Secũdo adducitur dictum Inno.in c.per tuas.de arbitr.vbi voluit,quòd si quis iurauit satisfacere laudo,intelligeretur etiam satisfacere soluendo pœnam;quia iuramẽtum respicit naturam actus,super quo interponitur:& sic non erit obligatus non pœniterẽ.& illud dictũ sequitur Ab.in d.c.1.de iud.& in c.sicut ex litteris.post nu.11.de sponsali.& Rom.in l.hæreditatem. de donatio.Respon.hoc dictũ Inno.non esse verum.& illud reprobat ibi idẽ Ab.sibi contrarius.& in c.veniens.ante num.9. de iureiu.& Fel.in d.c.1.de iudi.& in c.ad nostrã col.fi.ver.3. pro ista parte. de iureiur.
189 †.Quia iuramentum habet vim clausulę Rato manẽte pacto l. si quis maior. & ibi Bal.& alij.C.de trans.& cũ hac solutione transit Rip. Tu aũt aduerte; q̃a dictũ Inno.defendi facile potest: nam clausula Rato manente pacto, nõ operatur in pœnis cõuentionalibus, in quibus vna tã tũ vice committitur,& nõ,nisi semel peti põt.ita Bal.in add.Spec.post eum.in tit.d̃ locat.col.5.in fin.ver.pœna legalis. quod pro singulari retulit Marsi. in suo singula. 472.Quãuis ergo sit appositũ iuramentũ, nihil operabitur; quia pœna semel tãtum commi-

committetur, non obstante dicta clausula, quæ inest propter iuramentum. & sic obligatus non poterit præcise compelli ad factum, vel deductum principaliter in obligatione compromissi, prout dicebat Innoc. Vnde aliter, & secundo responde de mente Abb. prout etiam refert & sequitur idem Rip. quòd ideo in casu Innoc. non compellitur præcise; quia non obligauit se super certum quid; sed generaliter de seruando laudum. vnde forte potuit aliquid in laudo contineri, ad qđ ipse iurans non cogitauit, & ideo illi succurritur, vt pœnam soluere posit: sed in casu nostro se obligauit super re certa, scilicet, super proroganda iurisdictione iudicis non sui. Sed ista solutio seu respõsio mihi videtur admodum periculosa, ex duobus. Primo, quia etiam in casu Innoc. illa obligatio potuit dici certa, cum ad certum laudum ferendum a certis arbitris referatur. & satis potuit dici certum ex eo, ꝙ ex aliqua verisimili causa, vel ratione, sic latum est, prout deinde apparuit. arg. tex. in l. filiusfamilias. de ritu. nupt. per quem dixit Marsi. in consi. 7. post nume. 34. & in consil. 26. nume. 4.
190 † quòd Certum dicitur, quòd probabili & verisimili ratione probari potest. Secundo; quia dato, ꝙ illa obligatio non esset ita certa, vt in casu nostro; adhuc tamẽ erat sufficiens ad obligandum promittentem, vt rem in genere promissam præstaret; quia sufficit in genere de rebus particularibus esse cogitatum, etiam si non fuerit cogitatum particulariter. l. qui iure militari. de testam. mili. Curti. iun. in cõs. 49. col. fi. ad fi. præsertim, quòd iuramentum habet vim specialis expressionis, vt dixi in priuilegio. 70. & supra in vltimo argumento pro alia parte. Respon. ergo aliter, videlicet, per tex. in l. si libertus iurauerit. de oper. liber. vbi dicitur, quod si libertus iurauerit stare arbitrio patroni, vel alterius personę, intelligitur, si æquũ fuerit arbitratus; quia alias iuramentum esset vinculum iniquitatis. Amplius dici potest, vt etiam dixi supra, quod tantum abest, vt in casu nostro dicatur de natura actus posse pœnitere, vt potius dicatur contrarium: De natura enim pactorum est, ꝙ seruentur, nec habeat locum pęnitentia. l. 1. de pact. iuncta. l. sicut. de actio. & obligatio. Et quamuis in pacto prorogante iurisdictionem, secus dicendum videatur: tamen hoc esset per accidens; cum a principio de seruanda promissione, non etiam de pęnitentia, fuerit cogitatum; præsertim, ꝙ quis præsumitur velle facere actum validum, & non elusorium, & vt suum sortiatur effectum irreuocabilẽ. l. quoties. de reb. dub. l. si prætor. in princ. de iudi. l. 3. de milita. testam. & Natta in consi. 148. num. 33. Et quamuis postea contingat pęnitere, hoc est per accidens. & iuramentum non regitur secundũ accidentalem actus qualitatem; sed secundum primordialem naturam illius, vt sæpe a nobis est commemoratum. quod ẽt videtur bene animaduertisse Rip. in d. c. 1. de iudi. Tertio pro hac parte contra communem adducitur tex. in l. fina. C. de non numer. pecu. vbi iuramentum intelligitur secundum naturam actus cui adijcitur. & tradit Sozi. in consi. 48. colum. fi. volum. 1. Paris consi. 12. nu. 8. versic. & suadet. volum. 1. nu. 76. & consi. 86. colu. pen. nu. 44. vol. 3. facit optime, quia istud iuramentum habet relationem ad conuẽtionem: ex quo sequitur, quòd intelligatur se velle regere, & confirmare secundum illam, arg. §. iurare. Insti. de actio. & l. in summa. de re iud. cum similibus adductis per Bologni. in consi. 67. in prin. nam ista conuentio, ad quam se refert iuramẽtum, est in ipso quidem iuramento cum
191 omni sua qualitate & natura; † quia Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus: vt notanter dicit Abb. in consi. 75. colu. fina. ver. & per hoc intelligitur. par. 2. Aret. in l. scire debemus. col. 4. de verb. oblig. Dec. consi. 539. col. pen. nu. 9. Bello. consi. 59. num. 3. cum similib. Et ideo dicitur, quòd si sententia se refert ad acta, in quibus est expressus error, tunc talis error dicitur esse similiter expressus

pressus in sententia,& ideo nō valet.Bar. in l.1.C.de error.calcu.Corn.in consi.53. col.3.post literam.N.& consi.71. colum. 2.ad fi.& ibi concord.vol.1.& alibi sæpe. Ad hoc iam ex prædictis patet esse respō sum; quia negatur, ꝙ de natura primordiali sit posse pęnitere. pręterea ad tex.in d.l.fina.C.de non nume.pecu.Rip.post alios dicit, quòd ideo ibi iuramentum non tollit exceptionem non numeratę pecuniæ, quia illa confessio fuit facta sub conditione;non autem simpliciter,& pure, nempe si pecunia numeraretur; hoc enim inter partes actum fuit, vt etiam ibi sentit Glo.Cum ergo iuramentum fuerit interpositum, super actu habente in se tacitam conditionem ex dispositione,& intentione hominum contrahentium, si pecunia numeretur, recipit & ipsum iuramentum eandem conditionem.c.si illud fiat,vel sequatur.c.peruenit. el 2. de iureiurand. Contra istam responsionem facit;quia cum de dicta conditione non appareret, non poterat confessio dici condi
192 tionalis; † quia Paria sunt non esse, vel esse & non apparere,l.in lege.de contrah. emp.l.in duobus.§.si tabulę. quemad. test. aperi.quæ iura ad hoc allegat Signor.cōsil.10.colu.fin. facit, quod in simili scribit Calca.in consi.104.col.4.ad fin.vbi paria sunt conferre beneficium,quod non est in rerum natura, vel beneficium, quod est: de illo tamen non apparet neque constat. Cum ergo de conditione non constaret, videbatur, quod iurans non posset opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Sed saluando responsionem dicendū est, quod satis de conditione dicitur ibi constare,vel apparere, iuris præsumptione: ex quo enim ius siue lex præsumit in talibus contractibus fęneratitijs confessiones fieri in fraudem plerumque vsurarum occultandarum, & sub spe futuræ numerationis, præsumptiue de dicta conditione constat, & est satis. atque ita intelligi debet tex.in d.l.fin.C.de non nume.pecu. Quarto allegatur;quia iuramentum interpositum super actu retractabili, non facit illum irretractabilem, vt patet in eo, qui iurauit,non reuocare testamentum,vt per Bar.& alios.in l. si quis in principio testamenti. de legat. 3. de quo alibi dicemus. item patet in donatione causa mortis, vt per Corne. in consi.126.colu.pen.in littera R.volu. 1.& Natta in consi.607. Sed defendendo communem opin. dicitur,ꝙ ideo in dictis casibus non fiunt irretractabiles; quia esset contra earum naturā substantialem,& primordialem,vt in ipsa donatione causa mortis expresse inquit idē Natta in d.consi. sed in casu nostro nō est contra naturam promissionis de prorogando iurisdictionem iudicis non sui; quia quòd habeat locum pęnitentia, est potius contra eius naturam;cum sit casus specialis, qui de facili per iuramentum ad regulas iuris communis reducitur, vt supra quoque fuit demonstratum. Quinto satis vrget;nam iuramentum saltem de iure ciuili non est modus inducendæ obligationis, nisi in liberto, l.vt iusiurandi.in prin.de oper.libert.Ias.in l. iusiurandū qđ ex conuentione.colum.2.in princip.de iureiurā.vbi dicit hanc opinionem esse veriorem,præsertim cum simus in iuramento confirmatorio,de quo in præsentia agimus,cuius natura est confirmare illud,qđ in actu reperitur confirmabile:vt per Calca.in consi.25.colum.14.ad fin. & sic non est inducere obligationem, vbi non sit, cum aliàs operaretur cōtra intentionem agentium: quod esse non debet, l.obligationum substantia. de act. & obligat.cum vulgaribus. Quando ergo iurans promisit prorogare iurisdictionem, & iurauit, iuramentum illum non obligauit; quia non hoc agere voluit; sed tantum confirmauit iureiurādo, quod prius erat in eius promissione. sed in promissione non erat quod non liceret pęnitere: ergo illud nō confirmauit, neque ad id iurantem, suum proprium iuramentum obligauit; quia
193 † sic extenderetur vltra vires promissionis: quod esse non debet. & natura cōfirmationis est robur addere, non autem confirmatum extendere ad id,quod in eo

non

non continetur, argu. tex. in l. Aurelius. §. testamento. de liber. lega. ita nuncupatim inquit Bal. in l. 3. in fi. C. si aduer. rem iudi. sequitur Corne. in consi. 9. colum. pen. ad fi. vol. 3. & consi. 11. col. 6. post mediũ, eo. vol. Rui. consi. 20. col. 2. nu. 3. & consi. 48. in fi. vol. 1. Et quòd iuramentum non extendatur vltra vires promissionis, tradit Dec. in l. si donatione. post nu. 26. C. de colla. vbi allegat Ang. in consi. 315. & Oldra. in consi. 238. Quinimmo ex hoc solo, quòd licet poenitere, & super eo iuratum est, verisimile fit, vt credamus iurantem voluisse poenitere. & istud argumentum videtur satis pro hac parte vrgere, vt dixi. Tamen Fulgosius in d. l. si pecuniam. de cond. ob caus. respondet, quòd licet iuramentum non inducat obligationem; tamen ideo ille, qui promisit factũ, & iurauit, necessitatur præcise facere; qa non faciendo incideret in periurium; nõ autem ex eo, quod obliget de iure ciuili, quod maxime abhorret periurium, & facit illum infamem l. si quis maior. C. de transf. Quæ solutio mihi non satisfacit; tũ quia ex iuramẽto obligationem, & actionem oriri, etiam de iure ciuili, demonstrauimus, prout patet in priuilegio 19. tum etiam; quia iurans non per hoc compelli potest ad præcise præstandum, vel implendum, cum non iurauit non pęnitere; & posset periurium, & infamiam paruipendere, soluendo interesse, prout in reuocatione testamenti, donationis causa mortis, & aliorum actuum sui natura reuocabilium, de quibus alibi erit dicendum. & hac ratione attenta, iuramentum effectualiter obligaret, ratione, scilicet; periurij; vel infamiæ non incurrendę: & ideo aliter est respondendum. Dico igitur, quod iuramentum in terminis nostris non inducit obligationem; sed bene inductam qualificat; † quia Qualitas aduenien enti qualificat illud, l. item apud Labeonem. §. si quis virginis. de iniurijs. §. pręterea. Institu. de inuti. stipula. Marsi. consi. 7. nume. 58. & consi. 9. nu. 2. Vnde cum in casu nostro simpliciter promittẽs

194

esset obligatus prorogare iurisdictionẽ, ita tamen, vt posset si vellet postmodum pęnitere, adijciendo iuramentum, obligatio efficitur efficacior & arctior, ita, vt pęnitere non possit, & ita qualificatur. Et hoc est, quod dicitur, iuramentum semper addere maius robur actui; quia facit valere fortiori & efficaciori modo. l. cum pater. §. filius matrem. de lega. 2. Et per hanc rationem ego amplector primam opinionem, tamquam magis communẽ, & veriorem. Nec obstat, si dicatur, quod satis operatur quo ad alia, vt quod addat fotum foro; non autem, quo ad potestatem impediendi pænitentiam, prout dicebatur in quinto argumento; quia non per hoc diceretur satisfactum clausulæ, Omni meliori modo; cum melius sit non posse pęnitere. Non obstat etiam, qđ clausula ista operetur, quando actus non valet; quia est verum in clausula codicillari; non autem in clausula Omni meliori modo, † quæ est maioris efficaciæ & virtutis, quam clausula codicillaris, vt per Curt. Iuni. in consi. 169. colum. 2. nu. 7. Facit etiam; quia certum est, quod d. l. si conuenerit. de iurisd. omn. iu. renunciari potest. Nec obstat, quod his, quæ publici iuris sunt, renunciari non potest, vt dicebam ad tertium argumentum; quia licet iurisdictio publici iuris sit, & de iure publico introducta; non tamen per iuramentum illi renunciatur; sed dicitur renunciari potestati pęnitendi: quod est longe diuersum, vt de se patet. Ista conclusio seu opinio est indubitanter vera, quando quis iurauit coram certo iudice litigare, alias non suo: prout patet ex his, quæ volunt Paul. de Cast. & Ang. in l. hæres absens. §. 1. de iudi. & sequuntur communiter Doctores: vbi voluerunt, quod si quis iurauit coram certo iudice respondere de pecunia debita, utique coram illo tenebitur respondere, & soluere. idem voluit Rom. in sing. mihi. 279. incipien. Regula est. & Ias. in l. 1. col. 2 de eo, quod cert. loc. cum concordantijs adductis per Couarru. in lib. pract. quęstio. in decim

195

quæ.

quęst.ver.decimo. vbi dicit cõmunẽ: intelligendo tamẽ eam, si iuratum sit respõdere; non etiam si iuramentum accesserit promissioni: & sic vult nõ procedere respectu iuri confirmatorij contractus, vel promissionis. Ego tñ idem puto per supra dicta in iuro confirmatorio, ꝙ in promissorio; quia obligatio promissionis dr̃ esse in ipso iuro, a quo confirmatur, & perinde est ac si iurando promisisset. Et circa su pradictum sing. Roma. nota vnum non aspernendum, ꝙ iurans respondere simpliciter coram certo iudice, non tenebitur soluere, nisi subdiderit respondere de pecunia: prout loquitur Roma. ita tradit Feli. in c.1.col.4.in prin. & ibi ẽt Dec. in prima lectu.col.18.ver.sexto.de iud. Item su pradicta conclusio procederet, maxime
196 de iure canonico, † retenta opinione nõnullorum existimantium, ꝙ eo iure in contractibus innominatis non hẽt locum poenitentia: prout tenuit Bal. in rub. C. de rer.permuta. Calca. in consi.31.col.fi.ver. in contrarium. & Couar. in c. quamuis. de pact. in 6. in prima par. §.4.ver.nono.nu. 7. Circa hoc tamen subsistẽdum videtur; quia plerique tenuerunt contrarium: prout fecit Roma. in d.l. si pecuniam. de cõd. ob caus. & Corne. in consi.27.col.fi. vol.1. in consi.19.col.pen.ad fi. & seq. & cõs.25. col.5.in prin.vol.4. ego tamen primæ opinioni adhęrendum esse censeo, licet quęstio sit dubitabilis, vt habetur per Rui. in consi.131.n.7.vol.1. quia ex simplici promissione, & pacto nudo, oritur actio de iure canonico. c.1. de pact. & licet Corne. nitatur rñdere huic rationi: tamen nihil boni dicit. Ego vlterius non insisto; quia prima opi. vr̃ verior, & receptior: & ab ea non esset in consulendo, & iudicando recedendum. cogitabis tamen.

Limitatur autem supradicta conclusio
197 pluribus modis. † & primo limita. non procedere, quando superueniret noua cã, vel quando antiqua esset occulta; quia in tali casu licebit poenitere, iuramento nõ obstante: vt per Abb. in c. ex tenore. de sen ten. excommu. quia iuramentũ intelligit̃ rebus sic stantibus, vt sæpe diximus. & habetur per Grat. lib. 2. respon. 44. num. 22.

198 Secundo limi. † non habere locum, quando inter partes ageretur de prorogãda iurisdictione alicuius, qui esset excõmunicatus; quia non potest prorogari. l. priuatorum. de iurisd. omni. iud. & Rom. in consi.48.

Tertio limita. non ꝓcedere in clericis; qui, etiam per eorum iur̃m, non possunt prorogare iurisdictionem iudicis laici in pręiudicium ordinis clericalis. c. si diligẽti. de foro compet. & ideo in tali casu nõ esset dubitandum posse poenitere: quinimmo poenitentia non est necessaria, cũ a principio, nec prorogatio, nec iuramentum tenuerit. quod etiam voluit Guid. Pap. quæst.77. post nu.2.

Quarto limi. non habere locum, quando ageretur de præiudicio tertij, puta Superioris; cui non possunt præiudicare, ex quo illi sunt subiecti. & ideo prorogatio non tenet, vt dicit Guid. Pap. in d. quæst.77. & habetur per Bal. in l.1. de offi. præfect. vrb. Abb. & Feli. in c. significasti. & c. si diligenti. de foro compe. vbi plene habetur. Nota tamen, quòd taliter iurans non poterit allegare pęnitentiam, nec opponere exceptionem, obstante sibi iuramento, vt dicit præfata. q. 77. & ibi etiam additio.

199 Quinto limi. † non procedere, quãdo extaret statutum, veluti in officio mercãtiæ, ꝙ nullus alius officialis, vel iudex vllo modo, causa, vel ratione, possit esse iudex in causa mercantiæ; quia tunc, etiam si partes in re spectante ad mercantiam conuenerint de prorogãda iurisdictione alterius iudicis, quam mercantiæ, cum iuramento: nihilominus taliter iurans debebit coram illo iudice mercantiæ conueniri; & nõ coram illo, cuius fuit iurisdictio prorogata, iuramento non obstante: vt consulendo voluit Bologni. in d. cons.46. mouetur ipse, quia illa verba vniuersalia, negatiue prolata, comprehendunt omnem modum, per quem ad prorogationem alterius iudicis posset perueniri etiã

dispensa-

dispensatiue, & sic cõprehendunt casum, qui alias non comprehenderetur: veluti cum interpositum esset iuramentum, quia iste esset modus faciendi, vt alius posset esse iudex in causis mercantiæ, qui sublatus cum sit, dicitur sublatum iurm. Mouetur etiam per aliam conclusionem generalem statutorum Bononiensium, in qua habetur, quod statuta seruari debeant, quacumque renunciatione (pacto etiam cum iuramento roborato) non obstante: ex quo etiam infert, ꝙ cum statuta mercãtiæ sint approbata vna cum alijs statutis Bonon. quidquid de illis dicatur; debeat ẽt dici de statutis mercantię, quæ quãuis de iuramento nihil dicant, quantum ad hunc casum, recurri debet ad statuta Bononiensia, tamquam ad ius commune, in causis mercantiæ, in quibus deficit ipsum statutum mercantiæ. & ita ipse concludit. Ego vero puto istam limitationem, & cõsequenter determinationem Bologni. non esse veram; quia in generali quantumuis dispositione numquam comprehenditur actus iuratus, nisi de iurõ fiat specialis mentio, vt per Gozad. in consi.
200 32. nu. 10. & dixi in priuil. 22. † Et quia dispositio vniuersalis restringitur, vt non intelligatur derogatum, & ne correctio inducatur, vt per Craue. in consi. 70. nam verba vniuersalia debent intelligi & restringi ab alijs iuribus, secundum quæ sunt interpretanda, l. quoties. §. inter locatorem. locat. cap. cum dilecto. de consue. cum alijs adductis per Anchar. consi. 6. colum. fina. nume. 7. Si ergo intelligeretur statutum comprehendere hunc casum, etiam iuramento roboratum, intelligeretur ius commune correctũ, & eidem derogatum; ex quo vbi adest iuramẽtum vult pręcise seruari, nec in materia iuramenti statuentes nihil directe statuere possunt. Nec obstat illa conclusio statutorum Bononien. quia intelligi debet in illis casibus, in quibus loquitur statutum, scilicet, quando est renunciatum statutó cum iuramento, quod fieri non potest secundum illam conclusionem: & in casu suo non fuerat renunciatum statuto sed tantum priuilegio fori. Item non comprehendit casum iuratum; quia statutum mercantiæ non loquitur, quando fuit adhibitum iuramentum, nec intelligi potest secundum prædictam conclusionem, quæ facit mentionem de iurõ, prout ipse dicebat; quia respondeó, quod cum agatur de periculo animæ propter periuriũ, & sic simus in materia peccati, debet intelligi potius secundum ius canonicum, quam secundum illam conclusionem ciuitatis, vt not. in c. fi. de præscrip. & in ca. clerici. de iudi. & not. in l. omnes populi. de iusti. & iu. præsertim, ꝙ illa conclusio est exorbitans, & correctoria iuris communis: quinimmo secundum cõem opinionem non valet; cum non possit quidquam disponere, præsertim expresse, super iurõ: vt late in his terminis deducit Grat. lib. 1. resp. 41. colo. 2. & 3. vbi testa-
201 tur de communi. & ibi dicit, ꝙ † statuta auferentia iuramentum loquuntur tantum in iuramento interueniẽte in ipsa renunciatione statuti, & non aliter: quinimmo etiam in multis casibus licet illis statutis Bononiensibus renunciare cum iuramentó, non obstante illa conclusione in finę statutorũ: vt late comprobando ostẽdit per plura exempla Goza. in his terminis. in consi. 88. col. pen. nu. 20. & col. seq. & inter alia, ꝙ potest renunciari fauori proprio, etiam si concernat fauorem publicum separabiliter: quod proprie accidit in casu isto. Quæ omnia sunt diligenter notanda; quia non inueniuntur per aliquem ita accurate tractata.

Hactenus ex his, quæ dicta sunt pa-
202 tet nostrum priuilegium de iuramento præcise obseruando verissimum esse, sicut per plura exempla, & illationes fuit supra demonstratum. Potuissem, & alia ad eius vberiorem explicationem proponere: sed his contentus esse volui, vt aliquando ad alia transeamus, quod prifusquam fiat, oportet animaduertere, ꝙ non est perpetuo verum; sed in quibusdam casibus non procedit, sed limitatur,

tatur, & restringitur, vt patet ex his, quæ dixi supra num. 141. cum pluribus sequẽ. Et licet illæ limitationes, & declaratiões dentur ad illam conclusionem ibi factam quòd iurans soluere non potest compensare: tamen multæ illarum conueniunt priuilegio generali, quo dicimus generaliter iuramentum esse præcise obseruandũ, nec satis esse præstare interesse. Et vltra illas ibi traditas, nunc nouissime limita generaliter, vt non procedat, quãdo factum præcise præstari nõ posset, vel propter maximam debitoris paupertatem, de quo dixi supra num. 142. vel quia quis non posset facto Superioris præstare, quod pro-
203 misit: † nam in his, & similibus casibus excusaretur, vt per plura exempla declarat Craue. in consi. 12 per totum; quia Impossibilium nulla est obligatio sequitur Couar. in ca. quamuis. de pact. in 6. in prima parte. §. 4. ver. octauo, ad fin. & Ant. de Gabriel. in ti. de iureiurand. conclus. 8. in
204 fine. Bene facit, quod dici solet, † quod In omni actu vltra voluntatem requiritur etiam potẽtia, vt inquit præclare Boeti. de consolat. phylo. libr. 4. l. cum te vbi Bald. C. de dona. ant. nup. l. multum. si quis alte. vel sibi. c. cum sup. de offi. deleg. Ab. consi. 3. colum. 6. in medio par. 2. Affl. ct. decisio. 205. num. 7. cum similibus adductis per Dec. in l. nuptias. post nume. 8. de regu. iur idem Dec. in cap. 1. colum. 1. de probat. & in consi. 198. colum. 2. & consil.
205 225. † Et ideo dicimus, quòd promittens aliquid facere, infra certum tempus intelligitur, si fieri potest. Abba. in consil. 64. in princ. par. 2. & est additio ad eundẽ Abb. in cap. ex insinuatione. in littera D. de appella. Iason in l. huiusmodi. nume. 3. de lega. 1. Et similiter, si quis promittat, quod aliquis ratificabit, intelligitur si interim non moriatur; quia si moritur non potest ratificare. Dec. in cons. 2. Idem dicendum si iurans haberet iustum impedimentum; quia illo existente excusatur, si non possit præcise implere: vt patet ex his, quæ dixi
206 in priuilegio. 47. † Sic videmus; quod emphyteuta non soluens canonem, impeditus iusto impedimento excusatur, & nõ potest expelli. Ant. de Butr. in cap. significante. in 4. not. de pigno. Ias. in l. 2. colum. 19. ver. vigesimo septimo quæro. C. de iure emphy. Dec. in Auctẽ. qui rem. colu. 4. C. de sacros. eccles. Sed contra hanc li-
207 mitationem facit; † quia licet debitor non valens soluere eo modo, quo obligatus est, possit aliter soluere, vt in Auctẽ. hoc nisi debitor. C. de soluti. tamen fallit, vbi debitum est iuratum, vt per Alexand. in cons. 37. volum. 2. sequitur Goza. in cõsil. 27. nume. 28. & latius in consil. 32. Sed dicendum est hoc posse procedere, quando de illo impedimento fuit cogitatum; secus, si de illo non fuit possibile cogitare quia tunc excusatur, iuxta nota. in cap. veniens. de iureiuran. & in cap. quemad-
208 modum. eod. ti. † quia iuramentum non extenditur ad incogitata. l. si de certa. & l. sub prætextu. C. de trans. Roman. in consil. 22. colum. 1. versi. & est ratio. & Paul. de Cast. in consi. 377. ad finem. volum. 2. Istam limitationem tamen ego sublimito non procedere, quando ipse sibi impedimentum, vel impotentiam præcise satisfaciendi præstitisset, vel causasset; quia tunc non excusaretur, argum. cap. damnum. de regu. iur. in 6. & cap. imputari. eodem tit.
209 & benefacit; † quia Culpa, quæ præcedit casum, non excusat. l. si vt certo. §. sed interdum. locat. l. si merces. §. culpa. C. de naut. fœno. Corne. consi. 108. in prin. volum. 1. & dixi etiam supra in d. priuil. 47. nume. 13. Videmus enim, quod debitor, qui culpa sua nõ inuenit fideiussorem, nõ præstat iuratoriam cautionem: vt dixi in priui. 18. nume. 36. & dixit Roman. in cõsil. 9. Quòd si debitor culpa sua infra decennium non potuit venire contra laudũ, ex forma statuti, vt quia iurauit non petere reductionem; sibi est imputandum, si non valuit infra illud tempus petere abso-
210 lutionem a iuramento. † Et similiter, si legatarius culpa sua non possit morari cũ hærede, a quo legatum capere debet, sibi venit imputandum, & legatum amittit, vt per Capr. in consi. 128. in 2. dubio. Signo. in con-

in conf.43.in fi.& Bar.in consi.211.num. 11. Gram. consi. 33. in fin.in ciui.Craue. consi.268.colum. 1.& Bello.in consi.31. ante nume.6.cum simili.ergo eodem modo, si obligatus soluere præcise propter iuramentum, parauit sibi impedimentum ne soluere posset, sibi venit imputandum. faciunt quæ in simili de affectatione diximus supra in priu. 4. num.102. cum plurib.sequen.

SVMMARIVM.

1 *Posteriora derogant prioribus.*
2 *Consuetudo posterior attenditur, & non prima.*
3 *Opinio posterior, per Doctorem relata, censetur per ipsum approbata.*
4 *Sententia posterior derogat priori.*
5 *Dos vltima censetur data vltimo marito, & non prima.*
6 *Iuramentum derogat actui in futurum faciendo.*
7 *Iurans non reuocare procuratorem, potest illum reuocare.*
8 *Variatio admittitur in dependentibus a voluntate vnius tantum.*
9 *Initium spectari debet; non quod postea superuenit.*
10 *Contractus posteriores attenduntur; & quomodo.*
11 *Sponsalia dicuntur promissiones futuri matrimonii.*
12 *Traditio est vna ex tribus perfectionibus, requisitis in contractibus.*
13 *Iurans non mutare testamentum potest illud mutare: & nu.19.*
14 *Canonici, qui iurauerūt non recipere aliquem in canonicum, nisi decrescat numerus, non obstante iuramento, poterunt illum recipere.*
15 *Iurans non reuocare statuta, potest illa reuocare.*
16 *Iurans non reuocare legatum, poterit illud reuocare.*
17 *Episcopus iurans non reuocare Vicarium, poterit illum reuocare.*
18 *Iurans non diuidere, poterit tamen ad diuisionem procedere.*
20 *Natura substantialis rerum mutari non potest.*
21 *Species vna non potest in aliam transire.*
22 *Antecedens qui vult, vult etiam consequens necessarium.*
23 *Iurans non reuocare testamentum, reuocando an incidat in periurium, late discutitur.*
24 *Voluntati propriæ quilibet potest renunciare.*
25 *Illicita permitti non debent ob quamcunque causam, etiam piam.*
26 *Ecclesia non pōt alium inuestire de emphyteusi in præiudicium alterius.*
27 *Turpis actus in persona ecclesiastica magis detestatur.*
28 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum, fieri potest, & valet fauore Ecclesiæ.*
29 *Lex consistit in ratione.*
30 *Statutum an possit tollere facultatem testandi: quòd non, nu.39.*
31 *Testandi facultas est de iure publico introducta.*
32 *Vtilitas publica magis attenditur, quàm priuata.*
33 *Substantia rei vbi non est, ibi non potest esse res.*
34 *Iurans punitur temeritate iurandi.*
35 *Hæres ante mortem testatoris nullum ius in bonis ipsius acquirit.*
36 *Faciens contra legem positiuam non peccat. & quomodo hoc intelligatur.*
37 *Mendicare magna est infamia.*
38 *Multa permittuntur in consequentiam, quæ aliàs non permitterentur.*
40 *Argumentum de statuto ad pactum non semper valet, tam affirmatiue, quam negatiue.*
41 *Statutum & consuetudo a pari procedunt.*
42 *L.omnium.C.de testam.declaratur.*
43 *Iurans non alienare non obligat hæredem; quia ille poterit ad alienationem procedere.*
44 *Mulier, quæ iurauit non alienare bona dotalia, alienando, & iurando nihil agit.*
45 *Rex non potest alienare iura Regni, & quæ ad regiam dignitatem pertinent.*
46 *Princeps multa sibi reseruat in signum supremæ auctoritatis, quæ non præsumitur velle alienare.*
47 *Iuramentum, præstitum ad fauorem tertii, seruandum est; quia dicitur ius illi acquisitum.*
48 *Contractus sunt ab initio voluntarii, ex post facto autem necessarii.*
49 *Creditor, qui per instrumentum quietauit debitorem,*

bitorem, non potest quietationem in dubium reuocare.

50 *Obligatio iurata alteri acquisita, nec per Papã tolli potest.*

51 *Quis non debet admitti ad peierandum.*

52 *Episcopus non põt alienare bona sua Ecclesiæ.*

53 *Iuramentum de non alienando emphyteusim, impedit illius alienationem.*

54 *Iuramento præstito in primo testamento, an intelligatur sufficienter derogatum in secundo per clausulam derogatoriam.*

55 *Clausula derogatoria est triplex.*

56 *Iuramẽtum inducit tacitam derogationem: & ideo eidem tacite derogatur.*

57 *Extensio fieri non debet ad maiora expressis.*

58 *Clausulæ derogatoriæ multis modis apponuntur in primo testamento.*

59 *Protestans se non consensurum in actũ, postea illum faciendo, præsumitur a protestatione discessisse, si nihil de protestatione dixit.*

60 *Præsumitur potius error, quam falsitas.*

61 *Iuramentum habet vim expresši.*

62 *Mentio non requiritur in secundo testamento inter liberos condito, de clausulis derogatoriis contentis in primo.*

63 *Iuramentum appositum in secundo testamento dicitur sufficienter derogare iuramento apposito in primo.*

PRIVILEGIVM LXXV.

SEptuagesimum quintum priuilegium est valde notandum, & diligenti quidem tractatione dignissimum;
1 † quia tu scis regulam illã
vulgatam, quod Vltima derogant primis, notissima illa. l. pacta nouissima. C. de pact. l. si mihi, & tibi. §. in legatis. de leg. 1. §. posteriore Insti. quibus mod. testa. infir. l. 1. §. fi. de stipul. ser. l. cum in plures. §. locator horrei. loca. l. clari. & ibi not. Bal. C. de fideicommis. l. si quis ante vbi Ias. col. 3. in princip. versic. nota primo. de acqui. pos. Et Bauer. in suo tracta. de virtu. iur. nu. 47. Et ideo dicitur, ꝙ Lex posterior derogat priori. l. sed & posteriores. de legi. Glo. in c. 1. de consti. Et vltima voluntas derogat primæ. d. §. posteriore. Bar. in l. de minore. §. tormenta. de quæst. Roma. consi. 241. nu. 3. Gozad. in consi. 12. nu. 25. Et posterior rõ attenditur, & non prior. Paul. de Cast. in consi. 21. col. 4. in prin. vol. 1. & vltima quasi possessio præiudicat præcedenti, arg. tex. ĩ l. si mater. vbi Bal. C. ne de stat. defunct. & tractatus posterior filiationis præfertur priori. Gozad. consi. 13. nu. 40. & col. antepen. ver. ad decimum sextum.
2 † Et vltima consuetudo inspicitur, & non prima Are. in cõs. 11. col. 3. in fi. ver. sed tñ Corn. consi. 83. col. 5. vol. 4. Gram. in consi. 111. in ciuili. vbi Gram. dicit, ꝙ si fuerit consuetudo, vt in certo loco inhabitent scholares, vel doctores, ille locus non poterit habitari, nisi per similes personas; & consequenter non poterit habitari per fabros in præiudicium scholarium; licet per prius fuissent soliti inibi habitare; & si se
3 intromiserint, poterũt expelli. † Et vltima opinio a Doctore relata, reiectis alijs, censetur approbata, arg. l. qui filiũ. §. Sabinus. ad Treb. & l. si idem cum eodẽ. §. fin. & ibi Ias. de iurisd. omni. iud. Calca. in consi. 77. & ideo illi standum esse dixit Roma. in
4 consi. 327. col. penul. in princip. † Et sentẽtia posterior derogat priori, iuxta ea quæ habentur in c. cum Bertoldus. de re iudi. Bar. in l. 1. C. quãdo prouoc. non est nec. l. si opus. de noui oper. nunci. Corn. in consi. 113. in princ. volum. 3. & Rui. in consi. 41. col. 5. post num. 14. vol. 1. quinimmo vltima verba, in eadem sententia continentia absolutionem, præualent primis condemnationem referentibus, vt dixit Ro-
5 ma. in consi. 14. † Et vltima dos censet data nouissimo marito, non alia, quæ præcessit; ex quo vltimus status attenditur iuxta notata in cap. in consultationibus. de iure patrona. & tradit Roland. in suo tract. de statut. super luc. dot. quęſ. 78 & multa alia exempla adduci possent, quæ omittuntur; quia generale est, ꝙ vbi est variatio, inspiciatur illud qđ postremum est; quia actui primo censetur derogatũ. l. si quis autẽ. in prin. de acqui. poss. & l. mř. C. ne de stat. defunct. & per Calcan. in consi. 15. nume.
6 3. † Tamen iuramentum est tantæ importantiæ & virtutis, vt habeat priuilegium

derogandi actui sequenti, seu posteriori, quãuis iur̃o roborato; & consequenter habet vim clausulæ derogatoriç: vt tradit magistraliter Bar. in l. si q̃s in principio testamenti. de legat. 3. & in l. omnes populi. in tertia quæst. principali. ad fi. ver. sed an iuramentum. n. 33. de iust. & iur. Io. And. in reg. quod semel. ad fi. de reg. iur. in 6. Salyc. in l. sancimus. in octaua quæst. C. de testa. Bal. in cons. 361. vol. 1. & cõs. 161. vol. 3. Paul. de Cast. in consi. 206. & cons. 284. vol. 1. Alex. & Ias. in d. l. sancimus. & idẽ Ias. in l. si conuenerit. col. 3. n. 12. de iurisd. omn. iud. & est cõis opinio quam tenet Cassan. cons. 39. nu. 91. Corse. in rub. de iureiur. col. 9. versi. septimum priuilegium. Bello. consi. 60. nu. 17. Natta in Auct. hoc inter liberos. col. 16. versi. circa quintum. C. de testam. & consi. 531. nu. 4. & Bauer. in suo tracta. de virtu. iuram. col. 2. ver. non infertur. & alibi sæpe hoc ipsum Doctores nobis insinuant. Sed cõtra hoc priuilegium multa obstare videntur. & primo contra illud facit Glo. in c. fi. de proc.
9 in 6.† vbi is, qui iurauit non reuocare procuratorem, potest tamen illum reuocare, quamuis reuocando incidat in periuriũ. ita dicit ibi Glo. in ver. reuocatus. idem quoque voluit Feli. in c. si diligenti. colu. pen. de foro compe. in c. edoceri. col. 5. de rescri. & in c. ex parte decani. col. 5. eo. ti. Ias. in l. duobus. §. fina. col. 2. de iureiur. & in l. si non sortẽ. §. si certum. col. 3. de cõd. indeb. & in d. l. si mihi, & tibi. §. in legatis. colum. 3. in secunda lectura. de legat. 1. Gram. consi. 31. in ciui. Ruin. in consi. 54. col. 5. ver. tertio principaliter. vol. 1. & cõsil. 115. col. 1 in fi. eod. vol. cum multis cõcordantijs allegatis per Anto. de Gabrie. in tit. de iureiu. conclus. 1. num. 9. Ex hac igitur Glo. quæ est communiter recepta, vt inquit Boer. deci. 207. colligitur, quòd actus factus contra alium actum iuratum prius factum, valet & tenet; licet contrauenies incidat in periurium: & consequẽter non videtur verum, quod iuramentũ habeat derogare actui sequenti, vel ꝙ habeat vim derogationis; ex quo, vt dictum est actus valet: vt etiam concludit Corn. in consi. 1. col. 7. circa princ. volum. 3. Ad hanc Glo. communiter respondetur per Doct. quod procedit, & intelligitur; quia illa promisio de non reuocando, nõ fuit facta ad fauorem tertij, sed ad fauorem sui ipsius iurantis: vnde potest fieri reuo-
8 catio;† quia In dependentibus a voluntate & animo vnius potest dari variatio. d. l. si quis in principio testamenti. de lega. 2. c. pen. de spons. Et dici solet, quod facilius vnius voluntas, quam duorum tollitur, l. quoties vtriusque. de reg. iur. Dyn. in c. quod semel. de reg. iu. in 6. Pau. de Cast. in consi. 339. col. 2. ver. secundo prædictis obstat. vol. 1. Sed ista responsio non videtur posse procedere; quia immo iurans non reuocare procuratorem, dicitur iurasse super actu dependenti a voluntate duorum, vt etiam animaduertit Gomes. Insti. de actio. §. item si quis postulante. colum. penul. in medio. & maxime verũ est post litem contestatam; quia per litis contestationem dicitur contrahi seu quasi: vnde quasi contractum non debet dominus posse dissoluere, inuito aduersario, cuius quidem nõ mediocriter interest ne reuocetur, vt non habeat variare iudiciũ ex permutatione personæ. ita dicit Anch. in c. 2. in 3. nota. de procu. in sexto. idem quoque voluit Paul. de Castr. in l. ante litem. colum. 1. de procu. Feli. in d. c. ex parte decani. colum fin. nu. 27. de rescrip. vbi allegat Abb. in cap. auditis. col. 3. de ꝓcurato. & quia est contractus, qui celebratur cõsensu duorum, si fiat inter absentes, requiritur nuncius, vel epistola, vt per Gl. & Bar. in l. absenti. in prin. de dona. & ita et refert Rui. in cõsi. 66. col. 2. vol. 1. Et ꝙ in d gl. præallegati. c. fi de ꝓcu. in 6. iurm fuerit interpositũ super actu dependente a voluntate duorum, patet, quia ibi iurãs constituit procuratorem ad resignandum ex causa permutationis: ergo non poterat reuocare, vt habetur in decis. Tholosa. 260. & ibi Aufre. & ita etiam habetur in deci. Rotæ. 104. in antiquis. quam pariter sequitur Feli. in c. cum accessissent. colu.

sexta,

sexta. de consti. & Gomes. in d. §. item si quis postulante. colum. fina. Insti. de acti. cum similibus cumulatis per Ant. de Gabrie. in ti. de iureiu. conclu. 1. nu. 12. Vult enim d. Decis. 104. quod non possit reuocari procurator; quia in beneficialibus nō cadit actio ad itēresse. Ego vero arbitror communem solutionem posse defendi: nam quamuis admittamus procuratoris constitutionem dependere a voluntate duorum, propter acceptationem mandati, quam facere debet procurator, iuxta tradita per Bal. in l. fi. C. ad Maced. & habetur in Clem. 1. de procur. istud tamē esset per accidens; quia sui origine, & ab ipso principio, dependet tantum a constituentis potestate, & voluntate; † & Initiū
9 est spectandum, non quod postea superuenit. l. 1. C. de impone. lucrat. descript. lib. 10. l. qui id quod. de donat. Et ideo videmus, ꝙ feudum semper est fœmineum, quādo fuit tale a principio; quamuis postea ad masculos deuoluatur, vt per Nattam in consi. 600. post nu. 26. Et similiter videmus, ꝙ quando lucrum trahit originem a damno, de eo idē iudicamus, qđ de damno; licet nunc sit lucrū. & econtrario iudicamus de damno, quod a lucro trahit originē, vt de dāno. Glo. est singularis. in l si duo. in ver. scire potuit. de acqui. hær. quā dixit notabilē Ias. in l. si emancipata. ī princip. C. de iuris & fact. ignor. Idē Ias. in l. Nesennius. de re iudi. Sozi. in consi. 5. col. 3. vol. 4. & Dec. in consi. 402. col. 4. Ita in casu nostro, quāuis ꝑ litis contestationē ꝓcuratoris constitutio videaẽ pendere a voluntate duorum, hoc nō dēt attendi, cū a principio processerit a volūtate vnius tm̄. s. ipsius constituentis: verum est enim, & ante ipsā litis cōtestationē, vel ēt acceptationem mandati, constitutum fuisse procuratorem. & ideo constitutio procuratoris, & litis contestatio, sunt duo actus diuersi, & separati, vt patet de se. Præterea dico, quod poterit reuocari, posito quod dependeret a voluntate duorum, ēt quo ad potestatem reuocandi; quia poterit soluere interesse. Neq; dicatur, quod in beneficijs, & rebus spiritualibus non cadit interesse, vt ꝑ Innoc. in c. querelam. de electi. quia respondeo, quod immo peti pōt, respectu incommoditatis, & expensarum factarum circa spiritualia, vt declarat Gomes. in regula Cancellar. de annua. poss. q. 40. Et supra dicta decis. Rotæ 104. nō vr̄ vera, & eam impugnat validis rationibus Petr. Benintē. ī cōclus. Bononię. 49. Istud tñ ꝙ poterit reuocari, ex quo agi poterit ad interesse mihi nō satisfacit; qa, vt satis late demonstraui in ꝓcedenti priuilegio, iurm̄ de non reuocando, dēt cōpellere iurantem præcise ad non reuocandum. ideo tñ est locus reuocationi; quia vt dixi, actus constituēdi, & reuocandi, respectu initij, dependet a voluntate iurantis tantum; & constitutio ipsius procuratoris est huius naturæ, vt libere possit reuocari; cum nemo possit, me inuito, nomine meo quidquam agere, vt habetur in d. ca. fi. de ꝓcur. in 6. & huiusmodi iuramentum propter hāc rationem vr̄ difforme ab ipso iure, & quasi præter ius. & ideo cōtra illud eiusdē iuris cēsura inspecta veniri pōt, quamuis contraueniens incidat in periurium, ac grauiter peccet. Secundo contra hoc nostrum priuilegium videtur multum obstare tex. in c. sicut. de sponsali. vbi matrimonium tenet contra iuramentum, alias præstitum de contrahendo illud cū certa muliere, vt habetur per Bar. in l omnes populi. nu. 32. de iust. & iu. Gozad. in consi. 2. in princ. vbi concord. & ēt per alios, quos refert Anto. de Gabrie. in ti. de iureiu. conclu. 1. num. 16. Neque dicatur hoc esse spe
10 ciale in matrimonio; † quia idē est in ceteris quibuscūq; cōtractibus, in qbus valet, quod posteriori loco actum est, ēt si primo præstitum fuerit iuramentum ad fauorem tertij, vt patet in l. quoties. C. de rei vend. vbi licet ego ibi rem vendiderim, si deinde alij rursus vendam, eique rem venditam tradam, iste actus posterior sustinetur. nec quidquā facit iurm̄; quia nō pōt impedire dominij tanslationem. Gozad. in consi. 14. in princ. nu. 2. Augetur difficultas ex illo tex. in d. c. sicut. quia ꝑ primū

iurm̃ fuerat promissum non fieri illud, ꝙ nec ex iuris dispositione fieri poterat; qa postq̃ quis cũ aliqua muliere cõtraxit spõsalia, ꝓhibetur cũ alia ꝯhere. & sic illa prima promissio erat conformis dispositioni iuris cõis. & tamen matrimonium postea contractum tenet. Et eodem modo vr̃ vrgere tex. in d. l. quoties. Sed prædictis ego vltra oẽs, vere & (nisi fallor) iuridice posse rñderi sum arbitratus: nã dato, ꝙ ideo in dictis iuribus attendatur, quod secundo loco gestum est, ẽt contra primã promissionem iuratam; qa actus illi erãt imperfecti, & ideo licuit pænitere; quia pro nihilo reputant̃. §. ex eo aũt solo. vbi Gl. in ver. nullũ. Insti. quib. mod. testa. infirm. patet aũt primo in matrimonio; qa q̃do
11 aliqui ꝓmittunt illud ꝯhere, † tales promissiones dicunt̃ sponsalia, q̃ sunt promissiones futuri matrimonij. l. 1. de spõs. c. nostrates. 30. q. 5. Sig. consi. 144. post nu. 2. & Bello. cõs. vlt. n. 10. & sic cũ illa prima promissio esset imperfecta respectu finis, qui dẽbat recipere perfectionẽ per matrimoniũ ꝯctum per verba de p̃nti, & per coniunctionẽ maris, & fœminæ, vt Inst. de iure natu. gen. & ci. in prin. & hr̃ ꝑ Io. Lup. in rep. rub. de don. inter vir. & vxo. § 55. col. 2. & §. 58. post nu. 3. poterat reuocari. itẽ patet in alijs contractibus, qui ante traditionẽ rei dicunt̃ imperfecti: vt per Tiraq. de vtroque retract. ti. 1. §. 1. Glo. 2. nu.
12 44. † quia traditio est vna ex tribus perfectionibus, quæ desiderantur in contractibus: vt post Bald. ab eo allegatum inquit Dec. in consi. 179. col. pen. num. 3. & dixit Aret. in cons. 6. col. 2. ver. secundo hoc vr̃ probari. ꝙ est vltima perfectio cõtractuũ: vnde non est mirandum, ꝙ ante illorum perfectionem possint reuocari, licet reuocantes incidant in periurium; quia nihil sunt. Itẽ quo ad matrimoniũ dici põt, ꝙ ideo valet, etiam contra iuramentũ; quia debet esse liberum, & quia illud cõstituit Deus, iuxta illud, Quos Deus coniunxit, homo non separet.

Tertio stringit multum contra hoc no
13 strum priuilegium; † quia quamuis quis iurauerit non mutare testamentũ: tamen, dicto iuramento non obstante, poterit illud reuocare per secundum iure factum: vt per Alex. in l. stipulatio hoc modo cõcepta. col. 2. de verb. obl. & in l. pactum. quod dotali. C. de pact. post Bart. in d. l. si quis in principio testamẽti. de leg. 3. col. fi. & in l. si quis inquilinos. §. fi. de leg. 1. Bologni. in consi. 62. col. 2. post prin. Felin. in c. in præsentia. nu. 9. de proba. Rip. in cap. 1. nu. 58. de iudi. cum multis similibus adductis per Couar. in rub. de testamen. par. 2. post nu. 15. & ita se habet cõmunis opi. vt legitur apud Paul. de Castr. in consi. 339. post nu. 1. vol. 1. Alex. in d. l. pactum ꝙ dotali. Anto. de Petru. in repe. l. 1. nu. 316. de iureiuran. & alij quos citat Clar. lib. 4. sententiarum. §. testamentum. q. 94. ver. sed quid si testator. Quod procedit, etiam si primum testamentum fuisset ad pias causas conditum; quia adhuc reuocari posset: vt per Bald. in consi. 21. num. 1. Berta. in consi. 388. col. 2. & per Couar. in loco proxime allega. & alios concordantes pro dicta communi opinione adducit copiosissime Anto. de Gabr. tit. de iureiu. conclu. 1. Quinimmo procedit, ẽt si esset adiecta, pœnæ nomine, donatio ad fauorẽ ecclesiæ, si reuocaretur; quia adhuc reuocari potest, nec talis donatio valet, secundum Ias. in l. stipu latio hoc modo concepta. de verbo. obli. & in consi. 169. vol. 4. & Rui. in cons. 130. vol. 1. & per Couar. in d. rub. de testam. par. 2. num. 17. Bolognet. in l. fi. nu. 124. C. de pact. & est magis communis opi. vt refert Clar. lib. 4. sententiarum. §. testamentum. quæst. 95. versi. contrariam vero. Quæ ampliatur procedere, etiam si non esset omnium bonorum: vt per Alex. in consi. 156. vol. 7. super quo vide Rimi. iun. Insti. de donat. §. 1. nu. 399. Non omitto tamen, quod multi tenuerũt contrarium, quorum opinio est reprobata. & multos allegat Ant. de Gabriel. in d. conclu. 1. ante nu. 8. ver. ꝯrium. de iureiuran. & inter alios allegatur Hostiẽ. in Sũma, in tit. de sepul. §. an licitum. ver. quid si quis eligat. qui tamen non videtur hoc

sentire,

ſentire, ſi recte eius verba conſiderentur. ſolum illud dicit, quod ſi quis eligat ſepulturam & iuret, non poterit reuocare, ſeu variare electionem, ſi illa fuit facta motu proprio, & ex ſua deuotione. an autem electio fuerit facta in teſtamento, vel aliter inter viuos, non declarat. & ex quo in primo ſuæ diſtinctionis membro dicit, quod non valet tale pactum, intelligi poteſt, quòd electio fuerit facta. & cōfirmata per pactum cū rectore eccleſiæ, prout ſupra etiā locutus fuerat; quia Præcedētia declarant ſequentia, l. 1. de reb. dub. & ibi Bar. l. vtrum. & ibi etiam Bar. de peti. hæredi. Et redeundo ad obiectionem factā patet, quod iuramentum non importat derogationem; quia quamuis quis iurauerit non reuocare, teſtamētū, illud tamē poterit reuocare; licet reuocādo efficiatur periurus. Paul. de Caſt. in conſi. 122. in princ. vol. 1. Idem quoque videmus in multis alijs caſibus, in quibus actus facti contra iuramen
14 tum valent. † Nam ſi canonici iurauerint non recipere aliquem in canonicum, niſi numerus decreſcat; ſi deinde recipiant, valet receptio; quamuis ita recipiendo incidant in periuriū, vt per Innoce. in c. intellecto. in ſecunda oppoſi. de iureiu. cū multis concordantijs relatis p Ant. de Gabr.
15 in d. concluſ. 1. nu. 16. de iureiuran. † Et ſi quis iurauerit non reuocare ſtatutā, valet reuocatio inde ſecuta; quāuis reuocans efficiatur periurus, vt per Anto. But. in cap. 1. colum. 8. de his quæ fiu. a maio. par. cap.
16 & Doct. ī l. oēs populi. de iuſti. & iur. †. Et ſi quis iurauerit non reuocare legatum; poterit tamen illud reuocare, iuramento
17 non obſtante. Boer. deciſ. 204. num. 17. Et ſi epiſcopus, iurauit non reuocare Vicarium; poterit tamen reuocationem facere licet efficiatur periurus. Io. And. & Ant. But. in c. vnico. circa fi. & ibi etiam Abb. circa fin. de offi. Vica. Paul. de Caſt. in cōſil. 361. col. 2. in fin. & ſequen. vol. 1. Io. de Selua. in ſuo tracta. benefi. in 3. par. quæſt. 27. in fi. Boer. deciſ. 347. in prin. Bertachi. in tracta. de epiſcop. lib. 4. par. 7. nume. 9. cum alijs allegatis per Anto. de Gabr. in d. concluſ. 1. nume. 12. nec in tali caſu epiſcopus poſſet ſe ipſum abſoluere, & auctorari in facto proprio, per ea quæ ſcribit Roma. in conſi. 325. col. pen. ad fi. vbi epiſcopus non poteſt diſpenſare contra ſuam conſtitutionem iuratam, nec in fa-
18 cto proprio auctorari. † Et ſi quis iurauerit non diuidere, quamuis poſtea diuidat, diuiſio tenet, licet diuidens incidat in periurium, vt per Alexan. in conſi. 18. colum. 1. volum. 2. Fel. in c. edoceri. col. 5. verſi. limitat Innocen. de reſcrip. cum alijs adductis per Anto. de Gbri. in loco proxime allegato. num. 20. & 22. Et iurans non vendere ſeu alienare, ſi poſtea vendit, valet venditio. Paul. de Caſt. in d. conſi. 339. colum. 3. in princip. volum. 1. & Corne. in conſil. 272. colum. 2. ad fi. volum. 3. & conſi. 291. colum. 4. verſi. ſed quod excludat. volum. 4. Ex quibus omnibus videtur concludendum non eſſe verum, quod iuramentum habeat derogare actui ſequēti, vel poſteriori. Sed non diſcedendo a noſtro priuilegio, prædictis reſpondendū eſt, ꝙ ideo in prædictis caſibus iurm̄ non poteſt derogare illorum validitati, quia eſt contra naturam ſubſtātialem ipſorum; quæ eſt, vt ad libitum reuocari poſſint & ideo iuramentum nō obligat quo ad actū, licet obliget quo ad Deum; ex quo contra ueniens efficitur periurus. quod autem ſit contra naturam ſubſtantialem, patet in pri
19 mis in teſtamento, † quod quandocumque reuocari poteſt, iuramento non obſtante. l. ſi quis imperatorem. C. qui teſtam. face. poſſ. l. 3. C. de codic. l. 4. de adim. legat. c. cum marte. & ibi Glo. in ver. non valet. de celebra. miſ. & Natta in terminis in cōſil. 607. nu. 2. & ideo dicitur, ꝙ minor faciens teſtamentum, non dr̄ lædi, quia pōt illud quandocumque reuocare, vt dicunt Doct. in l. 1. §. fuit quæſitū. ad Trebelli. & Dec. in conſi. 279. alias 280. incip. placet mihi col. 1. & 2. Et hoc vſque adeo verū eſt, vt etiam ſi teſtator faceret ſecundum teſtamentū, cum declaratione ꝙ vult valere primū, non valeret. l. poſthumus. §. ſi paganus. & l. ſi quis priore. ad ſenatuſconſ.

Treb. l. 2. de iniust. rup. & irri. fac. testa. l. volumus. C. de testam. quinimmo procederet etiam, si posterius fieret nullum ob non aditam hæreditatem; quia nec adhuc primũ sustineretur. §. posteriore, vbi not. Insti. quib. mod. testa. infir. Secundo patet in canonicis admittentibus aliquem in canonicum, cum tamen se contrarium facturos iurauerint; & in statuentibus, qui iurauerunt non reuocare statuta: nam hoc est contra naturam substantialem ipsorum actuum; quia nemo potest sibi legem dicere, a qua non recedere liceat, vt d. l. si quis in principio testamenti. vbi not. de lega. 3. per Bar. & omnes. in l. omnes populi. de iu sti. & iu. & per Corne. in consil. 4. ad fin. volum. 2. Tertio patet in legato, per tex. in l. 4. de adime. lega. Quarto. in episcopo iurante non reuocare Vicarium; cum nullus possit, me inuito, vicem meam gerere, iuxta not. in d. cap. fin. de procu. in sexto. tales Vicarij non possunt esse perpetui, vt per Glo. in Clem. quæ de Ecclesijs, de offi. Vica. Quinto in diuisione; quia si quis iurauit non diuidere, ideó poterit ad diuisionem conuo'are, quia nemo cogitur stare in communione, quæ solet plerumque parere discordias, vt dixi in priui. 58. vbi declaraui, quomodo procedat. Vltimo in vendente contra iuramentum de non alienando; quia contractus a principio sunt voluntarij, licet postea efficiantur necessarij. & voluntas nostra quo ad actus humanos faciendos, vel non, libera est, l. quia poterat. in prin. ad Trebelli. & ambulatoria vsque ad vitæ supremum exitum, d. cap. cum marte. de celeb. mis. & ca. fi. 12. q. 2. Et videtur omnium prædictorũ
20 posse dici rationem esse; quia † non potest quis mutare naturam rerum, vt remaneant in esse suo. & ideo si quis velit contractũ venditionis facere ita, quod dominium non transferatur, aut nec saltem vsucapiẽdi cõditio in ipsum emptorem, nihil agit; quia hoc est de natura venditionis, quam non licet immutare. l. cum manu sata. §. 1. de contrahen. empti. & si mutuetur aliquid eo pacto, vt semper idem restituatur, nihil fit; quia non erit mutuum, cum illius natura repugnet, vt per Bolognet. in l. 2. in princip. nume. 24. si cert. peta. & si quis velit donare causa mortis, hac conditione, vt non reuocetur quandocumque, nihil prodest: quia reuocabitur, cum naturæ illius repugnet, quod, scilicet, sit donatio causa mortis, & nõ possit reuocari. l. vbi ita donatur. de donat. caus. mort. Idem ergo dicendum est in prædictis casibus, quod, scilicet, ideo possint reuocari, vel fieri, iuramento non obstante; quia sui natura sunt reuocabiles, inspecta varietate voluntatis hominum, quæ, vt dixi est libera, ita vt semper possimus ab ea recedere. d. l. 4. de adim. leg. & videmus simile in precario: nam si quis dicat se precario possidere, ita vt ad libitũ non reuocetur, nihil iuuat; quia potest reuocari, cum hoc sit de eius natura, vt l. 1.
21 & l. cum precario. de preca. † alioquin diceretur vna species, scilicet, actus, in aliam speciem transire, & commutare: qđ fieri non potest, vt dicit Bar. in d. l. vbi ita donatur. & habetur per Dec. in consi. 293. in fi. & propterea videmus, quod testamentum quinque testibus roboratum, codicillorũ naturã non assumit. Ang. Imol. Paul. de Cast. & Ias. in l. 1. §. si quis ita de verb. obliga. Et vlterius in ipsis actibus necessario induceretur repugnantia, vt, scilicet, essent reuocabiles, & tamen reuocari non possent. l. si vt certo. §. si duobus vehiculũ. commod. cap. gratum. de offi. delegat. & cap. sollicitudinem. de appella. Secundo potest principaliter responderi secundum Ioan. And. in cap. quod semel. de reg. iur. in sexto: quem sequitur Roma. in consil. 379. colum. 3. & Paul. de Cast. in consi. 361. colum. 3. circa princip. volum. 1. nam inquit, quod quidã sunt actus, qui per se sortiuntur effectum absque ministerio iudicis, vt matrimonium, professio, reuocatio testamenti, legati, statutum procuratoris Vicarij, & similiũ. & in his valet, quod fit contra iuramentũ. Quidã vero sunt actus, qui requirunt superioris ministerium; & in his non valent gesta

sta contra iuramentum. & si in illis contingat adiri iudicẽ, qui reperiat fuisse iuratum, non debet audire venientem contra proprium iuramentum; ex quo Non est aperienda via periurijs. Concludo igitur verum esse nostrum priuilegiũ, quòd, scilicet, iuramentum habet vim derogationis ad actum sequentem. Hoc tamen quomodo intelligendum sit, ego declaro infra post nu. 53. Et videtur ratio; quia dũ quis iurat se aliquid facturum, vel contra (exempti gratia, non mutaturum testamẽtũ) censetur tacite declarare, qđ aliud testamentũ valere nolit, si in futurũ fieri cõtingat: vt legitur, & notatur per Capr. in
22 cons. 31. colu. 2. circa princ. † quia Qui vult antecedens, vult consequens, necessarium ad illud l. 2. de iurisd. omn. iu. Ang. in cons. 257. col. pen. in fi. Soz. in cõs. 134. vol. 1. & Are. in consi. 156. col. 9. Istud autẽ, quod tacite venit habetur pro expresso. & tale iuramentũ videtur habere vim protestationis, quæ cum præcedat, declarat in futurũ facienda. l. qui aliena. §. fi. de acqu. hær. l. at si quis. §. probari. de religio. l. fi. §. itẽ si prędixerit. naut. caup. sta. Et ita dixit de clausula derogatoria Roma. in consi. 436. col. pen. in prin. vbi propterea dicit, quòd in secunda derogatoria videtur deficere animus, & voluntas derogandi primę derogatorię, nisi aliud appareat. & dixit Paul. de Cast. in cons. 443. vol. 2. quod nõ valet statutum, quod valeat secũdum testamentum; licet non faciat mentionem de præcedente, habente clausulã derogatoriam; quia sequens testamentum non habet aliquam voluntatem defuncti, nisi fiat specialis mẽtio de præcedenti, & de dicta clausula derogatoria. Et quãuis ego exemplo testamenti vsus sim, non tamen existimes velim me tenere illam opinio. quam quidã tenuerunt, quod, scilicet, non liceat reuocare testamentum. sed solum facilioris declarationis & doctrinæ
23 causa, istud exemplũ adduxi. † Nunc aũt quæro, an is, qui iurauit nõ reuocare testamentum, reuocando incidat in periuriũ. Supra dixi, quod sic: & ista est cõmunis opin. quam tenet Io. And. in d. c. quod semel. de reg. iu. in 6. Imol. in c. dilecto. el 2. de pb. Bald. in repe. l. 1. C. de sacros. eccl. & Paul. de Cast. in d. consi. 361. ver. nunc ergo quęritur col. 2. vol. 1. Fel. in c. ex parte. de rescrip. Gomes. in §. item si quis postulante. nu. 36. Insti. de actio. cũ multis cõcordantijs adductis per Couar. in d. rub. de testa. par. 2. post nu. 15. ver. tertia igitur opinio. vbi ex Alci. in c. cũ contingat. nu. 77. de iureiur. testatur de cõi. prout ẽt facit Clar. alios pariter allegando. lib. 4. sententiarũ. §. testamentum. quæst. 94. ver. sed numquid testator. pro qua idem Couar. multa adducit: de quibus etiam pulchre per Corneu. in cons. 176. col. 2. vol. 2. post Bal. Ang. & Imol. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. obli. Et primo hoc iuramentum ideo seruandum est, quia nõ est contra bonos mores; & propterea cõtra illud veniẽs incidit in periuriũ. Quod autem non sit contra bonos mores, vel hinc maxime patet; quia quis potest sibi facultatem testandi auferre, deliberando testamentum non facere, vel ingrediendo forte monasterium, vel patiendo se vẽdi ad pretium participandum. l. & seruorum. de stat. homi. Corn. in cons. 252. col. 2. in prin. vol. 3. quo casu certum est nullũ crimen committere: si enim contra bonos mores hoc esset, vtique committeret mortale aut saltem veniale peccatum ex eo, quod ipse sibi sua sponte talem facultatem testandi præciperet. & tamen nul-
24 lum peccatum facit † cum Quilibet possit suæ voluntati renũciare. c. si religiosus. de electi. in 6. c. non dicatis. 12. q. 1. Neq; dicatur hoc ex causa seu fauore religionis cõtingere, & permitti; quia idẽ Coua.
25 respondet, † qđ Quæ illicita sunt, permitti nõ debent ob quantumcunq; cãm piã.
26 c. super eo. de vsur. Et ideo dicitur, † qđ Ecclesia non potest alium inuestire in p̃iudicium primi emphyteutæ, etiam si ille meliorem conditionem faciat; quia hoc non licet l. 2. vbi not. Doctor. C. de iure emphy. & in cap. potuit locat. Quinimmo in ipsa Ecclesia per se illicitum

minus debet valere, quam in alijs, cum ipsa sit, vel maxime esse debeat cultrix iustitiæ. c. 1. §. 1. de alie. feud. Ro. in cōs. 298.
27 col. fi. & videmus, † ꝙ in ecclesiastica persona turpis actus magis detestatur. §. cogi
28 tandum. in Aucten. de monach. † Secūdo adducit; quia quis potest omnia sua bona præsentia, & futura omnino in piam causam erogare; & ex consequenti sibi auferre facultatem testandi. Auct. ingressi. C. de sacrosf. eccle. l. Deo nobis. C. de epis. & cleri. Auct. si qua mulier. C. de sacrosa. eccle. l. iubemus nulli. in prin. C. eo. ti. & ista est communis opi. vt habetur in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. obli. & tradit idem Couar. in loco supra alleg. & Tiraq. in tracta. de priui. piæ cau. in centesimo priui. Immo etiam alteri donari pt, ita, vt videat̃ adempta libera facultas testādi: vt cum quis donat certam summam, quæ absorbeat omnia bona præsentia, & futura, veluti mille millia ducatorum, habens in bonis tantum forte quinquaginta, vt voluit Sozi. in tracta. falle. in reg. 108. & late cōprobando prosequitur Bologne. in l. fi. nu. 139. C. de pact. Item cum quis constitutus in mortis articulo donat omnia sua bona præsentia, quem non est verisimile in futurum acquirere posse. Corne. in d. consi. 252. col. 2. in princ. volum. 3. Tertio adducit; nam permissa est (inquit) simplex promissio de non reuocādo: quod patet, si inferatur clausula derogatoria futuro testamento: ergo multo magis poterit talis promissio iuramento confirmari, per ea quæ habentur in d. l. si quis in principio testamenti. de leg. 3. & in l. si mihi & tibi. §. fi. de leg. 1. vbi licitū est derogare futuro testamento: quod tñ minime fieri posset, si esset contra bonos mores; sed potius pro non scripto haberetur. §. fi. Inst. de lega. Præterea si contra bonos mores esset, non reuocando, is qui iurauit peccaret; & tamen nullum peccatum facit: ergo patet, quòd de iure, præsertim canonico, non est cōtra bonos mores. ita ratiocinatur Corn. in cons. 60. col. 3. volum. 2. qui videtur satis inclinare in hāc partem, licet in casu suo propter Breue apostolicum secus concluserit. & subdit ibi, ꝙ taliter mutans tenetur ad pænā, si illam adiecit, & ad interesse partis, vt ibi late per eum. Quarto confirmat; quia si cōtra bonos mores esset, vtique statuto tolli facultas testandi minime posset; & si tolleretur, tamquam inducens inhonestū, & turpe, non valeret. c. erit autem lex. di-
29 stin. 4. quia † Lex in ratione consistit. c. consuetudo. 1. distinct. & dicitur fundata super bonis moribus, & ciuili æquitate, vt scribit Abb. in c. cum contingat. de iure-
30 iur. colu. 5. circa princ. † Sed iam constat per statutum posse tolli liberam facultatē testandi, sicut etiam per pactum, vt voluit Bal. in l. Archimedoram. col. fi. C. vt in possess. legāt. in l. de quibus. colum. 2. de leg. Imol. in l. illæ autem institutiones. de hæredi. insti. in fi. Dec. in l. pactum, quod dotali. C. de pact. & in consi. 655. col. 2. & refert idem Couar. in d. rub. de testa. parte. 2. post num. 6. Quinto & vltimo istam partem corroborat per tex. in l. omnium. C. de testa. vbi Imperator inquit: Voluntates hominum audire volumus; non iubere, ne post sententiam nostram inhibitum videatur cōmutationis arbitrium. ex quibus verbis colligit Coua. quod si princeps consensu testatoris prohibuisset commutationis arbitrium, omnino esset sublata facultas mutandi testamentum. Accedat vltra ipsum; quia licet testamentum sit introductio de iure gentium: tamen respectu sollemnitatis formalis, est de iure ciuili. l. ius autem ciuile. de iusti. & iur. & propterea potest aliquibus personis, & in certis casibus, interdici factio testamenti per ipsam legem ciuilem, vt patet in l. si qua pæna. de his qui sunt sui vel alie. iur. vbi seruus pænæ reputatur mortuus, nec potest facere testamentum: prout etiam habetur in l. 1. C. de hæred. insti. item patet in §. legari. Insti. de lega. & toto titulo. Insti. quibus non est permis. face. testa. cū similibus allegatis per Brunum in suo tracta. de statu. fœm. a successione exclu. artic. 1. quæst. 3. in fi. Et tenendo istam partem

respondet

respondet ad tex. in d.l.stipulatio hoc modo concepta.de verb. obliga. vbi videtur probari talem promissionem de non reuocando testamentum esse contra bonos mores: nam inquit, ꝙ ideo ibi illa stipulatio est cōtra bonos mores,quia in ea fuit adiecta pœna; quæ quidem adiectio dr̃ esse contra bonos mores. si enim absque pęna interuenisset, stipulatio vtique valuisset, nec contra bonos mores diceretur: quod patet in matrimonio:nam si ego promittã tibi aliquam accipere in vxorem,talis ꝓmissio valet c.sicut.& c.ex litteris.de spō. & tñ si fuerit adiecta pęna; talis ꝓmissio improbatur.l.Titia.de verb.obl.in prin.c. gemma.& c.cum locum.de spōsali. & ita idem tenet,& concludit in c.quamuis.de pact.in 6.par. 2. in initio ver. septimo ex eadem prima. & ideo non valet stipulatio pœnalis de matrimonio contrahēdo; quia videtur ꝓcedere ex inordinato affectu;non sic, qñ quis spe lucri inuitatur ad contrahendum,veluti per arrharum promissionem,vt l.fi.C.de spons.& est Glo.in d.l. Titia. in versic.matrimonia.& tradit quoque Io.Lup.in repet.c.per vr̃as.§. 21. incipien.Ex his patet.col.2.de don.inter. vir.& vxo.& Abb. in d.c.gemma.& in c. de illis.de cond.apposi. Contrariã tñ opinionem, ꝙ immo. s.mutans seu reuocans testamentũ non efficiatur periurus, tenuit Bar.in d.l. si quis in principio testamenti. de lega.3.& in l.cum duobus.§. idē respōdit pro soc.Glo.magna in ver. super contractibus. post medium. in c.1.§.item sacramenta.de pace tenen. cum concordantijs adductis per Couar.in d.rub. de testa. par.2.post nu.15.ver. secunda opinio. Et pro hac parte multa in medium proponũ
31 tur.† Primum quia posse facere, vel non posse facere testamētum,publici iuris est. l.testamenti factio.de testam. & ideo priuatorum pactis non debet lædi, vt ibi habetur, fuit enim inuentum testamentum fauore reipublicæ; quia nisi homines possent testari, inertes fierent in acquirendo, quod reipublicæ vtilitati contrarium est, & valde nociuum,cum eius intersit homines habere locupletes, vt in Auctē.vt iu. sine quoq.suffra.§.cogitatio.& per Corn. in cōsi.78.col.2.in littera H.vol.1.& cōs. 335.col.3.in littera R.eo.vol.& est Gl.in §.fi.Insti.de ijs,q sunt sui, vel ali.iu.ĩ ver. male vtatur.facit tex.in l. honores. de decu.& in l.ad subeunda. C. eod. tit.lib.10. Et istã reperio rationē adduci inter alias in isto proposito,per Cepol.in l.verbis ciuilibus.in ver.quinta ratio. de verb.signi. Cum ergo auferatur libera testandi facultas est contra bonos mores;quia in ingratitudinem sæpe homines prolaberentur, non testando.arg. l. nec adiecit.pro socio. & l.idemque.§.fi.manda. & ideo dicitur, quòd stante statuto, quòd fęminæ nō possint testari sine præsentia duorum vicinorum,satis erit adhibere vicinum, & vicinã;quia impedire liberam testandi facultatem per hanc viam est contra bonos mores. ita post Bald. ab eo relatum, scribit Corne. in consi. 316. col.pen.volu.1.quinimmo,nec licet coangustare liberam facultatem testandi,etiam in vna re particulari, veluti de non reuocando legatum.d. l. si quis in principio testamenti. facit,qđ scribit Ang.in consi.66.col.fi.vbi vult nō valere laudum, quòd non liceat partibus de re aliqua particulari testari. cuius dictũ late prosequendo,& insistendo sequitur Rui.in cons.178.col.2.in fi.& sequen. vol.1. quia quamuis possit testari de alijs; tamen dicitur prohibitus in totum facere testamentum de illa re,vt ibi per eum declaratur. Item auferre facultatem testandi est contra publicam vtilitatem;quia homines depauperarentur, animaduertentes de acquisitis per eos non posse disponi: vnde iuramentum huiusmodi sic pręstitum de testamento non reuocando non est obligatoriũ,secundũ Bar.in l.si quis ꝓ eo.in secundo membro suæ distinctionis. de fideiuss.quod procedit ēt, si includeret priuata vtilitas, secundum Specu.in ti.de
32 feud.§.quoniã.ver. decimo; † quia Publica vtilitas magis attenditur, quam priuata, vt per Gram.alios allegantem in deci. 12.num.17.& in consi.16.nu. 5. in ciuili-

quæ

quæ tamen priuata vtilitas in casu isto nulla est; immo potius damnum, cũ sæpe compellerentur homines relinquere bona venientibns ab intestato, quos odio prosequerentur, vel etiam ijs quos instituissent hæredes, vel legata reliquissent, cum quibus postea inimicitias etiam grauissimas exercuissent, iuxta tex. in l. 3. §. fin. de adimen. lega. Secundo stringit satis fortiter pro hac opinione; quia iuramentum non potest mutare seu alterare naturam rerũ, vt quod est unum sit aliud, vt supra dixi. Sed si iuramentum valeret, & obligaret iurantem ad non reuocandum testamentum; & sic faceret illud irreuocabile, esset mutare naturam ipsius; & transiret in speciem contractus, qui reuocari non potest. l. sicut C. de actio. & oblig. & cum natura substantialis eius deficiat, ipsum quoque
33 deficere necesse est; † quia Vbi nõ est substantia rei, ibi non potest esse res. l. 2. de vsufru. ear. rer. quæ vsu cons. Nec valet iuramentum interpositum contra substantialem naturã actus, sicut nec pactum ad eum adiectum, l. pacta, quæ ꝯ de ꝯtrahẽd. emp. & l. cum præcario. de preca. Et quãuis huiusmodi iuramentum non obliget
34 iurantem: tamen † taliter iurans debet puniri temeritate iurandi; ex quo nõ debuit iurare, iuxta tex. in cap. sicut nostris. de iureiuran. & c. grauis admodum. de censi. sic videmus, quòd temeraria depositio punitur extra ordinem crimine stellionatus, secundum Ange. in l. plagij. C. ad leg. iu. de pla. sequitur Craue. in cons. 46. colum. 5. in fin. vbi dicit, quòd etiam aliquando punitur de dolo, secundum subiectam materiam. Et quamuis etiam Canones tale iuramentum periurium appellent, vt in d. c. sicut & c. qui sacramento 22. quęstio. 4. tamen re vera non est proprie periurium; quia applicatur materiæ non obligabili, & sic propter defectum iustitiæ, & iudicij dicitur quoddammodo periurium: vt ex diuo Thoma scribit idem Couar. in c. quamuis. de pact. in 6. in prima par. §. 6. nu. 9. & 10. & tradit etiam Caieta. in sua Summula, in ver. periurium. §. promissorium. Et patet, quia pro huiusmodi periurio non imponitur pęna ordinaria, qua periuri afficiuntur, vt ostendit Couar. in loco proxime allegato. Tertio satis optime videtur facere; quia si iuramentũ obligaret ad non reuocandum, vtique hęres diceret acquisiuisse ius ad hæreditatẽ, saltem spe certa, viuente adhuc testatore; ex quo testamentum reuocari non posset ci-
35 tra metum periurij. † Et tamen hæres, nullum omnino ius ante eius mortem acquirit, vt per Dec. in cons. 184. colum. 4. in fi. & Ioan. de Ami. cons. 10. num. 12. & ideo talis hæres, qui sciret se hę redem institutum, vt in testamento nuncupatiuo contingit, desideraret mortẽ testatoris, quod est peccatum auaritiæ; ita festinanter cogitare de rebus alienę hæreditatis. l. quidam. §. fin. de donat. & faciliter induceret votum captandæ mortis, quod est a iure penitus reprobatũ. l. fi. vbi not. C. de pact. & videtur contra præceptum Decalogi, Nec rem cupies alienam. Et veritas istius opinionis facilius atque apertius iustificabitur ex responsionibus ad ea, quæ sunt in contrarium allegata. Nõ obstat igitur primum, quod deliberans in animo suo nolle testari, aufert sibi facultatem testandi, vel ingrediendo monasterium, vel se vendendo ad pretium participandum; quia respondeo hoc nil facere: nam aut illa deliberatio fuit solius intentionis; & tũc nihil operatur, si non deducatur ad actum extrinsecum: aut fuit deducta ad actum; quia est ingressus monasterium vel effectus seruus; & tunc dico, quòd hoc non contingit ex principali proposito voluntatis in nolendo posse testari, vel in nõ reuocando testamentum iam factum; sed in necessariam quandam consequentiam: ex eo enim, quòd quis se religioni deuouet, quia non intelligit contra legem venire, sed solum se Deo dicare, non dicitur peccatum facere. & quamuis postea citra eius voluntatem contingat, in consequentiam vt dixi, facultatem testandi sibi auferre, hoc non debet attendi: tum, quia peccatum non est, nisi voluntarium: tum etiam

quia

quia debemus principalem intentionem, & propositũ animaduertere, quod fuit se dicare Deo.l.1.§.vnde quæritur. de exercit.l.2.de termi.amo.l.qui in iure.& l. fin. de furt. & ita in effectu reperi postea respondere Tiraquel. in d. tracta. de priui. pię causæ.in priuil.100.Secundo respondeo,quòd ratio Couar.procedit in his,q mutant statum & conditionem personæ, trãseundo in potestatem alterius: nam ita bene possunt amittere facultatem testãdi; sed nostra disputatio intelligitur,quando quis existens sui iuris illam sibi aufert; qa tunc,eisdem terminis remanẽtibus, id est ipso libero existente, non potest.& sic licet quis possit se facere intestabilem,mutando statum personæ, nõ tamen hoc idẽ per pactum, vel propriam animi deliberationem facere poterit,non mutãdo statum;quia semper poterit pœnitere. & ita etiam respondet Corne.in consil.176.colum.penul.in medio volu. 2. Et videmus idem in principe, qui non potest sibi auferre potestatem legis condendæ, vt post Barto.not.Doct.in l.omnes populi.de iusti.& iu.& certum est, quod voluntas, & potestas testatoris,& legis, vel principis, ad paria iudicantur.§. disponat. in Auct. de nup.& Calca.in consi.88. in fi. Tertio respondeo,quòd dato, quòd huiusmodi iuramentum non esset contra bonos mores:tamen ex alio non esset seruandũ;quia sic iurans faceret contra legem positiuã; volentem testamenta posse reuocari pro-
36 pter publicam vtilitatem.† Et quamuis alias faciens contra legem positiuã non peccat secundum Abba.in cap. quoniam contra.& ibi Felyn.nume. 5.de probatio. tamen hoc procedit, quando cessat ratio ipsius legis.& ita ibi declarat Abba.quod & sequitur Curt. iun. in consi. 12. colum. penul.post num.11.sed in casu nostro militat ratio publicæ vtilitatis, quæ versatur in libera facultate testãdi, vt homines sint promptiores ad acquirendum, & de suis benemerendum: ergo faciens contra illã dicitur peccare.& sic iuramentum nõ obligat; & ex consequenti non incurritur periurium.Non obstat secundum;quia respondeo eodẽ modo, quòd donatio omnium bonorum venit in necessariam consequentiam monachationis,vt habetur p Roman.in consi.166.colum. 2. in princi. & ex quo intentio ingredientis monasterium non est ordinata ad donationem faciendam de omnibus suis bonis præsentibus,& futuris; sed tantum ingrediẽdi monasterium,& sic vt rem licitam agat: non debet haberi in consideratione, si deinde auferat sibi facultatem testandi.l.si vehenda.§.1.ad legem Rhod.de iact.l.non omne.de statu liber.& declarat Bar.in l.si decesserit.qui satisd. cogan. per quæ iura in simili idem tradit Ruin.in consi.74.num. 14.volum. 1.& supra etiam dixi.Et quamuis Tiraque.in d.priuile.100.dicat, quod idem sit, si non efficiatur quis monacus quasi donatio per se principaliter valeat, per Glo.in cap.fin.de successio.ab intesta. & Glo.in c.lex continentiæ. in ver.professi.27.quæstio.1.tamen illæ Glo.non dicũt neque probant,vt sit verum etiam quo ad bona futura; sed solum quoad bona præsentia.Præterea ista opin. quamuis cõmunis sit;tamen non transit sine difficultate; & contra eam plerique tenent, quod immo, quamuis donatio omnium bonorum pręsentium,& futurorum facta sit Ecclesiæ:tamen non valeat; quia auferat liberã testandi facultatem.ita voluit Ang. in cõsil.179.colum.5.Ancha.consi.282.& Roman.in Aucten.similiter.C.ad legem Falci.quos refert,& sequitur Bologne.in l.fi. nume.128.& rursus post nume.141.C.de pact.quia paupertas perpetua,quæ inducitur per donationem omnium bonorum, præsentium, & futurorum, reprobatur ẽt a iure canonico, ex quo procurauit clericos sine titulo,& redditibus non ordinari ne mendicent.c.cum secundum.& cap. 2. de pręben.& nouissime habetur in concilio Triden.in vigesimaprima sessione. ca.
37 2.† Est enim magna infamia mendicare, atque ignominia;vt per Gra.lib. 1. respõ. 93.num.58.& latius deducendo comprobat idem Bologn.vbi supra. Verumtamẽ

quia

quia aliter se habet communis opin. dico, quòd ea præsuppoſita, procedit per quandam neceſſariam conſequentiam. & hoc ideo permittitur, quia agitur de ſalute animę, & ſic de maiori bono; quia Salus animę eſt rebus omnibus præferenda, l. ſancimus. C. de ſacr. eccleſ. c. infirmitas. de pęnit. & remiſ. & eſt regula iuris ſatis vulga-
38 ta, † ꝙ multa permittuntur in conſequentiam, quæ aliàs non permitterentur. l. 1. de aucto. tu. l. ſtatu liberos. §. ſi quis ſeruum. ď ſtatu liber. & ideo videmus, quod quamuis conſanguineus non poſſit eſſe teſtis in cauſa matrimonij: tamen eſſe poterit in cauſa legitimationis filij; quia tunc illud de matrimonio venit per conſequentiam & per accidens. Nat. in conſ. 537. nu. 40. vſque ad nume. 52. & plura ſimilia exēpla ponit Craue. in conſ. 6. num. 112. Non obſtat tertium, quòd iuramētum habet vim clauſulę derogatoriæ; quia reſpondetur eſſe verum, quantum ad hoc, vt teſtator cenſeatur non habere animum, & voluntatē reuocandi; & ſic importat derogationem quantum ad voluntatem; non autem quantum ad poteſtatem tollendi, vel reuocandi, vt propterea incidat in periurium reuocando, vt per Abb. & Dec. in cap. cum acceſſiſſent. de conſtitu. & aliquid ꝑ Alexand. in addi. ad Bar. in l. omnes populi. ď iuſti. & iur. in materia reuocationis ſtatutorum. Non obſtat, quod per ſtatutum tolli poſſit facultas teſtandi, & quod ex conſequenti non ſit contra bonos mores; quia
39 reſpondetur, † quod dictum Bald. non eſt verum: & contrarium tenet Alexand. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. colu. 2. de verbo. oblig. & ſequitur Dec. in conſ. 225. nume. 4. & 7. Rui. conſ. 54. colu. 4. & pen. volum. 1. conſ. 69. colum. 6. volum. 3. conſ. 109. colum. 8. volum. 4. Soz. iun. in conſil. 44. colum. 4. volum. 2. Boer. deciſ. 204. cũ alijs allegatis per Pedemon. deciſ. 100. nume. 32. vbi allegat doctrinam Bar. cōmuniter approbatam in d. l. omnes populi.
40 nume. 26. de iuſt. & iu. † quòd illud quod non poteſt fieri per pactum, non poteſt ēt fieri per ſtatutum. nec valet argumentum ſemper de ſtatuto ad pactum, tam affirmatiue, quam negatiue, vt habetur in d. Pedem. deciſ. 100. nume. 35. Et quamuis aliqui ex prædictis doctoribus loquantur in conſuetudine, per quam dicunt non poſſe introduci, vt tollatur facultas teſtandi: idē tamen eſt de vtroque dicendum, & iudi-
41 candum; † quia Statutum, & conſuetudo a pari procedunt, vt not. Docto. in l. de q̄bus. de legi. & per Dec. in conſi. 538. colu. fin. in prin. Et quod huiuſmodi ſtatutum non valeat, patet; quia libera facultas teſtādi eſt de iure gentium. ita magis communiter tenent Docto. prout refert Brun. in ſuo tracta. de ſtatu. fęmin. a ſucceſ. exclu. in primo art. & q. 1. colum. 2. in princi. & rurſus in quęſtio. 3. Immo & de iure naturali competit. §. ſingulorum. Inſt. de rer. diui. Bar. & Iaſ. in l. interdum. de cond. indebi. ergo non poterit per ſtatutum tolli totaliter; licet poſſit diſtingui, & in certis caſibus moderari, vt § ſed naturalia. cum ibi not. per Glo. & Docto. Inſti. de iure natura. genti. & ci. & habetur late, & pulcre ꝑ eundem Couar. lib. 3. varia. reſolu. c. 6. nume. 7. verſi. quinto. Nec obſtat, ſi dicatur, quòd hoc ſit introductum nouiter de iure ſpeciali, vt not. per Dec. in rub. C. qui teſtamen. face. poſſ. quia reſpondetur, quod procedit, quantum ad modum, & formā teſtandi: ſed ipſa facultas faciendi teſtamētum, eſt de iure gentium, ita, vt contrariũ videatur eſſe contra bonos mores. quinimmo teſtamentum eſt tamquam res eccleſiaſtica; & ſic non eſt mere temporale. Gram
42 ma. conſ. 116. in ciui. † Non obſtat vltimo loco tex. in d. l. omnium. C. de teſtam. quia loquitur, ſeu procedit de honeſtate; non autem iuris rigore, ſeu neceſsitate. facit in argumentum pro hoc tex. in l. ſolēt. §. 1. de offic. proco. in c. 1. de deſponſ. impub. & in cap. ſi vir. de adulte. vbi colligitur, quòd verbum, Debet, importat quoddam debitum honeſtatis: nam & dicitur neceſſarium, quod honeſtè omitti non poteſt l. filius. de cond. inſt. Corne. in cōſ. 85. colum. 4. in prin. volum. 1. Et ex hoc infero, quòd quãuis ibi Imperator approbaſ-

ſet

ſet teſtamentum,tamen per teſtatorē mutari poſſet iuris ſubtilitate; quamuis honeſtum non videretur propter principis preſentiam,& approbationem.& hinc eſt,qđ dicit, Inhibitum videatur commutationis arbitrium;quaſi vere,iuris cenſura, nō intelligatur inhibitū;alioquin ſequeretur quòd ibi teſtamentum penderet ex arbitrio principis:quod eſt impoſsibile; quia teſtaméta non debent pédere ex arbitrio alieno,vt Inſt.quib. nō eſt permis.fa.te.in prin.& l.illa autem inſtitutio.de hæred.in ſti.& ꝙ etiam teſtamētum auctoritate ipſius principis confirmatum,& conditum, reuocari poſsit,tradit ibi Bar.quin in hoc eſt communiter receptus :|vt inquit idem Couar.in rub.de teſta.par. 2. poſt nu. 2. & refert etiam Clar.li.4.ſn̄arum.§.teſtamentum.q.9.ver.& hæc quidem. Et cū Doct. dicunt,ꝙ non obſtante iuro reuocari teſtamentum poſsit, videntur intelligendi, ꝙ nolint incurri periurium; alias eſſent quodammodo ſibi ipſis repugnantes; quia Non dicit poſſe fieri,quod cū iactura honoris,& ſalutis ipſius animæ fit, arg. l.nepos proculo.de verb.ſig.l. diuortio. in prin.& l.eum actum.de nego.geſt.Iam vero ex prædictis omnibus patet, opinionē Bar.in d.l.ſi quis in principio teſtamenti. de lega.3.ꝙ.ſ.iurans nō mutare teſtamētū non efficiatur periurus mutādo, poſſe ſatis probabiliter defendi. p̄ſuppoſita tamen cōi opi.& illā limi.nō procedere,qn̄ ſuperueniret noua cā;vt quia deceſsit aliquis ex hæredibus inſtitutis: nam mutādo nō erit periurus.facit,qđ not.Ab.in c. veritatis.de iureiu. quia Iuramentum intelligitur,rebus ſic ſtantibus. Verumtn̄ cogitabā iſtas opiniones inter ſe diſſidétes poſſe concordari:nā prima, & cōis opin.pōt procedere,vt ſit vera,quantum ad periurium improprie,& late ſumptum, vt dixi ſupra in ſcđo arg.pro op.Bar.cōtra cōem poſt n.3.opinio vero Bar.procedat,& intelligatur, quantū ad periuriū formaliter conſideratū;quia illud non incurritur.

43 Nunc † aūt redeundo ad noſtrum priuileg.quia concluſum eſt iuramentum habere vim derogationis ad actū ſequentē, intellige,& limi. ſolum procedere in eadem perſona a iurante, non autē in diuerſis,l.duobus.§.fin.& ibi Doct.de iureiu.& propterea,ſi vniuerſitas iuraſſet non alienare,& deinde alij ſuccederent in officio vel magiſtratu, & alienarent, non efficerētur periuri; quia ipſi non iurauerunt; & iuramentum illorum non potuit derogare actui per alios faciēdo. Abb. in cap. nuper.nu.2.de deci.& in c.7. de his quæ ſi.a maio.par.capi.

Secundo limi.non habere locū,quo ad actus ſequentes,ſui natura reuocabiles, & ab vnius tantū voluntate pendentes; quia non obſtante iuro actus valent,ſicut ſupra dictū fuit. Alias quoq.limitationes ponit Bauer.in ſuo tracta.de virtu.iuram.n. 47. ver.trigeſimo ſecundo.& Io. de Selua, in tract.de iureiu.in 3.parte in prima quæſt. & Iaſ.in Auct. ſacramenta puberum. nu. 31.C.ſi aduerſ.vend.& in l.ſi quis ante.colu.3.de acq.poſ.quas per te ipſum videas. Ex hoc priuilegio ſicut præmittit declarato, infertur † quod ſi mulier iurauit non 44 alienare bona dotalia.nec alienationi cōſentire,per eius maritum faciendæ,& poſtea alienauerit, vel conſenſerit, appoſito etiam iuramento, ſecundum iſtud iuramentum,contra primum non valet,nec ligat; & conſequenter contractum alienationis non confirmat. ita voluit Glo. Hoſtien.Ioann.Andr.& Archi. in capitulo. mulieri. de iureiurand.Specu.in ti.de emptio.& vend.§.tertio loco.ver.& nota generale.Bartol.in l.ſi quis pro eo.colum. 3. verſiculo tertio dixi.de fideiuſ.Bald.in capitulo veniens in fin.de iureiurando.Cornel.in Auctent.ſacramenta puberum. nume.68.& ibi Curt.nume. 56.C. ſi aduer. vend.Alexand.& Iaſon in d. l. duobus. §. fin.de iureiuran.poſt Bald.ibi. idem Alexand.in conſi.16.colum. 3. volum. 3. qui dicunt dictam Gloſ.communiter eſſe receptam.Angel.Are. Inſti.quib.alie.li.vel non in fi.principij: vbi dicit hoc eſſe notandum pro cautela ad impediendum rerū dotalium alienationem.Eādem quoq;

Gloſſ.

Gloss. secutus est Imol. in cap. cum cōtingat. nume. 81. & ibi quoque Alcia. nu. 43. de iureiurand. Abb. in c. intellecto. per illum tex. eodem ti. Cepo. in caut. 172. Nat ta in consi. 480. nume. 24. Et ista est, vt dixi, communis opin. sicut Imo. & Alcia. dicunt in d. cap. cum contingat. & Crot. in l. filiusfamilias. §. diui. colum. 25. de leg. 1. & alios concordantes adducit Rimin. iuni. Insti. quib. alie. lie. vel non in prin. nume. 228. & Couar. in c. quamuis. de pact. in 6. in secunda par. §. 2. quibus adde Papien. in sua Practi. in forma libelli petitio. resti. in integ. in prin. nume. 4. vbi dicit æterna memoria dignum. & pro singulari memorię mandauit Cotta in suis Memoralibus, in verbo Iuramenti religio, in fi. & tradit Bauer. in tracta. de virtu. iuramenti, in trigesimo secundo effectu. Summa Angeli. in vers. iuramentum quinto. §. 15. Ioan. de Selua. in tracta. de iureiuran. in 3. par. quæst. 1. nume. 43. Grāma. consi. 31. nume. 12. in ciui. & Anto. de Petru. in repe. l. 1. num. 134. de iureiurando. Ex quo fit, vt non satis mirer dixisse Ias. in §. item si quis postulante. colum. 1. nume. 11. Institu. de actio. dictam Gloss. communiter reprobari, nisi mendose legatur in meo libro. quod ego procul dubio arbitror nam patet ex præallegatis omnibus, & etiam, ex cumulatis per Anton. de Gabriel. in titul. de iureiuran. conclus. 1. in prin. in contrarium esse veritatem. pro qua, & consequenter pro dicta Glo. adducitur tex. in d. c. intellecto. de iureiurand. vbi Rex Vngariæ fecit quandā alienationem in præiudicium regni sui, eamque iurauit non reuocare: dicit ibi Summus Pontifex alienationem prædictam fore reuocandam, iuramento nō obstante; quia tale iuramentum non tenet, contra iuramentum per eum prius præstitum de conseruando iura regni. Quinimmo quamuis Rex a principio nullū præstitisset iuramentum: tamē ad alienationē prædictam procedens cum iuramento,
45 ideo nihil agit, † quia iura regni, & quæ ad regiam dignitatem pertinent, non possunt alienari; ex quo sit potius regni, quā Regis, vt late per Abba. & alios. in d. cap. intellecto. Hosti. & Feli. in cap. dilecti. de maior. & obed. idem Fel. in cap. 1. numer. 5. de prob. Ias. in cons. 7. colum. 5. versi. 4. adhuc volum. 3. cum multis alijs relatis p Rolan. consi. 2. nume. 95. & 97. volumi. 1. Quod tamen intelligo solum procedere in his, quæ maximum præiudicium afferunt ipsi regno: aliàs si modicum præiudicium faceret, alienatio valeret, vt per Abba. & alios communiter in d. c. intellecto. de iureiuran. Bar. in l. prohibere. §. plane quod vi aut clam. & per Couar. in d. ca. quamuis. in 2. parte. §. 2. post nume. 4. de pact. in 6. addo etiam pulcre Gramma. in consi. 99. num. 7. in ciui. Non potest ergo Rex modo aliquo concedere taliter, ꝙ nihil intelligatur sibi reseruatum; quia esset reducere ad nihilum iura regni, vt per Nat. habetur in cons. 487. numer. 23. vbi
46 etiam dicit, quòd † princeps habet multa, quæ sibi reseruat in signū supremę potestatis, quæ non intelligitur velle concedere inferioribus, nisi hoc expresse in concessione exprimatur, vt legitimare, leges cōtra ius commune condere, tabelliones creare, crimen delinquentibus indulgere, res iudicatas irritas facere, munera siue super indictum, siue extra ordinariam collationem imponere, & cętera huiusmodi vt ibi per eum num. 10. & cons. 594. num. 22. Et ad supradictam Glo. in d. cap. licet mulieres. redeundo, vltra allegatum c. intellecto. pro ea etiam facit illa ratio; quia mulier, quę iurauit non alienare, alienando tamen, & iurando postea non obligatur ex eo, quia secundum iuramentum cōtra primum fuit pręstitum; & quia contra iuris communis dispositionem intercessit, & ideo illicitum; & ex consequenti nō debet obligare: nam alienatio rei dotalis a iure prohibetur, publicæ vtilitatis fauore, vt Insti. quib. alie. li. vel non. in prin. & ideo iuramentum super ea pręstitum nihil operatur. Abb. in cap. cum contingat. colum. 4. de iureiuran. & ita communiter tenetur: vt per Anton. de Gabriel. in

tit.

ti.de iureiurand.conclus. 1.nume.3. versi. istud intellige. & tradit etiã expresse Rippa in ca. cum M. nume.83.de consti.post Abba.in d.cap.intellecto. colum. penult. de iureiurand.& Rimi.iunio. Insti.quib. alie.li.vel non. in prin. nume. 230. Patet ergo ex prædictis,quod ideo mulier,quæ iurauerat non alienare bona dotalia,alienando postea,& iurando,nihil agit; quia duplici de causa ad alienationem non potuit procedere. primo propter iuramentum prius præstitum.secundo propter legis prohibitionem.constat autem, ꝙ duplex impedimentum difficilius tollitur, quam vnum. l. pen. §. si vero pater. C.de adoptio.l.1.de rap.virg.Paul.de Castr.in consi.30.colum.3.in fin.volum.1. & consequenter secundum iuramentum nõ obligat;quia concurrit duplex prohibitio scilicet hominis,& legis,quę efficacius operatur,quam simplex, vt nũcupatim tradit Ruin.in consi.41.colum.11. post numer. 27.volum.1. Ad idem facit, quod scribit ipsemet Ruin. in consi. 212. colum. 2. in princ.eodem volum.vbi dicitur,ꝙ quando cum prohibitione legis concurrit prohibitio testatoris;tunc talis prohibitio,ipsius scilicet testatoris,valet, etiam si sit facta sine causa,per tex.in l.1. C. de vsucap. pro empto.quia concurrente duplici prohibitione,efficacius prohibitio operatur vt,scilicet,non possit alienari,etiam in illo casu, in quo esset permissum alienare: quod & tradit in consil.213.nu.8. eodem vol. 1. Et sic ex prædictis habemus vnam rationem pro decisione d.Glo.in sæpe allegato.c.licet mulier.de iureiurand. Non est tamen silentio prætereunda alia ratio, quam Docto.assignant pro dicta Gl.nam
47 volunt ideo procedere; quia † iuramentum primum de non alienando bona dotalia, fuerat præstitum ad fauorem certarum personarum, veluti patris, fratrum, vel aliarum, de quarum interesse agebatur: quibus quidem cum per illam iuratã promissionem esset ius quæsitum, nõ poterat absque earundem consensu contraueniri,vt probatur in c.cum contingat.de iureiurand. dum excipit præiudicium alterius,quam iurantis. Et hoc videtur vsq; adeo verum esse,vt etiam si non fuisset iuratum nihilominus non posset contraueniri;& si contraueniretur,nihil fieret. ita post multa validis rationibus concludit Abb.in c.veniens.nume. 6. de iureiuran. & tangit etiam in d.cap.sicut.nume.8.de
48 spons. † & est ratio; quia Conuentiones seu contractus a principio, licet sint volũtarij, & propria sponte fiãt;ex post facto tamen fiunt necessarij.l. sicut. C. de actio. & obli.l.inuiti.C.de locat.& l. neque. C.
49 de nup.Et ideo† dicitur,quòd si creditor liberauit debitorem per instrumentum, licet postea velit in dubium quietationẽ refricare,non auditur.Gra. lib.1. respon. 75.in fin.pro prædictis, etiam optime facit,quod scribit Abb.in c.cum parati.nu-
50 me.9.de appella.† vbi dicitur, quòd obligatio iurata,quæsita alteri, etiam per Papam tolli non potest.& concordantes adducit Bologne.in l.omnes populi.post nume.96.ad fin.de iusti.& iur. Concluditur ergo,quod ideo mulier, quæ iurauit non alienare,non potest postea ad alienationẽ procedere,& contrauenire;quia fuerat alteri ius quęsitum:vnde quamuis postea iuret, non propterea contractum alienationis confirmat, vt patet ex supra allegatis, & deductis, & tradit quoque Bal.in rub. de pact.colum.10.& Felyn.in d.cap. cum M.Ferrarien.colum.penu.in fi.ver. & pro hac fallentia.de const. Afflict. decis.331. num 4. Ias.in l.non solum.§.morte. de noui oper.nunc.Dec.in consi.536.colu. pen. Nat.in cons.426. & aliquid in consi.505. nume. 14. cum multis concordantijs adductis a Rimi.iuni. in d. ti. quib. alie. lic. vel non.in princ. nume.228.& Anton.de Gabriel.in ti.de iureiuran. conclus. 1. nu. 5.ac Couar.in d.c.quamuis. de pact. in 6. in secunda par. §. 2. vers.est igitur conciliãda.facit etiam pro prędictis,quod voluit Gramma.in consi.32.in princ.in ciui.
51 † vbi dicitur, quod quis non admittitur ad peierandum, quando est alteri ius quęsitũ, & similiter si quis iurauerit in pacto

de

de retrouendendo, non poterit postea in alium alienare, obstante iuramento, vt legitur apud Boer. decis. 182. nu. 5.

Sed contra istam rationem facit tex. in d. c. sicut. de spons. vbi matrimonium tenet contra iuramentum prius pręstitum, ad fauorem tertij. & similiter obstat tex. in d. l. quoties. C. de rei vend. vbi venditio facta vni, annichilatur per secundam venditionem factam alteri. & idem scribit Ab. in consi. 3. colum. antepenul. versic. ad alia contraria par. 2. vbi dicitur, quod venditor, qui iurauit non alienare, alienando incidit in periuriũ; sed alienatio tenet. Praeterea considerandum est, quod in exẽplo Glo. in d. c. licet mulieres. erat per priorẽ iuratam promisionem tantum acquisitũ ius personale; nec ille, cui erat facta promisio de non alienando, habebat aliquã actionem aduersus eum, in quem fuit facta alienatio; nec poterat agere ad rẽ, cũ sibi nullum ius tale competeret aduersus rem, vt patet in d. l. quoties. ergo non videtur verum, quod ideo non tenuerit alienatio contra primum iuramentum; quia fuerit pręstitum ad fauorem tertij, cui esset ius quęsitum; ex quo nihil poterat dicere contra alienationem. Verumtamen, saluãdo supradictam rationem, possumus dicere, quod procedat & intelligatur, quãdo non est processum ad traditionem in alienatione postea subsecuta. quod si ad eam fuisset processum, teneret, nec infirmaretur virtute iuramenti prius pręstiti, per quod non potuit impediri dominij translatio. Vbi ergo actus deindè secutus fuisset perfectus, fateor, quod ratio prędictã nõ procederet, per ea quę dixi supra post nume. 10. cum duobus sequen. Mihi tamẽ placet magis prima ratio, quę caret omni dubitatione, vt; scilicet, non valeat ideo secunda alienatio; quia concurrit duplex ꝓhibitio, videlicet, legis, & hominis, vt supra dicebam. de quo vltra pręallegata habetur per Ruin. in consi. 34. num. 2. volu. 2. & est circa supradicta obseruandum, ꝙ quamuis iuramentum primum non fuisset pręstitum ad fauorem tertij; sed solum ad fauorem sui ipsius, vt quando mulier iurauit non alienare bona dotalia, vel nõ cõsentire alienationi; quia forte timebatꝰ ea molestari a suis, vel a marito, vel a pr̃e, vel fratribus: nõ tñ mulier ita iurãs, absq; absolutione a iuramento, poterit procedere ad alienationem propria auctoritate, veniendo contra suum proprium iuramẽtũ, quasi sibi illud remittens, iuxta ea, quae dixi i priuilegio. 60. ad fi. cum enim principaliter fuerit Deo pręstitum, seruari debet. ita tradit nũcupatim Are. in l. duobus §. fin. de iureiuran. Rimin. iun. in d. princ. ti. quibus alien. licet, vel non. numer. 236. & Couar. in d. §. 2. versi. secundum eãdem Gloss. opin. in 2. par. post Alcia. in d. ca. cũ contingat. nume. 47. in quibus locis volũt iuramentum posterius non validare alienationem; & subdunt, quod procedit, etiã si is, ad cuius fauorem postea iuratum est, ignorauit prius iuramentum fuisse pręstitum; quamuis Bal. & alij relati per Rimi. in loco nunc allegato contrarium censuerint, & male per prędicta.

52 Secundo † infertur, ꝙ Pręlatus qui in sua promotione iurauit non alienare bona Ecclesię, non poterit postea ad alienationem procedere, etiam apposito iuramento, propter duplicem prohibitionem scilicet hominis, & legis, ut supra dicebã. ita voluit in particulari Roman. in consi. 369. in quinto dubio. de quo egò late dixi supra. in priuil. 52. dic ut ibi.

53 Tertio infertur, † quod promisio iurata de non alienando rem emphyteuticam ad fauorem ipsius recipientis, impedit alienationem postea faciendam, quę si facta fuerit, est ipso iure nulla. Are. in l. si ita quis. §. ea lege. de verb. oblig. & hoc similiter procedit per eandem rationem duplicis resistentię, vel prohibitionis scilicet personę iurantis, & legis: nam constat, quòd sicut bona ecclesiastica alienari non possunt, de quibus statim dicebamus vt toto ti. de reb. eccle. non alienan. ita & bona emphyteutica: vt habetur, & colligitur ex notatis per Bald. in cap. 1. §. si vassallus. si de feud. fuerit cõtrouers. & sic ex his

exemplis

exemplis patet, ꝙ iuramentum per se solum nõ est sufficiens ad derogandũ actui sequenti, nisi concurrat prohibitio legis, quantum ad effectum, vt valere non possit; sed bene derogat quantũ ad hoc, vt nõ possit ad actum celebrandum procedere absq; incursu periurij, cum illud incurrat, secundum cõem Docto. opinionem, de qua supra diximus. & ita potest intelligi nostrum priuilegium. Putarem tamen, ꝙ si is ad cuius fauorem iuratum fuisset, notitiam haberet alienationis fiendæ in eius preiudicium, & adiret iudicem, quòd tũc iudex ipse deberet prohibere partib. alienationem; nec deberet permittere alienãtem ad peierandum, vt per Gramm. in d. consilio 32. in ciuil. Nunc autem, quia supra per nos conclusum fuit iuramentum habere vim derogationis, non inutiliter
54 dubitari contingit; † An si in secundo testaméto fuerit derogatum clausulis derogatorijs primi testaméti, intelligatur sufficienter derogatum iuramento? in hac quæstione, antequam veniam ad illius determinationem, pro faciliori intelligé
55 tia præmittẽdum est, ꝙ † triplex est clausula derogatoria, videlicet, generalis, specialis, & singularis, quæ aliter indiuidua, vel particularis appellatur: ꝓut de his tribus clausulis derogatoriis habetur per Sozi. in l. si mihi. §. in legatis col. 2. nu. 2. de lega. 1. generalis clausula est, cum dr̃, Non obstante quocunq; testamento seu dispõne sub quacumque conceptione verborum: nã hæc verba dicuntur continere generalé derogationé. ita Paul. de Cast. in cons. 206. & in cons. 284. col. 1. vbi videtur repetitum. vol. 1. & in cons. 408. volum. 2. in quibus locis vult, ꝙ si testator dixit, Rumpens, & cassans omne aliud testamentum sub quacunq; forma seu conceptione cõfectum, dicatur generaliter derogasse. & idem tradit Corn. in cons. 86. col. pen. vol. 3. Specialis clausula est, cum dicitur, Non obstante aliqua clausula derogatoria, vel Non obstante testamento per me facto, tali anno & mense, manu talis notarij, vt per eundé Paul. de Cast. in d. cons. 408. Capr. cõs. 30. col. 3. in prin. & Corn. in d. cons. 66. & cons. 136. colu. 1. vol. 4. vbi dicit, quòd clausula Non obstante dispositione, habẽte clausulam derogatoriam, dicitur specialis derogatio. Clausula autem singularis, vel indiuidua est, cum dicitur, Nõ obstante aliqua clausula derogatoria sub tali forma concepta, vt in dictis locis habetur; vel cum dicitur, Non obstante (exempli gratia) Authen. præsente. C. de fideius. vel cap. nonnulli. de rescriptis. vel l. de his, de trans. & sic de alijs; q̃a vt dictũ est, singularis derogatio dr̃. & ita etiam declarat Natta in consi. 639. nu. 8. & Bologne. in l. omnes populi. num. 114. cum duob. sequentibus. de iusti. & iur. & ista doctrina etiam colligitur ex traditis per Pau. de Cast. in cons. 3. col. 2. in fi. & in cons. 278. col. pen. ver. se-
56 cundo est videndum. volu. 1. † Secundo præmittendum est, pluribus modis clausulas derogatorias inseri, & apponi in ipsis testamentis; nam quædam sunt clausulæ derogatoriæ solum facultatis seu potestatis testandi: veluti cum quis promittit simpliciter non reuocare testamentum, vel nolle posse aliud testamentum condere: in eo. n. ꝙ promittit non reuocare testamentum, vr̃ declarare, ꝙ non possit amplius testari; in eo vero, ꝙ asserit se non conditurum testamẽtum, intelligitur declarare se non processurum ad actum testandi. Quædam vero sunt clausulæ derogatoriæ voluntatis: veluti cum testator dicit, Et si cõtingat me in futurum aliud facere testm̃, nolo illud valere, & ista potest fieri pure, & sub conditione: exempli gratia, Si talis solemnitas per me non seruatur, nolo valere: in hoc. n. casu testator vr̃ protestari, quòd si contingat fieri aliud testamentum, non intelligatur factum de ipsius voluntate. & istã doctrinam similiter tradit Paul. de Cast. in d. consi. 284. col. 2. ver. cæterum, si non interuenit volu. 1. & Capra laté in cons. 31. col. 2. & post Bart. in l. si quis in principio testamenti. numero 4. in fi. de lega. 3. quem sequuntur Bal. Paul. de Cas. & Doct. in l. humanum.

C. de legi. & communem dicit Corne. in consi. 21 colum. pen. in princip. & consi. 161. colu. 1. volum. 4. His ita præmissis, redeundo ad ipsam quęstionem, dico, quod Bar. in d. l. si quis in princip. testamenti. tenet, quod specialis reuocatio iuramenti requiratur. quemadmodum autem intelligatur fieri ista specialis reuocatio seu derogatio, vel quibus verbis, ipse non bene aperit, secundum Sozi. iunio. ibi post. nume. 37. Scias tamen expeditissimum ac pęnitus indubitatum esse apud oés, quod per clausulam generalē. Non obstantibus quibuscumque, &c. vel Quocumque testamento sub quacumque conceptione verborum, non intelligitur derogatum iuramento, secundum Gloss. in cap. cum non deceat. de electi. in 6. quam plerumque citat in suis consi. Roma. vt nuncupatim videre est in consi. 393. colu. 2. ad fin. in cōsil. 404. in fin. & consi. 436. colum. 2. ad fin. & alibi sępe. Necessaria est ergo clausula specialis ad illius reuocationem, quæ secundum Sozi. iunio. in loco proxi. allegato, declarando mentem Barto. poterit concipi hoc modo, videlicet, Non obstante quolibet testamento habēte clausulam derogatoriam, & pro hoc allegat Federi. de Sen. in consil. 47. qui passim à Doctor. in hac materia solet allegari. vbi concludit, quod clausula ista Cassans omne aliud testamentum, huius vltimi derogatorium, tollit præcedens testamentum; licet habeat specialem clausulam derogatoriam. ipse tamen subdit alia verba, videlicet, Et si de verbo ad verbum oporteret facere mentionem; quia videtur apparere, quod pęnituerit prioris voluntatis. Et ista est cōmunis opi. vt attestatur Corne. in consi. 86. in littera M. vol. 3. & concordan. adducit Clar. lib. 4. sententiarum. §. testamentū. q. 99. ver. tertius casus. & ver. sed quęro. Dato ergo, ꝙ iurm̄ habeat vim clausulæ derogatoriæ, satis erit ad illius reuocationē specialis clausula reuocatoria, videlicet, Non obstante quocumq; testamento habēte clausulas derogatorias; vel Nō obstātibus clausulis derogatorijs; quia istę dicuntur speciales clausulę derogatoriæ, vt declaratum fuit in primo ꝑmisso. nam secundum Bar. vbi supra, tales clausulę sufficiunt ad reuocandam clausulam derogatoriam, ex iur̄o resultantem. & ita ēt videtur tenere Ang. in consi. 383. & Ange. Aret. in tracta. de testamē. ad fi. in Glo. & sic contingat. & Capr. in d. consi. 30. col. 3. in prin. & pro hac opi. facit illud, quod voluit Abb. in consi. 41. in primo dubio, in 2. parte, in fortioribus terminis: vbi di-
57 xit, † quod quia iuramentum inducit tacitam derogatoriam, tacite etiam possit derogari. & dixit Dec. in consi. 10. quod derogatio tacita tollitur per actum tacitum; quasi vero ex his innuant præfati Doctor. quod etiam ad reuocandum iuramentum in primo testamento appositum, non requiratur expressa specialis reuocatio seu derogatio; sed tacita sufficiat. quod est summopere notandum pro ampliatione communis opi. quæ vult specialem derogationem requiri: vt testatur quoq; Sozi. in consi. 163. post num. 7. & post num. 14. volum. 2. Sozi. in consi. 124. nu. 3. volu. 1. Couar. in rub. de testam. in secunda parte. post nu. 15. ver. tertiā conclusio. & refert etiam Clar. vbi supra. Et ideo nullatenus est tenēda opi. Geminia. in suo consi. 115. col. 2. quem citat Sozi. iu. in d. l. si quis in principio. post nu. 74. vbi dixit, quod si testator in secundo testamento dixerit, Cassans omne aliud testamentum in scriptis, vel nuncupatiuum, seu quouis modo factum; sufficiat ad reuocandum expressam clausulam derogatoriā. quod etiā sensisse videtur Roma. in consi. 385. col. 2. nu. 6. ibi, Sed quid plura? vbi dicitur, ꝙ si testator reuocauit omnia alia testamenta, ꝑ ipsum ante facta, & quod ipsum secundum voluit esse suam vltimā voluntatem, & nō alia; intelligatur per hæc verba generalia reuocatoria fecisse mentionē de clausula derogatoria, in primo testamento contenta. & idem quoque videtur amplecti Corne. si bene animaduertatur, in consi. 174. col. 4. volum. 2. ibi. Tamen reuocatur per secundum testamentum perfectum, & per

generalem

generalem clausulam. & rursus col. seque. in fi. in littera M. cum enim istæ sint clausulæ derogatoriæ generales, vt dictum fuit in primo euidentiali, non sufficiunt ad tollendum speciales derogatorias, vt patet in derogatoria resultante ex iuramento, quæ est tacita secũdum Abb. supra allegatum; & deberet posse reuocari etiam tacite; & tamen non sufficit generalis reuocatio: ergo multo minus reuocabitur specialis, & expressa derogatio in primo testamento contenta. & ideo cum in hoc se habeat in contrarium communis opi. istorum sententia est tamquam scopulus fugiẽda. quæ tamen posset solum procedere in vno casu, quando, scilicet, in primo testamento esset solum clausula d'rogatoria generalis; quia per dictas clausulas similiter generales reuocatorias intelligerẽtur derogatoriȩ generali sufficienter derogatum. Vbi ergo in primo testamẽto contineretur specialis clausula derogatoria, non satis esset generalis reuocatio, vt expresse scribit Clar. in d. q. 99. versic. secundus est casus. & ista opi. procedit, siue vnum, siue plura testamenta præcesserint, quia adhuc tales clausulæ generales non sufficiunt, secũdum communem opi. Doct. qui in hoc tenent contra Bar. in d. l. si quis in principio. & refert idem Clar. in eadem. q. 99. ver. & hæc quidem conclusio. vbi fatetur hanc esse magis communem; quia clausula derogatoria, in primo testamẽto apposita, facit præsumi secundum testamentum, in quo non sit illi clausulȩ derogatum, fuisse cõfectũ potius ad suggestionẽ alterius, quã ex volũtate ipsius testatoris: quæ ratio militat eodẽ modo, siue vnum, siue plura præcesserint testamenta. Quinimmo talis consideratio plurium testamentorum non videtur posse consistere, neque aliquo modo adaptari ad præsentem inuestigationẽ; ex quo necessarium est pluribus testamentis prius factis ante, scilicet, vltimum, vnũ tantum valere, & de inualidis non est facienda mentio; quia Non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. requiritur ergo, vt ad institutam disputationem reuertamur, clausula specialis ad reuocationem derogatoriæ, resultantis ex iuramento in primo testamento apposito. & satis est, ꝙ dicatur secundum Bart. & Doct. magis communiter, vt sæpe diximus, Non obstante quocunque testamento habente clausulam derogatoriam; vel Non obstantibus, quibuscunq; clausulis derogatorijs; quia in tali casu, quando, s. facit mentionem in secundo testamento de clausula derogatoria, cõtenta in primo, censetur pȩnituisse prioris voluntatis, & conuolasse ad scd'm testamentum; quia velit illud valere, & non primũ. Est itaq; apud omnes indubitata opinio, ꝙ quando constat de mutatione voluntatis (quod tunc dicitur apparere, cum facit mentionem de clausula derogatoria) valet scd'm testamentum, & non primum: vt inquit Corn. in d. cons. 174. col. 3. post litteram H. ibi Est itaque apud oẽs, &c. Sic videmus in simili, ꝙ qñ lex derogat rescriptis, iuxta. l. rescripta, & l. nec damnosa. C. de preci. imper. offere. si derogatio est specialis ad rescripta, requiritur in rescripto pariter reuocatio specialis, veluti Non obstante tali lege, nec sufficit dicere nõ obstãte aliqua lege secundũ Bal. in l. fi. C. si contra ius vel uti. pub. ergo pari modo idẽ dicendum in casu nostro, in quo cum iur'm appositum in primo testamento habeat vim specialis derogationis ad futura testamenta, oportet de tali derogatione facere specialem mẽtionem modo, quo supra dictum fuit. Contrariam tamen sententiam, quòd immo tales clausulȩ speciales non sufficiant: sed oporteat de ipso iuramento facere particularem, vel indiuiduam mentionẽ, veluti Non obstante alio testamento, ẽt si in eo fuerit per me præstitum iuramentum, vel Non obstante iuramento per me apposito in primo testamento; tenuit in primis Paul. de Cast. in d. cons. 206. & ↄs. 284. col. 1. volum. 1. idem quoque voluit Fulgos. in cons. 39. & cons. 156. prout refert Natta in repeti. Auctẽn. hoc inter liberos. col. 16. ver. circa quintum. C. de testame.

stame. & in cons. 531. nu. 40. nam vt ipse refert, Fulgo. voluit, q͂ si testator in secundo testamento reuocaret quascunq; clausulas in primo appositas, quæ possent secundo derogare, hæc reuocatio non teneat, quo ad iuramentum tamquam facta ab errante, & oblito prioris voluntatis; cum non sit præsumendum, si sciuisset, q͂ voluisset in periurium incurrere, in perniciem, & detrimentum salutis æternæ. Istud tamen non placet; quia De actu iurato, ét in articulo mortis, obliuio non p̄sumitur, vt conclusum fuit supra in priuil. 44. Illud magis vrget; quia talis reuocatio vr̄ generalis, quo ad iuramentū, quod requirit specialem derogationem. Quòd autem talis reuocatio sit generalis, patet; quia plures sunt species clausularum derogatoriarum, vt ex his, quæ supra præfati sumus manifeste apparet. Præterea iuramentum habet vim clausulæ derogatoriȩ implicitæ, sicut dicitur de clausula derogatoria in contractu apposita, quod præcise debeat obseruari: quæ clausula habet vim derogatoriæ implicitæ ad sequentes contractus, vt per Abb. in cap. ex parte. de rescrip. sequitur Grat. libro 1. respon. 95. nu. 17. Cum ergo duplex sit clausula derogatoria, scilicet, explicita, & implicita; quinimmo triplex, videlicet, generalis, specialis, & singularis, vt diximus; & dicatur Non obstantib. clausulis derogatorijs, vel clausula derogatoria; talis vtique clausula seu reuocatio dicitur generalis, respectu illarum specierum: ergo non est satis ad derogationem iuramenti, cum de eo fieri debeat specialis mentio. & ita expresse declarat Paul. de Cast. in d. cons. 284. colum. 1. in fi & sequen. volum. 1. vbi dicit ita credendum sensisse Bart. in d. l. si quis in principio testamenti. de leg. 3. & q͂ huiusmodi clausula, videlicet, Non obstantibus clausulis derogatorijs, sit generalis, habetur per Guid. Pap. q. 127. vbi dicit, quòd ex eo, q͂ testator in secundo testamento dixit, Et si aliqua verba derogatoria cuiuscunque formæ reperiantur in priore testamento, ea reuocat, & pro non scriptis haberi vult; non intelligatur sufficienter derogatum, cum sit reuocatio generalis, licet ex aliis ibi fuerit decisum contrarium. & generalem etiam appellat Calca. in cons. 78. col. 4. numero 8. Et si diceremus per talem clausulam comprehendi derogatoriam
58 resultantē ex iuramento; † vtique diceretur fieri extensio ad maiora expresisis; quia est quid maius clausulis derogatorijs; qđ fieri non debet, iuxta tex. in c. sedes. de rescrip. & in Clemen. non potest. de procurato. Quid igitur tenendum? Sozi. iun. in d. l. si qs in principio testī. post nu. 76. ponit quādā distinctionem: nā inquit, aut volumus considerare simpliciter iuramentū appositum de non mutando testamētum, per quod apparet de enixa volūtate testatoris, q͂ voluit primum valere; & tunc nō oportet de eo facere mentionē; quia faciendo scđm apparet iam mutasse voluntatem. Istud etiam vltra ipsum confirmatur ex his, quæ dicit Paul. de Cast. in d. consil. 284. nam cum ista promissio iurata de non mutando seu reuocando testamentum, respiciat derogationem potestatis illud faciendi, non valet; ex quo nemo pōt sibi auferre potestatem testandi. l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. & supra etiam diximus. Et dixit Corne. in d. cons. 174. col. 3. post litteram H. vol. 2. quòd hæc clausula derogatoria potestatis nihil operatur, neq; in aliquo derogat liberæ potestati testandi; sed solum demonstrat, q͂ in secundo testamento apparenter non adest voluntas testatoris testādi: & ideo non oportet de tali promissione, & iuramento facere mentionē. Aut volumus considerare vim ipsam iuramenti, vim derogationis sequentis voluntatis habentis; & tunc inquit idem Sozi. de iuramento pariter nō esse faciēdam mentionem; quia non debet plus operari tacita derogatio resultans ex iuramēto, quàm si clausula derogatoria fuisset expressa; quo casu per secundum testamentum dicitur esse sublata, etiam si de ea nulla fiat mentio, vt per Barto. in l. 1. de iure codicillo.

Pro

Pro hoc etiam facit,licet ipse non dicat;
59 quia videmus in simili,† ꝙ si quis protestatur corā aliquibus personis, ꝙ si cōtingat in futurum, ipsum facere talem actū, intentio sua est in illum non consentire: si deinceps ad actus confectionem procedat,nulla facta mentione de illa protestatione, quæ fuit derogatoria voluntatis in actu sequenti, valet actus; quia videtur a dicta protestatione recessisse. Glos. in c. tua nos. de sponsali. quæ maxime in casu nostro videtur procedere; ex quo derogatio resultans ex iuramento est non solum sine aliqua iusta causa; sed immo contra ius,per ea quę ibi Docto.dicunt.& Paul. de Cast.in consi.45.col.2.circa prin. vol. 1. Idem ergo erit dicendū in casu nostro, vt,scilicet, valeat testamentum, quamuis de iuramento nulla sit facta mentio. Ego tamen hanc distinctionem minus iuridicam esse existimo; quia quantum ad primum caput attinet,dicitur, quòd ex quo de iuramento derogatorio, potestatis testandi memoriam habuit,nec de illo vllā mentionem fecit, non præsumitur, nec censetur mutata voluntas, cum tamē hoc facile potuisset exprimere, si voluisset ab illo recedere. & non est præsumendum voluisse incurrere periurium: quod vtique incurrisset secundum magis communem opin. si ad testamenti reuocationem processisset,iuramento nō obstante & ita tenet Paul. de Cast. in d.consi.284.col.2. in prin.& Guid.Pap. in d. q̄st. 127. Nec est verū ex eo solo ostēdi pęnituisse prioris voluntatis,quòd ad secundum testamē tum faciendum processerit; quia numquā oporteret facere mentionem de clausula derogatoria voluntatis; quia semper diceretur apparere de mutatione voluntátis. & tamen omnes volunt de ea debere fieri mentionem. Item frustra Doctores disputarent, an in secundo testamento constet de mutatione voluntatis, cum semper si prædicta vera essent, diceretur de tali mutatione apparere ex solo, quod ad secundum testamentum faciendum conuolauit.quod tamen est falsum,vt colligitur ex traditis per Corn. in d. consi. 174 vol.2.quia dico,quòd,licet processerit ad illius confectionem, præsumendum est hoc fecisse non oblitum iuramenti, vel mutationis voluntatis;sed ad suggestionē cōsanguineorum,vt per Clar.in d. q. 99. sæpe allegat. Neque rursus videtur posse dici, quod iuramentum vim habeat derogationis solum quo ad validitatem actus; non autem quo ad illaqueandum animā ad periurium: vt inquit Dec. in cap.cum accessissent.col.5.ver.nec obstat, quod iuramentum.de consti.allegando Ant. But. in c.1.col.pen.de his,quę fiu.a maior.par. cap.quia illud dictū videtur esse falsum, contra communem conclusionem, quæ est, quod quoties quis facit actum contra promissionem,proprio iuramento roboratam, incidit in periurium, sicut supra dictum fuit de eo,qui iurauit non reuocare testamentum,procuratorem, Vicariū, statuta, & alia huiusmodi, quorum supra meminimus. & hoc procedit siue de iuramento fiat mentio,siue non; ex quo vtroque casu contra proprium iuramentum quis uenit;& sic habet vim derogandi,ēt quo ad periurium. Præterea non est verū, secundum quod Paul. de Cast. scribit in d. consi. 284. col. 2. in medio. ibi Verba vero derogatoria, &c.quod non sit facienda mentio de clausula derogatoria; quia fieri debet: ergo & de iuramento, quod importat derogationem voluntatis, videlicet. Si fecero aliud testamentum, nolo valere.ita concludit Paul. de Cas.ibi.Circa vero secundum membrum dictæ considerationis dico; qd̄ quāuis derogatio ex iuramento resultans,tamquam tacita, nō debeat operari plus,quam expressa:tamē talis derogatio debet censeri, & reputari expressa; non autem tacita, quantum ad
60 effectum; † quia iuramentum habet vim derogationis expresse seu specificæ expressionis.Bal.in l.1.col.4.& ibi ēt Saly. C.cō mod. sequitur Rom. in l.1.§.si quis ita.de verb.obl. Tiraq.de legi.connubi.l.fi.Glo. 7.nu.154 Præterea dato, qd̄ talis derogatio diceret tacita, quia tamen vr̄ esse qualificata

lificata iuramento, & sic est derogatio tacita iurata, dēt plus posse operari, quam expressa per regulā, ꝙ Duo magis operantur, quā vnum. Rursus nō est verum, ꝙ vbi clausula est expressa, sufficiat facere testamentū; & intelligatꝰ sublata, q̄uis de ea nulla sit facta mentio, scd'm Bar. in l. 1. de iure codi. quia istud procedit ī clausula derogatoria potestatis, vel actus testandi; nō derogatoria voluntatis, iuxta ea quæ diximus in secundo pręmisso, de mente Paul. de Cast. in sæpe allegato consi. 284. col. 2. Amplius est aduertendū, ꝙ Bar. loquitur de clausula codicillari, ex qua non expressa, sed tacita resultat derogatio iuxta ea, q̄ not. Grat. lib. 1. resp. 95. nu. 17. vbi dr̄ ꝙ qn̄ actus omnino debet seruari, importat, vt videatur derogatum implicite cōtractui in futurū faciendo. Ceterū est aduertēdū ꝙ in casu nostro clausula codicillaris operatur, ꝙ testator videatur voluisse omnino seruari suum testamentum; ex quo resultat tacita derogatio ad omnē aliam vltimam voluntatē. vnde non est mirandum, si tollatur testamento postea facto, ēt de ea derogatione nulla facta mētiòne. Ex his omnibus iam vr̄ clarisime resultare vera & solida conclusio, ac determinatio cōtra cōmunem opi. circa præsentem quęstionem, ꝙ de iurō sit facienda expressa mentio, dicendo, Non obstante iuramento per me apposito in primo testamento, vel alijs modis, dum tamen fiat expressa mentio de iuramento. Nec sufficit dicere, Non obstantibus clausulis derogatorijs, ī primo testamento insertis, vel alijs modis de quib. supra. Hāc aūt cōclusionē intelligo, & declaro multipliciter. Primo vt procedat quātum ad demonstrandū, vt intelligatur fuisse recessum a priori testamēto, in quo erat adiecta derogatio voluntatis vigore, & priuilegio iuramenti; non aūt quantū ad non incurrendum periurium; quia incurritur, cum veniat contra suum proprium iuramentum, a quo non potest se liberare propria auctoritate, per ea, quæ supra di-
62 mus, post nume. 51. † Secundo limito, & declaro, vt non procedat, quando secundum testamentum esset conditum inter liberos fauorabilius, quam primum; quia tunc non est opus facere mentionem de aliqua clausula derogatoria; & consequenter nec de iuramento, per Glo. in Auct. de testamen. imperfect. post princ. in versi. perfecto. quam Gl. sequitur Bal. in Auct. hoc inter liberos. C. de testam. Rom. in cō sil. 385. circa prin. & Corn. in consi. 31. col. penul. & fi. vol. 2.
63 Tertio declaro † procedere, quando in secundo testamēto apponitur clausula derogatoria seu reuocatoria derogatorię primæ; quia fieri debet expressa mentio de iuramento, vt supra conclusum fuit; secus si in secundo testamento non esset apposita clausula derogatoria expressa, per illa verba, Non obstante clausula derogatoria, &c. sed fuisset iuratum, prout in primo, quia in tali casu non esset necessarium facere specificam mentionem de iuramento; sed per secundum intelligeretur sufficienter derogatum, vt per Ias. in l. si conuenerit. colum. 3. versic. quinto. num. 3. de iurisd. omni. iud. Guid. Pap. q. 128. Sozi. in l. mihi, & tibi §. in legatis. de leg. 1. Cotta in suis memoralibus. in versi. iuramenti religio. ver. septimo. & Duran. de arte testan. in ti. de muta. testam. caute. 4. ad fi. Et Clar. lib. 4. senten. §. testamentum. q. 99. ad fi. ver. item scias. & dixi supra in priui. 70. nume. 8. & ex hoc videtur posse colligi, quod iuramentum habet vim derogatoriæ clausulę, etiam ad præcedētia; ex quo per iuramentum in secundo testamēto appositum, intelligitur derogatum clausulis derogatorijs contentis in primo, & sic præcedentibus. quod est verum in vltimis voluntatibus, prout in eis loquimur; secus in contractibus, vt habet notabiliter apud Rui. in consi. 272. in fi. vol. 1. Quarto declaro non procedere supradictam conclusionem, quando in primo testamēto fuissent hęredes instituti incapaces; veluti fratres minores Sancti Francisci, vt p Caprā in consi. 31. col. 2. vbi latisime de materia præsentis priuil. Vltimo limito, & declaro non procedere, quando ex verbis in secundo

cundo testamento appositis constare posset ex aliqua causa mutasse voluntatem:nā eo casu licet non sit facta mentio de iuramento, vel alia derogatoria, valet secundum, & intelligitur primum reuocatum, secundum Bal.in l.sancimus. post nu.6.C. de testam.& Corne.in d. consi. 174.col.3. post litteram H.vol.2.& est cōis opi.vt ex pluribus testatur Clar.lib.4.sententia. .testamentū.q.99.ver.ceterū ex conclusio. & ita apud nos cauetur statuto expresse. rub. de testamentis. alias declarationes ponit Clarus in loco nunc allegato, & Guid. Pap.q.127.ad quos me remitto.

SVMMARIVM.

1 *Dotalis fundus alienari non potest.*
2 *Limita, quādo mulier consentit alienationi, vel alienat cum iuramento.*
3 *Renunciari fauori publico principaliter introducto non potest, etiam cum iuramento.*
4 *Iuramentum confirmat alienationem bonorum donatorum propter nuptias, sicut & dotalis fundi.*
5 *Dos & donatio propter nuptias pari passu ambulant & procedunt.*
L.1.solut.matrim.late explicatur.
7 *Copula, Et, coniungit aeque principaliter.*
8 *Copula Et implicat & repetit praecedentia.& quando hoc procedat.*
9 *Vtilitas publica praefertur priuatae.*
10 *Lex quae emanauit fauore publico & priuato, censetur in dubio emanasse fauore publico,*
11 *Causa finalis est potius inspicienda.*
12 *Mulier an sibi praeiudicet, consentiendo alienationi factae per maritum cum iuramento de re dotali, si non supersint alia bona mariti, quae sufficiant ad restitutionem dotis.*
13 *Mulier nihil agit, consentiendo marito alienāti bona dotalia cum iuramento, quando prius iurauit non alienare.*
14 *Idem quando subesset alius defectus, vltra prohibitionem legis.*
15 *Idem quando extarent filii, qui alienationi cōtradicerent.*
16 *Idem quando contrahens cum marito versaretur in turpitudine.*

PRIVILEGIVM LXXVI.

1 Septuagesimum sextum priuilegium est valde frequēs, & ad vsum quotidianū vtilissimū: nam tu scis, ꝙ fundus dotalis per maritum, consentiēte ēt vxore, alienari & distrahi non potest.l.vni.§.& cū lex.C.de rei vxo.actio.& Inst.quib.alie.lic.vel nō.in prin. & est generale, ꝙ constante matrimonio, super rebus dotalibus nihil fieri aut pacisci pōt ꝑ ipsam mulierem in eius praeiudicium.l.2. & l.Attilicinus.de pact. dota. & ꝑ Bal.no uel.in tract.de dot.in 7.par.priuilegio.11. Tamen si in ipsa alienatione, vel consensu alienationis, per ipsam vxorem praestito, intercesserit iuramentum, talis alienatio valet, & tenet adeo, quod non potest contrauenire, cap.cum contingat.de iureiuran.Paul.de Cast.in consi.8.volum.1. tangit Corne.in cons.186.col.fin.vol.2.& volunt oēs in d.princ.Inst. quibus alie.li.vel non.vbi Rimi.iun.nu.201.allegat Alci.in d.c.cum cōtingat.n.113.qui dicit esse cōmunē opi. & ista est vna ex pluribus limitati.quae dantur ad reg.d.§.& cū lex. quas ponunt Doct.in d.princ.quib.ali.li.& pro cautela tradit Cep. in caute. 173. Et quāuis de iure ciuili consensus, & iuramentum mulieris eam non obliget, vt est Glo. notabilis. in d.§.& cum lex. in ver.alienare.quia ibi lex actum prohibet, & iuramē tum reicit. l.non dubium.C.de legi.& ibi omnes notant:tamen de iure canonico cōstitutum est, quod talis alienatio iuramento roborata, & communita valeat d.c. cū contingat.vbi omnes.Et est ratio;quia cū hoc sit introductum principaliter fauore mulierum, vt, scilicet, nō possint alienare rem dotalem, ne sexus muliebris fragilitas in perniciem substantiae earū cōuertatur, vt inquit Imperator.insti.quib.alie.li. in fin. principij.sic enim remanerent indotatae licet secundario in hoc etiam versetur fauor publicus; possunt vtique mulieres, mediante illarum iuro, huic fauori renunciare, d.c.cum contingat. & ita tenent

omnes.in l.1.in prin.solut.matri. & Rom.
3 in consi.437.in fin.col.2. † Si enim princi paliter ageretur de fauore publico, renunciare non possent.cap. si diligenti .de foro cōpet.l.nec ex prætorio.& l.neque pignus
4 in fi.de reg.iur. † Et istud priuilegium ampliatur procedere, etiam quo ad bona donata propter nuptias, quia si alienētur,mediante iuramento,non poterit contraueniri: nam pari passu ambulant, & procedūt
5 cum ipsa dote,† de qua quidquid dicitur, & statuitur,dictum & statutū censetur de ipsa donatione propter nuptias.l.fin.C.de dona.ante nup.tradit pulcre Bello. in consil.17.nu.3. habetur etiā pulcre per Curt. iuni.in consi.6.post nu.11. & per Nattam in consi.519.ad fi.Io.Lup.in rub.de dona. inter vir.& vxo.§.17.nu.14.Et Couar. in c.quamuis. de pact.in 6. in secunda parte. §.1.nu.10.& Rolan.a Valle. in suo tracta. statut. de lucr.dotis.quæstio. 10. vbi tamē videtur limitare, Nisi aliter consuetudo se haberet, Itē vendicabit sibi locum hoc nostrū priuilegiū,pariter in augumēto ipsius dotis,vt quemadmodum, scilicet,dos cum iurō potest alienari,ita & augumentum ipsius,per tex.in l.si proprietati.& ibi Bal.de iure dot.vbi augumentum dotis dr̄ eadem dos,& non noua; quia augumentū assumit naturam eius cui adiungitur.l. ēt. C.de iure dot.cap.1.ne sed.vacan.Corne. in consi.302.col.5. in fi.vol.3. & videmus idem ius esse seruandum in augumēto dotis,circa lucrū faciendum per maritūm vigore statuti,qđ & in ipsa dote.vt late cōprobat in d.tracta.Rolan.q. 100. idē videmus in augumēto rei emphyteuticæ,vt de illo iudicetur, qđ & de re ipsa emphyteutica.& ideo si fundus ad emphyteutā pertinet rōne vtilis dominij;ita & illius incrementum:vt per Corn.in consi.15.vol.4.

Hoc priuilegium limitatur pluribus modis.primo , qn̄ per mulierem simpliciter renunciatū est priuilegio dotis. qđ fieri intelligitur, cū simpliciter super alienatione iuramentum apponitur ; secus si renūciatum esset omnibus priuilegijs ipsius dotis,& eius præcipuitatis; quia cū hoc sit introductum fauore publico , talis renunciatio generalis de omnibus (inquā) priuilegijs, & præcipuitate dotis nō teneret: vt voluit Sozi.iun.d.l.1 nu. 3. & iterū nu. 268.solu.matr. vbi propterea infert, qđ si mulier in instrumento renunciauerit cum iurō,in genere , oībus priuilegiis dotis,& eius p̄cipuitati, nō valeret. Et istud dictū pōt satis cōfirmari, recte cōsiderando ver
6 ba Iurisconsulti in d.l.1.hoc modo: † Nā Iurisconsultus inquit dotis causam semp, & vbiq; p̄cipuā esse fauore. s. mulierū. sed nequis putaret hoc solū respectu ipsarum fuisse introductum , subijcit aliam rationē,q̄ fuit cā priuilegiorū dotis;& ideo inquit:Nā & reipublicæ interest,dotes mulieribus cōseruari,cū dotatas esse fęminas ad sobolē procreandā , replendāq; liberis ciuitatē,maxime sit necessariū. Ex quibus verbis ego colligo plures rōnes, & causas concurrere ad priuilegia dotis constituē. mulierum.s.respectu,& reipublicę cōmodo. Istas ergo causas intelligo concurrere
7 æqualiter,ex pluribus,& primo;quia coniunctio,Et,coniungit æque principaliter, & non accessorie:vt probatur per tex.cum Glo.in l.3.de pecul. legato. & per Bar.in l.1.eo.ti.Ias.in l.prima,colu.4.nu.5.de iusti.& iu.Ancha.cons.21.col.3.nu.7.& consil.363.col.2.nu.3.Sozi.in consi. 223.vol.
8 2. & Aret. in consi.1. colu. 4.† Secundo; quia quamuis coniunctio,Et,stet implicatiue,& sic exponatur pro dictione,Etiam, vel pro dictione,Quoq;, ita vt inducat p̄cedētiū repetitionē,vt ē tex.cū Gl.in l.Seio.§. Caio Seio.& ibi Barto.de fundo instruct.& sic in casu d.l.1.solu. mat. videreē illa copula,Et,p dictione,Etiā.vel Quoq; accipiē.vel exponēda:quasi sensus esset .φ principaliter fauore mulierū sunt introducta priuilegia dotis; sed ēt qa reipublicæ interest , vt omnes videnē intelligere,Tn̄ hoc esset verū,& de plano pcederet,qn̄ illa copula , Et , esset posita in eadē oratione : sed cū posita sit post orationē pfectā, nō hēt īplicare, & repetitionē inducere sed potius restringere, & ad dictū,seu rationē quę sequiē,p̄cedentia reducere,præsertim

fertim cum sit maior rō in sequēti dicto, q̄ in primo. Istā doctrinā tradit Cep.in l. sæpe.col.11.in prin.de verb.sign.Quā applicando ad propositū nostrū, dico,qd' in d.l.1.leguntur hęc verba:Dotis cā semper & vbiq. præcipua est. quæ verba habent perfectā orationē ex omni sui parte.deinde sequit: Nā & reipublicæ interest, &c. hęc quoque verba perfecta sunt,& separata a precedenti oratione.Ex quo patet,qd' illa copula, Et, posita est in alia oratione penitus seiuncta a prima,quæ quidē in se
9 continet quiddam maius, quam quod in prima continetur, † nimirum fauorē publicum, qui præfertur regulariter fauori priuato, qui est in casu nostro mulierum. l.vni.§.fi. & ibi Bar. C. de cadu. tollen.c. suas. 7. quæst. 1. Ergo hæc ratio publicæ vtilitatis & fauoris,potius videtur trahere ad se illum,qui respicit mulieres: quasi vero,quod si non militaret rō,& interesse publicæ vtilitatis,dos non haberet tot tātaque priuilegia,prout habet.Et hoc etiā considerauit Sozi.iuni. pro quo dico esse textū expressum in l.assiduis. §. quis enim C.qui potio.in pigno. habe. ibi,Et ipsam liberorū procreationē,pro qua a legibus, earumq; ꝯditoribus multa sūt inuēta priuilegia.& sic ibi est tex.expressus,qd' priuilegia dotibus dantur,propter sobolē procreandā: sic enim matrimonia fiunt multo facilius,& liberi procreant̄, quibus repleri ciuitates,reipublicę maxime īterest. & hoc fuit cā finalis tot priuilegia dotibus concedendi, & indulgendi. Tertio moueor;quia non potest negari,quin hęc priuilegia nō sint tributa dotibus fauore priuato ipsarū mulierū, & fauore publi-
10 co.† quo casu tunc succedit, qd' lex censetur emanasse fauore publico, & ita ēt iudicari debet: vt per Are.in consi.2.col.fi. Et quamuis circa prædicta videatur esse in contrarium communis opi. tamen pro ea nulla affertur lex,quę dictam opinionē probet,vt,scilicet, pricipaliter fauore mulierum priuilegia dotis sint adinuēta, nec aliqua concludens ratio assignatur: prout etiam recte perpendit Rip. in d.l.1.super quarta quæst.Bar.quę tamen posset saltem limitando declarari, vt non procedat respectu vniuersalis præcipuitatis,& omniū priuilegiorum,quæ dotibus indulgentur; quia dato, quod lex aliqua priuilegia dederit dotibus fauore ipsarum mulierum: tamen ea dedit, sicut & cetera omnia,ad sobolem procreandam, & vt ciuitas liberis repleatur, vt supra dicebamus. & sic ista liberorum procreatio ad ciuitates replendas fuit causa finalis, mouens legislatores ad concedendum tot priuilegia do-
11 tibus: † & ideo hæc sola est inspicienda.l. si idem.§.fi.& ibi Paul.de Cast.de iurisd. omni.iudi.& late per Tiraq.de vtroq; retract.ti.1.§.1.Gl.7.nu.45.Ex pdictis igitur habemus vnā limitationem ad nostrū priuilegium,vt non procedat, qñ mulier iureiurando renunciasset omnibus priuilegijs dotis, & eius præcipuitati.

12 Secundo limi.† procedere, dumtamē supersint alia bona mariti,ex quibus possit consuli indemnitati mulieris,consentientis cum iuro alienationi rei dotalis, non solū tēpore contractus, sed ēt tēpore quo agit mulier,seu agere pōt. Auct.siue a me. C.ad Velleia.alias secus, secundū Glo.& Doct.in Aucten.contra mulier.C.eo.ti.& est casus notabilis in Aucten. vt immobi. ant.nup.§.si igitur.& tradit Io. Lup. in d. rub.de dona.inter vir.& vxo.§. 17. col.8. versic.intellige tamen. & versi.quod autē. Ceterum contra hanc limitationem videtur facere illud, quod scribit Paul. de Castr.in consi.8.volum.2.& Alexan.in cōsil.83.num.8.volum.6. vbi dicitur, quòd mulier renuncians iuri hypothecæ cū iuramēto, ēt quod non supersint alia bona, & sic enormiter lædatur, tenetur seruare iurm,per c.cum contingat. de iureiuran. Sed ad hoc potest dici,ꝙ ꝓcedit,qñ mulier in alienatione; vel consensu præstito cōfessa fuit,quod tot supererāt bona, quæ essent sufflectura ad solutionem dotis:nam isto casu sibi præiudicat,vt habetur p Roma.in consi.187. in princ. non Omitto,ꝙ Alex.non loquitur in casu, in quo interuenerit iuramentum.

Tertio

13 Tertio limi.† non procedere, quando prius per mulierem fuisset iuratum de nō alienando, vel non consentiendo alienationi; quia tunc nullum sibi facit prçiudicium; nec alienatio tenet, vt dictum fuit in prçcedenti proximo priuilegio, nu. 44. Et videtur esse ratio; quia talis promissio de non alienando; quæ virtualiter continet prohibitionem alienandi, ex quo iuramentum vetat mulierem posse alienare absque reatu periurij, corroborat prohibitionem legis; & ideo impeditur translatio dominij. facit tex. in §. sanctissimas in Auctен. de alien. & emphy. vbi dicitur probari, quòd licet res ecclesiæ, prohibitæ de iure communi alienari, possint in certis casibus distrahi, prout habetur in c. sine exceptione. 12. quæst. 2. & in cap. primo & 2. de reb. eccles. non alie. & in l. iubemus. §. fina. cum Aucten. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. tamen fallit, si cum prohibitione legis concurrit etiam prohibitio hominis: vt nota. in Glo. in d. Aucten. hoc ius porrectum. in versicu. perpetuo. refert, & sequitur late comprobando Corne. in consi. 294. colu. 4. ad fin. volum. 3. tradit Fed. de Sen. consi. 31. colum. 2. in fi. Pro hoc bene concinit regula, quæ dicit, quòd geminata dispositio impedit extensionem fieri ad casum, ad quem alias extenderetur. Gl. in Clem. 1. in versicu. dioecesi. de iure patronat. Ias. in l. si constante. colum. 14. versic. 4. limi. solut. matr. Sozi. consi. 3. volum. 4. Bello. consilio 6. post nume. 5. & Gozad. in consil. 4. nume. 25. & consi. 25. colum. 4. in princip. facit etiam quod not. Ruin. in consil. 34. & in consi. 195. colum. 3. nume. 6. volum. primo. vbi dicitur, quòd duplex prohibitio, videlicet, iuris communis, & statuti, facit comprehendi casus speciales, qui alias non comprehenderentur.

14 Quarto limita. † quando vltra prohibitionem legis subesset alius defectus: veluti minor etas, quia tunc iuramentum non esset sufficiens ad confirmandum alienationem: vt post alios, quos refert copiose, scribit Rimin. iuni. in d. princip. quibus alie. lice. vel non, numero 240. & ibi etiam concludit, hoc ita accipiendum, nisi verba iuramenti essent ita pregnantia, vt plures defectus possent comprehendere.

15 Quinto limita. † non procedere, quando extarent filij vxoris consentientis, qui contradicerent alienationi, & pro cautela tradit Cep. in caut. 138. & late per eũ dem Rimi. vbi supra nu. 260.

16 Sexto & vltimo † limita. pro nunc, quando contrahens cum marito versaretur in turpitudine, vt ibidem per eundem Rimin. nume. 279. ponentem alias limitationes, quas videre poteris: ad illas enim me remitto. vide etiam Bald. nou. in tract. dot. in 7. par. in primo priuilegio. Et interim nota, quòd super huiusmodi iuramento facile dispensari debet, aliquibus tamen concurrentibus, vt habetur per Guid. Pap. q. 224.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta de iure communi non habent paratam executionem.*
2 *Limita, quando est appositum iuramentum.*
3 *Executionem paratam habere instrumentũ, quid sit.*
4 *Pactum seu conuentio, quod omisso omni ordine iudiciario, procedatur ad executionem, capiendo personam, non valet.*
5 *Quarentigia quid sit.*
6 *Causa illa dicitur grauior, quæ facilius exigi potest.*
7 *Fideiussor habens sibi obligatum eum, pro quo fideiussit cum iuramento, vel quarentigia, poterit contra eum agere, antequam soluat.*
8 *Instrumentum iuratum habet paratam executionem, etiam si debitor sit obligatus cum pacto, quod facto calculo plus, vel minus debeat, &c.*
9 *Instrumentum iuratum habet executionem paratam, etiam si super eo sit factum compromissum.*
10 *Minor an sit læsus, attenditur tempus contractus.*
11 *Instrumentum iuratum habet paratam executionem,*

tionem, etiam si coram alio iudice fuerit opposita exceptio solutionis.

12 *Idem si contineat debitum confessionatum. & ibi de veritate.*

13 *Idem respectu eorum, quæ indirecte continentur in instrumento*

14 *Tenor instrumenti dicitur esse illud, quod ex eo colligitur.*

15 *Statutum loquens in scribente, habet locum in subscribente.*

16 *Subscribere est idem, quod scribere virtualiter.*

17 *Instrumentum iuratum, quamuis confectum extra territorium, habet executionem paratam.*

18 *Scriptura priuata cum iuramento habet executionem paratam.*

19 *Scriptura priuata venit appellatione iuramenti.*

20 *Communis vsus loquendi in omni materia attenditur.*

21 *Instrumentum iuratum habet paratam executionem, etiam quantum ad personam.*

22 *Instrumentum iuratum habet paratam executionem, etiam contra clericos.*

23 *Statuta contra libertatem ecclesiasticam non valent. & quando intelligantur esse contra libertatem ecclesiasticam.*

24 *Statutum quamuis generale non comprehendit clericos.*

25 *Clerici ligantur statutis laicorum in respicientibus ordinem iudicii; non autem in aliis.*

26 *Statutum inductum fauore comercii humani, & ex rationabili causa, comprehendit clericos.*

27 *Instrumentum, in quo sit fides præstita, habeat an non, paratam executionem.*

28 *Instrumentum iuratum habet paratam executionem, etiam si corã episcopo fuerit oppositum de vsuraria prauitate.*

29 *Instrumentum iuratum habet paratam executionem, etiam si ex eo competat actio vtilis tantum.*

30 *Instrumentum iuratum habet paratam executionem, etiam ad instantiam cessionarii.*

31 *Instrumentum iuratum, vt habeat paratam executionem, quo modo debeat iurari.*

32 *Princeps aliquid statuendo censetur etiam cogitasse de iuramento, quando est solitum iurari.*

33 *Iurans tactis scripturis magis deliberate præsumitur iurare, quàm quando iurat per Deum.*

34 *Instrumentum non liquidum non habet paratam executionem.*

35 *Condemnatus ad debitum non liquidum non patitur executionem.*

36 *Clausula constituti, non transfert possessionem rei, quando res est incerta.*

37 *Instrumentum liquidum, quando dicatur.*

38 *Instrumentum non liquidum an mandari possit executioni, quando potest liquidari in continenti.*

39 *Paria sunt aliquid esse liquidum, vel facile posse liquidari.*

40 *Statutum mandans instrumentum exequi, elapso termino ad soluendum, exequetur contra hæredem, facta prius liquidatione, quòd sit hæres.*

42 *Citatio requiritur, dum fieri debet liquidatio.*

43 *Instrumentum iuratum conditionale non habet paratam executionem; & infra numero 86.*

44 *Instrumentum liquidatum sortitur naturam instrumenti liquidi; & in statuto loquente de instrumentis liquidis comprehenditur.*

45 *Filius legitimatus sortitur priuilegium legitimi.*

46 *Sententia non liquida exequitur, si liquidari potest per acta.*

47 *Liquidum dicitur, etiam per relationem ad aliud.*

48 *Sententia, & laudum dicitur liquidum, quãuis in eo dicatur, Saluo iure, &c.*

49 *Aequalitas in iudiciis seruanda est.*

50 *Sententia declaratoria requiritur, si dicatur principalem non esse soluendo.*

51 *Idem si dicatur, aliquem esse priuatum beneficio.*

52 *Idem si asseritur, aliquem incidisse in periurium.*

53 *Sententia declaratoria, requiritur etiam si dicatur aliquid esse notorium.*

54 *Idem si dicatur aliquem esse suspectum de fuga.*

55 *Executio fieri non debet appellatione pendente.*

56 *Index procedendo ad vlteriora censetur super oppositis tacitè pronunciasse.*

57 *Appellari non potest ab executione.*

58 *Appellari non potest à sententia de exequendo.*

59 *Appellatur à mixto executore.*

60 *Dilationes in causa summaria appellationis breuiores dantur.*

Instru-

PRIVILEGIVM LXXVII.

SEptuagesimum septimum
priuilegium est : nam tu
1 non ignoras, † quòd instru
menta publica de iure cõ-
muni non habent execu-
tionem paratam, vt de hoc est tex. in l. mi-
nor vigintiquinque annis, cui fideicom-
missum. de minoribus, quem text. vbique
Doct. allegant. & illum dixit meliorem
de iure Ang. in l. si cum dotem. §. eo au-
tem tempore. solut. matrim. & Ias. in §.
item si quis postulante. colum. 3. in princ.
ver. duodecimo. Insti. de actio. sequitur
istud Paul. de Cast. in l. si pacto. colum. 1.
vbi etiam Aret. & Curt. iuni. in apost. C.
de pact. Corne. in cons. 258. & 351. vol.
3. Aret. cons. 56. columna 2. Barb. cons.
42. colum. pen. & cons. seq. volum. 1. Ias.
in cons. 9. vol. 1. Dec. cons. 322. colum. 2.
Ant. de Petr. in repet. l. 1. num. 221. de iu-
reiur. Cotta in suis memorabilibus, in
2 ver. instrumenta publica. † Tamen si in
ipso instrumento fuerit appositum iura-
mentum, habebit executionem paratam.
ita dixit Bar. in l. 2. vbi etiam Bald. Ale-
xan. & Ias. de iureiur. idem Ias. in dicto §.
item si quis postulante. Roman. in rub. de
arbi. col. 26. Ange. Aret. in dicto §. item si
quis postulante. Bart. in l. sed & si posses-
sori. § fi. & in l. nam & postea. §. si petitor.
de iureiur. Bald. in l. 1. C. de rebus credit.
Corse. in rubr. de iureiur. col. 9. versi. 10.
priuilegium, & Baueri. in suo tracta. de
virtu. iuramen. in effectu 39. Anto. de Ca
nar. in tracta. de instrumento. execu. quæ-
stio. 270. Ioan. de Ami. in consi. 31. Gram
mat. in cons. 11. ad fi. in ciui. & Marsi. in
singul. 356. cum multis similibus, quæ al-
legari

legari possent. Et vt facilior & planior sit tractatio præsentis priuilegij, sciendum est a iunioribus iuri operam nauantibus,
3 † quod nihil aliud est dicere instrumentum habere paratam executionem, nisi quod non requiritur libellus, nec litis contestatio, secundum Bar. in l. intra. de re iudi. alibi dixit Romanus in consil. 133. quod nihil aliud est instrumentum habere paratam executionem, nisi quod vigore eius competit exactio sine strepitu & figura iudicij, & de facto, incipiendo a captura personę, per ea quæ not. idem Barto. in l. si quis. C. deposi. & primum dictum sequitur Ias. in d. l. 2. numero 10. de iureiuran. Notandum tamen, quod aliquis ordo iudiciarius, quamuis summarius, requiritur, vt, scilicet, petatur debitum in instrumento contentum, citata parte, quodque instrumentum producatur in iudicio, & pronuncietur exequendum: quinimmo deberet actor ante omnem productionem illum extraiudicialiter requirere de honestate. quod si non faciat, sed statim quod venit dies, instrumentum ꝓducit, & debitor citatus comparet, & fatetur debitum, & est paratus soluere, non tenetur ad aliquas expensas, secundum Roma. in singula. 396 de quo per Dec. in cap. nouit. in fi. de iudi. & ibi Feli. nu. 46. & idem Dec. in l. non potest videri improbus. de reg. iu. Hoc tamen credo solum ꝓcedere, quando debitum non est iuratum; quia stante iuramento dicitur continue interpellari; & dēt absque vlla requisitione extraiudiciali soluere, quod debet, vt interesse expensarum non subeat. Est itaq; solum necessarium, instrumentum produci, partem citari, & pronunciari de exequendo.
4 † Quinimmo si inter partes conueniret, vt omisso omni ordine, ipso facto deueniri posit ad executionem instrumēti, per capturam personæ, talis conuentio non valeret, secundum Glo. in cap. de causis. de offi. dele. Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. C. de pact. & faciunt tradita per Docto. in l. nemo potest. de lega. 1. & in l. ꝓlatā. C. de sentent. & in l. ius publicum. de pact. & Rot. decis. 91. in nouis. sub rub. de libel. obla. Et propterea ego satis dubito de dicto Roma. in allegato consi. 133. est tamen verum quod gesta vigore talis conuentionis sustinebuntur in vim pacti: vt legitur apud Abb. in d. c. de causis per l. 2. C. communia vtriusque iudi. Et redeundo ad ipsum priuilegium, dico, quod instrumentum continens iuramentum habet executionem paratam, secundum ea, quæ diximus. pari modo & instrumentum quarentigiæ seu cum quarentigia, dicitur habere paratam executionem, quæ quidem quarentigia resultat ex priuilegio iuramenti, in instrumento appositi.
5 † Et quarentigia est præceptum, quod facit notarius (qui dicitur iudex Cartulanus, habens habitu iurisdictionem ordinariam, vt per Corne. in consil. 238. columna secunda, & consil. 259. volum. tertio) debitori de soluendo, adueniente die. cuius quidem præcepti vigore, instrumentum dicitur habere paratam executionem, secundum Barto. in l. 1. de iudi. Ange. in l. si debitori. eodem titulo. Bald. in l. iubemus. §. sane. in sexta quæstione. C. de sacrosanc. Eccles. & in l. penul. C. de fideiuss. Paul. de Castr. in consil. 260. colum. tertia, in medio volum. primo. Doctor. in d. §. qui prouocauit. & Corne. in consi. 31. consil. 99. consil. 267. & consil. 258. volum. 3. Et in huiusmodi casu instrumentum habens paratam executionem dicitur contine-
6 nere duriorem causam; † quia illa dicitur causa grauior, & durior, quæ facilius exigi potest: vt patet in obligatione cum fideiussore, quę dicitur durior, vt per Paul. de Cast. in consi. 331. col. 4. in fi. vol. 1. Itē patet in dote ꝓp eius q̄plurima priuilegia, vt cēsuit Grat. lib. 1. resp. 54. col. fi. nu. 62. & seq. & rōne executionis paratæ, instrumētum iuratum vel cū quarētigia dicitur plus continere, quam absque iuramento, vel quarentigia, vt dixit Ro. in consi. 121.
7 † Et ideo si fideiussor, cum iuramento, vel cum quarentigia habebit suum principalem obligatum, poterit ab eo petere debitum

debitum, antequam soluat; quia propter iuramentum dicitur ipse principalis arctius obligatus, vt colligitur ex notatis per Bar. in l. fideiussor pro venditore. de euict. sed in tali casu fideiussor habet docere, quod reus, id est, ipse principalis, est liberatus; vel habet cauere, vt si conueniatur, illum defendet, vt l. si ex duobus. §. quoties. iud. solui.

Hoc nostrum priuilegium multis modis ampliatur, & multis quoque restringitur,
8 & limitatur. † Et primo ampliatur, procedere, etiam si in instrumento debitor se obligauerit ea lege, quod si facto calculo reperiatur minus debere, illud minus promissum censeatur: qn̄ enim debitor promittit aliquid soluere, intelligitur, quatenus de iure soluere teneatur, secundum Affli. decis. 399. n. 13. & Gram. decis. 103. sub n. 168. Nec quidquam facit, quod instrumentum resolui posit, vt quia facto calculo appareat nihil deberi; quia de p̄senti dr̄ esse certum. l. 2. cum Glo. in versi. conditionalis. de in diem adiecti. vbi emptio fundi, qui in diem fuerat addictus, dicitur pura; licet resolui posit propter conditionem adiectionis in diem, si melior, scilicet, conditio afferatur. & ita Soz. in l. si pecuniam. colu. 1. si cer. pet. dicit se obtinuisse. & sequitur Cagnol. in l. quod pendet. de reg. iur. Dec. in l. plerūque. nu. 6. eod. ti. Affl. decis. 225. & dixit satis in ꝓposito Paul. de Cast. in cōs. 428. in prin.
9 volu. 1. † quod instrumentum habebit ēt executionem paratam, quamuis super eo fuerit factum compromissum: licet. n. per laudum posit cōtingere in aliquo minui, mutari, vel nouari; tamen interim considerato p̄nti statu, hēt suas vires in nullo læsas, & ideo executioni mandatur; quia inspicitur præsens status illius obligationis, quæ est pura. facit pro prædictis, ꝙ tempus contractus inspicitur, vt per Crau. in
10 consi. 11. ad fi. nu. 17. † vbi si minor non fuerit læsus t̄pe contractus, non restituit; licet postea enormis læsio superuenerit. Et dos congrua dicitur, & consideratur de tempore dotationis; non aūt de t̄pe petitionis suppleméti, secundū Gram. decis. 57. nu. 30. & decis. 101. nu. 70. cū duob. sequen. & Ruin. in cōsi. 56. nu. 13. & 14. vol. 3. Alc. in trac. p̄sump. in prima reg. p̄sum. 2. in fi. & Brun. in tracta. de statu. fœmi. a success. exclu. in nono artic. princ. nu. 40. Et facit Glo. in l. 1. in nona q. C. de inoffi. dona. vbi ad iudicandum, an donatio sit inofficiosa, inspicitur tempus donationis; nec reuocat̄, licet fiat inofficiosa ex post facto: ergo eodem modo in casu nostro dicendum est, instrumentum esse liquidū t̄pe executionis, cū quo ad se liquidū existat; licet ex post facto posit minui, vel alterari; quia attenditur tempus instrumenti; & tempus executionis, vt per Craue. in consi. 128. nu. 5.

11 Secundo amplia. † sibi locum vindicare, etiam si coram alio iudice esset opposita exceptio solutionis: nam iudex executionis debebit nihilominus exequi instrumentum. ita pulcre Abb. in consi. 5. in primo dubio par. 2. quia merus executor nūquam debet admittere aliquas exceptiones, vel probationes, nec pariter debet iudicare secundum Innoc. in cap. de cetero. in Glo. sua super ver. negotio. de sent. & re iudi.

12 Tertio amplia. † vt non solum procedat in instrumento continente verum, & reale debitum; sed etiam si contineat cōfessionem dotis, receptæ ab ipso marito, vt per Abb. in consi. 73. post nu. 5. par. 2. & per Marsi. in singula. 484. quia instrumentum huiusmodi dicitur habere omnia priuilegia, quæ habet instrumentum verum numerationis. Barto. in l. assiduis. C. qui pot. in pign. habe. vbi dicit mulierem non habere necesse probare dotem fuisse numeratam. & idem voluit Alexā. in consi. 123. nume. 5. volum. 6. & multos concordantes adducit Gozad. consil. 28. in princip. ergo habebit executionem paratam. Sed contra istam ampliationem videtur non parum vrgere Gloss. in d. l. assiduis. in versicul. data. quam sequitur Bald. in capitu. contingit. de dolo & contumac. & tradit quoque Ias. in Auchen.

res

res quæ.colum.pen.versic.nono limita.C.
communia, de lega.nam dicta Gl.& præ
fati Docto. volunt, quod immo priuile-
gia,quæ competunt doti, seu instrumẽto
dotali, non item competant doti confes-
satę, & propterea opi. Bar. ibi non vide-
tur esse vera. & contrarium tenet idem
Alexand.sibi contrarius.in l. 1.solu.matri.
& cum ista opinione late insistendo con-
cludit Bal.nouel. in suo tracta. de dot. in
decima part.in prin.Secundo facit; quia
ista confessio,etiam si sit facta in testamẽ-
to, non probat dotem datam, vt voluit
Bar.in l.qui vxori.de auro & argẽ. leg. &
in l. Lucius.§.maritus.ad Trebel. Bald.in
consi.467.volum.3. Alexan. in consi.45.
colum.1.volum. 1. & Sozi. in consi.294.
colum. 2.in prin.volum.1. quinimmo ta-
le instrumentum dicitur continere simu-
lationem;& propterea cẽsetur quoque si-
mulatum iuramentum,& quarentigia, vt
per Bar.in l.si absentis. C. si cer. peta. vbi
allegat tex.in l.fin.de consti.pecu. & ideo
non potest mandari executioni, nisi hoc
expresse caueretur statuto, vt voluit Bald.
nouel.in loco supra proxime allegato, in
octaua limita.Et,quod in tali casu instru-
mẽtũ nõ videatur habere posse paratam
executionem,patet ex his,quæ late dispu-
tando concludit Gozad. in consi.28. su-
pra allegato:vbi vult instrumentum con-
tinens confessionem, censeri simulatum,
nec nocere marito,& multominus credi-
toribus.Pro prædictis bene facit;quia spe-
ciale est ĩ deposito simulato,vt eius instru-
mentum habeat paratam executionem. l.
pen.vbi Docto.C.deposi.& l.fin.C.de cõ-
pens.& per Alba.in cons.3.nume.12.ergo
in contrarium est ius commune.Speciali
tas patet;quia de iure communi instrumẽ
ta non habent paratam executionem, vt
supra dictum fuit: ergo in casu nostro
istud instrumentum confessionis, quãuis
iuratum aut quarentigiatum, tamquam
simulatum non habebit paratam executio
nem. Quod eo magis ita concludendum
persuadetur, quia iuramentum operare-
tur seu induceret duplicem specialitatem
primo,quod probaret;secundo, quod ha-
beret paratam executionem. Sed his mi-
nime refragantibus, non est discedẽdum
a supra dicta ampliatione, quæ est vera:
nam cum propter iuramentum resultet
probatio numeratæ dotis, vt probatur p
tex.in l.cum quis decedens. §. codicillis.
de lega.3.& in Aucten. vt iusiurã. a mor.
præs.sequitur, quod tamquam verum in-
strumentum,habeat paratam executionẽ.
Nec obstant in contrarium allegata. &
quantum ad primum dicitur quod illa re
gula fallit in casu nostro propter iuramen
tum.Non obstat secundum; quia præalle-
gati Docto.loquuntur, quando sine iura-
mento fuit facta confessio; quia tunc præ
sumitur simulata.& quamuis,etiam inter-
ueniente iuramẽto plerique voluerint cõ
fessionem censeri simulatam: tamen hoc
procedit respectu creditorum,& aliarum
personarum,non contentarum in instru-
mento;sed secus,quoad maritum;quia ta-
lis confessio præsumitur vera, & non si-
mulata,præsertim,si lapsa sint tempora ad
opponendum exceptionem non numera-
tæ dotis,vt per Sozi.in cons.82.volum.3.
& Dec.in cons.536.ante num.10. Nõ ob-
stat, quod iuramentum inducit duas spe-
cialitates;quia hoc non inconueni t,quan
do vna dependet ab altera, vt no.in l.1.C.
de dot.promis. in casu autem nostro vnã
pendere ab altera patet; quia præsupposi-
to instrumento vero cum iuramento, iam
sequitur,quod propter illud idem habeat
paratam executionem.
13 Quarto † amplia.procedere non solum
in his, quæ directe in instrumento conti-
nentur;sed etiam,quæ indirecte.cap.olim
de cens.quem tex. dicit ad hoc se solitum
allegare Ias.in l.si duo §.Marcellus.in prĩ.
14 de iureiuran. † quia illud dicitur esse te-
nor instrumenti,quod ex illo præsumitur,
& virtualiter colligi potest, vt per Calca.
in consil.18.numer. 23.& per Nattam in
15 cons.497.num.3.† Et ideo dicitur, quod
stante statuto, q contra scribentem detur
executio ad instantiam creditoris, dabi-
tur quoque contra subscribentem.Dec.in

Aucten.

Auctẽn.si quis in aliquo documento. col. 4.ver.sed tamen.C.de eden.Bertran.consil.59.col.2.ver.& quamuis.vol.1.Gra.li.2.resp.138.ad fi. cum multis allegatis per Ant.de Gabrie.in ti.de præsumptio. conclu.3. nu. 7.
16 † quia Subscribere est idem virtualiter, quod in totũ scribere.l. si quis ex argentarijs.§.1. in fi. de eden.l.fideiussor.§.1.in fi.de pignor.quẽ ad hoc allegat Gram.cons.34.num.1.in ciui.Pau.de Castr.in cons.87.colu.2.ver.super alio quæsito.nu.3.vol.2.Adde Auct. ꝗ fine. C. de testa.Bar.Ang.Pau.de Castr.& Saly.in l. emptor.§.Lucius Titius.de pact. Ang.& Pau.de Cas.& Ale.in l.cum antiquitas.§.cum autem.C.de testa.& tradit etiam Pedem.decis.37.nu.3.& ibi cõcord.& ideo taliter subscribens nihil põt dicere cõtra illud,qđ subscripsit;nisi doceat, quod fuit deceptus; vt quia subscripsit non lecto tenore scripturę,vt ꝑ Guid.Pap.q.503.& Mars.in rub.C.de probati.num.296. nam in tali casu subscriptio non obligat,vt per Gram.in cons.66.num.71.& Io.de Ami.cons.12.nu.12.& cons.44.n.12.Quod ergo virtualiter continebitur in instrumento,habebit executionem paratã, sicut qđ directe, & verbis expressis legit. Et ideo dicitur, quod non solum habebit executionem,quo ad debitum principale,quod expresse, & directe in instrumento continetur;sed etiam quo ad interesse:vt late ꝑ Fel.in c.translato. vbi copiose hoc disputando concludit,colu.2.& 3. de const.Et ista est receptior sententia, vt habetur in Pedem.decis.129.nu. 10. licet contrariũ voluerit Corn.in cons.141.col.3.ver. potest autem attentari vol.3.

Quinto amplia.vt non solum procedat in iuramento iudiciali,quod tendit ad decisionem litis:prout voluit Bald. in c.1.§. itẽ sacramenta.col.pen.de pace iurã.fir.& per Soz.in cons.120.col.10.vol.1. consil. 231.col.5.& cons.255.col.1.vol.2.Sed ẽt in iuramento continente promissionem de futuro.Et ista est communis opi.quidquid dixerit Bal.& Soz.in prællegatis locis quam communem opi.post multã disputationem sequitur Ias.in §.item si quis postulante.nu.87.col.antep.Inst. de actio. vbi etiam respondet motiuis, & rationibus Bal.vt per eum videre poteris. & probatur in l.si quis maior.ibi Mox.&c.C. đ transa.& in l.1. C. deposi. Ista tamen ampliatio intelligitur procedere,si fuit appositum iuramentum iuxta formam, quam tradit Bar.in l.2.de iureiu. de qua dicam infra in prima limi.

17 Sexto amplia.† vt procedat,etiam,si instrumentum sit confectum extra territorium;quia adhuc habebit executionẽ paratam,vt per Bal.in l.3.C.ne fili.pro patr. sequitur Ioan.Lup.in repe.rub.de donat. inter vir.& vxo.in prin.post nu.22. versi. ex quo infertur.

18 Septimo amplia. † vt non solũ habeat locum in instrumentis iuratis; sed etiã in priuata scriptura,in qua sit appositum iuramentum; quia & ipsa paratam habebit
19 executionem † cum veniat appellatione instrumenti,vt per Bart.in l.1.in princ.& ibi Bal.num.5.& Saly.nu.6.C. de iuram. calu.Abb.Fel.& Dec. in rubr. de fide instrum.in fi.vbi cõcord.& idem Dec. in c. tertio loco.col.1.de probati. Hoc tamen intellige verum, nisi essemus in materia, in qua communis vsus loquendi inspici debeat;quia tunc appellatione instrumenti non venit priuata scriptura, vt per Roma.in cons.23.Are.cons.51.colu.2.nu.2.
20 † & est ratio;quia communis vsus loquẽdi in quacumque materia semper præfertur proprię significationi,siue ex definitione,siue ex ethymologia, siue etiam ex iuris auctoritate procedat. Abb.in c.1.colu. pen.de iud.

21 Octauo † amplia. vt procedat etiam quo ad executionẽ personalẽ; quia illam paratam habebit, sicut in reali: vt voluit notabiliter Gram.in cons.95.num.3.in ciuili.quod est mirabile, cum iuris censura non sit incipiendum a captura personę, pręsertim liberę,per ea,quæ not. Gl. in l. 3.§.tutores qui.de suspect.tuto.

22 Nono amplia. † non solum procedere inter laicos,sed etiam inter clericos; contra

tra quos seuerius est exequẽdum, cum magis iuramento astringantur, q̃ laici, & debeant maiori studio eorum promissiones adimplere. facit, quod scribit Couar. in lib. practica. quæst. c. octauo, ad fi. vbi stante statuto, ꝙ instrumenta habeant executionem paratam, habebit etiam illam contra clericos: ergo multo facilius, quando interuenit iuramentum. mouetur ipse, q͞a tale statutum est generale, nec aliquod dãnum infert clericis, & est conditum à non recognoscente Superiorem, sed ab habẽte iura imperij, & ideo valere debet, & seruari, etiam in foro ecclesiastico. c. 1. cũ ibi notatis. de noui oper. nunc. & hoc, dũ tamen clericus coram suo iudice conueniatur. Cæterum, quantum attinet ad hoc dictum Couar. arbitror esse animaduertendum per iuniores; q͞a non vr̃ verum ꝑ
23 illam generalem regulam, † q̃ dicit, ꝙ statuta illa, q̃ sunt contra libertatẽ ecclesiasticam, non valent, vt nota. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de consti. tunc aũt dicuntur cõtra libertatẽ ecclesiasticam, qñ per eã impediuntur personæ ecclesiasticæ facere ea, q̃ sibi ex priuilegio cõpetunt, vel ex iure cõi, vel si quouis modo reddantur timidiores ad faciendum id, quod libere facere posset de iure, cessante tali statuto, vt deducit Feli. in d. c. Ecclesia sanctę Mariæ. col. 24. num. 69. & ibi Dec. colum. 1. Bar. & alij. in Aucten. cassa. C. de sacros. eccles. Felin. in c. nouerint. de sent. excom. latè Calcan. in cons. 7. col. 6. nu. 14. & col. seq. Sed per hmõdi statutũ clerici priuantur eorum priuilegio, quod est ne contra eos procedi possit ad executionem personalem. arg. l. miles. de re iud. tradit Affli. in const. Regni, incipien. Si quis clericus. de cleric. conueni. merito videtur cõtra libertatẽ ecclesiasticam. & ideo nõ va-
24 let. & communis est conclusio Docto. † ꝙ statutum, quamuis generale, non comprehendit clericos, vt habetur in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. vbi Imo. hanc dicit seruandam esse. & communem esse testatur Socin. cons. 56. num. 1. volum. 1. & consil. 241. num. 3. vol. 2. cons. 57. col. pen. nu. 11. volu. 3. & cons. 14. num. 1. vol. 4. cons. 71. nu. 10. & seq. cons. 42. & cons. 46. nu. 3. eo. vol. & Alex. in cons. 14. circa finem. vol. 1. Et dato, ꝙ clerici ligarentur statutis lai-
25 corum in aliquib. casibus: † tñ procederet, & verum esset in his, q̃ respiciunt ordinem iudicij processus, vel causæ, secundum Bald. in c. fi. vt lit. pende. & in l. si iudex. in fi. de his, qui sunt sui vel alie. iu. & in l. 1. C. quæ sit longa consue. secus in his, quæ respiciunt executionem. Dec. in c. cum venissent. colum. 24. de eo qui mit. in poss. rei serua. cau. & in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. Alexan. in cons. 210. colu. 1. & cons. seq. vol. 2. & Corne. in cõs. 114. volum. 2. & ꝙ statutum istud, de quo agimus, non habeat ligare clericos, voluit expresse Bald. in l. cunctos populos. col. 6. ver. sed hic vlterius quæritur. C. de summa Trin. & fide catho. & refert Maran. in eius disputatio. octaua post nu. 34. vers. decimo adducitur.

Sed certe his non obstantibus, non est discedendum à supradicta opi. Couar.
26 quę iuridica est, & vera; nam † statutum inductum in fauorem commercij humani, & actuum hominum, vt facilius, & cõmodius ad effectum exitumque perducãtur; & si ad commodum, vel incommodum se habere possint, etiam ecclesiasticas personas comprehendit: vt videre licet in omnibus legibus, vel statutis, quæ de contractibus loquuntur, requirentibus certas adhiberi sollemnitates: nam in his clerici ligantur à statuto: vt volunt Anto. Butr. Abb. & alij. in d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. latè & pulchre Corne. in consi. 63. colum. 2. ver. fortificatur. volum. 3. & Grat. lib. 2. respon. 162. num. 5. vbi concordan. quia non potest subditus, prout est clericus, contrahere cum subdito, spreta lege sui Superioris, prout firmat Abb. in c. quòd clericis. de foro com peten. aliàs sequeretur, quòd instrumentum vnum faceret fidem ex vna parte, & ex alia non, vt per Corne. in d. consi. 64. & huiusmodi statuta censentur emanasse ex iusta, & rationabili causa: &

ideo quoq; clericos ligat, secundum Bar. in d.l.cunctos populos.in quinta quæst.Et quamuis in hoc contrarium dixerit Saly. in Aucten.cassa.nu.9.in fin.& nu.13.C.de sacrosan. eccle. vbi voluit,quod etiam in isto casu clerici non ligentur : immo etiã dixerit Dec.in d.c.Ecclesia sanctę Marię. colum.21.nume.52. quod Barto. opinio communiter reprobatur, vt etiam scribit Corne.in consi. 145. colum.2.volu.4.qui sequitur Bal. reprobantem Bar. tũ re vera non reprobatur,sed restringitur,vt pro cedat, duobus copulatiue interuenientibus:primo,quod appareat aliqua rationabilis causa.secũdo, vt illud de quo agitur, posit obseruari sine magna difficultate, vt per Card.in c.perpendimus.de sent.excom. quem refert Corne. in d.consil.64. col.3.in princip. & habetur late per Feli. in d.cap.Ecclesia sanctæ Mariæ in octaua quæst.& ibi Dec.col.21.cũ duabus sequẽ. & ita etiam declarat Alba.in consi. 8.col. 3.versi.quinta conclusio.nu.8.Et ista opi. Couar. satis quoq; defendi potest ex his quæ scribit Maran. in d.disputa. 8.nu. 47. vbi etiam respondet his, quæ adduximus in contrariũ: quibus satis ex pdictis patet responsum;quia procedunt, nisi statutum emanauerit ex rationabili causa, & quod posit,sine difficultate obseruari, vt supra dictum fuit.

27 Decimo † amplia.vt non solum procedat, si iuramentum sit interpositum; sed ẽt si fides præstita; quia fides habet vim iuramenti; & ideo illam violantes seu contra fidem promissam venientes reputãtur periuri.vt not.per Glo.Abb. & Docto.in ca.querelam. per illum tex ne prælat. vic. suas. idem Abba. & Felin. in cap. querelam.de iureiuran.& Affli.decis.379.nu.2. Sed contra hanc ampliationem facit Gl. in c.puenit.in fin.de fideius.vbi vult aliud esse iurare, aliud fidem præstare : quod etiam volunt Docto.in ca.ad aures. quod met.caus. & Corne. in consi. 256. colu.3. in littera G.vbi allegat tex.in l.1.in princ. de consti.pecu.nam ibi secundum eum ve niens contra cõuentionẽ dicitur fidem fallere:& tamen non frangit iuramentum. & ideo dicitur,quod iuramentum plus operatur,quam simplex factum vt per Fed.de Sen.consi.125.ad fin.Amplius in contrarium vrget definitio iuramẽti:nam est absumptio diuini nominis ad confirmandũ iurantis fidem,cap.quãtumlibet.47. distincti.Cum itaq; in fidei præstatione absumptio nón fiat diuini nominis, iam constat manifeste fidem a iuramento quàm maxime distare.Et ideo Couar.hoc perpendẽs in c.quamuis.de pact.in 6.§.2.versi.nono. post Alci.in rub.de iureiuran.affert distinctionẽ,quod si fides consideratur prout est quędam res humana, quæ a probis nobilibusque præsertim hominibus seruare debet,iuxta ea,quæ habentur in l.1. de pact. & in d.l.1.de constitu.pecu. nõ potest dici iuramentum : secus si consideratur, prout est virtus theologica;quia cũ sit res sacra, si eius attestatio seu absumptio facta sit, puta promittendo per fidem Christi,vel fidem sanctam,erit iuramentũ.& isto modo debet intelligi ampliatio.subdit tamen Couar.in dubio censeri pmissum sub fide humana;non autẽ Christi. Et cũ ista opiniõe quoq; post longã disputationẽ cõclu dit Bolog.ĩ l.si quis maior.nume. 60.C.de trans.

28 Vndecimo † amplia. procedere, etiã si oppositum esset coram episcopo de vsuraria prauitate;quia non per hoc retardaretur executio,vt dicit Ang.in l.4.§.condẽnatũ.de re iud.sequitur Alex. in consi.83. in fi.vol.5.& ibi ad eum Additio dicit, quod non erit idem,si agatur de falso instrumẽ-

29 to:vt ibi videre potes.

Duodecimo † amplia. non solum habere executionẽ paratam, qñ ex instrumento competit actio directa:sed etiam quando vtilis. quod cõtingit, qñ notarius stipulatur pro alio:nam in tali casu ex sua stipulatione acquiritur solum actio vtilis,vt p Rom.in consi.76.col.2.circa prin.vbi hoc expresse inquit.

30 Decimo tertio † amplia. vt procedat etiam si debitor vellet cedere bonis; quia adhuc esset exequendum; nec deberet

beret admitti ad beneficium cesſionis, qñ illi fuiſſet renunciatum, vt per Cor. in cõ ſil. 212. vol. 2.

31 Decimo quarto † amplia. non ſolũ procedere in principali creditore; ſed etiam in ceſsionario, qui, ſi fuerit ſibi ceſſum creditum ex inſtrumento iurato, vel quarentigiato, habebit paratam executionem, ſicut habuiſſet ad inſtantiã creditoris principaliter. Ange. in l. ſi pecuniam. C. de priuile. fiſc. ſequitur Calc. in conſ. 18. colu. 4. verſ. decimoquinto. & hoc etiã tenet Roma. in conſ. 142.

Decimoquinto & vltimo ampliaẽ non ſolum habere paratam executionem, quo ad actionem ex inſtrumento reſultantem; ſed etiam quo ad exceptionem ex eodem reo vel debitori competentem, arg. l. eum qui ita. §. qui ita. de verb. oblig. tradit Corne. in conſ. 291. col. pen. volu. 3. pro quo facit; quia actiones, & exceptiones, quæ continentur in eodem inſtrumento, ſunt correſpectiuę, ſicut & omnia pacta, vt habetur per Craue. in conſ. 11. nume. 3. & propterea conuenit, vt ſint eiuſdem naturæ, cuius eſt vniuerſus contractus, a quo regulantur, ſecundum Calc. in conſilio 25. colum. 11. nume. 28. per Gloſſ. quam allegat in l. ſi patronus hæres. §. patronum ex aſſe. ſi quid in fraud. patro. Nunc autem hoc noſtrum priuilegium limitatur, & reſtringitur pluribus modis.

32 Et primo † intelligitur, ſi iuramẽtum fuit appoſitum iuxta formam, quam ponit Bar. in d. l. 2. de iureiu. & ſic in iuramẽto, quod defertur a parte parti; quia dictũ fuit in inſtrumento alterum alteri detuliſſe iuramentum, & iuraſſe, tot ſibi deberi, & vera fuiſſe, & eſſe contenta in inſtrumẽto; quia tale iuramentum eſt litis deciſiuũ & habet paratam executionem, vt per Paul. de Caſt. in l. nam & poſteã. §. ſi prætor. de iureiurand. Soz. in conſ. 120. volu. 1. Creme. in ſing. 152. incip. Volo. & Cepo. in caute. 20. incipien. Si ex forma ſecus in iuramento ſimpliciter præſtito, qđ fuit appoſitum iuxta conſuetudinem notariorum ad confirmandum contractum, quod a parte parti non defertur; quia in tali caſu non haberet paratam executionem. & hoc etiã voluit Phanuc. de Phanuc. Lucen. in ſuo tract. de iureiu. in lite. in 2. par. in prin. nu. 11. Pro qua opin. faciunt, quæ dixi ſupra in priuileg. 49. num. 29. cum pluribus ſequen. quatenus ibi dixi de mente aliorum non ſatis videri interponere ſimpliciter iuramentum, ad effectum impediendi præſcriptionem, & conſtituendi in mora venditorẽ, & alios effectus inducendi, de quibus ibi; ſed neceſſarium eſſe iuramẽtum ſpecifice, & in ampla forma præſtare; & nõ prout de ſtylo notariorũ fieri ſolet: quibus etiã accedat, quia iuramentum prout etiam aliæ clauſulę videntur apponi per notariũ potius de ſtylo, & conſuetudine ipſorũ, quã ꝙ a partibus intelligatur fuiſſe dictũ, vt per Dec. in conſ. 180. per cumulata in 22. priuilegio. nu. 90. cum pluribus ſequenti. & ideo Iaſ. in d. l. 2. col. pen. verſ. & caue. de iureiu. dicit aduocatos errare putantes omne inſtrumentum, in quo ſit appoſitũ iuramentum, habere paratam executionẽ & ideo iurari debet ſecundum prędictã formam Barto. de qua ipſe miratur, quod alij non animaduerterint aut conſiderauerint: alioqui, ſi omne iuramentum ſufficeret, iepta eſſet eius admiratio, vt idem Iaſ. inquit. Et per hanc rationem Gram. deciſ. 12. poſt nu. 14. dicit, quod princeps ſtatuendo videtur cogitaſſe etiã de actu iurato; ex quo a communiter accidentibus iuramentum in omni contractu apponitur. de quo etiam dixi in priui. 22. n. 23. in tertia limi. Et quamuis hæc opinio, & conſequenter præſens nr̃a limi. videatur magis communiter recipi: ego tamen de illa ſemper dubitaui, & tenui contrarium in d. priuilegio. 49. poſt nu. 36. per multa ibi dicta, quę non repeto. illud autem adijcio, quod cum iuramentum pręſtari ſoleat, manibus tactis ſcripturis; & ita de communi ſtylo notariorum videamus fieri, pręſumendum eſt factum fuiſſe a partibus bene ſcientibus, & intelligẽtibus.

33 Quinimmo † ita iurantes dicunt, maiori cum deliberatione iurare, quam iurando per Deum, vt ex diuo Thoma probat Couar. in d.c. quamuis. de pact. in 6. §. 1. circa prin. in prima par. & faciũt, quæ dico infra in priuil. 83. nu. 5. Addo et, ꝙ iuramentum censetur præstitũ a partibus, & ab eisdem delatũ, q̃uis notarius ipse detulerit; quia Quidquid notarius facit, intelligitur facere de voluntate partium, & ipsę partes facere dicũtur: ꝑ vt dr̃ de clausulis, quæ appositæ reperiuntur in instrumento, vt præsumantur appositæ de volũtate partium, vt per Bal. in l. errore. C. de testam. Paul. de Castr. & Sal. in l. quoties. C. de hæred. insti. de quo etiam ego dixi supra in priuilegio 22. nume. 100. Cũ itaque pars ipsa intelligatur detulisse iuramentum, & dici soleat in instrumentis. Et prædictę partes iurauerunt omnia, & singula vera fuisse, & esse, & illa attendere, & obseruare: prout dixi in d. priui. 49. sequtur, ꝙ intelligatur iuratum secũdum prædictam Bar. formam; & consequenter, ꝙ instrumentum habeat paratam executionem.

34 Secundo † limita. vt solum procedat, qñ instrũ est liquidum; aliàs secus, vt per Sozi. in cons. 4. per tot. vol. 1. Gra. lib. 1. respon. 140. nu. 27. Are. in cons. 94. colu. fin. & Craue. in cons. 89. nu. 5. & idem videmus in statuto, quod si mandet instrumenta habere debere executionem paratam intelligi debet de liquidis, secũdum Bal. in l. si causam. vbi hoc not. C. de excep. rei iud. & late Pau. de Cas. in cons. 165. colu. 2. in prin. nu. 2. volu. 2. Corne. in cons. 48. col. 1. consi. 112. col. 2. in littera E. consil. 156. in prin. & consi. 320. col. 1. volu. 1. & cons. 296. col. 6. in fi. & seq. vol. 3. nam antequam exploratum sit, quid debeatur, nihil iure peti potest. l. hoc iure. de verb. obliga. l. proinde. §. notandum. ad legem Aquili. l. vlt. C. de comp. l. hæc autem. §. non defendi. ex quibus causi. in pos. ea. Bar. in d. §. notãdũ. & in l. 1. col. fi. iudicat sol. Roma. in cons. 211. Barb. in cõs. 79. vol. 3. & cons. 28. vol. 1. Ale. in l. item quia. de pact. & in l. 1. super Glo. 1. in ver. morã. de leg. 2. vbi inquit statutum executionem laudi tribuens, de liquido intelligendũ. facit notabilis doctrina Ang. in l. 4. §. ait prætor.

35 de re iudi. † vbi concludit cõdemnatum ad debitum non liquidum, executionem pati non debere, facta etiam oblatione vnius denarij, supersedendumq; esse seu suspendendum mãdatum executiuum, vt vocant, vsque ad factam liquidationem, vt per Alex. ibi adducen. concordan. Pau. de Cast. in cons. 270. nu. 3. vol. 2. Cor. consil. 31. col. 1. nu. 4. vol. 3. Soz. cons. 24. colu. 10. nu. 36. vol. 1. Ias. in consi. 100. nu. 4. vsq; in fi. vol. 4. Capi. decis. 17. Cot. in suis memoralibus. in ver. pacta executiua. & Couar. qui alios concord. adducit li. 2. variarum resolu. c. 11. ver. in summa.

36 † Sic videmus in simili, ꝙ clausula Cõstituti &c. nõ gignit aliquẽ effectũ executionis in trãsferendo possessionẽ, qñ res non est liquida & certa, cuius possessio transferri dẽt: vt per Bar. & alios in l. 3. §. incertum & in l. locus. de acq. posses. per Dec. in l. contractus. nu. 14. de reg. iu. & consi. 226. n. 3. Gra. lib. 1. resp. 24. n. 7. Cur. iu. in cõs. 120. colum. 2. nu. 5. Ias. in l. si sic legatum. col. fi. num. 18. de leg. 1. eodem modo dicẽdum est, si instrumentum non est certum, nec liquidum, non producet effectum executionis; sed erit in primis & ante omnia liquidandum.

37 † Et notandum est, quod tunc instrumẽtum dicitur esse liquidum quando quacunque exceptione opposita tergiuersari non potest; quia si in dubium reuocari possit, non dicitur liquidum. l. diuus. de offi. præsi. ibi Si tibi liquido cõpertum est. & ibi, Nec subest vlla suspicio & ideo dixit Ang. in l. 1. de transactio. qđ licet sententia, quæ executionem meretur vel instrumentum quarentigiatum, possit censeri res liquida; si tamen possibile est aliquam posse opponi exceptionem, non diceretur liquida; et ideo super ea transigi posset, iuxta tex. in l. si causa cognita. C. de transact. idem dixit in l. ampliorem. C. de appellati. sequitur Sozi. in consilio 4. et consilio 51. volumine 1. quod

intel-

intelligas verum, nisi exceptio esset euidenter, & notorie calumniosa, vt per Barto. in l. post rem. de transact. & in d. l. 4. §. si ex conuentione. de re iudi. vbi dicitur quod sententia quo ad debitum in ea cōtentum, dicitur esse liquida, quando ab ea appellari non potest. & ex hoc colligitur declaratio ad illud, quod dicitur instrumentum facere rem liquidam. cap. licet causam. de testi. ca. cum dilecti. de donat. nam intelligitur, quando contra instrumentum nihil obiici potest. Ant. Butr. in c. licet causam. colum. 32. de proba. & in capitulo cum cōtingat. de præscrip. & dixit Paul. de Cast. in consi. 116. columna 2. in fin. vers. super secundo volu. primo quòd liquidum dicitur, contra quod non admittitur negatio, vt debitum purum ex sententia definitiua, quæ transiuit in rē iudicatam. allegat not. in l. post rem. de transact.

38 Iuxta prædicta † quæritur, an eodē modo mandari possit executioni instrumentum non liquidum, quod tamen liquidari potest? Ista est non parua dubitatio: in qua tamen communiter per Doctores cōcluditur, quod sic: vt patet apud Bar. in l. prima, de eden. in l. prima de lega. 2. & in d. l. proinde. §. notandum. ad legē Aquil. Roman. in consilio 76. colum. pen. in me-

39 dio. Bald. in l. neque. C. de compens. † vbi dicunt Docto. quod Paria sunt, quod aliquid sit liquidum, vel possit cito, vel de facili liquidari. l. fi. C. de compen. l. cū testamento. C. de testamen. Roman. in consilio 388. ad fi. Alex. in cons. 161. circa fin. volum secundo & consi. 101. volum. 4. idem Alex. in l. 1. num. 17. de lega. 2. Et cum ista communi opinio. videtur sentire Pau. de Castr. in consi. 23. in prin. volu. 1. & Bald. in l. si causam. C. de executione rei iudi. in l. siquidem. C. de except. per tex. in d. l. hoc iure. de verbo oblig. & in d. §. notandum. idem Bar. in l. 1. C. de execu. rei iudi. Bal. in l. si quis curialis. C. de episcopis & cleri. in l. 1. quor. legato. & rursus idem Bar. in l. creditores. nu. 32. C. de pign. Roman. in consi. 220. & in cons. 111. ad fi. vbi ponderat Barto. fuisse sibi contrarium prima fronte: quem tamen postea reducit ad cōcordiam, considerando, quod aut instrumentum cōtinet non liquidum, respectu alicuius iuris vniuersalis; & tunc si liquidari facile potest, executionem paratam habet, per tex. in l. defensionis. C. de iure fisc. lib. 10. aut instrumentum continet illiquidum respectu rei particularis; & tunc prius debet fieri liquidatio, & deinde exequi. per tex. in d. §. notādum. vbi Bar. hoc dicit. & ita ipse declarat, subdens ita semper se tenuisse legendo. Cum ista quoque opinione communi transit eam sequēdo Imol. in d. l. si sic legatum. de lega. 1. & in l. per diuersas. quæst. 10. C. manda. Are. in consi. 21. colu. 2. & cons. 32. Ias. in §. fuerat Insti. de actiò. Alex. in l. fi. §. 1. de vulga. & pupil. substi. in consi. 152. & consil. 167. volum. 2. cons. 3. volum. 4. Barb. consil. 14. colum. 6. volum. 4. idem Alexand. in consil. 188. volum. 2. cons. 95. volu. 4. cons. 20. volu. 6. cons. 115. in fi. & cons. 225. vol. 7. Sozi. cons. 96. cons. 88. volum. 4. consilio 293. vol. 2. & cōs. 89. vol. 3. Dec. in c. quia. de iudi. & in cons. 449. Corne. in consilio 223. vol. 2. & in cons. 156. col. 2. post litteram E. volu. 1. vbi dicit, quod instrumenta, quæ non sunt liquida, & quæ ex forma statuti habent paratam executionem, veniunt liquidanda in ipsa executione; & sic dum petitur executio. & dicit ita omnes tenere, & quod vidit millies practicari. Et dixit Imol. in d. l. per diuersas. vbi supra,

40 † quod quando statutum mandat, elapso solutionis die, debitorem ex instrumento posse carcerari, eo defuncto, & capta informatione de persona hæredis, potest hæres carcerari, quia debitorem esse cōstat l. debitor. de verb. signifi. Bar. in l. postulā te. ad Trebel. Ab. in c. fi. de arbi. Ias. in l. si decesserit. col. 3. qui satisd. cogan. Ang. in l. 1. de his, quæ in testam. delen. Barba. in cons. 15. vol. 1. Dec. in cons. 251. & faciūt

41 quæ supra dixi in quarta amplia. † quia vt ibi dixi, dicitur contineri in instrumēto quod ex eo resultat. Fel. in c. translato. de cōst. & in c. quia. de offi. deleg. & ita ēt,

tenet Corne.in consi.221.volu.4.& consi.
42 31.colum.penul.in princi.vol. 3.† In huiusmodi tamen liquidatione debet hæres citari, vt probat tex.in l.sicut.§. si debitor. quib. mod. pign. in l. si necessarias. §. de vendendo.de pignorat.actio. l.promittendo.de iure doti.Dec.in consi. 46.& d.consil.449.Aret. in d.consil. 32. & consi. 91. colum.2.in princip. & consi. 95.col. 1.in fin.& sequen.& Gram.consi.49.nu.6.& 7. in ciuili.Paul.de Cas.in cõsi.92.n.6.vol.1.
43 † Et facit pro prædictis optimum simile, de instrumento publico conditionali, qđ quamuis non habeat paratam executionẽ, vt per Guido. Pap.quæst. 15.& Corne.in consi. 143. colum.2. vol.4. poterit tamen secundum formam statuti mandari executioni, docto prius atque probato de purificatione cõditionis, cum partis citatione, secundum Bal.in l.ab executore. C.quorũ appella.non recip.& Bar.in l.3.C.de sent. quæ sine cer. cum alijs adductis ꝑ Couar. lib.2.varia.resoluti.c.11.ver.quinto appa-
44 ret.† Et est ratio, quoniã instrumentum liquidatũ sortitur naturam, & priuilegiũ statuti priuilegiantis liquidum instrumentum, secundum eundem Bal.in l.si cum exceptione. §.vt autem.quod met.caus.& in l.1.col.4.de priuileg.cred. Aret.in cõs.16. Alex.in consi.90.volum.2.& Dec.in con-
45 sil. 107. † Simile videmus in filio legitimato, qui sortitur naturam,& priuilegiũ legitimi, vt consulendo cõcludit Gozad. in consi.6.col.7. ver.quinto istud priuilegium.num.38. quod sine dubio procedit, quãdo legitimatio est facta, vt nulla sit differentia, & perinde ac si de legitimo matrimonio natus esset, vt per eundem ibi
46 col.14. ver.ad quintum respondeo.† Ad idem videmus, quod stante statuto, quod sententia liquida mandetur executioni, habebit locum in sententia non liquida; si tamen liquidari potest per acta, quæ faciunt illam liquidam.Bal.in c.pastoralis. §. quia
47 vero.de offi.delega.† nam & liquidum dicitur, quod ad aliud relationem habet: & sic per relationem ad aliud, res dicitur esse liquida. Maran.in suo Specul.in 6.parte princip. versic.octauus actus. dum agit de
48 instrumentorum productione. † Immo etiam sententia seu laudum diceretur liquidum, quamuis in eo diceretur Saluo iure faciendi verum & certum calculũ, secundum Dec.in cons.618. & dixi supra in prima ampliatio. Bene facit ẽt regula, quæ dicit, quod Ea, quæ fiunt incontinenti, videntur inesse.l.lecta.& ibi omnes not. si certum pet.l.si quis. §.qui ita.de incẽdi. rui. & naufra. & rursus alia regu. ꝙ Paria sunt aliquid fieri ĩ ipso actu, vel ante, vel post incontinenti. Ias.in l.qui in aliena.§. iussum.de acq.hære.col.4.& in l.non solũ. §.morte.col.5.de noui oper. nunc.cũ non simus in his, in quibus momentũ temporis cõsideratur, iuxta ea, quæ tradit Tiraq. de vtroq; retra.fol.341.nu.23.

Hæc autem, quæ diximus, procedunt non solum, si agatur contra hæredes debitoris in instrumento liquidato; sed etiam ex contrario, si hæredes creditoris agere velint, liquidato ac docto prius ꝙ ipsi sint hæredes creditoris in instrumento nominati secundum Corne.in consi. 296. colu. 6. ad fin. volum.3.Dec.in cap.quia V.col. 2.ver.scđs casus.nu. 7. de iudi. & in consi. 536.in primo dubio.Gram.in cõsi.49.nu. 6.& 7.in ciu.& Maran.in loco supra allegato. Ex prædictis omnibus colligitur cõmunis conclusio Doctorum, quod instrumentum non liquidum (liquidatum tamen in processu) poterit mandari executioni: nuncupatim pręter supra allegatos, voluit quoque Paul. de Cast. in l.1. nu.9. de edend. Sed contra istam communem conclusionem facere videtur; quia si hæredes petant admitti ad liquidationem, debet etiam altera pars admitti ad probandum contrarium, quod non sint hæredes. l.petendæ. C. de tempo. in integr. resti.
49 † quia In iudicijs seruanda est ęqualitas. l. si cum dies.§. fin. de arbi.l.fi.C.de fruct. & lit. expen.vnde si super d.cta liquidatione, deinde pronuncietur per iudicem, prout voluit Bal.in l.2.nume.11.C.de exe cut. rei iud. vbi dicitur, quod super liquidatione debet pronunciari, & declari.idem

ri. idem quoque habetur in additionibus ad Bal.in l.item quia.de pact. & Sozi. in
50 conf.51.col.3.vol.1.† nam videmus in simili,ꝙ licet certum sit debitorem principalem non esse soluendo ad hoc,vt perueniri posit contra fideiussoré:requiritur tamen iudicis sentétia declaratoria, ꝙ principalis non sit soluendo.Bal.in Auct. præsente.C.de fideius.in l.1.C.quando fis.vel pri.colu. pen. & in Aucten. hoc si debitor.C.de pignor.& Papiens. in sua Prac. in forma libelli actionis hypothecariæ.in ver.exceptio discussionis.nu.17.Rom. in
51 consi.211.col. fi. † Et quamuis in aliquo casu quis priuatus sit ipso iure beneficio ecclesiastico; requiritur tamen sententia declaratoria,secundũ Lapu. allega. 127. Abb.in c.qualiter.de iud.Bar.in l.eius, q. delatorem. de iure fisc. & late per Barba. in conf.51.vol.1.Glo.in §.pen.in Authé. de tabellion.Gram.in decis.14.nu.5. Deci.consi.12.& conf.quod habetur sine numero,post consi.185.col.1.ver. sed breuiter.Bal.in c.1.quo tempo.miles.Capi.decis.121.nu.24. Et quamuis Vassallus non petendo inuestituram infra annum & dié priuetur ipso iure feudo: tamen requiritur sententia declaratoria,secundum Bal.
52 in d.c.1.quo tempo.mi.† Et quamuis per iurus incidat ipso iure in pœnas. l. si quis maior.C.de transa.tamen requiritur sen-
53 tentia declaratoria,vt ibi nota. † Et quãuis aliquid sit notorium, etiam si esset in iudicio: tamen debet iudex pronunciare quod sit notorium; aliàs tamquam super notorio procedere non potest.Bal. in l. 1. col.5.C.de ord.cognit.per tex.in ca.4.de iureiur. quamuis dicat contrarium Capi.
54 decis.121.supra allegat.nu.25.† Et quamuis quis sit suspectus de fuga:tamen debet talis pronunciari,vt capi posit.l. ait prætor.§.si debitorem. quæ in fraud. cred. & Bal.in Aucten.immo.C.de actio.& obliga.Barto.in l. stipulatio.§.habet. de noui oper.nunc.& dixit Io.de Ami.in cõs.42. in fi.post Oldra.in d.l.si quis maior. C. de transf. ꝙ omnia iura mundi volentia imponi pœnã ipso iure,sunt intelligẽda, dũ tamen sequatur sententia declaratoria.allegat Archi.& Io.And.in ca.1. de homi. in 6.idem voluit Cap.in deci.112.& multa similia exempla possem adducere prædictis similia, de quibus per Mars. in sua pract.in §.aggredior.n.105.& §. post quã nu.37.& in conf.10.nu.17.cum pluri.seq. Anto.de But.in c.cum dilecti.de dolo & contu.& in c.cum dilecti.de electi.& alibi sæpe per Doct.Si ergo, vt reuertamur ad id vnde digresi sumus,requiritur sententia declaratoria super liquidatione, talis (inquam) sententia potest afferre maximum præiudicium;quia si contingat ab ea appellari, iudicium ipsum quod summarium & executiuum, euadet ordina-
55 rium:† & tali appellatione pendente, iudex non debet procedere ad faciẽdũ executionem; sed penitus supersedere Paul. de Cast.in l.episcopali.in fi. C. de epis. & cle.quod procedit,etiam si de iure nõ potest appellari,vt per Nattam in conf.583. nu.6.Fel.in c.postulasti.nu.34.de foro cõpet. & propter dictã rationem Couar. in d.c.11.ver.primum ex his constat.li.2.variarum resolut.dixit,quod in casu isto nul
56 la erit opus sententia declaratoria.† Videtur tamen secundum eum, tacite saltem pronunciare super liquidatione, procedẽdo ad executionem instrumenti:sicut in simili dicimus,quod iudex procedendo ad vlteriora,exceptione opposita, vr̃ eam reicere,secundum Bar.in l.si autem.§.quæcũque.de nego gest.& in l a procedente. C. de dila.Fel.in c.cum M.Ferrarien.col.5. ver.sed cõtra prædicta.de const. late Corne.in conf.62.col.2.in fi.vol.1. & in conf. 85.volum.4. Nec obstat, quod sententia declaratoria requiratur;quia satis est, ꝙ tacite declaret exequẽdo;& sic fugiet ap-
57 pellationem, † cũ ab executione non appelletur.l.ab executione.C.quorum appella.non recipi.l ab executore. & ibi Bart. de appella. Et prædicta confirmari posfunt ex nota. per eundem Bar. in d.l.1. in fi.de leg. 2.in l,1.in fi. iud.sol. & in l. 1. in prin.de edendo.vbi vult,quod potest peti executio interesse debiti; & ꝙ satis sit

in iudicio executionis illud liquidare: quo facto fiet executio, etiã si non præcedat declaratio iudicis super liquidatione. & sequitur Rui. in consi. 64. in fi. vol. 1. facit ad idem, quod dicitur de excussione bonorum, fienda contra principalem, vt possit agi contra fideiussorem; quia non est necessarium pronunciari excussionem esse legitime factam, dummodo constet eam esse factam, vt no. Glo. in l. pen. C. ad Trebel. & per Bar. in d. l. stipulatio. §. habet. de noui oper. nun. quia cum per acta constet de liquidatione instrumenti, quæ acta faciunt rem notoriam, non est necessaria declaratoria, secundum Abb. in cap. cum ab homine. de iudic. & Rui. qui adducit concordan. in consi. 181. nu. 10. vol. 1. Tu autem aduerte; quia supradicta ratio per Couar. reddita, non videtur esse vera: quamuis enim aliqui tenuerint, ꝙ a sententia de exequendo possit appellari: vt patet ex his, quæ disputando deducit Corn. in consi. 184. in fin. volu. 4. & in
58 consi. 43. col. 2. post literam A. vol. 1. † tamen secũdum magis communem opinionem, contrarium est verius; quia non appellatur, vt per Alexan. in consi. 95. vol. 2. quem sequitur Feli. in c. quo ad consultationem. de re iudi. & istã dicit magis cõmunem Corn. sibi aduersans in consi. 75. col. pen. ver. & licet sit dubium. in littera V. vol. 1. quia prohibito vno, videtur prohibitum id, per quod peruenitur ad illud. l. oratio. de sponsalib. ideo si prohibetur appellatio ab executione facti d. l. ab executore. de appella. videtur etiam prohibita appellatio a pronuncia de exequendo, vt per eum ibi. quod & voluit etiam in consi. 221. vol. 4. & cõmuniorem quoque dicit Dec. in c. nouit. in not. de appel. & tanto magis, quia sumus in executiuis, in quibus sine dilatione proceditur, & nõ appellatur, vt per Specul. in tit. de appell. §. quibus. ver. 8. & Ias. in l. 1. col. 1. de fer. Et cum iste articulus liquidationis, sit incidens ad articulum principalem executionis, sicut ab executione; & sic in articulo principali non appellatur; ita nec ab isto, tamquam incidenti, poterit appellari. pro hoc allego Pau. de Cast. in consi. 91. col. pen. ver. restat. vol. 1. vbi dicitur, ꝙ sicut compromissum peti non potest super articulo principali executionis; ita nec super incidenti liquidatione, ꝙ quis
59 sit hæres. † Amplius dico, ꝙ dato, quòd in casu isto posset esse locus appellationi, ex quo sumus in non mero executore; sed in mixto: quo casu datur appellatio secund. Glo. in c. pastoralis. §. quia vero. de offic. delega. Docto. in cap. dilecto. de appel. & per Bello. in consi. 70 num. 4. tamen non sequitur, potest appellari: ergo de causa extraordinaria, & executiua fit
60 ordinaria; quia dico, quòd † dilationes in causa appellationis erũt breuiores. d. l. 1. §. fin. de fer. l. si quis. §. qui autem. de iniust. rup. & irri. fac. testa. l. litibus. C. de agri. & censi. lib. 11. Calca. per hæc iura. in consi. 83. col. 3. vers. item quia non erat. Et si verum hoc esset, ꝙ de causa, scilicet, extraordinaria fieret ordinaria, non liceret appellare in causis breuioribus executiuis, vel extraordinarijs; quia per appellationem efficerentur ordinariæ; & consequenter esset in potestate litigantium, extraordinarias causas facere ordinarias: quod est absurdum; quia licet de iure ciuili in his causis nõ appelletur; tamen de iure canonico appellatur. Abb. & Docto. in c. de appellationibus. tit. de app. sicut in simili dr̃ de fideiussore, iudicatum solui. qui non liberatur finita prima instantia; ex quo esset in eius arbitrio, se ipsum ab obligatione fideiussionis eximere appellando, vt induceret secũdam instantiam: prout scribit notabiliter Grat. lib. 2. resp. 34 post nu. 17. Et propterea crederem ꝙ etiam si requireretur declaratoria, modicum fieret prẹiudiciũ petenti executionẽ instr̃i, cum dilationes abbreuiarentur, & res quàm celerrime posset expediri. cogi-
61 ta tñ. Tertio † limita. nr̃um priuilegium, vt solum procedat inter easdem personas, quæ cõtraxerunt, & iurauerunt; quia bene inter eas habebit executionem paratam absque aliqua liquidatione facienda;

da; secus inter alias psonas, veluti contra heredes contrahentiũ, vt s. quoq; dictum fuit; qa erit opus illa puia liquidatione, ꝙ.s sint hæredes. Et generaliter cōcludendũ est procedere solum, quo ad psonas nominatas in instrō, non ēt, quo ad tertiũ nō nominatum, ēt si haberet ĩteresse: vt notabiliter voluit Bal. in l. si pro te. C. de dot. promis. Alex. Ias. Rip. & alij. in l. 1. §. si hæres. ad Trebell. & aliquid per Fulgo. in consi. 183. Goza. in cōsi. 28. nu. 27. Gram. cons. 55. ad fi. in ciui. idem videmus, qñ instrm habet paratam executionem vigore statuti; quia illam non habet cōtra tertium, ex quo dicitur res inter alios acta: vt legitur apud Corn. in cons. 215. col. 2. vol. 4. Et pro hoc facit optima ratio; quia certum est, quòd iuramentum & sententia æquiparantur. l. sed & si possessori. §. fi.
62 de iureiur. † sed sententia inter duos lata alijs non præiudicat. l. sæpe. de re iudi. ergo, nec iuramentum, quantum ad hoc, vt paratam habeat executionem. l. 3. de iureiur. l. 1. C. si mulie. vent. nom. & tradit in terminis nostræ limita. Gram. in d. consi. 55. nu. 7. Pau. de Cast. in l. nō solum. §. qui alieno. col. 2. de procur. & Ias. in d. l. 2. col. pen. in fi. de iureiu. Et ex hoc puto declarari illud, quod voluit Pau. de Cast. in l. postulante. per illum tex. & ibi etiam latè Alex. ad Trebell. vbi dr̃, ꝙ stante statuto, ꝙ instrumentum mittatur executioni contra debitorem, in eo descriptum, fiet executio contra hæredem: nam debet intelligi, ꝙ prius fuerit liquidatũ esse hæredem: prout ēt dixi supra. nu. 40. Et dixit Paul. de Cast. in d. §. qui alieno. ꝙ statutum disponens, ꝙ instrumentum liquidum mandetur executioni, intelligitur de instrumento confecto ad vtilitatem propriam; secus si ad vtilitatem alterius, veluti procuratoris; quia ad illius instantiam non habebit paratam executionem, vt ibi per eum. & hoc, nisi haberet speciale mandatum. l si procurator. §. 1. & ibi Docto. de procur.
63 Quarto † limita. & declara procedere, dummodo instrumentum sit validum, Bar. in l. non putauit. §. non quæuis. de bonor. posses. contra tab. in l. diuus. de testam. mili. in l. 1. §. parui. quod vi aut clam. sequitur Imol. in l. fin. quib. appell. non lic. Roman. in consi. 294. circa fin. Alexan. in consi. 82. volu. 4. Corn. in consi. 144. col. 2. vol. 2. & Gram. consi. 124. in princ. in ciui.
64 Et ideo, † si instrumentum careret indictione, vel anno, quia non diceretur instrm, non haberet paratam executionē, vt in Auct. vt præpon. nom. impera. Calc. consi. 87. col. 2. consi. 118. nu. 3. Corn. cōsi. 148. col. 2. post litteram D. vol. 1. & consi. 118. vol. 4. facit, ꝙ in simili dicitur de sententia nulla, quæ non meretur executionem. l. si cum nulla. de re iud. late Corn. in consi. 208. vol. 3. Idem quando instrumentum haberet indictionem, sed vitiatam; puta vetustate corrosam; quia perinde est ac si non haberet, vt inquit idē Corn. in consi. 93. volu. 4. Idem si non haberet signum, quod ad ipsius validitatem requiritur. idem Corn. in consi. 226. volu. 3. & consi. 70. & consi. 118. vol. 4. Facit ad confirmationem prædictorum, quod in simi-
65 li dicimus, † ꝙ stante statuto, quòd nulla possit opponi exceptio contra instrumentum; sed executioni mandetur; poterit tamen opponi non esse instrumentum validum. Rom. in consi. 42. circa prin. Aret. in consi. 78. Bal. in l. 1. col. fin. C. plus vale. quod agi. Abb. in c. item cum quis. de restit. spol. in consi. 44. par. 1. & consi. 61. par. 2. idem Aret. in consi. 69. consi. 75. & cōsi. 77. Corn. consi. 241. col. 1. vol. 3. Dec. latè in consi. 8. Maran. in sua dispu. 6. post nu. 33. Marsi. in rub. de fideius. nu. 104. Crau. in consi. 46. col. 2. in fin. quia regula gene-
66 ralis est, quòd † dispositio quælibet intelligi debet de actu valido. l. 1. §. hæc verba. quòd quisq. iur. l. 4. §. docere. ne quis eum qui. l. cognitionis. de pœn. c. perpetuæ. de elect. in 6. & c. fi. de spons. l. 4. §. condemnatum. de re iud. & l. fi. de adult. Et ideo statutum mandans posse occidi bannitum, intelligi debet de bannito iuridice, & valide; aliàs illum occidens non excusaretur;

tur: vt per Ang. in d. §. condemnatum. & ibi Alex. Corne. consi. 17. colum. 3. in fi. volum. 1. Et statutum volens, quod filiæ fęminę teneantur seruare vltimam voluntatem patris, intelligitur quatenus illa vltima voluntas sit valida, vt per eum. idem Corne. in consi. 126. colum. 2. volum. 2. & per plura exempla regulam istam exornãdo tradit Marsi. in d. rub. de fideius. vbi supra. & Bologne. in l. 1. §. fina. num. 10. ꝙ quisque iu. Ad idem facit dictum Paul. de Cast. in consi. 169. num. 1. & 2. volu. 2.
67 † vbi voluit, quod instrumentum absque causa efficaci aut legitima ad obligandũ, non potest mandari executioni; quia non valet: poterit ergo semper opponi de inualiditate instrumenti, sicut supra dictum fuit, etiam quod vigore statuti nulla possit opponi exceptio: prout etiam in senten. tradit Ruin. in consi. 144. col. pen. vol. 4. Rip. in d. §. condemnatum. nume. 8. de re iud. & est communis opinio, vt testatur Pedem. decis. 142. nume. 4. & vltra supra dictam rationem, quod dispositio, scilicet, debet intelligi de actu valido, po-
68 test etiam alia ratio assignari. † quæ est, quod in omni dispositione sunt præsupponenda, & intelligenda extrema habilia, & necessaria ad actum, l. 1. in princ. ad legẽ. Falc. l. 1. C. de sacros. Eccles. Abb. in cons. 50. nu. 4. & in consi. 56. num. 3. in fi. par. 2. & Calca. consi. 87. colum. 2. post num. 3. Cum ergo quęrimus, an instrumentum sit mandandum executioni in primis debemus præsupponere, & intelligere, quod instrumentũ sit validum: qui enim se fundat in aliquo actu veluti contractu, instrumento, sententia, & huiusmodi, debet probare ipsum validum; quia alias non est contractus, instrumentum, vel sententia. verba sunt Corne. in consi. 144. col. 3. vol.
69 4. † Si igitur instrumentum est nullum, est quoque nullum iuramentum, quarentigia, & omnes aliæ clausulæ; quia rescisso principali intelligitur rescissa omnis clausula, quæ se habet ad instrumentum, tamquam accessorium, per Gl. in l. patronus. §. patronum. si quis in fraud. patro. & tradit Roma. in d. consi. 42. colum. 1. Paul. de
70 Cast. in consi. 1. vol. primo. Et † si statutũ dicat, quod in instrumento debeant describi testes certę qualitatis, & conditionis, ad hoc, vt exequi possit, debet in primis constare de qualitate testium, & consequenter, quod instrumentum sit tale, quale requirit statutum. argum. tex. in l. non ignorat. C. de his, qui accus. non poss.
71 † Et similiter depositum, quamuis habeat executionem paratam, vt l. pen. C. deposi. tamen debet intelligi, quod prius de deposito constet per instrumentum, vel per testes examinatos ad perpetuam rei memoram, vel aliter de eo notorie appareat, vt per Bar. in l. creditores. C. de pignor. alias requireretur libellus. c. quoniam frequenter, vt lit. non cont. Et antequã quæratur de priuilegio concesso testamento militis debet prius constare de ipso testamento. §. plane. Insti. de milit. testam. & si dubium sit, an quis inciderit in canonem, Si quis suadente diabolo. 17. quęst. 4. in primis constare debet, quod fecerit actũ, per quem incidere potuerit in excommunicationem. Et quamuis voluntas sit validior, & præstantior verbis; quia defuncti voluntas habetur pro lege. §. disponat. in Auctent. de nup. tamen ante omnia constare debet de ipsa voluntate, l. Labeo. de su-
72 pel. lega. & l. si alij. de vsufr. lega. † Et iudex, qui ratione certę qualitatis est iudex, debet ab initio, & ante omnia constare de ipsa qualitate, vt sit iudex. verbi gratia, quod causa sit occasione mercantię, vt ꝗs possit conueniri sub iudice mercatorum. Ange. in consi. 7. & consi. 17. Barba. consi. 63. vol. 3. consi. 35. & consi. 53. vol. 4. Bal. in l. per omnes. C. de defens. ciuit. lib. 10. Et quando ex forma statuti insigni latroni denegatur defẽsio, vel causæ patronus, debet ab initio, & ante omnia apparere, quod ille sit insignis latro. Barb. consi. 47. vol. 1. Ias. in l. fideiussor. §. prætor ait. qui satisd. cogan. Et si statutum dicat, quod qualiscunque fuerit sententia arbitri, executioni mandetur, debet primò cõstare, quod ille sit arbiter. Bar. in d. §. prætor ait.

facit

facit tex.in l.1.§.illud.ad Syllaniana. Et licet vigore statuti contumax habeatur pro confesso: tamen debet intelligi, si per veras, & legitimas probationes de delicto constet; alias secus Natta in consi.592.nu.3. Et stante statuto, quòd de quolibet cõtractu debeat solui gabella debebit constare in primis de contractu; & sic, quod contractus sit validus; quia de inualido, & nullo non est soluenda. Rom. in consi.78. & multa alia exempla his similia possem adducere, quę prętermitto. ex quibus intelligitur idem dicendum in casu nostro, vt scilicet, in primis constare debeat, quod sit instrumentũ ad hoc, vt per Ale. in consi.165.volum.2. & consi.82.vol.1.

73 instrumentum † autem nullum, instrumentum non dicitur, sicut & sententia nulla non dicitur sententia, nisi improprie. Roma. in consi.334.col.fi.versi.quo ad secundum.Dec.in consi.8.col.6.in fi.& Calca.consi.87.& laudum nullum non est laudum, nec a statuto de laudis loquente comprehenditur, vt per Corne. in consi.125.colum.3. in littera N.volum.1.consi.2.colum.2.vol.2.consi. 26.in fi.volum.3. & consi.140.in princi. volum.4. Et testamentum nullum non dicitur testamentũ, nisi per abusionem.l.2.§. testamentum. C. de his quib.vt indign. & § penul.vbi not. Insti.quibus mod.testam.infirmen.& permutatio nulla non est permutatio. Grat. lib.2.respon.123 col.fi. nu.16.& titulus nullus non censetur titulus. Corne. consi.65.in princ.vol.1.

74 Quinto † limi. procedere, quando in instrumento præstaretur iuramentum, super aliquo de præterito; quia tunc habebit paratam executionem; secus si super aliquo de futuro, vt per Anto. de Petru. in repeti.l.1.post num. 223. de iureiuran. post Ias.in l.2.colum.penul. post medium eod.titu.

75 Sexto limita.† secundum Bal.in l.1.C. de reb.credi.si iuramentum sit interpositũ ex interuallo; secus, si incontinenti; quia si statim tempore cõtractus iuratum fuerit, instrumentum non habet paratam executionem; quia antequam contractus sit absolutus, & perfectus a partibus, non est nata obligatio, neque actio; & per consequens non potest dici iuramentum decisiuum litis, de quo nos loquimur. Sed hęc limita. reprehenditur communiter per Docto. in d.l.2.de iureiu.quia ad hoc, vt iuramentum dicatur litis decisiuum, sufficit, quod sit præstitum super eo super quo possit esse lis de futuro, dato quod non sit de præsenti.l.post rem.de transa.l.2.& ibi Bar.C.eo. & tradit post alios Ias.in d.l.2. colum.3. in medio. de iuriuran. Præterea vereor, ne Bald.in alio errauerit; quia quando fit instrumentum, iam contractus est absolutus: vnde si in eo reperiatur iuramentum præstitum inter contrahentes, habebit paratam executionem. & nostra disputatio est de instrumento; non autem de contractu, an s.habeat paratam executionem. & hæc intelligo quantum ad cõtractum quem partes voluerunt pro perfecto haberi, etiam quod de eo non fieret scriptura, vel instrumentum. quantum vero ad cõtractum, de quo partes voluerũt confici instrumentum, & ante illius confectionem noluerunt esse cõtractum perfectum; tunc dico, ꝙ cum perficiatur in vltimo puncto ipsius scripturæ, vel instrumenti; dicitũ tunc nata obligatio, & actio, post cuius natiuitatem reperitur iuratum; & tũc agitur de illius executione, cum ex omni sui parte perfectus est. & insuper ego numquam vidi præstari istud iuramentum ex interuallo; sed semper in ipso contractu. & ita videmus seruari per notarios.

76 Septimo † limita. non habere locum, quando contra instrumentum proponeretur aliqua exceptio peremptoria, veluti solutionis, pacti, transactionis, rei iudicatæ, & similium; quia tametsi talis exceptio requireret altiorem indaginem, tamen esset in executione supersedẽdum, vt voluit Alex.in l.4.§.condemnatum.nu.18.de re iudi. vbi allegat Bald. in l. peremptorias. C.senten.resci. non pos.sequitur Natta in

77 consi.561.n.6.† Et propterea, si peteretur

executio

executio laudi, quod ex forma habent paratã executionem, & contra illud opponeretur exceptio de dolo, iniquitate, vel ꝙ reduci deberet ad arbitrium boni viri, su persedendum esset in executione, vt per Grat. lib. 2. resp. 118. ad fin. vbi concordã.

78 Cęterum † aduertendum est; quia non videtur verum, quod debeat retardari executio, quando exceptio opposita requirit altiorẽ indaginẽ; sed solum si incontinenti de oppositis doceatur, secundũ Bar. & eundem Alex. Ias. Rip. & alios. in d. §. condemnatum. & ita eos ad hoc allegando sequitur Grat. lib. 1. resp. 34. nu. 11. & idem voluit Paul. de Cast. in l. 1. C. de in integ. resti. post Corn. in consi. 208. vol. 3. Rom. in consi. 76. nu. 7. & consi. 323. nu. 4. & propterea, si exceptio pateret ex inspectione instrumenti, retardaretur executio; alias secus, vt tangit Corne. in cons. 4. col. pen.

79 in fi. vol. 2. & pro hac parte facit; q̃a † q̃n exceptio requirit altiorẽ indaginẽ, reseruatur in fine litis, vt per oẽs in c. cũ cõtingat. de offi. deleg. & in l. apud Iulianũ. §. si de testamento. ad Trebel. & in l. ait ꝑtor. la 2. de iureiu. Accedat etiã, quod executionis natura est, vt non admittantur exceptiones, vel probationes ad illam impedien. nisi quæ incontinenti probarentur, & illę, quę sunt notoriæ, & euidentes, vt not. in l. a diuo Pio. de re iud. & per Grat. lib. 2. resp. 12. nu. 5. nam hmõdi exceptiones nõ intelligunẽ exclusæ, vt ꝑ Bal. in l. 1. C. ne licea. tert. prouo. & Alex. in cons. 77. vol. 2. Et istã quoq; opinionẽ ꝑfunctorie tangendo, sentit Gozad. in cons. 93. col. 2. vbi allegat gl. & Doc. in l. 2. C. de edi. diui Adri. tollen. & cõfirmari põt ex his, q̃ scribit Feli. ĩ c. inter ceteras. col. antepẽ. ver. secũda declaratio, & ver. tertia declaratio. de re iud. vbi dr̃, ꝙ exceptio opposita, quę resultat ex partis cõfessione, non hẽt impedire executionẽ, q̃n non est clara, sed recipit aliquam disputationem vel dubitationem. & ita ego teneo. Concordãdo tamẽ opi. põt dici, ꝙ prima opi. sit intelligẽda q̃n opponitur exceptio per minorem, vel fauore ipsius, veluti restitutionis in integrum: nã quamuis talis restitutio requirat altiorẽ disceptationẽ, & inuestigationẽ, tñ retardat ipsam executionem, & ita tradit Imol. Alex. & Ias. nu. 26. in d. l. 4. §. condẽnatum. de re iud. quos sequitur Paris. consil. 100. nu. 81. vol. 1. per Abbat. in c. sucitata. de resti. in integr. & Affli. decis. 356. q̃ decis. Paris. allegat, & hoc fauore speciali minoris; secus in alijs personis, in quibus, põt ꝓcedere secũda opinio. cogitabis tñ

80 Et interim † adde hanc limitationẽ esse intelligendam, dumtamen super dicta exceptione nõ fuerit alias cognitum, & disceptatũ; quia antea fuerit opposita; nam quãuis incontinenti probaretur, non esset admittenda, ad effectũ retardandi executionẽ, iuxta Gl. in l. Nesennius. §. fin. de re iudica. Bar. in l. ex diuerso. §. fi. solut. matr. Ias. in l. 1. col. pen. ver. secundo limita. C. d' iuris, & fact. ignor. & tradit Abba. in c. de cetero. col. 3. & 4. in tertio membro principali. de re iud.

81 Octauo † limi. procedere, & habere locum nostrum priuilegium, q̃n solum imploratur officium iudicis; secus si intentaretur actio; quia tunc requireretur libellus, & oĩs alius ordo iudiciarius. & ita declarat Bar. in l. intra. de re iud. & sequitur Ias. in d. l. 2. post nu. 20. de iurẹiu. Et huius dicti ratio est; quia q̃n intentaẽ actio, tũc dr̃ iudiciũ ordinariũ, & ideo dẽt lis contestari, & oẽ aliud fieri, quod in iudicio ordinario requiritur; sed quãdo imploratur officium iudicis ad executionem instrumenti obtinendũ, iudiciũ dr̃ extraordinariũ, vt habeẽ per Maran. in suo Specul. in decima distinctione. An aũt, si quis primo egisset via ordinaria, posset deinde ab ea recedendo, ad extraordinariã viã ꝓcedere, disputat pulcre idẽ Maran. in sua disputatione q̃nta, ad quã me remitto. Illud tamen notandum est, ꝙ q̃n duæ viæ executiuę cõpetunt ad idem; tunc vna electa, altera non censetur exclusa, secundum Bar. in l. consentaneum. col. fi. C. quomo. & quãdo iud. cum similibus congestis per Anto. de Gabrie. in ti. de actio. conclus. 4. nu. 9. vbi post Roma. ab eo allegatum loquitur in arbi-

in arbitro, cui duæ viæ executiuè competebant.

82 Nono † limita. nisi iurm̃ esset interpositum super contractu simulato; quia nihil valet, scd̃m Gl. in l. emptione. in Glo. 1. in fi. C. plus vale. quod agi. quam Bald. & alij sequuntur. & latius prosequitur Ias. in d. l. 2. col. pen. ad fi. de iureiur. & vult etiam Corn in cons. 121. colu. 3. post literam B. vol. 2. tu aũt aduerte; q̃a ista limitatio nõ est vera, & in contrarium se habet magis cõmunis opi. vt patet ex his, quæ scripsi in quinquagesimonono priuilegio. neq; hoc contrariatur his, quæ dixi supra in tertia ampliatione; immo cum illis congruit; q̃a licet contractus simulatus nõ habeat paratam executionem, tñ illud ꝓcedit, quando de simulatione cõstat ꝑ inspectionem instrumenti: vt q̃a sit cõfectum inter personas suspectas. Et q̃uis ibi concluserim contrarium in instrumento confessionis dotis factæ q̃ maritũ: tamen illud est ꝑꝑ iurm̃, quod quantum ad præiudiciũ mariti iurantis excludit simulationem, & probat veritatem numerationis dotis, vt ibi dixi. Vbi ergo de simulatione non constat ex lectura instrumenti, quamuis re vera sit simulatum: tamen propter iurm̃ habebit paratam executionem; quia de simulatione non potest incontinenti doceri. & ita concludo circa istam limi.

Decimo limita. vt procedat, & locum habeat, quãdo petens executionem instrumenti adimpleuit pro parte sua; alias non esset exequendum, etiam si ex forma statuti non posset obijci aliqua exceptio, vt per Bal. in l. si ex prædiis. C. de euictio. quem refert, & sequitur Corne. in cons. 79. col. 4. ver. & qui vult agere. volum. 1. & cons. 297. col. 1. vol. 3.

83 Vndecimo † limita. vt procedat, nisi aliàs instrumentum esset offuscatum secundum Bal. in l. 2. C. de excep. rei iudi. & in l. 1. de lega. 2. inferendo propterea, ꝙ si pater fecerit diuisionem cum filijs, & nepotibus de rebus profectitijs, & fuerit factum instrumentum, iuratum, vel quarentigiatum, quòd super tali instrumento in huiusmodi casu poterit peti compromissum; quia res non est omnino clara. Grat. lib. 2. respon. 155. post num. 17. & latius prosequitur Blanc. in suo tracta. de compromis. quæst. 4. nu. 5. ver. ex instrumento quarentigiato.

84 Duodecimo † limita. non habere locũ, quãdo iurm̃ fuisset pręstitum ꝑ personam contrahentem, aliàs inhabilem; quia quãuis contra instrumentum nulla posit opponi exceptio, tamen resultans ex inhabilitate personæ semper opponi põt. ita probat tex. quẽ ad hoc not. Ias. in l. tutor. in secundo notabi. de iureiuran. Bald. in l. pen. col. pen. & in rub. C. qui accus. non poss. Ang. in l. 2. §. prætor ait. qui satisd. cogan. idem Ias. in l. 1. §. si quis ita. col. fi. de verb. obl. & in l. 1. §. nunciatio. col. 5. de noui oper. nunc. Maria. Socin. in Clem. 1. de sequest. poss. sequit̃ Nat. ĩ ɔs. 600. post nu. 21.

85 † Et ideo si ageret excommunicatus, petendo executionem instrumenti iurati, obstaret sibi exceptio excommunicationis. Bar. in l. 1. §. deniq;. quod vi aut clam. Sali. in l. ita nobĩs cordi pudor C. de adul. Gl. in cap. ex insinuatione. quam singularem dicit Io. And. in c. fi. de ord. cogni.

86 Decimo tertio † limi. vt non procedat, quando instrumentum esset cõditionale; quia tunc non habet paratam executionem; ex quo ante diem agi non potest. l. cedere diem. de verb. signifi. tradit Alex. in cons. 119. col. 2. vers. sed ita est. vol. 1. Corne. in cons. 112. col. 2. in litera D. vol. 1. & cons. 223. in princ. vol. 2. & propterea idẽ Corne. in cons. 132. col. 1. volum. 4. dixit, quòd instrumentum dotale, in quo ꝓmittitur restitutio dotis soluto matrimonio, non poterit mandari executioni vigore quarentigiæ, vel iuramenti in eo cõtenti, nisi prius probato ꝙ fuerit purificata conditio, id est, solutum matrimonium: quod est notandum; quia sæpe contingit in facto. facit ad idem pro hac limi. quod voluit Rui. in cons. 177. num. 8. vol. 1. vbi dr̃, quòd debitor conditionalis pendente conditione non potest carcerari, & consequenter nec exequi instrumentum, propter

propter conditionem. Ad idem quoque facit, quod scribit pulcre Gra. libr. 2. respon. 155. nume. 19. vbi dicitur, quod quamuis in aliquo casu vltima voluntas paratam habeat executionem, cum regulariter contra, vt per Corne. in consil. 132. colum. 2. volum. 4. tamen non procedit, quando dispositio habet in se conditionem; quia nec in illo casu eam habebit, vt in legato conditionali scribit idem Grat. eod. lib. respon. 13. nume. 19. & ibi concordan.

Decimo quarto limita. vt procedat in instrumentis iuratis sicut dictum est; secus in imbreuiatura notarij, quæ quamuis iurata, non habet paratam executionem, licet producatur in iudicio, ex quo non facit fidem: vt habetur per Guid. Papæ quæstio. 19. quod tamen intellige verum, nisi alias consuetudo vel stylus curiæ se haberet in contrarium; quia tunc illud seruandum esset vt per Corn. in cons. 73. volum. 2.

87 Vltimo † declara & intellige quod quamuis nulla possit opponi exceptio contra instrumentum iuratum, vel cum quarentigia, vel alias habens paratam executionem: tamen, si fuerit exequendum contra fideiussorem, vel correum, poterit opponi exceptio cedendarum; quia numquam intelligitur sublata exceptio, quæ descendit ex ipsomet instrumento, prout est exceptio cedendarum, secundum Barto. in l. eum qui ita. §. qui ita. de verbor. obligatio. & in l. ex prædijs. C. de euictio. sequitur Roman. in consi. 472. colum. 2. versic. duo tamen sunt, quæ refragantur. Et in huiusmodi casu talis exceptio non dicitur proprie impedire executionem; sed potius illam modificare; quod fieri potest secundum eum, per tex. in l. Nesennius. §. fi. de re iud. in l. ex diuerso. §. fi. solut. matri. & in l. fideiussores. §. idem respondit. de fideiussor.

SVMMARIVM.

1 *Testes non rogati regulariter non probant.*
2 *testes in dubio præsumuntur non rogati.*
3 *Limit. quando interuenit iuramentum.*

PRIVILEGIVM LXXVIII.

1 Septuagesimum octauũ priuilegium est; quia tu scis, quod † testes regulariter, vt probent, debent esse rogati: vt patet in testamentis. l. hæredes palam. §. in testamentis. de testam. l. hac consultissima. in prin. C. eod. Auten. rogati. C. de testi. Corne. in consi. 68. vol. 1. cõs. 95. col. 3. vol. 2. cõs. 148. col. 2. cõs. 176. in fi. cõsi. 226. & cõsi. 308. vol. 3. & alibi sæpe in eius consilijs. quod ét voluit Ro. in consi. 306. vbi hoc extendit etiam procedere in testamento condito ad pias causas. an recte ipse viderit considera; quia Capra, post alios ab eo relatos voluit contrarium, vt patet in eius cons. 94. & Corn. in consi. 278. col. pen. post princip. vol. 1. consi. 215. ad fi. vol. 2. & consi. 309. volum. 4. vbi dicit hanc esse communem opinio.

2 Et in dubio † testes non præsumuntur rogati, vt per Bar. & alios in l. sciendum. de verbor. oblig. Aret. in consi. 13. nume. 3. Port. Insti. de testam. circa fi. & Boer. decis. 34. Et ista est communis opin. de qua per Viui. in ver. testes tam in testamento,

3 &c. † Tamen, quando testes iurauerunt, ex priuilegio ipsius iuramenti præsumuntur rogati; dum tamen de ipso iuramento constet, vt per Brun. in tract. de form. & sollemnitat. conclusio. 14. & Alci. in suo tracta. præsumptio. reg. 3. præsumpti. 13. nu. 4. Et videtur esse ratio; quia iuramentum supplet defectum sollemnitatis, secũdum Bar. in l. si quis pro eo. colum. fi. ver. octauo prohibetur. de fideius. & dicam in priui. 129. Iuramentum ergo operatur, quòd testes præsumantur rogati. Rogare autem testes nihil aliud est, quam eos requirere, vt adsint actui celebrando, vt habetur pulcre per Corne. in consi. 259. col. 3. volum. 4. & consi. 309. in princ. eo. vol. nam si fortuiti, vel casu interfuerint, rogati non dicuntur: & ideo probare non solent.

lēt. Ideo autem rogatio in testibus requiritur, vt ipsis maior fides adhibeatur, etiā si alias essent minus fide digni: vt in Auctent. de testi. §. & licet dudum. & ibi Glo. in ver. renouamus. & Glo. in l. inuiti. de testi. & habetur per Corne. in consi. 172. in fi. volum. 2. Et rogari possunt non solū a partibus; sed etiam a notario: vt de primo est tex. in d. Auctent. de testi. §. neque igitur; & ibi Glo. in ver. exigimus. & de secundo scribit Corne. in consi. 304. colu. 2. volum. 1. Cessat autem hoc nostrum priuileg. in omnibus illis casibus, in quibus rogati testes non requiruntur, vt in testamentis ad pias causas, vt supra dictū fuit: item in testamento inter liberos, vt per Guid. Pap. q. 538. quinimmo in testamento inter liberos non sunt necessarij testes, secundum Corne. in consi. 118. volum. 3. & in consi. 307. eod. volum. nam valet nō quasi testamentum, sed vt quasi voluntas vltima: vt per Guid. Pap. in d. q. 538. & denique in alijs multis, in quibus rogatio testium non est necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum tollit ipso iure naturalem obligationem.*

2 *Iuramentum deferens videtur fateri verum, quod per ipsum iurantem affirmabitur.*

3 *Iuramentum suppletorium non tollit obligationem.*

4 *Obligatus naturaliter, si soluat etiam per errorem, repetere non potest.*

PRIVILEGIVM LXXIX.

1 SEptuagesimum nonum priuilegium est; quia † iuramentum tollit ipso iure naturalem obligationē. l. Sticum. §. naturalis. de solut. l. iusiurandum. la 3. & ibi Glo. de iureiur. & hoc procedit in iuramēto voluntario, quod defertur a parte parti, quia in tali iuramento inest consensus ipsarum partiū:
2 nam † deferendo videtur fateri, si per aduersarium iuretur verum esse, quod iuratum fuerit, vt declarat Bar. in l. 2. & in l. qui iurasse. §. fi. de iureiuran. & in d. §. naturalis. Et ista est ratio, cur iuramentum dicatur maiorem habere auctoritatem, quam res iudicata, vt dicit Glo. in d. l. 2. quia, scilicet, sententia non tollit obligationem naturalem ipso iure, vt l. Iulianus. de condi. indebi. procedit ergo in iuramē
3 to voluntario. Et ex hoc noto, † quod iuramentum suppletorium, ex quo defertur a iudice, non tollit istam naturalem obligationem. & ita declarat Alex. in d. l. 2. de iureiuran. & hoc est maxime vtile; quia quando non tollitur ipso iure, sed ope ex-
4 ceptionis eliditur; † tunc soluens per errorem iuris, vel facti minus probabilis, repetere non potest, impediente naturali obligatione. l. naturaliter. & l. indebitum. §. libertus. vbi Bar. de condi. inde. l. frater a fratre. & l. Iulianus. & l. iudex eod. ti. & de errore iuris est tex. in l. error. C. ad leg. Falc. item de errore facti est tex. in l. regula. §. sed facti. & l. nec supina. de iuris & facti igno. Quia ergo per iuramentum tollitur ipso iure, quocūque errore quis soluerit, repetere potest. l. si non sortem. §. indebitum. de condi. indeb. & l. si quis iurasset. eo. tit. de qua autem obligatione sit intelligendum, cum sit multiplex obligatio naturalis, habetur per Barto. & alios, Insti. de oblig. super rubri. & per eundem Barto. & alios in l. ex hoc iure. de iusti. & iur. vbi de hoc agitur. Et de huiusmodi priuilegio tradit aliquid Paul. de Cast. in l. fina. per illum Tex. in princ. de iureiurā. vbi etiam subdit, quòd in dubio præsumitur iuratum in rem, & non in personam: quod est vtile fideiussori, qui accesserit naturaliter obligato, ex quo per tale iuramentum ipse quoque videtur liberan. vt habetur. in l. duobus. §. 1. de iureiuran. & l. fi. eo. ti. facit quoque mentionem de hoc nostro priuilegio Ias. in §. item si quis postulante. col. 1. num. 6. Insti. de action. vbi subdit, quòd iuramentum est quasi contractus. l. depositi. §. 1. de pecu. quem tex. ibi Bald. ad hoc not. dicens alibi melius

non

non probari, quòd per iusiurandum quasi contrahitur. de quo nos alibi dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim nouationis.*
2 *Nouatio quando fieri intelligatur.*
3 *Iuramentum confirmatorium non habet vim nouationis.*
4 *Iuramentum habet vim delegationis. & ini- bi quomodo fiat delegatio.*

PRIVILEGIVM LXXX.

Octuagesimum priuilegium
1 est: † qm̃ iuramentũ habet vim nouationis; non tamen est proprie nouatio, nisi, vt infra dicam. ita probatur in l. qui iurasse. vbi Bar. Paul. de Cast. Alex. & Ias. de iureiur. post Glo. ibi in fi. illius legis. in versi. quia proficiscitur. vbi declarat, quod si iuramentum defertur actori;
2 tunc † non dr̃ fieri nouatio priuatiue, vt. s. ipse actor intelligatr̃ priuatus prima actione, & ꝙ competat noua, prout de natura nouationis proprie sumptę, de qua loquũtur ti. de nouatio. in Digestis, & Codice. sed dicit Glo. quod fit nouatio; quia vltra primam actionem datur quoque actio ex iuramẽto, quę dicitur in factum, & sic videtur facta nouatio cumulatiue: re vera tamen nõ est proprie nouatio, sed alia actio cumulata, iuxta notata per Barto. in l. 1. §. hæc actio. si quis testam. lib. es. iuss. fueri. & per omnes Doct. in l. ita stipulatus. de ver. oblig. si vero iuramentum defertur reo; tũc videtur proprie nouatio; quia per iusiurandum tollitur obligatio. l. Stichum. §. naturalis. de solutio. & dixi in præcedenti priuile. Et hoc nostrum priuilegium est verum, & procedit solum in iuramento
3 iudiciali, & litis decisiuo: † secus est in iuramento confirmatorio contractus, quia non habet vim nouationis. ita declarat Ias. in l. si pecuniam. col. 8. de condi. caus. da. Dec. in cap. 1. col. 20. de iud. quos ibi sequitur Rip. col. 25. nu. 59. & in l. si insulam. col. 17. post nu. 90. de verbor. obligat. & quia delegatio species est nouationis. §. præterea. Insti. quibus mod. tollit. oblig.
4 dicitur quod iuramẽtum habet vim quoque delegationis, vt in d. l. qui iurasse. §. fi. de iureiur. expresse inquit tex. quod etiam obseruauit Anto. de Petr. in repeti. l. 1. nu. 189. ver. decimus sextus effectus. de iureiuran. & talis delegatio fieri non potest, nisi consentiente debitore, vt l. 1. C. de noua. Et aduertendum est, ꝙ non sufficit debitorem delegatum consentire; sed oportet, quod promittat expresse, vt debitor delegantis: nec sufficeret, quod simpliciter promitteret, secundum Glos. in l. quamuis. §. si mulier. el 2. ad Velleia. & Alba. in consil. 2. nume. 13. vbi adducit concordan.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim solutionis.*
2 *Fideiussor, vt agere possit contra principalem debet probare se soluisse.*
3 *Instrumentum probat solum confessionem creditoris, & sufficit, vt fideiussor agere possit actione mandati contra principalem debitorem, vt nu. 4.*
5 *Obligatio antidoralis plures effectus operatur, vbi remissiue.*
6 *Instrumentum probat veram solutionem.*

PRIVILEGIVM LXXXI.

Octuagesimum primum pri-
1 uilegium est; quia † iuramẽtum loco solutionis cedit, vt expresse inquit tex. in l. iusiurandum. la 3. de iurei. Barto. in suis quęst. nume. 5. Ange. Instit. quib. mod. tolli. obli. §. item per acceptilationem. Ias. in §. item si quis postulante. col. j. n. 8. d̃ act. Anc. de Petr. ĩ repe. l. 1. ver. decimusquartus effectus. num. 186. de iureiuran. & ideo iuramentum fideiussoris prodest etiam principaliter obligato, vt l. duobus. §. 1. de iureiu. ꝙ est verũ, si in rem conceptum fuerit, vt ibi habetur. Dicitur autem loco solutionis cedere; quia nõ est

vera

vera solutio.& ex hoc infertur per Glo.in
2 d.§.1.in ver.solutionis.† quod fideiussor non poterit agere actione mandati contra principalem; quia ad hoc vt contra ipsum agere posit, requiritur vera solutio, vt ibi not.per Bar.& idem tradit Paul.de Cast.in l.qui debitorem.de fideiussoribus. & cum prædictis transit simpliciter Ias.in d.§.item si quis postulante.& pro istorum opi.videtur in primis facere tex. quamuis alij nihil dicant in l. si vero non remunerandi in princi.manda.quatenus ibi dicitur,quod fideiussor,cui actio remissa fuit, mandati actionē contra principalem non hēt, vt ab eo quidquam petere posit: qđ non vř aliunde procedere,nisi quia nō vere soluit;sed remissa sibi actio fuit.& ꝙ necesse sit fideiussorem soluere, antequā agere posit,probatur in l. indebitā. de cond. inde.a cōtrario sensu inibi,agit; qa soluit aliàs non acturus, si non soluisset. In contrarium stringit fortiter tex. in l.inter cās. §.abesse.mandati. ibi, si is qui fideiussori. vbi creditor volens donare fideiussori, liberauit proprium debitorem,qui erat creditor sui fideiussoris.inquit ibi tex. quod continuo aget fideiussor mandati. Et sic quamuis ibi non sit vera solutio, ex quo vere non soluit; quia fuit tantum liberatus; agit tamen actione mandati, & repetit à principali debitore, pro quo fideiussor intercesit. Secundo in contrarium facit; quia habens instrumentum confesionis a principali creditore, in quo confitetur se satisfactum a fideiussore, agit contra principalem. Et tamen
3 illa non est vera solutio; † quia instrumētum solum probat confesionem creditoris. Glos. & Doctor. in l. si non singuli. C. de non nume. pecu. Barto. in consil. 160, Affli. decis. 94. Doctor. in d.l.duobus. in princip. vbi Ias. dicit esse communem opi. de iureiuran. Cum itaque per instrumentum probetur solum confesio, & non vera solutio; & tamen agat contra principalem illud habens, pari ratione poterit agere is, qui iurauit, cum iuramentum habeat vim confesionis, vt
4 alibi dicemus. † Et quod satis sit probare solutionem per creditoris confesionem, quia fateatur se esse satisfactum, volunt Alexan.& Moderni.in d.l.duobus.§ 1.vbi allegant Bar.in d.cons.160.idem Alexan. in consi.25.volum.2.& consi.123. volu.6. Affli.decis.91.& d.decis.94.& Dec.in cōsil.393. colum. 1. quinimmo etiam agere potest,si caueat, quod a creditore non molestabitur, quamuis non soluerit, vt dixi sup. in priuilegio septuagesimo septimo. num.7. Circa primam difficultatem Glo. in d.l. si vero nō remunerandi. in ver.non acturū.cōcordando respondet,& dicit, ꝙ in eadem.l.si vero non remunerandi.ideo fideiusor nō agit mādati; qa ipsi fideiussori nihil abest; nec creditori quidquam abest:nihil enim accepit liberando fideiussorem, sed in d.versi.si is, qui fideiussori. ideo agit;quia ei qui creditor erat fideiussoris,adest, scilicet, liberatio.& ratio est prout ibi dicitur; quia nihil interest,vtrū nummos soluerit creditori, an eum liberauerit. Ista concordia videtur mihi potius in verbis consistere, quam in re:nā etiam in casu.l. si vero non remunerandi. principali debitori videtur adesse liberatio, contemplatione ipsius fideiussoris. item & creditori qui remisit actionē dicitur similiter aliquid adesse, nimirum antidoralis obligatio ob factam donationem,
5 † quæ effectus quamplures nō vtiq; cōtēnendos, parit: vt habetur per Ias. in l ex hoc iure.de iusti. & iur. & in l.si non sortem.§.libertus.de condicti.indeb.& ex cōsequenti dicitur etiam aliquid abesse fideiussori; q ad antidora remanet obligatus. Neq; hoc dico, vt putem ex hoc solo illi actionē mādati competere aduersus principalem debitorem;sed vt ostendam solutionem Glo.non esse simpliciter intelligēdam. Ea tamen pro vera præsupposita,applicando prædicta ad propositū nostrū, ideo dicitur, quod non agit fideiussor iurans actione mandati; quia vere nō soluit. & sic nihil vere adest principali creditori: oportet enim, vt creditor aliquid habeat adhoc, vt fideiussor contra principalem

debitorem agere posit. Item nec fideiussori abest; quia de suo nihil soluit. Cõcludo igitur, quod fideiussor, qui vere nõ soluit, nihil a principali debitore repetere
6 potest. Ad secundum respondetur, † quod quamuis instrumentum non sit solutio, probat tamen veram sollutionem, vel saltem interpretatiuam post lapsum triginta dierum, iuxta. l. in cõtractibus. §. sed quoniam. C. de non numera. pecu. sed per iuramentũ non solum nõ dicitur vere soluis; sed nec probatur solutio. & ita rñdet Bar. in d. consi. 160. Et quamuis loco solutionis cedat illud, procedit solum quo ad ipsum creditorem, qui detulit iuramẽtũ, & ipsum fideiussorem iurantem. & cum hac solutione, quæ fuit Gl. superius allegatæ in d. l. si vero non remunerandi. transeunt Bar. & alij. Ad illud autem, quod nos in cõtrarium scripsimus supra priuilegio. 77. nu. 7. respõdetur, quod procedit; quia debitori adest liberatio ipso iure, vel saltem quantum ad effectum, cum fideiussor cauerit, ꝙ in futurum non molestaretur; vel ibi principalis erat obligatus cum iuramento ipsi fideiussori: quo casu fideiussor exigere potest, ẽt si vere doceat se soluisse ex priuilegio iuramenti, quod obligauit principalem in duriorem causam, vt ibi dictum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim acceptilationis.*
2 *Acceptilatio est instar solutionis.*

PRIVILEGIVM LXXXII.

1 OCtuagesimum secundũ priuilegium est; † quia iuramẽtũ habet vim acceptilationis, vt ꝑ Ias. in §. itẽ si quis postulante. col. 1. nu. 9. Insti. de acti. & Ant. de Petru. in l. 1. versi. decimusquintus effectus. n. 118. de iureiurãdo allegãt tex. in l. iusiurãdũ la 3. eo ti. quatenus ibi dicitur, ꝙ iusiurandum loco solutionis cedit; nam hoc importat etiam ac-
2 ceptilationem; † quia acceptilatio instar quoque fictę solutionis habetur, vt ꝑ Bar. in l. ex duobus. in secunda quęsti. de duob. reis. & ideo pari modo dicitur, quod si creditor acceptum habuerit a fideiussore; ipse quidẽ fideiussor nihil petere potest, nisi remunerandi causa sibi acceptilatum fuerit: tunc enim aliquid abesse ab illo videtur. l. idemque. §. fin. cum. l. sequen. mã da. & scripsit quoq; Bart. in l. reos. in sexta quæst. de duob. reis. & faciunt dicta. in ꝑcedenti priuilegio.

SVMMARIVM.

1 *Minor dicitur de iure communi, qui nondum est ætatis 25. annorum.*
2 *Iuramentum repræsentat eum, qui minor est, tamquam maiorem.*
3 *Iuramentum aßertorium an minorem repræsentet maiorem & validet contractum inualidũ ratione defectus ætatis.*
4 *Iuramentum aßertorium, tactis scripturis, an validet contractum minoris, inualidum alio respectu, quàm ex defectu ætatis.*
5 *Iuramentum tactis scripturis præstitum facit præsumptionem iuris, & de iure.*
6 *Actus non operatur vltra intentionem agentis*
7 *Statutum quo disponitur aliquem esse maiorẽ si decimumoctauum annum exceßerit, non impedit, quominus data læsione, posit peti in integrum restitutio.*
8 *Iuramentum promißorium an faciat seu repræsentet de minore maiorem.*
9 *Paria sunt maiorem esse vel minorem; sed minoritatis beneficio vti non posse.*
10 *Causa limitata producit limitatum effectum.*
11 *Renũcians vni iuri nõ censetur alii renũciare.*
12 *Renunciatio est stricti iuris.*
13 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
14 *Iuramentum confirmatorium an repræsentet minorem, vt maiorem,*
15 *Dispositio, quæ potest ad plura adaptari, debet ad casum magis expedibilem.*
16 *Iuramentum simpliciter præstitum, simpliciter est intelligendum.*
17 *Dispositio generalis numquam refertur ad defectum personæ.*
18 *Clausula, Supplentes omnes defectus, non supplet defectum personæ.*

Prin-

19 *Princeps defectum citationis supplere non potest.*

20 *Principis præsentia supplet defectus sollemnitatis.*

21 *Clausula quod obstantiæ supplicantis habeantur pro expreßis in toto, vel in parte, non tollit inhabilitatem personæ.*

22 *Statutum disponens, quod debitores debeant carcerari, non comprehendit minores.*

23 *Statutum disponens, quod contra instrumentũ confeßionatum nulla poßit opponi exceptio, non comprehendit exceptionem resultantem ex inhabilitate personæ.*

24 *Pupillus proximus pubertati obligatur iuramento.*

25 *Iuramentum impuberibus non esse deferendũ, quomodo intelligatur.*

26 *Iuramentum obligat vniuersitatem, & repræsentatur maior.*

27 *Vniuersitas non efficitur periura.*

28 *Vniuersitas non potest excommunicari.*

29 *Vniuersitas potest præscribere, etiam cum mala fide.*

30 *Denunciatio euangelica fieri non potest contra vniuersitatem.*

31 *Iuramentum minoris repræsentat eum maiorẽ, etiam in quasi contractu.*

32 *Quod procedit, etiam si non fuerit interpositũ decretum, & statutum prohiberet minorem obligari.*

33 *Item procedit in distractu.*

34 *Pœna inducta per l si quis maior C. de transactionibus; non habent locum in minore, repræsentato maiore per iuramentum.*

35 *Minor non repræsentatur maior in iudicialibus.*

36 *Sollemnitas iudiciorum, & ipsa iudicia sunt publici iuris.*

37 *Minore alienante ex prouisione patris, non est opus decreto iudicis.*

38 *Minor ætas in causis specialibus non attenditur.*

39 *Minor potest esse in iudicio coram arbitro, & arbitratore.*

40 *Minor mediante procuratore ab eo constituto cum iuramento, valide agit, & defenditur in iudicio.*

41 *Minor iurans non venire contra processum non habet restitutionem in integrum.*

42 *Minor in iudicio regulariter interuenire non potest.*

43 *Iuramentum minoris supplet solum defectum ætatis, non alios defectus.*

44 *Iuramentum vnum plures defectus supplere non potest.*

45 *Dispẽsatio difficilius conceditur a iure propter duplicẽ defectum, quam per vnũ tantum.*

46 *Absolutio requiritur pro omni iuramento, nec sufficit vna tantum.*

47 *Dispositio quæ emanauit propter duas causas, vna sublata, remanet tamen dispositio.*

48 *Clausula derogatoria generalis, non tollit plures defectus obstantes.*

49 *Iuramentum suppletorium non defertur ei, qui patitur aliquem defectum.*

50 *Minor non venit contra contractum nullum, vel inualidum ratione sollemnitatis, quando est sibi vtilis, & proficuus.*

51 *Processus factus per minorem absque curatore, ad eius fauorem valet.*

52 *Contractus celebratus per Ecclesiam sine debitis sollemnitatibus, valet ad eius fauorem.*

53 *Minor solitus negotiari publice & palam, non potest venire contra suum contractum.*

54 *Actus facti in publico carent omni suspicione fraudis.*

55 *Tutor publice & palam potest cum pupillo contrahere.*

56 *Contractus aliàs illicitus, si sit solitus fieri, non reputatur illicitus.*

57 *Minor contrahens nomine alieno, non potest cõtra contractum venire.*

58 *Minor iurans non potest petere rescisionem cõtractus, si dicat læsum in pretio.*

59 *Iuramentum non obligat minorem errantem.*

60 *Dubitans non censetur renunciare.*

61 *Minor iurans venit contra contractum, quem fecit cum eo qui versatus est in turpitudine.*

62 *Frater qui pro sorore dotem debet marito verisimiliter consumpturo, nõ dicitur dedisse dotẽ.*

63 *Iuramentum extortum per dolum, & machinationem non obligat iurantem.*

64 *Et procedit siue adhibitus sit per notarium, siue per partem contrahentem.*

65 *Iuramentum præstitum a minore ex interuallo post contractum celebratum, an ipsum obliget.*

66 *Vsurarius si fecit testamentum non præstita cautione de restituen. vsuris, testamentum est nullum: sed reconualescit, si deinde per eũ vel per hæredes præstetur.*

67 *Iudicium nullum ex carentia actionis reconualidatur actione, & iure superueniente.*

68 *Iudicia sunt publici iuris.*

69 *Ratificatio, vt teneat, debet fieri ex certa sciẽtia, & habita notitia omnium contentorum*

PRIVILEGIVM LXXXIII.

Octuagesimū tertium priuilegium est omnium admirabilissimū, & (vt ita dixerī) stupēdissimū & vtilissimū; quia de illo saepe in curijs iudicantium tractari contingit: nam tu
1 scis,† quod de iure communi minor dicitur, qui nondum est aetatis vigintiquinque annorum, vt toto titul. de minor. vigintiquinque annis. & ab inde supra dicitur maior, & legitimae aetatis in negotijs peragendis. l. fin. C. de ijs, qui veni. eta. impetra. & l. cum filio. §. final. de legat. 3. & Corn. in consi. 108. col. 2. in littera C. vol.

2 vol.2.† Si igitur minor super aliquo contractu iurauerit huiusmodi iuramentum, repræsentat, illum de minore maiorem & validat contractum, aliàs inualidum ratione defectus minoris ętatis. ita notatur & habetur per omnes scribentes in Auct.sacramenta puberũ.C.si aduers.vendi.per Bar.late.in l.si quis pro eo.in prin. de fideius.facit tex.in c.vni.§. item sacramenta puberum.cum Glo.1. de pace iura.firman.Are.in l.duobus. §. item Pomponius.de iureiur.tradit quoque Ias.in d. Auctem.sacramenta puberum.colum.13. vers.aduerte.& in §.item si quis in fraudẽ col.1.num.10.ver.sexto.Insti.de actio.Felyn.in c.cum sit generale.colu.6.in fi. vers. intelligo dupliciter.de foro comp.Decis. Tholo.45.ad fi.Guido Pap.decis.35. Batier.in suo tract.de virtu.iura.nu.59.Christopho.Castelli.in cons.24.nu.57.Cur.iu. in cons.18.col.3.nu.4.& cons.119. Sozi. iun.in cons.3 num.26.vol.2.Corn. in cõsil.191.in prin.vol.2.& consi.72. in princip.volum.3.vbi testatur de communi.& subdit referendo Paul.de Castr.quod istã opin.totus mundus obseruat.Et quoniam Docto.in hac materia, quæ difficilis est, & periculosa ratione iuramenti, vt inquit Ruin.in consi 135 colum.3.num.7.volu. 1.confuse admodum, & vario modo locuti sunt;ideo ego planius super eadem procedendo,subijciam veras,& communes conclusiones, vt plena omnium, quæ per Doctores scribuntur, cognitio habeatur.

3 Et veniendo ad rem ipsam, † quæro in primis an huiusmodi priuilegium procedat per omnia in iuramento assertorio, vt,scilicet,iurans se esse maiorem, repræsentetur maior, & validetur contractus, inualidus ratione minoris ętatis? Et circa istam quæstionem aduertendum est, quod iuramentum assertorium dupliciter præstari potest,videlicet, verbo tenus tantum,& manibus tactis scripturis, iuxta tex.in l.3.q̃ incipit,si alterius.C.si minse maio.dix.Si ergo iuramentum præstatur verbis tantũ; tũc solum repręsentatur maior, licet posit probari contrarium p instrumentum publicum: non tamen tale iuramentum dicitur validare contractum ex quo probata minori ętate, ita iurans contra illum venire potest vt habetur in d.l.3. Sed si minor iurat manibus tactis scripturis;tunc tale iuramentum non solum repræsentat illum tamquam maiorẽ; sed etiam validat contractum,aliàs inualidum ratione defectus minoris ętatis; quia cum nullo modo de minori ætate doceri posit,neque per testes, neque per instrumenta,dato quod esset alias inualidus dicto respectu;cum tamen de inualiditate doceri non posit, perinde est ac si validus esset.l. qui habebat. de manumis. testamen.idem si per dolum iuraret se maiorem; quia quamuis esset minor; tamen denegaretur ei beneficium restitutionis in integrum vt habetur in d.l.3. & tradit Ruin in consi.194.colu.2.num.7.volu.1. Quinimmo,si iurans tactis scripturis vellet se probare minorem, suo mendacio videretur puniendus,secundnm Roman. in consilio 12. Et quod in tali casu validetur etiam contractus, alias inualidus respectu minoris ætatis, habetur per Ancharan.in consilio 226.Paul.de Castr. in consilio 53.columna prima, in fine volumine.2.Sozi. in consi.66. columna 8. numero 28.volum.1.Affli.decis 393.Grat. lib.1.respon.46.in princ.& Cagno.in l. si quis maior.nu.42.C.de transa.nam in dictis locis dicunt vsque adeo verum esse, vt repræsentetur maior, quod nullo modo potest probari contrarium: ergo consequenter dicitur validare contractum, arg.d.l.qui habebat.

4 † Sed circa huiusmodi iuramentum assertorium, tactis manu scripturis præstitum, maius dubium est, an habeat validare contractum inualidũ alio respectu,quam minoris ætatis: veluti quia non fuerint adhibitæ sollemnitates a iure communi, vel municipali requisitæ: In hoc dubio varię sunt Doctorum sententię:nam Gloss.in d l.3. in versiculo sacramenti. quam ibi sequitur Cyn. in vlti.oppo.& Paul. de Cast. dicit nõ validare cõtractũ; quia huiusmodi iuramẽtũ

non tendit ad obligandum seu confirmandum obligationem inualidam ex contractu resultantem. idem voluit Io. And. in addi. Specula. in ti. de sentẽ. §. vt autem & in ti. de resti. in integr. §. secundo. sed solũ impedit beneficium restitutionis in integrum, quod datur minoribus. vt l. 1. & toto titu. de in integr. resti. min. & dicam infra in priuilegio 96. Istam quoque opinionem tenet Paul. de Castr. in d. consil. 53. colum. 2. in medio versic. quis forte. vol. 2. Roma. in d. consil. 12. Cremen. in notab. 162. Marsil. in singu. 299. Sozi. in consil. 61. nume. 5. & in consi. 66. volum. 1. Curt. iun. in consi. 188. & consi. seq. Gram. decis. 12. cũ alijs allegatis per Petrũ Beninten. conclus. Bononien. 47. vbi testatur de magis cõmuni. Idem quoq; firmat Rimi. iun. Insti. quib. alie. li. vel non. §. 2. nu. 27. vbi ẽt respondet quibusdam considerationibus, quæ fiebant in contrarium. Verumtamen contrariam partem, quod immo habeat validare cõtractum inualidum alio respectu, quam minoris ætatis, allegatur Barto. Bal. Paul. de Cast. Ang. & alij in d l. 3. C. si minor se maio. dixe. per illum tex. ibi Nullum tibi superesse auxiliũ. idem quoque tenet Corne. in consi. 191. volum. 2. & consi. 121. in fin. vol. 3. Rui. in consi. 103. nu. 12. vol. 4. Affli. decis. 393. nu. 13. late etiam istam opinionem prosequendo confirmat Grat. lib. 1. respo. 46. vbi propterea dicit, quod statutum loquens de iuramento tactis scripturis, non comprehendit iuramentum simpliciter. idem latissime cõprobat Paris. in consi. 97. nume. 32. volu. 1. vbi testatur Doctor. ita communiter tenere. Et istius opinionis ratio videtur es-
5 se; † quia iuramentum taliter præstitum facit præsumptionem iuris, & de iure, vt dicit Bald. in d. l. 3. & quia etiam præsumitur præstitum cum maiori deliberatione, quam si iuratum fuisset per Deum, vt dixi in priuilegio 77. nume. 33. & tradit quoque Glo. in §. item sacramenta puberum. in glo. 1. post princ. de pace iuram. fir. Sed his minime obstãtibus, cõcludo nõ esse recedendũ a priori opinione, quæ est magis communis, & firmatur validiore ratione. ex quo enim taliter iurans intelligit solũ asserere se esse maiorem, non potest operari obligationem, vel confirmationem;
6 † quia actus non operatur vltra agentis intentionem. l. obligationum substantia. de actio. & obli. l. non omnis. si cert. peta. in princip. & l. in traditionibus. de pact. Nec obstat tex. in d. l. 3. quia debet intelligi, vt nullum supersit iuranti auxilium, quantum ad effectum facultatis probandi minorem ætatem, vt deinde restituatur in integrum; quia illam nullo modo probare poterit, nec per testes, nec per instrumenta; aut alio quouis modo. Et hoc est, quod inquit, Nullum tibi superesse auxilium. & ita illum tex. intelligit, & declarat Sozi. iuni. in d. consi. 3. nume. 26. vol. 2. & sequitur Curt. iu. in d. cons. 118. nu. 5. & 9. & consi. seq. & suadetur ista interpretatio; q̃a cõgruit titulo sub quo dicta lex est posita. arg. tex. in §. fi. Insti. de vsu & habi. l. imperator. de in di. adie. & l. 2. de stat. hom. & pro hac opi. vltra supradicta satis benefacit Gl. & Bal. in l. 1. C. si de momen. poss. & idẽ Bal. in l. si captiui. C. de epis. & cleri. & sequitur Calca. in consi. 67. col. 3. in prin. vbi etiam allegat nota. in c. si annũ.
7 de iudi. in 6. in quibus locis volũt, q̃ † statutum quo disponitur, aliquem minorẽ esse legitimæ ætatis, veluti in decimo octauo anno, prout hodie cauetur Senis, non impedit, quominus, data læsionæ, possit peti in integrum restitutio. Nã videmus in simili, q̃ exceptio doli, qui ex enormi læsione præsumitur, competere põt, quamuis in integrum restitutio nõ competat, vt habetur per Rom. in consi. 90. col. 2. nume. 4. per reg. l. si contendat. de fideiussori. l. Aurelius. §. centum. de liberati. lega. & l. si finita. §. eleganter. de damno infect. vbi non habenti remedium ordinariũ idest actionem, datur vel exceptio, vel officium iudicis: quod est remedium extraordinarium. Cogitabam tamen istas opiniones concordari posse, distinguendo, quod aut agitur de validando contractu inualido respectu alicuius sollemnitatis adhibendæ in ipso contra-

contractu, simpliciter, nulla habita men-
tione minorum seu personarum contrahē
tium;& tūc procedat prima opinio; quia
iurans se maiorem nō cogitauit de vali-
dando ipsum contractum, alio respectu,
quàm minoris ætatis, inualidum, per su-
pradicta: aut agitur de validando contra-
ctu, inualido respectu sollemnitatis, non
adhibitæ in cōtractu minorum: & sic sta-
tutum seu lex expresse loquitur de sollem
nitatib. adhibendis in contractib. mino-
rū:& tunc, ex quo minor iurauit se maio-
rem, manib. tactis scripturis; & nullo mo-
do potest probare minorem ætatem, vt su
pradictum fuit, ideo intelligatur valida-
tus contractus; quia non potest probari, ꝙ
statutum prædictum loquatur in contra-
ctu minoris; ex quo, vt sæpe diximus, de
minori ætate doceri non potest. & proce-
dit secunda opinio. cogita tamen; quia nō
8 inuenio apud aliquem ita declaratū.† Se-
cundo quæro, an nostrum priuilegiū pro-
cedat per omnia in iuramento promisso-
rio seu obligatorio. ecce iurat minor in
contractu non contrauenire ratione mi-
noris ætatis; nam istud iuramentum esse
promissorium, non assertorium, manife-
stum est, vt legitur apud Corne. in consil.
236. col. pen. ver. nec obstat responsio. vol.
4. an repræsentetur maior, & validet con-
tractum inualidum ratione defectus mi-
noris ætatis? & dicendum est, quòd sic;
quia quamuis ita iurando videatur po-
tius se dicere minorem: tamen ex quo iu-
rat non contrauenire ratione minoris æta
tis, dicitur repræsentari maior: vt per Cor
ne. in consil. 236. proxime allegato. in d.
ver. nec obstat responsio. vbi dicit, quòd
tale iuramentum supplet defectum æta-
9 tis. † & Paria sunt maiorem esse, vel mi-
norem; sed minoritatis beneficio vti non
posse, argumen. text. in l. si in duobus §.
si tabulæ. quemadmodum testam. aper.
& l. in lege. de contrahen. empti. & ex
consequenti dicitur validare contra-
ctum, aliàs inualidum ratione minoris
ætatis; ex quo per iuramentum obligauit
se ad non petendum restitutionem in in-
tegrum: non tamen dicitur illum valida-
re, si fuerit nullus alio respectu: vt quia nō
interuenerint sollēnitates; vel quia fuerit
adhibitus dolus ex proposito; vel alio mo
do nullus: ex quo enim iurauit non con-
trauenire ratione minoris ætatis, manife-
ste sensit se velle posse contrauenire alio
10 respectu; † quia Limitata causa limitatum
effectum producit. l. in agris. de acqui. rer.
domi. l. 2. & l. si quis ex naufragio. de in-
cend. rui. & naufra. faciunt tradita per
Bart. in l. 2. num. 10. C. de rescind. vend.
vbi expresse vult, quòd si minor iurat non
venire contra venditionem ratione mino
ris ætatis, nō propterea perdit beneficium
d. l. 2. quod competit ratione enormis læ-
11 sionis, vt ibi latius per eum. † ad idem fa-
cit; quia quando quis habet plura iura, si
vni renunciat, alijs renunciasse non præ-
sumitur, vt notatur per Alexan. & alios in
l. suum hæredem. C. de iure deliberan.
Grat. lib. 1. respons. 4. num. 45. Crauet. qui
ita tenet in cons. 7. num. 6. Gramma. de-
cis. 12. num. 9. & decis. 101. num. 77. Huc
12 etiam pertinet, quia dicimus, † quòd Re-
nunciatio est stricti iuris, & in ea non ve-
niūt, nisi expressa. Rom. in cons. 168. Dec.
cons. 379. & cons. 618. Grat. lib. 1. resp. 17.
num. 46. vbi allegat tex. in l. si domus. de
13 seruitu. vrb. prædi. † & alibi dicimus, ꝙ
Inclusio vnius casus alterius inquam ca-
sus exclusionem operatur. l. cum prætor.
de iud. c. nonne. de præsum. sicut ex con-
trario Exclusio vnius inducit inclusio-
nem alterius, vt not. per Bal. in l. super chi
rographis. C. si cert. peta. & in Aucten. ex
testamento. C. de secund. nup. vbi ad hoc
adducit tex. in §. cum igitur in Aucten. de
non eligen. secund. nub. ibi Non est lex
quid tale dicens. Et ideo remouens vnum
in secundo contractu de pluribus, quæ in
primo continebantur, censetur reliquum
voluisse remanere, quod non apparet esse
remotum, vt p Grat. lib. 1. ref. 89. num. 11.
Et protestans nolle sibi præiudicium fie-
ri, quo ad vnā personam, intelligitur quo
ad alias renunciare. dixit Gozad. in consi-
lio 3. post num. 20. Et redeundo ad pro-

positum nostrum patet, ꝙ si iurans voluisset validare contractum, quo ad alias inualiditates, quàm minoris ętatis, hoc dixisset; sicut dixit de ętate. l. i. §. fin autem ad deficiẽtis. C. de caducis tollen. & Bar. in l. Cęsar. in fi. de publi. validat ergo contractum, quo ad inualiditatem resultantem ex defectu minoris ętatis, quia illius intuitu iurauit non contrauenire. Arbitror tamen, quòd habita absolutione à iuramento, & probata minori ętate, haberet restitutionem in integrum, nulla habita distinctione, an iurauerit manibus tactis scripturis, vel verbotenus tãtum; cum talis distinctio procedat solum in iuramẽto assertorio per d. l. si alterius. C. si minor se maio. dixer. Et ex his infero, ꝙ si minor in cõtrahendo iuraret non venire aduersus contractũ rõne enormis lęsionis, talis renũciatio non impediret beneficium restitutionis in integrũ, quod datur minoribus; quia per huiusmodi limitatum iurm respectu enormis lęsionis, non censetur renunciatum beneficio restitutionis, quod
14 competit minoribus per prædicta. † Tertio quæro, an priuilegium istud procedat in iuramento confirmatorio, quando minor simpliciter iurat confirmando contractum, & nihil dicit de minori ætate: de quo iuramento confirmatorio loquitur text. in d. Authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. & text. in cap. cum contingat. de iureiur. & in cap. licet mulieres. eod. tit. & in cap. quamuis. de pact. in sexto. & Docto. in dictis locis communiter concludunt minorem simpliciter iurantem repræsentari maiorem, & validare contractum aliàs inualidum ratione minoris ætatis. & ita etiam voluit Barto. in d. l. 2. colum. 3. & ibi Paul. de Cast. C. de rescin. vendi. cum aliis relatis per Rimin. iuni. Insti. quibus alie. lic. vel non. §. primo post num. 250. & pro hac opinio.
15 à qua nemo dissentit, benefacit; † quia quando dispositio potest ad plura adaptari, debet adaptari ad casum magis expedibilem, & necessarium. l. Gallus §. quidam recte. de liber. & posthum. l. cum ita, §. fi. & l. peto. §. fratre. de legat. 2. sed supplere defectum ætatis magis expedit, & magis quoque est necessarium ad validitatem actus, quia est maior defectus minoris ætatis, quàm sollemnitatis ommisio, cum hęc sit iuris ciuilis, & plerumque positiui; defectus vero ętatis sit iuris naturalis, vt de se patet. Contra istã Doctorum determinationem faciunt quamplura. & in primis ego considero, quòd minor iurans, seruare debet proprium iuramentum, nisi vergat in dispendium salutis ęternę; quamuis plura obstent, vt per Abb. in consi. 8. in secundo dubio, parte secunda: & dicam infra latius in hoc priui. nam ius vult illud seruari, prout religio. lege 1. C. de summa Trin. & fide Ca. Si ergo vult iuramentum seruari: ergo vult veritatem seruari, quę est de substantia iuramenti. cap. & si Christus. de iureiur. Si ergo vult seruari veritatem: ergo vult tollere fictionem, scilicet, quę est, vt minor repręsentetur maior: ergo consequenter iuramentum non erit referendum ad ętatem; quia sic esset inducere fictionem, quę non inducitur, nisi ęquitate suadente, & necessitate, vt habetur per Bar. & Doct. in l. si is,
26 qui pro emptore. de vsucapio. † Accedat, quòd istud iuramentum est simpliciter pręstitum: ergo simpliciter est intelligendum, vt per Grat. lib. 1. respon. 1. col. 3. ver. maturius vero. nu. 24. vnde non debet magis referri ad vnum, quam ad alterum, cum possit referri ad plura. l. nõ hoc. vnde cogna. l. neque natales. C. de probatio. Nec obstat, quòd debeat referri ad defectum ętatis, tanquam magis expedibilem, & necessarium; quia dico, ꝙ non procedit in casu isto; ex quo defectus ętatis est iuris naturalis, cui non videtur dispensatum, nisi expresse à contrahentibus dictum fuerit; & contrarium procedit in defectibus consideratis à iure ciuili positiuo: nam intelligitur prouisum & cogitatum de magis necessario. Tertio confirmatur; quia dico, ꝙ immo iurans simpliciter nõ intelligit supplere defectum ętatis; sed

ſed potius alios ex contractu reſultantes.
17 quod patet;quia numquam diſpoſitio generalis refertur ad defectum perſonæ; quia ſpecialitas maior eſt, & dicitur reſpectu perſonæ, quam cauſæ, vel alterius rei.l.1. de ſtat. homi. & per Dec.in conſi. 3.col.2.in princip.& hinc dicimus, quod
18 clauſula, † Supplentes omnes defectus, non ſupplet defectum perſonæ; ſed defectum ſollemnitatis non ſeruatæ, vt per Spec. in ti: de leg. §. nunc oſtendendum. verſi.18. Aret.in conſi.8.colum.2.verſi.tertio loco. Craue.in conſi.104.in prin.quod procedit etiã ſi defectus ſuppleatur ex certa ſcientia; quia adhuc non intelligitur de defectu perſonæ, ſecundum Ruin. in conſil. 41. colum. 8. nume. 20. & conſil. 175. colum.3.num.10.volum.1.quinimo, quod dictum eſt de defectu ſollemnitatis non ſeruatæ, intelligi debet de defectu procedente reſpectu iuris ciuilis, non autem iuris naturalis;veluti citationis, & ſimiliũ,vt per Marſi.in conſi.8. poſt nu.29.
19 & Dec.conſ.516.nu.13.† quia talem defectum, nec ipſe princeps ſupplere poteſt; ex quo eſſet tollere defenſionem, quæ eſt de iure naturali, vt per Rui. in conſi. 45. col.3.nu.11.vol.1.

Quarto ad idem facit; quia videmus,
20 quòd quamuis † præſentia principis ſoleat ſupplere defectus ſollemnitatis: tamen non dicitur ſupplere defectus inhabilitatis perſonarum, qui defectus non ſuppletur,etiam vbi Imperator,vel Papa actum confirmaret ſupplendo eius defectus, niſi defectum ætatis exprimeret: prout alios allegando ſcribit Corne. in conſil. 200. colum. 3.in fin.in littera Y.& col.ſeq. volum.1. Rurſus & quinto patet; quia vide-
21 mus, quod clauſula illa generalis, quæ ſolet in reſcriptis maxime beneficialibus inſeri, quod obſtantię, ſcilicet, oratoris ſeu ſuplicantis habeantur pro expresſis in toto; vel in parte, reſtringitur, vt non tollat inhabilitatem perſonæ: vt ſi quis eſſet illegitimus, vel minor, aut alium pateretur defectum, vt dicit Rota.in deciſ.112.in fi. in nouis.Glo.in Clem.ſi Romanus. de præben. Ancha. conſi. 20.Gozad.in conſ.2.col.7.in fin. & ſeq.vbi dicit, quod ſi narratum fuit in precibus quem eſſe filium naturalem, cum ſit ſpurius; legitimatio,tanquam; obreptitia, dicitur nulla,ẽt ſi in legitimatione fuerit appoſita clauſula,Non obſtante.allegat.tex. in §.fi. in Auctẽ.quib.mod.natu.effi.ſui.quinimmo ſubdit,quod non intelligeretur purgatum illud vitium ſpurietatis, quamuis dictum fuiſſet, quod præmiſſa procederent,etiam ſi paterentur alium quemcumque defectum. quod & tangit in conſil.6. columna 3. in princip.& conſi. 85. colu. 2.alias ſequeretur abſurdum, quod inhabiles admitterentur: quod non eſt dicendum, præſertim in beneficialibus, niſi ſuper defectu perſonæ ſit ſpecialiter diſpenſatum, vt in cap. dudum.el 2.vbi Ancha. in 21.notab. de electio n.Similiter videmus,ꝙ quamuis lex dicat, ꝙ omnes in promittendo dotem obligantur,cuiuſcumq; ſexus,& conditionis exiſtant: tñ reſtringitur ad eos,qui ſunt legitimæ ætatis.l.fi.C.ad Velleia.vbi minores non obligantur ex cauſa dotis.& tradit Craue.in l. 1.nu.58.de lega.1.
22 Et † ſi ſtatutum dicit, quod debitores debeant carcerari, non debent carcerari minores,vt dixit Roma.in conſi. 120.col. 2 quem refert & ſequitur Barba.in conſi. 6.colum.1.vol.4. licet contrarium voluerit Iaſ. in l. neque impuberes. de in ius
23 vocan. † Et ſtatuto diſponente, quod contra inſtrumentum, confeſſionatum nulla poſsit opponi exceptio:poterit tamẽ ſemper opponi exceptio,reſultans ex inhabilitate perſonæ contentæ in inſtrumento: vt per Ioan.Andr. in addi. Specula. in titulo de ſent. §. vt autem circa principium. Iaſ. in l. 1.§. nunciatio. columna 5. de noui oper. nunciacio. Bald. in l. penultima colum. penul. & in rubric. C. qui accuſ. non poſſ. Angel. in l.2.§.prætorait qui ſatiſda.cogan.Roma. in l.tutor. de iureiuand. Maria. Sozi. in Clem. 1. de ſequeſt. poſ. in l.1. §.ſi quisita. col.fin. de verb.obli.& Natta in conſi. 600. Pari ratio-

ratione idem dicendum est in casu nostro, quod quamuis iuramentum, simpliciter præstitum, referri posset ad defectum ætatis, & defectum sollemnitatis: non tamen debet referri ad defectum ætatis, quia de ea debet fieri specialis mentio, tamquam de maiori defectu. Accedat quoq; quod ex quo taliter iurans, verisimiliter nō præsumitur tenere memoriam initij, & temporis suæ natiuitatis, cum tunc nihil intelligeret, vt inquit nota. Ruin. in consil. 194. col. 2. in fi. num. 8. vol. 1. non est credendum temere eum voluisse iurare se esse maiorem. Et ex his ego puto supradictam communem opinionem esse valde dubitabilem, & contra eam posse concludi, q per iurm. s. confirmatorium, minor non repræsentatur maior, nec validatur contractus aliàs inualidus ex defectu minoris ætatis. super prædictis tñ relinquo maturius cogitandū; qa noua sunt in hac materia, & per neminē tangūtur. Præsupposita tamen communi sententia, ex omnibus supradictis colligitur generalis & cōmunis conclusio, quod minor per suum iuramentum repręsentatur maior, & validat contractum, alias inualidum respectu minoris ętatis, siue sit iuramentum assertorium, siue promissorium, siue confirmatorium, prout supra declaratum fuit. ista cōclusio, & consequenter nostrum priuilegium, ampliatur, & restringitur multis modis.

24 Et primo † ampliatur procedere nō solum in minore, qui pubes sit; sed etiam in impubere, qui tamen proximus sit pubertati; quia cum sit doli capax, vt l. apud Celsum. §. quæ in tutore. de exceptio. dol. & ī l. Hærennius. §. itē in causæ. de dolo: quinimmo cum etiam ob delictum deportari in insulam posśit, vt §. 1. Insti. quibus mod. tu. fini. consequens est, vt etiam sit capax periurij, quod cum dolo perpetratur. l. fi. de lib. caus. in fin. cap. 1. de delict. puer. Grat. lib. 1. respon. 50. in fi. Nec obstat tex. in l. qui iurasse. in fin. de iureiuran. vbi pupillus non videtur peierare; quia sciēs fallere non videtur: nam resp. quod ibi non dicitur, quod non peierauit; sed q videtur non peierare; quia non videtur sciens fallere: fallit tamen, & peierat in veritate quando falsum iurat, vel venit contra suū iuramentum: vel ibi loquitur in pupillo, qui non erat proximus pubertati. Et quāuis paruulis non sit deferendum iuramentum, de quo statim dicam. tamen ibi pars de facto obtulit iuramentum, & ille iurauit: deferri tamen, & iurari non debuerat. Et quod etiam pupillus, qui est proximus pubertati, obligetur iuramento (quidqd voluerit Glo. in d. l. fi. in ver. potuerit. de liber. caus.) voluit Bal. in l. fi. §. filius. C. de bon. quæ lib. & in l. 2. C. de resti. in inte. & Specul. in ti. de pact. §. 1. ver. & nota ex p̄ceden. Paul. de Cast. in Auctent. sacramenta puberum & ibi late Ias. nu. 15. cū pluribus sequen. C. si aduer. vend. quamuis ipsemet contrarium censuerit in cōsi. 105. volum. 2. & male. & Specul. & Bal. opin. tenuit quoque Abb. in cons. 108. & consil. 39. par. 1. par. 2. Barba. in c. quia ingrediētibus. col. 5. de testam. Affli. decis. 322. et decis. 393. post nu. 10. Corn. cons. 240. volu. 1. vbi dicit, quod Canonistæ firmāt cōmuniter hanc partem, et propterea in practica esse seruandam. idem determinauit, et voluit in cons. 36. colum. 2. in fin. et seq. vol. 2. et cons. 187. col. pen. ad fi. volu. 3. Et Dec. in cons. 682. et in l. pupillum. de reg. iur. vbi dicit hanc esse communem opin. quam etiam ibi sequitur Cagno. ad fin. et ibi declarat, quis dicatur proximus pubertati. idem quoque tenuit Paul. de Castr. in alio consi. 13. in cons. 384. volum. 2. et tradit Anton. de Petru. in rep. l. 1. post nume. 139. de iureiuran. et alios idem tenentes adducit, et refert Anto. de Gabri.

25 in ti. de minori. conclus. 5. nu. 39. † Et ex hoc patet non obstare quod dicitur, iuramentum impuberibus non esse deferendū, c. paruuli. 22. q. 5. quia intelligi debet de his, qui non sunt proximi pubertati, p supradicta. vel ibi dicitur, quod nō cogūtur iurare, non autem, q non posśit deferri, prout etiam in c. pueri. dicta. 22. q. 5. et quamuis in casu. l. qui iurasse. de iureiu. et non

no proximo pubertati fuerit delatum : illud tamen, prout supra dixi, fuit delatum de facto a parte; quia sic voluit, non tamē deferri debuisset. prima tamen declaratio ad illum tex. magis placet, quòd, scilicet, fuerit delatum proximo pubertati, & ꝙ re vera peieret iurando falsum, quamuis peierare non videatur, vt supra dicebam: vel ibi defertur, non vt obligetur; sed vt sibi credatur. Gl. in Auct. sacramēta pube. C. si aduers. vend. in Glo. 1. Hæc cum ita se habeant in impubere, proximo tamen pubertati, vt, scilicet, iuramento obligetur; multo quidem facilius sibi locum vindicabunt in impubere, qui postea pubes factus iurauit, vt habetur per eundē Ant. de Gabrie. in d. ti. de minori. conclus. 5. num. 46.

26 Secundo † ampliatur, vt non solum procedat in particularibus personis minoribus; sed etiam in vniuersitate; quæ instar minoris habetur; cum & ipsa habeat regulariter in integrum restitutionem, vt habetur in l. respublica. C. quibus ex causis maio. Gram. consi. 165. ad fi. in ciui. & Natta in consi. 548. post nu. 19. nam si contraxerit per eius sindicum, quamuis maiorem, qui in contractu iurauerit, non habet restitutionem in integrum. & sic per iuramentum sindici repræsentatur maior, & validatur contractus, secundum Bal. in l. generaliter. in princ. C. de reb. cred. & sequitur Bertachi. in suo tract. de episcopo. lib. 4. par. 5. post nume. 29. Sed in isto casu, quamuis vniuersitas non restituatur tamen poterit venire contra iuramentum,
27 & contractum ipsum; † quia ipsa vniuersitas non efficitur periura, cum sit res sine anima, in qua non potest cadere periuriū. ita dicit Bal. in d. l. generaliter: quod dictum dixit esse notandum mentique bene tenendum, tamquam quotidianum, Maran. in suo Speculo. in 6. par. princ. dum agit de appellatione. nu. 93. quod etiam sequitur Natta in consi. 480. in fin. vbi concord. pro quo facit; quia iuramentum nō præstatur vniuersaliter; quia vniuersitas non habet animam, vt dixit Corn. in cōsi. 243. colum. pen. ver. nec obstant adducta.
28 vol. 2. Et ideo dicitur, † quòd vniuersitas non potest excommunicari. Fed. de Sen. consi. 15. ex quo vt dictum est non habet animam, nec venit appellatione personæ: vt legitur, & notatur per Roma. in consi. 400. & consi. 436. Abb. in c. cum tu. de testi. in c. dilecto. in primo nota. de excep. in consi. 94. col. 1. in medio. & consi. 114. col. 1. par. 2. Corne. in consi. 299. colum. 3. volum. 1. latissime Calca. in cons. 1. col. 2. & 3. & Natta in consi. 548. in vltimis verbis. Et per hanc rationem dixit Corne. quamuis sub dubio, in consi. 127. colum.
29 antepen. in prin. vol. 2. † quòd vniuersitas posset præscribere cum mala fide; quia tex. in c. quoniam omne. de præscrip. & c. possessor malæ fidei. de reg. iur. in 6. fundātur ratione peccati, respicientis animam possessorum; quod peccatum non potest cadere in vniuersitatem, quæ non habet animam. Et dixit idem Corne. in cōsi. 22.
30 col. fi. vol. 3. † quòd non potest fieri denunciatio euangelica contra vniuersitatem; quia respicit ad animam, quam vniuersitas, vt sæpe dictum fuit, non habet. quæ omnia sunt notanda.

31 Tertio † ampliatur etiam procedere in quasi contractu, secundum Glo. in d. Aucten. sacramenta puberum. in ver. contractibus. C. si aduers. vend. cum alijs cumulatis per Anto. de Gab. in d. ti. de min. concl. 5. nu. 23. sic videmus in simili, quod stante statuto, quod in contractibus minorum, vel mulierum certæ adhibeantur sollemnitates; aliàs contractus ipsi sint nulli; vendicat sibi locum etiam in quasi cōtractibus, vt per Roma. in cons. 394. quod tamen intelligo, quando militaret eadem ratio.

32 Quarto † ampliatur procedere, etiam si in contractu non interuenerit decretū iudicis, vel alia sollemnitas; & etiam si statutum prohiberet personam minoris obligari. & ista est communis opin. Legistarum, & Canonistarum, vt inquit Goza. in consi. 16. nume. 5. colum. 2. vbi multa adducit. & communem dicit Ias. in d.

Aucten.

Auctẽn. sacramenta puberum. columna. 7. & alios citat Craue. in consilio 7. nume. 16.

33 Quinto † & vltimo extenditur etiam ad distractus: nam & in his minor repręsentatur maior, per suum iuramentum; veluti forte in liberando debitorem suũ, secundum Glo. in l. 3. §. 1. de contra. iud. tu. Rom. in consi. 190. Bertran. consi. 87. nume. 10. volum. 3. Ruin. in consi. 137. colum. 2. versi. sed pręmissis. volum. 1. & ibi testatur de communi & alios concordantes adducit Anto. de Gabrie. in d. conclu. 5. nu. 22. vbi ponit alias ampliationes ad quas me remitto, ne videar de libro librũ facere: Est enim turpe admodum aliorum scripta referre, vbi non habeas aliquid additione dignum. vt dixit Bald. in repeti. l. 1. in fine. C. de sacrosanct. eccles. & Ioan. Fab. in §. adeo. Institu. de locat. nunc autem priuilegium nostrum limitatur.

Et primo declaratur, vt solum minor repræsentetur maior, quo ad effectum iuris; quia vere non efficitur maior: nam iuramentum non potest facere, vt quod non est, sit, l. eum qui. §. si iurauero. de iureiuran. & Imo. in c. cum contingat. de

34 iureiur. † Et ideo inferri potest, quod pœnæ inductę per l. si quis maior. C. de transf. non habent locum in tali maiore repræsentato per iuramentum, cum non sit vere maior, vt concludunt ibi communiter Docto. & præcipue Alci. in versi. maior. & Bologne. num. 36. quia verba sunt intelligenda naturaliter, non ciuiliter, vt l. fina. C. de his qui veni. ęta. impe. Gram. consi. quinto in ciui. Nota etiam, quod quamuis per iuramentum minor videatur effici maior: non tamen efficitur prudentior aut sagacior. dixit pulcre Bald. in rub. C. de rer. permut. versi. item quæritur donati. cuius meminit Rui. in consi. 98. colum. pen. in prin. volum. 1. & consi. 170. colum. 6. ad fin. vo eod. quod & pro singulari reportauit Marsil. in sing. 450. & Natta in consi. 631. quia prudentia est senectutis, vt inquit Cice. de senect. Et alibi dixit idem Bald. satis ad propositum, quod iuramentum non facit prodigũ nõ esse prodigum. ita inquit in l. fi. §. filius autem. C. de bon. quæ libe. & in l. 2. in ea. q. C. de rescind. vend.

35 Secundo † limitatur non procedere, quo ad legitimandum personam minoris in iudicio; quia iuramentum in huiusmodi casu non repræsentat illum maiorem, secundum Bald. in l. 1. C. de confes. Grat. lib. 2. respon. 52. nume. 10. Marsi. consi. 26. num. 10. & Bauer. in suo tracta. de virtu. iuram. nume. 60. Et est ratio, secundum

36 Bal. in d. l. 1. † quia sollemnitates iudiciorum, & ipsa iudicia sunt publici iuris; & his, quę de iure publico sunt introducta, partes renunciare non possunt, vt not. in c. in causis. de offi. deleg. & in c. 1. de libel. obla. Istud dictum Bald. videtur posse notabiliter sublimitari pluribus modis. & primo intelligi debet non procedere in iudicio, quod sequeretur seu institueretur, & fieret occasione contractus, in quo minor se maiorem iurauit, vt per Specula. & ibi etiam Bald. in addi. ti. de resti. in inte. §. quis autem, & quando. colum. 8. versic. sed qualiter. Et dixit hoc esse multum notandum Io. Lup. in rub. de dona. int. vir. & vxo. §. 21. incipien. Hodie tamen. num. 21. Et ad confirmationem istius sublimitationis bene congruit; quia videmus,

37 † quod si minor ex prouisione patris habet facere alienationem, non requiritur, nec decretum, nec alia solemnitas, ex quo habet causam seu occasionem a patre: vt est tex. no. in l. apud Iulianum. in fi. quibus ex caus. maio. per quẽ tex. ita dixit Gram. in consi. 15. in fi. in ciui. sic videmus, quod alienatio resultans ex diuisione, & sic ex causa necessaria, si fiat per minorem non requiritur aliqua sollemnitas ad eius validitatem, l. inter omnes. C. de prædi. min. & ita dicit Glo. in l. fi. C. si aduers. transa. Calca. consi. 80. col. 1. & 2. Corne. consi. 282. col. pen. vol. 1. & Riminal. iuni. Inst. quib. alien. lic. vel non. in princ. nu 148. ita iudicium resultans, & causam habens a contractu, in quo minor repręsentatur maior,

non

non requirit sollemnitatem ad eius validi
38 tatem, sicut alias requireret.† Secundo, di
ctum Bald intelligi & sublimitari debet, non habere locum neq; procedere in causis spiritualibus, veluti, matrimonij, beneficij ecclesiastici, & similium; quia in his minor ætas non attenditur, dumtamen maior sit quatuordecim annis. & sic iuramentum in casu isto nihil refert, an repræsentet maiorem, vel non, in iudicio; in quo agitur de re spirituali; ex quo spiritualia ad minoritatem non respiciunt. cap. fi. de iud. in sex o. Aufre. in decis. Tholo. 113. & Crauet. in consi. 90. in princip.
39 † Tertio sublimitatur non procedere in iudicio, & processu facto coram arbitratore, immo etiam coram arbitro; quia processus tenet mero iure, licet competat restitutio, & pœna nunquam committatur, vt per Aufre. in alia de-
40 cis. Tholos. 118. † Quarto sublimitatur non habere locum, quando minor cōstituisset procuratorem cum iuramento, iurando, quod omnia habebit rata, grata, & firma, quæ per ipsum procuratorem gesta fuerint: nam in tali casu processus cum procuratore factus valet, tamquam cum maiore, vt habetur per Guid. Pap. quæst. 35. & quæst. 494. & per Anto. de Gabrie. in titu. de minor. conclus. 5. num. 21.
41 Quinto sublimita. † non procedere, quando minor iurasset non venire contra processum; quia tunc non poterit petere restitutionem in integrum; & processus cum eo factus valet, & tenet. ita habetur in decis. Tholos. 45. decis. 49. & decis. 106. Vltimo sublimita dictum Bald. non habere locum in omnibus illis casibus, in quibus minor potest interuenire in iudicio, qui notantur in addi. ad Abba. in c. ex parte, post num. 11. in littera B. de resti. spoli. si enim in illis, vt minor, interuenit, multo quidem facilius interuenire poterit, si iurauerit; quamuis alias non ex-
42 pediat. † regulariter tamen minor in iudicio interuenire non potest; sed omnis processus cum eo factus est ipso iure nullus, absq; curatore, l. acta. de re iud. Gl. in l. cum & minores. C. si aduers. rem iudica. Bologni. cons. 36. col. 2. in fine: vbi concordan. & maxime hoc verum est in criminalibus; quia nunquam conualidatur iudicium, etiam si fuerit iuratum, vt per Mars. in d. cons. 26. nu. 10.

Tertio principaliter nostrum priuilegium declaratur bene procedere, quo ad supplendum defectum ætatis; quia illo respectu repræsentatur maior, & validat cōtractum inualidum ex defectu ætatis, vt late supra demonstratum fuit: sed si contractus esset nullus alio respectu, veluti quia res esset dotalis, & sic inalienabilis; vel quia prius iuratum fuisset non alienare; vel quia testator prohibuisset alienationem; vel non interuenissent solemnitates
43 requisitæ; † tunc contractus non validaretur, vt per Ant. de Petru. in repe. l. 1. nu. 134. de iureiur. Bar. in d. Auct. sacramenta puberum. col. 2. C. si aduers. vendi. quatenus intelligit illum tex. procedere, quando contractus est inualidus ratione ætatis tantum. & sequitur ibi Paul. de Cast. nu. 10. vbi dicit ita Doctores communiter tenere. & ibi Ias. num. 46. Corn. num. 30. Curti. num. 36. Rui. cons. 159. col. fi. vol. 5. & refert etiam Rimi. iuni. Insti quib. alie. lic. vel non. in prin. nu. 240. & Duran. de arte testan. tit. de var. testa. præcep. caut. 5. nu. 4. & inter alias rationes de quibus late per eundem Rimi. iuni. in loco nunc allegato illa præcipua & principalis esse
44 videtur, quia † iuramentum vnum plures defectus supplere non potest, vt per Ias. in consil. 118. col. 2. post medium. vol. 4. Dec. in cons. 239. col. 2. cum aliis allegatis per eundem Rim. Pro hoc bene facit,
45 quod in simili dicitur, † Iura difficilius dispensare cum defectu duplici, quam cum vno. l. pen. §. si uero pater. C. de adop. l. 1. de rapt. virg. l. 1. C. de dot. promiss. c. vno. de treuga & pace. per Rom. in cons. 376. ad fi. Paul. de Cast. in cons. 30. col. 3. in fi. volu. 1. & Corne. in cons. 304. col. 8. in fi. volu. 3. & alibi dicit satis ad propositum Roma. in cons. 387. q absolutus ab vna excommunicatione, non intelligitur ab-

solutus

solutus ab alia; propter quam de iure vitari poterit, tamquam excommunicatus,
46 vt ibi per eum. † Ad idē facit; q̃a si quis iurauit non venire aduersus contractum, & similiter iurauit non petere absolutionem à iuramento, in primis petere debebit absolutionē a iuramento, præstito de non petendo absolutionem à iuramento; & ea obtēta iterum debebit facere se absolui à iuramēto præstito de non contrauueniendo contractui; aliàs non intelligeretur absolutus. ita Gram. ĩ ɔ̃s. 25. in prin. vbi concord. in ciui. Bald. in repe. l. 2. col. 35. vers. quo ad primam. de iureiur. Rom. in consi. 326. sic in simili dicitur de in integrū restitutione, quæ dari debet aduersus renunciationem de illam non petendo, & deinde restitui in negotio principali, vt per Ioan. de Ami. in cons. 33. num. 19. Et est ratio; q̃a Tot debent esse remedia, quot sunt impedimenta, vt dicit Roma. in d. consil. 326. col. 2. & facit tex. in l. de pupillo. §. si plurib. de noui oper. nunc. & in l. si domus. de serui. vrba. prædi. Glo. in capit. cum pro causa. vbi concordan. de senten. excom. c. ex tuorum. de auct. & vsu pal. Grat. lib. 2. respon. 23. col. 2. post nu. 13. quibus locis habetur, quòd sublato vno impedimento, aliud dicitur remanere, si plura existant. & videmus pariter, ꝙ sublata vna obligatione, remanet alia. l. Celsus. de arbi. c. cum dilecti. de dolo & contu. Corne. in cons. 2. col. fi. vol. 3. Et ibi ad fi. dicit, quòd non incōuenit, quòd plura malefacta pluribus pœnis puniantur, per tex. in l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de vi publi. & alibi dicitur, quòd de duabus seruitutibus, vna sublata
47 remanet altera. d. l. si domus. † Sic de duabus causis, vel rationibus, ꝓpter quas emanau:t dispositio: quamuis enim vna cesset, remanet tamen altera, & per consequens ipsa dispositio. §. affinitatis. Insti. de nupt. l. liberorum. §. notantur. de his qui nota. infa. l. si non lex. de hæred. institu. Angel. post Glo. in l. si ventri. §. in bonis. de priuileg. cred. & Glo. in Auctent. de nupt. §. mitiores. in ver. dat lex. & ibi etiā Ange. c. dilectus. de præben. cap. cum I. & A. circa fi. de re iud. & Oldr. in cons. 181. colum. 1. in medio. quod tamen intelligo, quando ambæ causæ, vel rationes sunt validæ, & quælibet per se est sufficiens ad mouendum disponentem; alias secus, vt per Alci. de verb. signific. lib. 1. col. 7. allegan. tex. in l. si familia. de iurisdict. omni. iud. Ergo, vt omnia cessent, necesse est, ꝙ omnia quoque remoueantur. & per hanc regulam puto recte respondisse Grat. lib. 1. resp. 47. col. 2. in fi. & sequen. quod statutum annullans contractum, in quo minor iurauit se esse maiorem, & similiter contractum, in quo iurauit seruare promissa, non comprehendit contractum, in quo, vltra dicta duo iuramenta, aliud adest iuramentum generale cum amplissimis renūciationibus: nam fuissent remouēda, & annullanda omnia iuramenta; quia Quot sunt impedimenta, tot debent adhiberi remedia, vt supradictum fuit. Accedat ad confirmationem prædictorum; quia iuramentum habet vim clausulæ derogatoriȩ, vt diximus abunde in priuilegio. 75. sed
48 clausula † derogatoria generalis non tollit plures defectus obstantes; nisi de illis fiat mentio specialis. ita Curt. iun. in cons. 1. col. pen. in prin. ver. obstat. & cons. 169. nu. 10. Natta in consi. 504. num. 3. & Rui. in cons. 36. colu. 6. post nu. 14. volum. 1. & cons. 218. eo. volum. vbi priuilegio habenti duas derogatorias, non intelligitur sufficienter derogatum per expresionem vnius; sed de vtraque debet fieri mentio.
49 † Et hinc videmus, quod iuramentum suppletorium in defectum semiplenȩ probationis nō defertur ei, qui patitur aliquē defectum, vt notatur per omnes in l. admonendi. de iureiur. Io. de Ami. in consi. 73. nu. 4. & 5. & cons. 71. ad fi. & patet in periurio, de quo per Affli. decis. 36. facit tex. & ibi Gl. in c. ꝑ nullius. 22. q. 5. & tex. in c. non pōt. in fi. 2. q. 7. & c. quicunq;. 23. q. 1. & not. in c. testium de testi. item patet in vsurario, vt per Bal. in l. improbum. C. de infam. & generaliter, vbi est aliq̃s defectus, iuramentum non defertur, vt per eūdem

dem Bald. in l.qui accusare.C.de eden.& in d.l.admonẽdi.vbi omnes.& idem Bal. in c.1.§.sacramentum.de consuet.rec.feu. col.2.Dec.in rub. de proba. in fi. & in c.si quando. col. fi. de rescrip. & dixi supra in priuil. 33. & ratio est; quia iuramentum non potest supplere duos defectus,videlicet, defectum probationis, & defectum personæ. Et dixit in proposito Pedem.decis.142.nu. 14. quòd in absolutione a iuramento oportet facere omnium obstantium mentionem;alias tamquam subreptitia non tenet, nec suffragatur: immo non sufficit expressio generalis eorum,quę obstant,nisi exprimatur modus seu obstantia specialis,vt per Rom.in consi.326.Gram. consi.100.nu.86. cum plur. sequen. in ciuili. & in consi. 162. num.7.& seq.Calca. consi.78.col.4.nu.7. & consi.124.col.fi.& alibi sæpe per Doct.& ex his omnibus videtur concludendum, quod iuramentum non supplet plures defectus. Sed in contrarium grauiter vrget; quia videmus, quod iuramentum supplet defectum inualiditatis donationis factæ inter patrem, & filium,quæ regulariter non valet, & similiter defectum insinuationis.& sic quamuis ipsa donatio excedat quingentos solidos, si fuerit iuramento roborata, non solum firmatur in eo, quod est facta inter personas prohibitas;sed etiam in eo, quod non est insinuata. & consequenter iuramentũ supplet plures defectus: prout expresse voluit Dec.in consi.414.in fi.& idem quoque censuit Aret. in consi. 12.in secundo dubio,prout latius declarat Rimi. iu. Insti.quib.alie.lic.vel non.in princ.nu. 250. Et ideo quamuis in contractu sint plures defectus: tamen si iuratus sit,iuramentum seruari debet, si non vergat in dispendiũ salutis ęternæ.& ita voluit Paul. de Cast. relatus per Abb.in consi.8. in secundo dubio;par 2 Et istam quoque partem videtur amplecti Bar.in consi.90.nu.1. vbi iurans super facto videtur iurare super omni iure, per quod potest aduersus contractum veniri;nec est necesse,quod iuris remedia specialiter exprimantur. Accedat, quod iuramentum habet vim clausulæ, Omni meliori modo.l.cum pater.§. filius matrem.de lega.2.& dicam in priuilegio. 98.sed clausula,Omni meliori modo, facit valere actum ex omni etiã capite quo fieri potuit; cum alias ex pluribus non valeret.ita Bal.& Imo.in d.§. filius matrem. idem Imol.in c.ex litteris. de offi. delega. & apostill.ad Dec.in consi.55.Docto pro concordia prædictorum considerant tres casus in l.2.C.de rescin. ven. tradit etiam plene Corn.in consi.17.col.7.vol.4. & tãgit in consi.11.col. 8. vol. 3.& nouissime Rimi.iunio.Insti.quibus alie.lic.in princ. post nu. 250. aliquando.n.minor iurat in contractu non venire aduersus ipsum contractum ratione minoris ætatis.& isto casu iuramentum non validat contractum, prohibitum alia ratione,quam ex defectu ætatis: vt dixi supra post princ.huius priuile.nu.9.cum pluri.seq. ideo non repeto. Aliquando & secundo, minor iurat confirmando contractũ. & in isto casu Doct. volunt, quod solum suppleat defectum ætatis: de quo ego dixi supra tenendo cõtrarium: ideo pariter non repeto. Illud tamen adijcio, quòd etiam in isto casu iuramentum non supplet plures defectus; siue teneamus, quòd suppleat defectum ętatis secundum communem Doct. opinionem;siue teneamus contrarium: si enĩ supplebit defectum sollemnitatis non seruatæ, non vtique supplebit etiam defectũ ætatis; prout ego dixi. Aliquando & tertio, minor latius verba iuramenti concipit,vt quia promittit,& iurat non contrauenire ratione minoris ætatis, vel quacũque alia ratione,vel causa.& in huiusmodi casu secundum communem opi Doct. iuramentum supplet omnes defectus tam ætatis,quam sollemnitatis omissę propter verba prægnantia ipsius iurantis:vt voluit Bar.in d.l.2.col.3.C.de rescin.vend.& late Craue.in consi.7.nu.4.& consi.114.nu. 9.& ibi concordan.tradit etiam Alicia in c.cum contingat.num. 130. de iureiuran. & Rimi.iun. in d. prin. Insti. quibus alie. lic.vel non.nu.259.& ista est, vt dixi,cõis

opin.

opin. Doct. prout quoque testatur Corne. in d. consi. 17. col. 7. volu. 4. licet loquatur per ver. Videtur. Ex his omnibus colligũtur duæ conclusiones. Prima, quod minor iurans simpliciter confirmando contractum iuxta terminos d. Aucten. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. præter defectum ætatis non supplet alios defectus, videlicet, formæ, & sollemnitatis, requisitę in contractibus minorum, vel enormem lęsionem vltra dimidiam. & consequenter respectu istorum defectuum, poterit dicere de nullitate; licet secus sit respectu ætatis. Secunda est conclusio, ꝙ iurans non venire contra contractum, ratione minoris ætatis, vel alia quacumque causa, vel ratione, validat cõtractum, alias inualidum non solum respectu defectus minoris ętatis, sed etiam aliorum defectuum; quia omnes supplet. Circa primam aduertendum est diligenter ad multa: nam in eo, quod diximus minorem, simpliciter iurãtem, venire posse contra contractum, nullum ratione sollemnitatis omissæ, vel propter enormem læsionem ultra dimidiam; istud ampliatur procedere, etiam si cum alio minore contraheret; quia posset venire aduersus contractum, si ille minor non esset pariter læsus. l. verum. §. item quæritur. ibi Puto autem inspiciendum de minor. Nec obstat; quod priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum. l. sed & milites. ver. 2. de excusa. tu. l. priuilegia. de priuileg. cred. Ancha. consi. 37. in prin. Paul. de Cast. in Aucten. quas actiones. col. 2. nu. 6. C. de sacrosf. eccle. quia ꝓcedit, quando vterque reperitur læsus: vt in d. §. item quæritur. & tradit Corne. in consi. 236. colum. 3. vol. 3. limitatur nunc,
50 & restringitur multis modis. † & primo declaratur, vt non procedat, quando contractus esset alias ipsi minori vtilis, & proficuus; quia tunc non liceret ei venire aduersus contractum, alias inualidum alio respectu, quam minoris ætatis, vt pulcre & late per Grat. lib. 1. respon. 46. ver. comprobatur. quia quando contractus est celebratus ad fauorem minoris, etiam absq; sollemnitatibus, valet & tenet, vt plene habetur per Roma. in consi. 316. consi. 394. & consi. 453. & dicit esse rationem, ne ꝙ eorum fauore introductum est, in eorundem detrimentum habeat redundare; minoribus enim ætas in damnis subuenit; non autem in rebus prospere gestis obesse in aliquo consueuit, vt inquit Imperator, in l. non eo minus. C. de procur. per quem
51 tex. † dixerunt ibi Bar. Bal. Saly. Paul. de Cast. Ias. & alij valere processum per minorem factum absque curatore ad eius fauorem. de quo etiam per Bar. in l. sed tutor. C. in quibus caus. in integ. restitu. Bal. in l. ait prætor. §. 1. de mino. Soz. in consi. 16. nu. 17. vol. 2. Alex. in consi. 114. col. 2. nu. 7. ver. nec obstat. vol. 6. Gram. in consi. 67. nu. 5. & consi. 10. nu. 11. in ciui. Cassan. in consi. 23. nu. 4. & quod in tali casu minor nõ possit venire aduersus contractũ, voluit idem Gram. in consi. 28. in prin. in ciui. & Rimi. Iuni. Insti. quib. alie. lic. in
52 princ. nu. 134. Videmus in simili, † quod contractus celebratus ab ecclesia ad eius fauorem absque debitis sollemnitatibus rescindi non potest; sed valet, vt legitur apud Dec. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 8. de consti. Gram. in d. consi. 10. num. 10. & Sozi. iuni. in consi. 28. vol. 2. idem quoque videmus in alienatione fundi dotalis, vt eius alienatio cum vtilitate mulieris facta valeat; quamuis alias sit regulariter ꝓhibita, sine certis causis, & sollemnitatibus. ita probat tex. in l. ita constante. de iure doti. Bal. in Aucten. si qua mulier. col. 2. C. ad Velleia. Paul. de Cast. consi. 269. col. 2. post prin. vol. 1. Et est aduertendum, quod tunc dicitur contractus vtilis, cum ipse non obligatur, vt voluit Bologne. in l. si vnus. §. pactus. nume 46. de pact. alias contrahendo, & se obligando præsumitur lædi, nisi probetur per secum contrahentem, quod ex tali contractu fuerit effectus locupletior. l. 1. c. si aduers. cred. & ibi Bal. & docet Gram. consi. 17. & isto casu non poterit contrauenire.
53 Secundo † limitatur & declaratur non procedere, quando minor esset solitus negotiari,

negotiati, vel contrahere publice & palam: vt habetur per Gra.in d.resp.46.nu. 16.Glo.sing.in l.1.& ibi etiam Bar.C.qui & aduer.quos.Gram.consi.61.nu.2. in ci-
54 ui.† Et videtur esse ratio; quia actus facti in publico, & palam videntur carere omni suspicione fraudis, & doli, per ea quæ scribit Craue.in consi. 6. post nu. 118. & consi.205.nu.5.vbi dicitur, quod actus facti in publico dicuntur facti bona fide. & facit, quod no.in simili Corne. in consi.1. in fi.volum.1.vbi dicitur, quod tutor, qui gessit palam negotia cum pupillo, præsumitur in bona fide. Et similiter, quando quis contrahit cum minore, circumscriptis etiam sollemnitatibus a statuto requisitis, quia alij sic passim faciunt, dolus vel culpa imputari non potest, vt per eundem
55 Craue.in d.consi.6. nu. 78. † Et alibi habetur, quod tutor non prohibetur contrahere cum pupillo, si publice & palam hoc faciat; cum aliàs contra.l. cum ipse. C. de contrah.emp.l.non existimo.de admi.tut. & l.pupillus.in prin.& §.item ipse. de aucto.tut. Corne.in consi.92. in prin.volum. 4.Ruin.in consi.142.col.pen. post num.9. vol.1.quia, vt statim dicebam, præsumitur in bona fide. & dixit Bal.in l.iubemus.circa prin.C.ad Trebelli. quod factum præsentibus amicis censetur factum bona fide, & cessat suspicio fraudis, secundum Bar.in l.frater a fratre.ad fi.de cond.inde. sequitur Corne. in consi.36.col.fi.volu.1.
56 † Et alibi etiam dicitur satis ad propositum, ꝙ contractus, qui frequenter celebrari solent, dato ꝙ vere sint illiciti & vsurarij: tamen tales non dicuntur.Bar.& Saly. in l.qs sic fugitiuus.§. apud Labeonem.de ædi.edi.Cepol.in consi.13 Ias.in consi.153. vol 4. & ideo emens publice & palam caret suspicione vsurariæ prauitatis, & præsumitur emisse iusto pretio, vt per Grat. lib.2.respon.157.post nu.10.
57 Tertio † limitatur non habere locum, quando contrahit nomine alieno; quia tunc non posset venire aduersus contractum, vt per eundem Grat. in d. resp. 46. in fi.Rom.& Alex. in l. quoties. de in ius voca. Ang.in l.quamuis.de acquir.hęred. quia ipse in nihilo læditur. & sic cessat ratio prohibitionis: sicut ex contrario, quãdo contrahit per interpositam personam, veluti per procuratorem quem constituit cum iuramento, licet ipse constituens esset minor: nam contractus validatur iuramento procuratoris. & ideo nullo modo poterit contrauenire, vt per Anto.de Gabrie.in ti.de mino.conclus.5.num.21. vbi concordan.
58 Quarto † limitatur, quando minor prętenderet se læsum non in re, sed in pretio: tunc enim non potest petere rescindi contractum, sed solum suppleri pretium. Cra. in consi.7.num.2.vbi minori, dicenti se læsum in pretio, non competit remedium.l. 2.C.de rescind.vend. Et licet Natta in ↄs. 548.num.32.videatur velle contrarium: tamen istæ opi.possunt concordari fœdere distinctionis, quam ponit Bar. in d.l.2. quæ ēt fuit Gl.in l.in contractibus. C.qui bus ex cau.maio. cuius quidem distinctionis meminit Gozad.in consi.44.col.3.nu. 14.nam si fuerit petitum rescindi contractum ex eo, quia fuerit læsio vltra dimidiam; tunc erit in arbitrio emptoris rem restituere, vel pretium supplere: secundũ Glo. & Barto.in d.l.2.per illum tex.quod etiam voluit Corne. in consi. 17. col.6.in fi.volum. 4. Si vero petatur rescindi contractus; quia fuerit deceptus in venditione rei; quia inductus ad vendendum, aliàs non venditurus; tunc rescinditur contractus, & restituitur res vendita, secundum Glo. in d. l. in contractibus. & secundum hęc procedere potest vtraque opi.
59 Quinto limi.† non procedere, quando iuramentum esset præstitum a minore tãquam maiore, nulla ætatis facta mẽtione; quia forte non credebat se esse minorem: tunc enim iuramentum propter errorem non repræsentat errantem maiorem; neq; contractus tenet, etiam respectu defectus ætatis, vt omnes volunt in d. Auctẽn. sacramenta puberum.vbi Ange.col.1. quia qui tamquam minor iurat, dicitur renunciare beneficio minoris ætatis, vt ibi

dicunt vnanimiter: vnde si iurans nescit se esse minorem; non potest intelligi renũciare minori ætati. & ita voluit Soz. in ɔs. 111. col. pen. vol. 2. pro hoc facit; quia Nemo iuri, quod quis ignorat, dicitur posse renunciare, l. mater. de inoffi. testam. l. legitima. de peti. hęre. l. in repudianda. de acquir. hære. Grat. lib. 1. respon. 91. nu. 63. Et late Ant. de Gab. in tit. de emp. & vẽd. concl. 1. nu 83 Et quod quando iuramentum est interpositum ab errante, nihil operetur & non obliget, scribitur per Bald. in d. l. 2. in nona quæst. C. de rescin. vend. & in l. si qui satisd. cogan. Sozi. in cõsi. 40. vol. 1. Rui. in consi. 190. col. fi. vol. 1 vbi dicit hanc esse magis communem & veriorem opin. & alios idem tenentes allegat Anto. de Gabrie. nunc relatus. nu. 82. Et ista limi. vt quando iurans errat, non obligetur iuramento, sed possit venire contra contractum, procedit, etiam si esset erratũ circa rem, quæ venit in contractum: vt quia minor cum iuramento donauit vniuersitatem bonorum, veluti hęreditatem, cuius extimationem ignorabat: nam tũc talis donatio potest infringi, quamuis iuramento confirmata & roborata. nec isto casu habet locum tex. in d. Aucten. sacramenta puberum. ita expresse voluit Ruin. allegando Alex. in quodam consilio non impresso in suo consi. 107. col. 5. num. 16.
60 & in consi. 135. colum. pen. vol. 1. † Item procedit, ẽt in dubitante; quia nec dubitans dr̃ renunciare iuri de quo dubitat, l. manifestissimi. §. 1. & ibi Bar. C. de fur. sequitur Natta in consi. 501. post nu. 58. Tiraq. in præfati. l. si vnquã. n. 99. C. de reuo. dona. & facit; quia dubitans equiparatur erranti: vt per Ias. in l. error. C. de iuris, & fac. igno. & Cra. in consi. 8. nu. 10.

61 Sexto † limitatur non procedere, nec habere locũ, qñ ɔ̃hens cũ minore iurante versaretur in turpitudine; vt quia sciret minorem verisimiliter consumpturũ pretiũ: tunc enim iurm̃ non confirmaret contractum, ẽt quantum ad impediendũ beneficium restitutionis in integrum. & sic iurm̃ in talis casu non repręsentat iurantẽ maiorem. Et quòd non firmet cõtractum voluit Anto. Butr. in c. cum contingat. & ibidem Imol. nu. 43. Abb. nu. 24. & Alci. nu. 131. de iureiu. per tex. in l. si quis cum sciret pro empto. Gram. decis. 66. nu. 50. Natta in cons. 631. nu. 11. & Rim. iun. In sti. quibus alie. licet, vel nõ. in prin. n. 279. & ibi concordan. & ideo si facta solutione pretij, vẽditor illud breui dilapidaret, & consumeret, emptoris turpitudo præsumeretur intercessisse, ex quo contrahens præsumitur eius cum quo cõtrahit, & rei super qua contrahit, scire conditionem, vt per Grat. lib. 1. respon. 91. nu. 29. & respon. 110. nu. 3. Quinimmo sic contrahens præsumitur in mala fide, & in dolo. vt habetur in Pedem. decis. 175. nu. 7. quod intelligo verum, qñ illi cum quo cõntrahit, est interdictum bonis, iuxta Glo. in d. l. si quis cum sciret. quia aliàs esset contra illũ tex. & videmus, quod fideiubens ad instantiam adolescentis luxuriosi pro meretrice, non habet actionem mandati; quia aduersus bonam fidem mandatum sit. l. si vero nõ remunerãdi. §. si adolescẽs. mandat. Et pro hac limitatione facit optimũ simi
62 le: † nam videmus, quod si frater dat dotẽ pro sorore marito consumpturo; vt putà, ludenti quotidie, quo casu dr̃ male vti sua substãtia, & vergere ad inopiam, vt notanter dixit Dec. allegãdo Bal. in c. pastoralis. col. fi. nu. 10. de iud. non dicitur dedisse dotem, nec mulier dotata intelligitur: vt per Brun. in suo tracta. de statu. fœmi. a suc cess. exclu. in sexto arti. prin. in quarto mẽbro. & quæst. 14. vbi propterea infert, qđ non comprehenditur a statuto excludente dotatas a successione, præterquam si dedisset marito verisimiliter consumpturo in genere, & non in speciali, & certo malo vsu, vt ibi per eum. quod est valde notandum pro declaratione pręsentis limi. pro qua facit optime tex. in d. l. si quis cum sciret. in fin. ibi Nisi forte. & is qui a luxurioso, & protinus scorto daturo pecuniam seruos emit, non vsucapiet. Et sic limi. nostra videtur intelligenda, quando contrahens sciebat minorem verisimiliter

liter

liter consumpturũ in aliquo, & certo ma lo vsu, veluti in lupanari cum meretricibus; vel ĩ ludo; aliàs, si ĩ genere, forte nõ sufficeret, per prædicta; q̃a in tali casu videtur, quod iuramentum confirmet & validet contractum verisimiliter consũpturi, veluti prodigi, vt in ipso prodigo expresse habetur in decis. Tholos. 49. Nec supradictæ limi. habet obstare, si dicatur, quòd malus euentus non est expectandus l. inter stipulantem. § sacram. de verb. obli. & consequenter non erit pro emptore præsumendum, ꝙ minor de proximo erit consumpturus; quia hoc nõ procedit, q̃n præsens status aliter iudicat; vt quia videt illum quotidie ludere vel cum ganeonibus incedere, & scortari: nam tunc malus euentus est expectandus. l. qui bona. §. cũ ĩter ędes. de damn. infect. l hab. tatores in fi lo a. & Calc. in consi. 24. post nu. 12.

63 Septimo † limi. non procedere, quãdo iuramentum esset extortum per dolum, & machinationem; quia tunc iuramentũ non obligat, vt in dicta Auct sacramenta puberum. C. si aduer. vend. & in ca quamuis. de pact. in 6 & in c. cum contingat. de iureiur. vbi Abb. colum. 2. in fin. & colu. 27. vers. sextus casus. vbi si dolus talis est, qui facit cessare consensum, vt accidit, quando machinatio interuenit, non obligat; & propterea non requiritur absolutio, secundum Ioan. And. in c. 1. de com. aliàs secus. Cuius distinctionem multi sequuntur, vt refert Corne. qui eam nõ improbat in consi. 11. colu. 6. in prin. volum. 3. & consi 139. in fin. volum. 4. Et quãuis ipsemet in cons. 99. col. 2. d. vol. 4. dicat, ꝙ solet communiter teneri, quòd iurm̃ per dolum extortum obliget; sed debet cõcedi absolutio si petatur per c. si vero de iureiur. tamen concordando opiniones dici potest, ꝙ opin. quæ vult iurm̃ per dolũ extortum non obligare iuramẽ mero iure, procedit in vero dolo, per machinationem adhibito, per partẽ cum minore contrahentẽ; quia propter hunc dolum deficit consensus, vt dixi etiam in priuilegio 11. alia vero, quæ dicit obligare, procedit in dolo præsumpto, vel ficto per ipsam legem, vt q̃n statutum dicit, ꝙ non interueniente tali sollemnitate in contractu minoris, censeatur seu præsumatur iurm̃ per dolum extortum: prout in his terminis loquitur Corn. in d. cons. 99. quia posset esse, quòd fictione, seu p̃sumptione statuti non obstante, minor contrahens consentiret iurãdo; certe obligaretur: vnde tutius est eo casu absolutionem debere peti, & petitam concedi, vt per eum ibi. Concludendum est igitur, quod quando interuenit dolus verus, qui excludit consensum, nõ obligatũ minor suo iuro. & hoc ẽt sequ-

64 tur Crau. in cons. 142. n. 27 Et † est notãdũ, ꝙ nihil interest a quo dolus adhibeatur, vel a parte, vel a notario, quia sufficit dolum fuisse adhibitũ, vt iurans nõ teneatur seruare contractũ, secundum qđ scribit Corn. in cons. 126. in fi. vol. 1. An vero idem quoq; sit dicẽdum, quando interuenit uis, v l iustus metus, hic nõ ꝓsequior; quia erit dicendum in priuilegio 110.

65 Octauo limi. † non procedere, quando minor iuraret ex interuallo, post celebratum contractum; quia tunc ex quo cõtractus ipse a principio fuit nullus iurm̃ postea superueniens non potest illũ confirmare. l. qđ initio. de reg. iu. voluit Pau. de Cast. in d. Auctẽn. sacramenta puberũ. facit, quod voluit Roman. in consi. 160. Angel. in consi. 208. & Anchar. cons. 122. vbi dicitur, quod ratificatio fieri non potest de eo, quod nullum est. Contra istam limi. tenet Corne. & Alcia. quos refert & sequitur Rim. in d. prin. quib. alien. l c. vel non nu. 282. cum pluribus seq. mouetur primo per vnum simile de testamẽto vsu-

66 rarij; † qui si fecerit testamentum, nõ præstita cautione de restituendis vsuris quãuis sit ipso iure nullum ab initio. c. quamquam. de vsur. in 6. tamen reconualescit, per eum præstita cautione: vt tradit Bart. quem alij sequuntur. in l filio præterito. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. & dicit esse communem Fel. in c. cum dilectus. colum. 2. de accusa. & refert Decius in d. l. ꝙ initio. num. 12. de reg. iu. quinimmo etiã

si cautio præstita sit per hæredem, vel procuratorem, adhuc testamentum reconualescit, vt habetur per Card. in cap. significauerunt. de test. & in Clem. 1. de sepul. in 23. q. & latius, per eundem Rimi. ibi. Et est ratio; quia talis cautio est quoddam accidens ad testamentum, nec est de eius substantia, vel sollemnitate. & ideo sufficit, quandocumque præstari, vt in simili dicit Ias. de cautione præstanda per debitorem, cui concessa est dilatio ad soluendum: de quo per eum in l. vniuersa. C. de precib. Impe. offe. Sed ad hoc potest faciliter responderi, quod procedit, quia in testamentis plenius voluntates testantium interpretamur, lege in testamentis, de regu. iur. & sic istud contingit fauore ipsius testamenti ob publicam vtilitatem, argum. l. vel negare. quemadmodum testam. aperi. Et in isto casu non valet argumentum de testamentis ad contractus; cum sit penitus diuersa ratio: vt expresse Dec. inquit in d. l. in testamentis. Secundo mouetur idem Riminal. alio simili: nam videmus,
67 inquit; † iudicium intentatum nulliter ab initio, veluti sine actione, ex iure superueniente actori, ex causa tamen de præterito validari & confirmari Bar. & alij. in l. non potest videri. de iudi. idem Bar. in l. si rem alienam. de pigno. acti. & in l. si pupilli. §. videamus. ad fi. de nego. gest. Dec. in consi. 302. col. 1. cũ alijs adductis per Rimin. & ideo volens redimere censum potest quandocumque, pendente iudicio, offerre & deponere pretium; & conualidatur iudicium, vt per Bello. in consi. 25. in prin. & similiter si vẽditor velit agere ad pretium: quo casu rẽ offerre debet. l. Iulianus. §. offerri. de actio. empt. poterit pẽdẽte iudicio rem tradere, & confirmabitur iudiciũ: vt habetur apud Ale. in cons. 27. col. 1. & consi. 87. in fi. vol. 1. ergo eodem modo confirmabitur contractus, quãuis sit nullus ipso iure. Sed ad hoc responderi potest, quod ideo facilius conualidatur iu-
68 dicium, quàm contractus; † quia iudicia sunt publici iuris, vt inquit Bal. in l. 1. C. de confes. Prætcrea aduertendum est, quod tam in testamentis, quàm in iudicijs conualidatio contingit, quia non sunt penitus perfecta & absoluta. patet in testamento vsurarij, quod non dicitur perfectum, nisi post mortem testatoris, & post aditã hæreditatem, §. posteriore. Inst. quib. mo. testamen. infir. perfectum hic intelligo, quantum ad hoc, vt nihil amplius sit expectandum circa vires & ius ipsius testamenti. Item patet in iudicijs, quæ sunt in pendenti, donec feratur sentẽtia, per quã finem accipiunt. l. iudex. de re iudi. vnde cum sint quodammodo in fieri, de eis nõ est idem dicendum, quod de cõtractibus perfectis & absolutis, qui sunt in facto esse. l. si quis id. § 1. de iurisd. omni. iud. Signo. consi. 144. col. 1. vers. præterea esse sponsũ. Et ex his patet, quod opinio Paul. de Castro in d. Auten. sacramenta puberum. faciliter sustineri potest. quia regula est, quod ratum haberi non potest, quod est ipso iure nullum aliter, quàm ex defectu consensus: prout declarat Bar. in l. licet. de iudi. Tamen dicas non esse discedendum a sẽtentia Corne. Alcia. & Rimina. post alios quos allegat; quia licet actus nullus ratione sollemnitatis omissæ, vel alias, non possit regulariter ratificari, vt dictum est: tamen fallit in minore, vt voluit Gloss. 2. in l. si tutor. C. in quibus caus. in integrum resti. non est nec. idem voluit ibi Bar. & Ange. & hoc duplici ratione. prima fauore minoris, cuius cã inducitur, vt actus valeat eius fauore: nõ aũt in odiũ. secunda; quia dr̃ nullus iure speciali: vñ facilius tollitur, l. eius militis. §. militia missus. de mili. testam. & ita ẽt per has rationes cõcludit idem Corn. in cons. 187. ad fi. vol. 3. Cogitabam tamen, quod istæ opiniones possent concordari, vt, scilicet, prima opinio Paul. de Cast. procedat, quantum ad hoc vt contractus non posit ratificari, vt tũc id est, de tempore contractus; sed vt nunc de tempore ratificationis: quo casu procedat secunda opin. contraria. Et istud videtur satis persuaderi; quia per huiusmodi ratificationem dicitur nasci noua, & valida obligatio, prout in ratificatione contractus

tractus facta per maiorem dicit Abb. in consi.71.col.pen.par.1. Nec obstat si dicatur, quod immo ratificatio inualidę venditionis nō inducit nouam obligationem, nec actionem ex vendito; sed quòd natam prius confirmat.l.mater tua.C.de rei vendi.&per Gram.in consi.10.in prin. in ciui.quia hoc procedit, quā contractus, vel venditio non fuit ipso iure nulla: quod patet; quia Actus nullus ipso iure, nullum parit effectum. l. 4. §. condemnatum & §. ex eo autem.Insti. quibus mod.testam.infir. Et quòd ex ipsa ratificatione videat̃ nasci obligatio, & actio confirmari potest ex optimo simili de sn̄ia nulla, quę tamquam pactū ratificatur, & ex illo pacto agitur, vt per Aret.in consi.56.col. 2. ver. sed tamen.Calca.consi.88.col. 2. per tex.in l. 2. C.communia vtriusq.iudi.

69 Et est† notandum, quòd talis confirmatio seu ratificatio est faciēda ex certa sciētia. & sic oportet, quod omnia capitula contractus sint bene nota iuranti; vt in terminis ratificationis determinat Paul. de Cast. in consi. 465.col.penul.vol.1.Ruin. consi.63.col.pen.in fin.& seq.vol.1. Grat. lib.1.resp.76.nu.47. Crau. consi. 197.nu. 14.& Natta in consi.636. nu. 194. Et dixit Corn.in consi.207.in fin.vol.3. quod si minor factus maior non habuit notitiam, quod in alienatione facta per eius tutorem, non interuenit decretum iudicis, non intelligitur ratificasse alienationem, quamuis tacuerit per quinquennium, ita propterea limitando.l.fi.C.si maior fact.

70 Nono† limita.non habere locum, quā do extaret statutum prohibens, quod nullus cōtrahat cum minoribus & consequēter statutum loqueretur in personam: nam in tali casu, quamuis minor iuraret, non obligaretur, ex quo faceret contra legem, & mortaliter peccaret; vt magistraliter voluit Barto.in l. si quis pro eo. in quinta quęst. post nu. 11. de fideiuss. & in d. Auten. sacramenta puberum.nu.15.C.si aduers.vend. & in l. 2.C. ne fideius.dot.den. & Ang.in d.l.si quis pro eo. & videtur sequi Paul.de Cast.in consi.465. in fi.vol.1. de quo etiā habetur late per Dec. in cōsi. 536.col.fi.num.15.& 16. & quod faciens contra legem peccet mortaliter, habetur in c. 2.de maio.& obed.& in c. 2.de censi. & habetur per Calcan.in consi.126. in pr. Sed caue; quia ista limitatio non est vera, & in hoc Barto.communiter reprehēditur, vt per eundem Paul.de Cast. in cōsil.190.colum. 2. versi. item & tertio. vol. 1.& contra Bar.dicit late insistendo Corne.in consi.36.colum.4. in prin. vol. 1. & latissime in consi. 287.volum.5 nam quocumque modo sint concepta verba, siue in rem, siue in personam, nihil interest, secundum Abb.in suis quęst.in 2.quęst. nu. 12. & copiose Brunus in suo tract. de statu.fęmi.a succesio. exclu. in sexto articu. principali, quæst. 1. Et dictum Bar. in locis supra allegatis est verum, quando prohibetur aliquid in fauorem alterius, quā prohibiti, vel quando id, quod prohibetur est de genere malorum, & turpium, vel tendit in alterius damnum: sed quando prohibitio fit mere in fauorem prohibiti: veluti, quòd mulier, vel minor non contrahat sine consensu consanguineorū; faciens contra legem, nō peccat; quia tūc prohibitio facta eius fauore redūdaret in odium: quod non est dicendum.& ita dictū Bar.intelligit & declarat Paul.de Cast.in d.consi.190.Præterea quod dicitur, quod faciens contra legem peccat mortaliter, intelligitur, quando prohibitio habet perpetuam causam prohibendi. item procedit in l.ordinata a Deo, vt sunt iura canonica; quia leges ciuiles non possunt illaqueare animam ad peccatum, nisi emanaret super materia, de cuius natura esset, quod eius transgresio induceret peccatum; vel nisi fieret contra legem in contēptum: prout late docet Corne. in supra allegatis locis. Item dictum Barto. posset procedere, quando statutum conciperet verba in personas contrahentium cum minoribus, & sic odio ipsorum contrahentiū non seruata certa sollemnitate; & quod nitens ex tali contractu incidat in certam pęnam: nam, quia huiusmodi statutum

dicitur emanasse odio contrahentium cũ minoribus; tunc nõ validatur contractus, licet ipse iurans obligetur iuramento. & ita etiam declarat idem Corne. in consi. 236.col.pen.vol.4. Sed primę declaratio nes magis placent; quia si minor iuramento obligatur, tenebitur in effectu ad obseruantiã contractus; & consequenter statutum parum, vel nihil operaretur. vt dicit Paul. de Cast. in consi. 53. col. 2. in fi. versi. sed postremo. vol. 2.

71 Decimo limitatur † non procedere, quando fuisset iuratum ex falsa cã; qa tũc iuramentum non obligat, vt per Paris. in consi. 96. nu. 24. & Anto. de Gab. in ti. de minor. concl. 5. post num. 40. simile vide-
72 mus † in sentẽtia, quę si lata sit ex falsa cã, dicitur nulla. l. Seię egressæ, & l. tutor si petitus. de tuto. & cur. dat. ab his. l. Thais ancilla. §. subuentum. de fideicom. libe. l. 1. §. hęc verba. ne uis fiat ei. Abb. in c. inter ceteras. col. 4. in prin. de sent. & re iud. & in c. sicut nobis. nu. 14. eo. ti. Io. de Ami. cõsi. 26. nu. 13. Corn. in consi. 132. col. fi. ad fi. vol. 2. & consi. 185. col. pen. in prin. vol. 4. & Gozad. in consi. 2. nu. 24. & idem per pręallegata iura dicit Corne. de decreto, vt sit nullum, si est latum ex falsa causa. vt per eum in consi. 99. col. 2. & consi. 185. col. pen. vol. 4.

73 Vndecimo limita. † non habere locũ in iuramento Iudęi, vt per Rui. in consi. 159. col. pen. vol. 5. & per eũdem Anto. de Gabrie. in d. conclus. 5. sed hoc non est tutum, cum Iudæus quoque obligetur iuramento, & teneatur ad illius obseruantiam non ex eo quidem, quòd non obseruando damnaretur; quia iam iudicatus, id est, dãnatus est; sed quia habet formam iuramẽti, & quia non obseruando offendit Deũ cuius offensam quilibet iudex debet vindicare, vt dixi in priuileg. 67. & dicam in priuil. 123.

74 Duodecimo limi. † non habere locum, quando minor alienaret principaliter in alterius pręiudicium: nam quamuis iuraret, non obligaretur. c. 2. & ibi Gl. de pac. in sexto. ꝗ latius declaratur per Rim. iun. in d. princ. quibus alie. lic. a nu. 260. vsque ad num. 276.

75 Decimo tertio † limi. quando libere & sponte cõtraxit, & iurauit; secus, si minis, vel metu iurauit; quia non obligatur, saltẽ quãtum ad effectum exactionis; quia poterit petere absolutionem a iuramento, vt per Bal. in c. 1. §. item sacramenta. in vlti. col. post Glo. ibi de pace iura. fir. Paul. de Cast. in d. Auctẽ sacramenta puberũ. cũ quo pertransit ibi Ias. post nu. 32. & iterũ. nu. 60. Affli. decis. 393. nu. 10. & Grã. decis. 103. nu. 60. cum pluribus seq. & dicam plenius in priuilegio. 110.

76 Decimo quarto † limi. non procedere in Ecclesia, quæ æquiparatur minori. c. 1. de rest. mi. Dec. in c. cãm, quę. col. 4. in medio. ver. sed ad ista responderi põt. de iud. nam restituitur non obstante iuramento episcopi. vt per Glo. in c. 1. in ver. ꝓtũ. de in integ. resti. in sexto. quam sequitur Bal. in l. generaliter. C. de reb. cred. Rom. in consi. 369. in 4. dubio, & late Corne. in consi. 45. vol. 2. & Bertachi. in suo tracta. de epo. lib. 4. in quinta parte. nu. 29. nã cũ huiusmodi contractus vitietur, non fauore epi, seu alterius plati iurantis: sed Ecclesia non firmat contractũ; quia iuramentum non operatur in præiudicium tertij: vt in similibus terminis tradit idem Corne. in cõs. 243. col. pen. vol. 2. & dixi statim in duodecima limi.

77 Decimo quinto lim. † solũ ꝓcedere, qñ minor vere iurauit; secus si vere ñ iurauit, vt qa pars remisit minori, volẽti iurare ipsũ iurm; qa ꝗuis remissio idẽ operet, ꝙ ipsum iurm; tamen non habet locũ in hoc iuramento confirmatorio. ita Alex. in l. nõ erit. §. si neque. in prin. de iureiur.

78 Decimo sexto. † limi. verum esse, quando ipse minor iurauit; secus, quando iurauit eius tutor; quia tale iuramentũ nõ dẽt nocere pupillo, etiam proximo pubertati, quin possit petere restitutionẽ in integrũ, si reperiatur læsus, secundum Alex. in cõsil. 21. in fi. volu. 5 & Corne. in consi. 178. in fin. volum. 3. & ante istos Gl. in l. tutor. in princ. de iureiuran. per tex. in l. nam & postea.

postea.§.si minor.eo.ti.& quamuis loquatur in restitutione ex causa iuramenti, delati in iudicio: tamen idem est in iuramẽto voluntario extraiudiciali; quia militat eadem ratio, videlicet, læsionis.

Decimo septimo limita procedere, q̃n minori iuranti, & habẽti curatorẽ ipse q; dem curator auctoritatẽ præstat; quia tũc obligatur; & contractus tenet: alias si non præstaret auctoritatem, non obligaretur, vt per Alex. in cons. 66. col. 2. vol. 3. & per Ant. de Gabri. in ti. de mino. concl. 5. nu. 40. sed ista limitatio videtur contrariari his, quæ diximus supra in quarta ampliatione, nu. 32. ideo considerabam hanc limitationem posse procedere, q̃n statutũ diceret, quòd non interueniente auctoritate curatoris, contractus præsumatur simulatus, vel per dolum extortus, vt dixit Pau. de Cas. in Auct. sacramenta puberũ. sæpe allegata. & sic potest procedere in terminis, de quibus statim dico in sequenti limita. quod etiã retulit Bolog. in l. omnes populi. post nu. 97. de iust. & iu.

Decimo octauo & vltimo pro nũc li-
79 mita notabiliter † non procedere, q̃n extaret statutum in loco, ꝗ contractus minorum sine certis sollemnitatibus celebrati præsumatur simulati, & in fraudem legis facti, etiam si fuerint iurati, vel ꝗ iuram cẽseatur per dolũ præstitum, prout Senis cauetur; quia in tali casu cõtractus nõ firmatur iur̃o: vt per Bar. in l. omnes populi. nu. 24. Insti. de iust. & iu. & in l. Seius, & Augerius. vbi etiam alij. ad legem Falc. Bal. in l. 3. post Gl. ibi. C. plus vale. qđ agi. Paulus de Cast. in cons. 314. col. fi. nu. 7. vol. 1. Rom. in cons. 12. col. 2. ver. nec dicendum est. Alexan. in consi. 59. volu. 1. consi. 38. volum. 3. & consi. 39. volum. 4. cons. 129. nume. 17. consi. 196. num. 9. volum. 6. & in consi. 151. num. 7. volum. 7. Corne. in consil. 121. colum. 2. volum. 4. Ruin. consi. 60. nu. 6. volu. 4. & cons. 55. ver. nono. volu. 5. cum similibus allegatis per Gozad. in cõsil. 16. numẽ. 13. cum duobus sequen. Sozi. iu. cons. 48. nu. 17. vol. 1. & cons. 3. num. 33. & seq. vol. 2. & ista est communis opi. vt per Alex. in cons. 151. col. 3. & 4. supra allega. Contra istam communem Docto. sententiam plurimum stringit, & vrget; quia cum statutũ procedat præsumptiue in habendo contractus minorum pro simulatis, vel per dolũ & metum gestis iuxta theoricam, quã tradit Cor. in cõs. 135. col. 3. post medium vol. 1. & præsumptiones non habeãt locũ in foro cõsciẽtię; sed ipsa veritas, vt per Imol. in c. quia pleriq; de immunita. eccles. Abb. in c. is qui fidẽ. de spon. Dec. in c. nouit. ante n. 11. đ iud. & Cur. iun. in consi. 104. col. 2. num. 6. posset contingere, quod vere minor contraxisset, & legitime circa rem, & pretium & tamen veniret contra proprium iuramentum auctoritate istius statuti, & sic p̃staret occasionem peierandi: et quod non potest fieri directe, non debet etiam per indirectum concedi. l. 1. de aucto. tu. cap. cum quid. de reg. iu. in sexto. et ca. tuæ. de procura. Ad remouendam hanc difficultatem de mente Doctorum in varijs, et diuersis locis per me obseruatis considerandum est, supradictã cõmunẽ sententiã nõ esse simpliciter veram, sed varijs modis declarari; ex quibus deinde apparebit, p̃dictam obiectionẽ in nihilo repugnare.

Primo igitur declaratur ꝓcedere, dumtamen subsit aliqua iusta cã ita statuendi, & præsumendi, vt quia minores essent soliti in loco circumueniri in certis contractibus, vt per Rom. in d. consi. 12. Abb. in c. cum contingat. nu. 10. & 12. & versic. secundo membro principali. de iurei. et in quæst. incip. stat. statutum communiter p Italiam. & in cons. 72. par. 1. idem quoq; tradit Corn. in cons. 264. col. 4. in prin. & consi. 328. col. 4. ad fi. vol. 1. consi. 7. col. 6. & seq. et cons. 167. col. 2. & 3. volu. 2. consil. 194. in fin. vol. 3. & in d. consi. 121. col. 2. in fin. et cons. 252. volu. 4. Et Dec. post Abb. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nu. 46. de const. & sic oportet, quod causa ita statuendi habeat primordium veritatis; q̃a tunc non est simpliciter præsumptio, sed rationabilis suspicio; quia per experientiam apparuit, quod in talibus contracti

bus minores decipiebantur, & contrahentes, cum ipsis erant soliti committere delicta: propterea ex tali statuto dicitur tolli occasio peccandi, & deprehenditur esse fundatum in ratione naturali, & factum ob bonum publicum. quo casu potest ius ciuile distinguere ius naturale diuinum & canonicum, vt voluit Dec. post Abb. in d.cap.ecclesia S.Mariæ. post num. 46. versi. 2. Abb. & sequuntur etiam moderni repetentes in d.l.omnes populi. vbi præcipue Bologn. alios referens, post nu. 97. Et est diligenter aduertendum, ꝙ non sufficit, ꝙ de causa iusta fiat mentio in ipso statuto, per verba maxime enunciatiua; quia si aliter de ea non constet, non est statuto taliter asserenti, credendum. & istam dicit magis communem opi. Rui. in consil. 51. col. 8. in fi. in cons. 64. in cons. 135. colum. 2. & cons. 194. colu. 3. volu. 1. Sed ista opi. videtur admodum dubitabilis: nã nõ videtur verum, quod non sit stãdum statuto de causa, etiam si loquatur per verba enunciatiua; quia quando a legislatore ꝓferuntur principaliter, & ad propositũ ꝓ modum causæ, standum est verbis enunciatiuis, vt per Ias. in rub. de act. in institutio. quod eo magis dicendũ est; quia huiusmodi statutum, cum sit approbatũ ab eo qui excipit de non existentia causæ, tãquam vnus de populo, verba enunciatiua disponunt; quia sunt enunciata inter easdem personas; quinimmo etiam probant inter alias personas, ab eis causam habentes, secundum Soz. in cons. 11. col. 1. vol. 3. quẽ sequit̃ Bell. cons. 75. ante nu. 2. & tradit quoque Crau. in cons. 29. n. 1. & sic cum agatur de verbis enunciatiuis inter partes, quæ tamquam homines de populo intelliguntur, statutum approbasse, & enunciasse, illis stari debet, nisi contrariũ

81 doceatur. cogita tamen.† Secundo supra dicta conclusio, & consequenter nostra limitatio declaratur procedere, quãdo simpliciter fuisset iuratum confirmando contractum, vt supradictũ fuit, ponendo primam conclusionẽ: sed si vltra iuramẽtum confirmatorium, minor tactis scripturis iurasset se esse maiorẽ; ex quo nullo mõ probari posset minoritas, vt l. si alterius. C. si min. se maio. & dixi supra in principio huius priuilegij; statutum nihil proficeret minori, cum minor ætas probari non posset. & iuramentum istud non est a statuto sublatum, cũ de illo nõ loquatur; sed tantũ de iuramento confirmatorio: vnde remanet in dispositione iuris communis, cuius vigore nulla fieri permittitur probatio minoris ætatis. & in hanc sentẽtiam omnes Doctores vident̃ conuenire, vt per Paul. de Cast. in cons. 53. vol. 2. qd̃ & voluit Abb. in d. cons. 72. cum alijs supra allegatis. Quinimmo etiam, si statutũ faceret mentionem de iuramẽto assertorio, illud pariter annullando non cõprehenderet iuramentum assertoriũ præstitũ manibus tactis scripturis; quia aduersa sunt. & ita voluit Grat. lib. 1. resp. 46. Ter

82 tio supradicta limitatio declaratur,† procedere quando statutum fuisset factum bona fide, prout in dubio est præsumendum; aliàs secus, vt declarat Corn. in consil. 121. vol. 3. in fi. & seque. vol. 2. Si enim statutum malitiose emanasset contra iuramentum; tunc non valeret, vt in simili scribit Signo. in consi. 21. & hoc etiã videtur sentire Gozad. in cons. 5. n. 22. Sed certe ista declaratio non videtur in effectu differre a prima: nam si statutũ debet emanare ob iustam, & rationabilem causam: veluti, quia minores decipi solerent a maioribus, in necessariam consequentiam oportet, quod statutum sit factũ bona fide: & sic propter iustã causam, & ob publicam vtilitatem. ex quo apparet non obstare obiectionẽ supra factã; qa statutũ non simpliciter præsumit, vt tollat vires iuramenti; sed præsumptio est fundata in iusta, rationabili, & naturali causa, & ob bonũ publicum, cuius causa licet distinguere ius ciuile diuinum, & canonicũ, vt supra dictum fuit. Quarto intelligitur, nisi minor sollemniter confiteretur, contractum factũ cũ eo esse verum, & legitime factum sine vllo vitio, vel fraude: tunc. n. contractus firmaretur iuramento, nõ obstante

ſtante ſtatuto: & ideo per denunciationē euangelicam teneretur ad traditionē rei venditæ; quia aliter faciendo ipſe moraretur in peccato. ita voluit Abb.in d.cap. cum contingat.cuius dicta latius proſequitur Bolognet. in d. l. omnes populi poſt num.97.de iuſt.& iur.Secundo contra ſupra dictam limita. & conſequēter contra communem ſententiam Doctorum vrget; quia non videtur, quod huiuſmodi ſtatutū valere poſsit: nā ex quo nihil diſponere pōt circa iurm,tamquam ſpirituale,& nō ſubiectum poteſtati ſtatuētium, faciendo mentionem de ipſo iuramento directe, vel indirecte,nō valet, vt habetur p Rui. in conſi.51.col 7 nu.22.vol.1.vbi dicit ita declarare Abb.in cap. & Eccleſia Sanctæ Mariæ.col.pen.ver.ſeptimus caſus.de conſtitu.& pro hoc etiam facit, qđ poſt alios ſcribit Corne.in conſi. 9. col.1. vol.3. vbi dř,quod ſtatutum faciens expreſſe mentionem de clericis,nō valet; cū alias valeret, ēt ī reſpiciētibus ipſos clericos;ſed ad hoc reſpondendum eſt,ꝙ eſt verum, qń ſtatutum ſimpliciter, & abſque rationabili cā vellet diſponere circa iurm,quia tunc nō poſſet: ſed apparente legitima cā poſſet, non faciendo præſertim expreſſam mentionem de iuramento principaliter,ſed indirecte,vt voluit ipſemet Rui. ſibi contrarius in d.conſi.194.col.3.vol.1. Nunc autem,quia diximus,ſtante ſupra dicto ſtatuto contractum non firmari iuro,quæro,an ſaltem minor obligetur iuramento,ita,vt illud obſeruare teneatur? Doct.circa hāc dubitationem ſeu quæſtionē, magis com-
83 muniter videntur concludere, † quod quamuis ſtatutum poſsit tollere omnē obligationem,quæ naſceretur ex ipſo contractu,& quæ parti acquireretur, etiam ſi eſſet naturalis obligatio; quia adhuc ex tali contractu,& iuramento non oritur,ſecundum Ro.in conſi.437.col.2.ver. circa primum. non tamen pōt tollere obligationē prouenientē ex ipſo iuramēto,quæ acquiritur Deo:vt per Paul.de Caſt.in l.nō dubiū.col.6.nu.12.C.de legi.& in conſ.305. col.2.vol.2.Gozad.in conſi. 16.nu.15.& Couar.in c quamuis.de pact.in 6. in ſecūda parte § 1. poſt nu. 8 Sed contra iſtam opi.videt.Bal. in d.l. omnes populi. cuius auctoritatē tuetur,& defendit Ab. in d.c. cum contingat. quod & refert Bologne. in d.l.omnes populi.poſt n 97.ver.aut minor allegat:nam ſi minor inquit Abb. allegat præſumptionem ſtatuti, vel dicit contractum non omnino licitum; tunc, quia iuramentum non tollit præſumptionem ſtatuti legitime inductam nec dicitur venire contra iura, licet veniat contra verba, ex quo non venit contra interpretationem eius,non obligatur iuramento.& ꝓcedit opi.Bal. & cum hac opinione ꝓtranſit etiam ipſe Bologne. latius inſiſtendo ſuper dictis eiuſdem Abba.Tu autem aduerte; quia iſta conſideratio Abba. nullo modo procedere poteſt: nam cum ſtatutum loquatur de iuramento, vt ſcilicet, præſumatur per vim, vel metum, vel etiā per dolum præſtitum; quibus caſibus iuramentum obligat ipſo iure, non intelligit ſtatutū tollere obligationē iuramenti; quia per has præſumptiones hoc facere non pōt;cum nec ſi vere vis,vel metus,aut ēt dolus citra machinationem interceſsiſſet,intelligeretur ſublata;q̃a Nō dēt plus poſſe fictio quā veritas.l. filio in prin. de libe.& poſth.cum ſimili.quod autem iuramentum præſtitum per vim, vel metum, aut etiam dolum, quod non excludit conſenſum, obliget ipſo iure, dico infra in priui.110. vbi declaro quando procedat; & tetigi ſup.in priui.21.in octa. limi.Præterea ſi ſtatutum iſtud poſſet tollere hanc obligationem ex iuro,non eſſet diſtinguere circa ius diuinū; ſed pęnitus tollere. In hoc tamen non facio magnum fundamentum;quia vere non ex toto tollitur;ſed diſtinguitur in iſto caſu propter publicam vtilitatem:qđ licet vt ſupra dictū fuit, & declarat Bologne. in d. l. omnes populi. nu.93.ver.quarta eſt concluſio. de iuſti.& iu.militat tñ alia rō ſupradicta.Et ideo ex his concludo, quod licet iuramentū in caſu ſupradicti ſtatuti obliget ipſum iurantem minorem; tamen non validat contractum.

84 ctum. & ex hoc infertur; † quod stante nullitate ipsius contractus, iuramentum ex eo probari non poterit, quòd.s. iuratū fuerit: vt per Paul. de Cast. in cons. 61. volum. 1. Alexan. consi. 53. col. 3. volum. 3. & Grat. lib. 1. respon. 47. num. 3. poterit tamen aliunde probari, puta per testes: & eo probato posset compelli officio iudicis ecclesiastici, vel etiam sæcularis, ad mādatum illius pro obseruantia iuramenti: vt per eundem Pau. de Cast. in consi. 8. volum. 2. & consil. 53. eo. vol. & alibi sæpe, & hoc nisi iuramentum esset interpositum super aliquo à iure diuino reprobato, veluti super vsuris, iuxta cap. 1. & cap. debitores. de iureiuran. quia tunc poterit petere absolutionem, & erit concedenda, secundum Roma. in d. consil. 437. col. 3. ad fi. versic. quo ad tertium. Mihi tamen istud dictum Paul. de Castr. in proxime allegatis locis visum fuit semper durum; licet alibi secutus fuerim: nam si per hunc modum, & viam minor iurans poterit compelli ad obseruantiam iuramenti, iam sequeretur manifeste, falsum esse illud, quod supra conclusum fuit, secundum communem omniū sententiam, per statutum.s. tolli posse omnem obligationem ex contractu resultātem, etiam naturalem; quinimmo etiam eam, quæ nasceretur ex iuramento, & quę parti acquireretur. prout dicebat Roma. in d consil. 437. nam patet, quòd hoc non esset verum, ex quo pars ipsa faceret compelli minorem ad obseruantiam iuramenti: & constat statutum posse tollere vinculum temporale proueniens ex iuramento, iuxta ea quæ scripsi supra in priuileg 67. num. 22. in octaua li. & licet non posit tollere vinculum spirituale, & sic obligationem, quæ Deo acquiritur, vt supra dictum fuit: tamen talis obligatio non respicit actus humanos, neq; ipsas partes contrahentes; sed solum Deū: cogita tamē. & hæc satis, quo ad primam conclusionem. Circa secundam, pro illius declaratione quæro de notabili, & quoti-
85 diana quæstione, † an.s. minor iurans non venire contra contractum ratione minoris ætatis, aut alia quacumque ratione, vel causa, excludatur à remedio l. 2. C. de rescind. vend. & consequenter, an possit venire aduersus contractum, nō obstante iuramento, si fuerit enormiter læsus? In ista quæstione, quæ maximum habet dubium, secundum Cor. in cons. 124. in prin. volu. 3. communis videtur esse opin. quòd minor ita iurās amittat dictum beneficium, vt per eum ibi, & in consil. 153. colu. pen. volum. 3. & prout colligitur ex traditis p Paul. de Cast. in cons. 260. col. 2. ver. si vero vellet. volum. 1. & idem Corn. in consi. 161. col. 3. ver. tamen cum iurauit. vol. 3. Ruin. consi. 170. colum. 4. ver. circa secundum. vol. 1. late Alci. in c. cum contingat. num. 130. de iureiuran. Craue. in consi. 7. num. 4. vbi hoc firmat per multas auctoritates, quas citat. & latissime quoque Rimi. iun. Insti. quibus alie. lice. vel non in princ. post nume. 259. Verumtamen; quia nonnulli magni nominis viri tenuerunt contrarium, & non omnino dissimulandis rationibus, & fundamentis; & quia et res magni est ponderis singularisque vtilitatis; & sæpe contingit de facto consulere, diligenter ego insistendum putaui. Sed ad eius faciliorem intelligentiam necessario præmittendum est, læsionem variis in
86 locis† à Doctoribus quadrupliciter cōsiderari. Aliquando enim (& primo) dicitur læsio minima. exempli gratia, si quis vendat rem pro ducentis, quæ erat valoris ducentorum & quinque, parum plus, vel minus; in isto casu, cum læsio dicatur minima, minor, vel alius non restituitur l. scio. de resti. in integ. Aret. in cons. 16. colum. fi. ver. nec obstat præmissis. Corne. in consil. 166. circa princ. vol. 1. Grat. lib. 1.
87 respon. 4. ad fi. † Obseruandum est tamē, secundum Bal. in l. 1. si aduers. vendi. minimam læsionem differre a modica, ita vt ipse voluerit, pro modica læsione restitutionem competere; secus pro minima, quia modica læsio dicitur plus læsionis continere, quam minima. Docto. tamen sæpe verbū, Modica, pro verbo Minima vsurpant: prout facit Gra. libro 1. respon. 119

num.

num.43. Illud autem certum est læsionem huiusmodi, siue minimam siue modicam appellemus, enormem non esse, sicut videmus, quòd nec modicum furtum cadit in crimen enormis furti: vt per Roma. in cõsil. 429. illud etiam nullam habet dubitationem ꝙ an, & quando dicatur minima læsio, vel non, ad effectum vt minori non competat restitutio in integrum, relinquitur arbitrio iudicis: vt per Menoch. de arbit. lib. 2. centu. 1. cauf. 75. Secundo dicitur læsio magna, vt quando quis læditur citra dimidiam iusti pretij; quia vendita sit res valoris ducentorum pro centum viginti, vel triginta. & istam læsionem Bal. appellat tollerabilem in l. pen. C. de arbi. & magnam appellat Corne. in consi. 189. col. 2. vol. 1. Et in ea non est dubium minorẽ restitui, quia magnopere lęditur. d. l. scio. l. nam & postea. §. si minor. vbi Glo. Bar. & alij. de iureiuran. & l. fi. vbi Docto. C. de in integ. resti. & Corne. in d. consil. 189. col. 2. post litteram I. & consil. 252. col. 5. in princip. volu. 3. aliquando tamen dicitur etiam læsio magna, quæ ascendit ad tertiam partem: vt per Io. And. in cap. propter sterilitatem. de locat. item dicitur magna læsio, secundum vulgi opinionem. gl. in d. capit. propter sterilitatem. & sequitur Rui. in consil. 81. col. 1. volu. 1. Tertio dicitur læsio maior, quę communiter appellatur enormis, vt inquit Paul. de Cast. in consil. 255. col. 2. in medio, ver. restat ergo. vol. 2. exempli gratia, quando lęsio est vltra dimidiam: vt per Guid. Pap. quęst. 170. quo casu loquitur tex. in l. 2. C. de resein. vendi. vbi Gl. ponit exemplum: Ecce, inquit, res valebat decem: venditor vẽdidit pro quatuor: vel respectu emptoris res similiter valebat decem; emptor emit pro sexdecim: nam in vtroque casu dicitur læsio vltra dimidiam, quo casu dicitur enormis læsio, vt supra dictum fuit, & habetur in simili Glo. in c. pen. de empt. & vend. in versicu. dimidiam. & notatur in cap. ad nostram. in ca. illo vos. de pigno. Bar. in l. si quis cum aliter. de verb. oblig. Calca. consi. 85. num. 14. Corn. consi. 236. colu. 2. in fi. & in consi. 179. in princip. vol. 4. & ista est communis opinio ꝙ s. tunc dicatur enormis læsio, quando est vltra dimidiam, prout inquit Goz. alios allegando in consi. 74. in princip. & ista læsio alio nomine appellatur intollerabilis, prout eam intollerabilem appellat Calca. in consi. 120. col. pen. in fi. & alibi appellatur immodica, prout eam immodicam dicit Corn. in consi. 9. col. 3. vol. 1. & circa istã enormem læsionem, alia est etiam communis opi. ꝙ an, & quando dicatur enormis læsio, hoc relinquatur arbitrio iudicis: vt tradit Abb. in consi. 77. colu. pen. & seq. par. 2. Ias. in addi. ad Porti. Insti. de hęred. quali. & diff. §. fi. in fi. Glo. 1. in c. cum illorum. de sent. excom. & ibi Felin. col. 4.
88 ver. eadem Gl. ibi relinquitur.† Sicut videmus in simili de conductore, cui propter sterilitatem facienda est remissio pensionis: nam qualis debeat esse lęsio, relinquitur arbitrio iudicis terminandum, vt dixit Barb. in d. c. propter sterilitatem. nu. 24. & in hac materia sterilitatis refert quãque opi. Corn. in consi. 128. col. 5. in medio. volu. 2. quas videre poteris. Ita dicamus in casu nostro, ꝙ in arbitrio iudicis erit determinare, quãdo dicatur enormis lęsio. Ex quo ego infero, ꝙ læsio etiam citra dimidiam possit dici enormis læsio, si ita iudici determinandum videbitur. & propterea Natta in consi. 632. num. 15. dixit, ꝙ ad hoc, vt minor restituatur, etiam quando iurauit, non est necessarium, ꝙ læsio sit vltra dimidiã, sed satis est, ꝙ sit enormiter læsus. & sic secundum eum enormis læsio erit, etiam si sit citra dimidiam. Quinimmo idem Natta in consi. 525. nu. 50. col. fi. dicit enormem hanc læsionem posse reputari eminentissimam lęsionem, nõ habendo respectum ad rem, sed ad facultates damnum passi: vt ibi per eum. Patet ergo per prædicta, ꝙ enormis læsio, secundum communem opi. poterit iudicari vel dici, etiam si sit citra dimidiam. Amplius dico, ꝙ etiam dicetur quis pati enormem lęsionem, secundum communem opi. quãdo esset læsus in sexta parte veri pretij; veluti,

luti, quia res sit vendita pro quinquaginta, quæ erat valoris sexaginta: nam in isto casu venditor dicitur læsus in sexta parte veri pretij:& tamen dicitur enormiter lædi, vt per Cæpo. in cons. 29. in ciui. vbi dicit hanc esse communem opinio. & sequitur Grat. lib. 1. respon. 30. nu. 4. facit pro hoc illud quod scribit Bart. in l. societatem. §. arbitrorum. pro socio. vbi dicitur, quòd laudum continens læsionem in sexta parte, debet censeri iniquum. sequitur Paul. de Cast. in cons. 465. num. 2 vol. 1. & cons. 215. col. 1. ver. quarto videndum. num. 3. volum. 2. Reperio tamen, quod istud dictum Bar. est fundatũ in l. vnde si Neruæ. cum l. seq. pro soc. quæ iura non loquũtur in sexta parte; sed in tertia in qua fuerat læsus alter ex socijs, put declarat optime Corne. in cons. 9. col. 3. in fi. volu. 1. & Rui. in cons. 81. col. 2. in prin. volum. 1. & redeũdo ad id, quod diximus censeri enormem. s. læsionem, per communem Doctorum sententiam, etiam quando est in sexta parte, dico animaduertendum esse; quia si hæc opi. vera est, videtur destruere præcedentem: nam ea præsupposita necessario sequitur, quòd iudex non poterit arbitrari non esse enormem læsionem, quando est in dimidia; quia si enormis est in sexta, quanto magis erit in dimidia, vel paulo infra, Aucten. multo magis. C. de sacros. eccle. Cum enim determinatum sit, secundum communem opinionem, enormem læsionem dici, quando est in sexta parte; iam sequitur, quòd iudex non pote-
89 rit aliter arbitrari; † quia solum habet arbitrium in his, quæ non sunt determinata in iure. l. 3. §. tu magis. de testi. l. pe. §. sunt quædam. de var. & extraord. cogni. l. quod dicimus. de solu. & l. 1. de iure deli. Barb. cons. 20. col. pen. volu. 2. & Bello. cons. 60. num. 10. cum simi. & cum sit communis opi. quòd enormis læsio dicatur, quando est in 6. parte, vel in tertia, vel in quarta,
90 † iudex secundum illam iudicare debet, vt not. in c. 1. de constit. Sic videmus in simili, quod iudex non potest recedere à pœna, quando est expressa in lege; aliàs puni-

tur, vt per Abb. in c. de causis. colum. 1. de offi. delega. sequitur ergo, quod non poterit etiam recedere ab hac determinatione, quę est, vt dicatur enormis læsio vbi ascẽdit ad sextam partem; quia faceret contra communem opi. Sed pro concordia dictarum opi. dicendum est, vt hæc tertia opinio procedat, saltem quando ex qualitate personarum non suadetur aliter iudicandum, quàm quod dicatur enormis læsio, quando ascendit ad sextam partem. sed si ex personarum qualitate persuaderetur iudici aliter arbitrandum, vt quia esset persona valde diues, & res alienata non magni valoris; tunc posset pro animi sui arbitrio determinare non esse enormem læsionem, etiam si esset in dimidia, vel paulo infra. & isto casu potest procedere secunda opi. supra relata. & quod in determinando an sit parua vel magna læsio, enormis uel non, debeat haberi respectus non ad res ipsas; sed ad conditionem personarum, & facultatem illarum, habetur per Dec. in consil. 289. & Natta in d. consil. 325. col. fi. num. 50. Et propterea non potest circa istud dari certa doctrina; cum ex varijs circunstantijs rerum & personarum, posit iudex arbitrari aliquando de dimidia, aliquando de tertia, rursus de quarta, quinta, sexta, & etiam septima parte: vt in materia arbitramentorum dicit nuncupatim Corne. in consi. 9. colu. 4. in prin. vol. 1. Quod vero attinet ad opinionem primo loco relatam, indubium est, dici enormem læsionem, quando est vltra dimidiam: tamen in ea quoque iudex posset aliter arbitrari ex personarum qualitate, vt in alijs dictum fuit: sicut videmus fieri, quando arbitrandum est, an quis dicatur diues, vel pauper, in quo pariter inspicitur personæ qualitas. facit Glo. in ca. fi. de re iud. in sexto. & tex. in c. de causis. de offi. delega.

Quarto & vltimo dicitur lęsio maxima, quæ a Doctoribus enormissima nuncupatur, quæ contingit fieri in toto aut quasi toto, secundum Paul. de Cast. in cõsi. 255. supra alleg. sed & enormissima læsio

ſio dicitur, quando eſt exceſsiua vltra dimidiam, veluti in triplo, quadruplo, vel etiam vltra, vt per Grat.lib. 1.reſpon. 88. & reſpon.109.nume.19. Abb.in ca.quintauallis.col.20. de iureiuran. Aufre.deciſ. Tholoſ.367.Crauet.in d.conſi.7. Alb.cōſi.81.nu.48 & Pedem.deciſ. 33. Et dixit Corne.in conſi.189 col. 2. in prin.volu.1. quòd in enormiſsima læſione, poſſunt conſiderari plures gradus; cum alia poſsit eſſe in triplo, alia in quadruplo, vt ſupra dictum eſt: ſed tamen enormiſsima læſio dicitur in ſuperlatiuo gradu, cuius natura eſt, vt nihil ſupra dari poſsit. l. vbi autem. de verb. obli.l. proximus. de verb. ſignifi. c.nulli faſ.25.q.1.& ideo quantum ad iuris effectum arbitror iſtam conſideratio-
91 nem nullius eſſe momenti. † Et eſt circa prædicta notandum, ꝙ læſio debet conſiderari de tempore contractus, non autem de tempore ante vel poſt contractum celebratum: vt eſt tex. in l. ſi voluntate. in fi. C.de reſcin.vend. Bar.& Doct. in l.pretia rerum.ad leg.Falc.& in l. 2. C. de reſcin. ven.Grat.lib. 2.reſpon.142.in fi.Glo.in l. 1.in nona quæſt.C. de inoffi. dona. Guid. Pap.quæſt.157.Corne. conſi.181.col.20. verſi.his tamen non obſtantibus.volu.2.& conſi.15.col.pen.ad fi.vol.4. Rui.in conſi. 35.col.14.ad fi. ver.ſed præmiſsis non obſtantibus.vol.1.Craue. conſi. 11.ad fi. nu. 17.& conſ.114.nu.116. cum multis ſimilibus adductis per Anto.de Gabr.in ti.de empti.& vend.concl.1.nu.47. quia regula eſt, ꝙ in contractibus attenditur tēpus celebrationis ipſius, & non quod poſtea ſuperuenit, vt per Curt.iuni. in conſi.1.colum. 3. in fi. & facit, quod dici ſolet ex euentu ſuperuenienti non creſcere æſtimationem damni præteriti. l. omnis hæreditas.de reg.iu. Bal.in conſi.182.col.2.circa medium. volu. 1. & quia tempus contra-
92 ctus inſpicitur ſicut dictum eſt, † ſi aliqs fecit pactum de vendendo frumentum, veluti centum modios pro aureis quinq; pro quolibet modio; & deinde tempore adueniente, frumenti pretium excreuerit mirum in modum, puta ad aureos quindecim, ꝓut hoc anno 1580. venditor obligatus vendere, non tenebitur vendere ꝓ pretio expreſſo in pacto de vendendo; ſed pro pretio currente de tempore contractus. ita pulchre conſuluit Rui. in conſil. 79.volu.1. quod eſt notandum, quia ſæpe contingit. facit ad idem, quod in ſimili di
93 citur de dote: † nam ad cognoſcendum an datio dotis fuerit congrua, nec ne, attenditur tempus dotationis, vt per Gram. deciſ.101. numero 72. & dixit hoc idem Corne.in conſ.290.colum.13.in fi. vol.3. Et alibi habetur, ꝙ conditio arbitrorum inſpicitur de tempore compromiſsi.l. ſed
94 & ſi in ſeruum.in princ. de arbi.Et † qualitas ipſorum contrahentium attenditur, dum contrahunt, & non ipſius qualitatis mutatio ſuperueniens. l. Pomponius. de neg.geſt l.ſi id, quod.§.ſi filius.pro ſocio.l. 1.§.ſi ſeruus.depoſi.Signo. conſ. 126.col. 2.& conſ.136.nu.8. & Curt. iu.in d.conſ.
95 1.col.3.in fi. † Prædicta tamen ſunt intelligenda, ꝙ ſint vera, & procedāt, niſi aliàs contractus ſit ſucceſsiuus; quia tunc inſpiceretur etiam tempus futurum, quo ad ipſam læſionem, vt habetur per Dec.in cōſ. 335.per tex.in c.ſuggeſtum. de deci.cum alijs per eum allegatis. & per Iaſ.in l. quo minus.in 22.quæſt. de flumi. & ideo videmus, ꝙ ſi quis deflorauit virginem, non ſolum tenetur emendare damnum ex defloratione contingens, eo modo quo poteſt fieri; ſed etiam omne incommodum ex ipſa defloratione peruenturum, vel in accipiendo illam in vxorem, vel in dotando. c.1.de adulte.idē in eo qui mutilauit mēbrum, vel occidit: nam tenetur non ſolum ad operas amiſſas de præterito, vel præſenti; ſed ēt ad operas in futurū amittendas.ita dicit Specu.in ti.de iniur.§ 2.ver. ſed nunquid pro libero. & ver.quid ſi ſtatim obijt.refert Abb.ī c.1.col.3. de iniur. item prædicta ſunt vera, quando res debetur iure actionis; ſecus ſi officio iudicis, vt l.hominem. mandati. Secundo eſt notan-
96 dum, † ꝙ læſio non ſolum conſideratur reſpectu quātitatis, & æſtimationis, de qua dictum eſt; ſed etiam reſpectu temporis,

quia

quia tempus solutionis summæ comparatur: l. si constante. §. quoties. solu. matri. l. in quantitate, §. in diem. & l. qui quadringenta, §. fi. ad legem Falc. cum alijs adductis per Corn. in consi. 11. col. 4. vol. 3, vbi hoc expresse dicit: nam solemus dicere, quòd Minus soluit, qui tardius soluit. l. si cui in fi. de verb. signi. & Plus petit qui ante tempus petit. §. plus. Insti. de actio. & tradit idē Corn. in cōsi. 45. col. 4. in fi. vol. 1. Hoc ita præmisso, redeundo ad supradictā conclusionem, per quam diximus minorem, iurantem non venire aduersus contractū ratione minoris ætatis, aut alia quacumque ratione, vel causa, amittere beneficiū legis. secund. C. de rescind. vend. Et istam esse communem opinionem, videndum est an satis valida ratione defendi possit, ita, vt de contrario non sit dubitandum. & profectò ad eam stabiliēdam & firmandam, considerantur per Docto. (nec omnino inepte) verba illa vniuersalia, & prægnantia iuramēti, & signanter illa dictio, Quæcumque, quæ est huius naturæ, vt cōprehendat etiam causas dissimiles expressis. tex. est in Clem. 1. & ibi Glo. in ver. quauis. de re iud. & Glo. in l. si pupilli. §. idem ait. in versic. ipsō gesto. de nego. gest. per quam Ang. in consi. 287. col. 4. dixit, quod ista verba, Quouis modo, important & significant omnem descriptionis formam, id est, quascumq; formas excogitabiles, & renunciando filia bonis paternis, & promittendo de illis nō petere quacumq; de cā, facit, vt nullo mō petere possit, vt per Capr. in cons. 62. nu. 3. & clausula, Quouis mō vacet, comprehendit omnē modū vacandi, vt per Cepo. in consi. 14. col. 4. ver. nec obstat, si dicatur. & verba Quomodocumq; decesserit, includunt omnem mortem, tam naturalenm, quam ciuilem, vt legitur apud Grat. lib. 2. resp. 76. nu. 21. & dictio ista. Quæcūque, comprehendit ēt inhabiles, cum sit vniuersalis. Bal. in l. momentanee. nu. 2. C. qui legi. pers. Curt. iun. in consi. 1. p to. Natta cons. 507. post n. 15. & cons. 525. nu. 8. & cons. 508. nu. 4. Patet in feudis, ī qbus hæc verba, Et hæredibus quibuscumque, comprehendunt ēt extraneos, vt habetur in dictis locis. & p Rui. in consi. 52. col. 3. in fi. vol. 1. & Pedemon. decis. 27. nu. 11. Patet etiam in emptore, qui agit contra venditorem de euictione, re euicta per compromissum, quando promisit de euictiōe qualitercūq;, vel ex quacumque causa; cum alias sit secus. Gl. in l. pœna. de arbi. cū alijs adductis per Goza. in cōsi. 1. col. 5. nu. 19. & quod hæc dictio Quocumque, vel Quauis causa, comprehendat casus dissimiles. tradit late insistēdo per plura exempla Grat. lib. 2. respon. 163. col. 3. ver. quarto considero; qa est vniuersalis. & ideo facit venire illud qđ alias non veniret, vt per Nattam in consi. 478. nu. 3. & in cons. 546. nu. 3. vbi sunt concordan. Cum itaq; minor iurauerit non venire aduersus contractum ratione minoris ætatis, & deinde subiecerit, Vel alia quacumq; causa, vel ratione, voluit taliter iurans comprehēdi etiam causas dissimiles, & maiores expressis. & sic dato etiam, ꝙ reperiretur læsus vltra dimidiam, & cum minor ita iurando non differat a maiori, qui simpliciter iurauit sicut maior non potest venire aduersus cōtractū ratione læsionis vltra dimidiam; ita nec minor qui ita vniuersaliter iurauit, sicut dictum est, vt expresse censuit Cra. in d. consi. 7. post nu. 4. tenendo istam communem conclusionem, quam ēt amplexus est in consi. 114. post. n. 9. Et ex his patet satis optima ratione eam defendi, & tueri posse. Verumtamen adhærendo alteri opinioni, de qua statim dicemus, ad hanc Doctorū considerationem possumus respondere, quod immo illa verba, Quauis causa, vel Quacūq; ratione, & his similia, restringuntur, vt cōformentur cum iure communi, & æquitate, & ne quis damnum patiatur; vt expresse voluit Gozad. in consi. 88. col. 2. & 3. Et ꝙ verba vniuersalia restringātur propter naturalem æquitatē, tradit Iaf. in l. a Diuo Pio. §. in venditione. nu. 11. de re iud. Item, ꝙ verba vniuersalia restringantur, ne quis damnū patiatur, habetur p Dec. in l. fœminæ. §. impuberes. de reg. iur. nu. 7.

& in statuto tradit etiam Alexan. in l. scimus. §. in computatione. post num. 10. C. de iure deli. & ibi dicit esse verum, etiam si verba nihil operarentur. & ibi etiam est Gl. communiter recepta per Bar. Bal. Paul. de Cast. Ias. & alios. & per Dec. in cons. 445. col. 10. num. 50. in prin. ne igitur minor damnificetur ita enormiter, sicut contingeret, quando reperiretur læsus vltra dimidiam, dicendum est, etiam si illa verba, Vel quacunque causa, vel ratione, nihil operarentur, ꝙ debeant restringi ad causam honestatis, & ne pars locupletaretur cum alterius iactura; quia esset cōtra naturalem æquitatem. & constat, quòd verba vniuersalia debent restringi, ne qs locupletetur cum aliena iactura, vt not. p Dec. in l. iure naturæ. de reg. iur. Et quòd illa verba intelligantur de causa simili, & non ita præiudiciali, tradit Signor. in consil. 239. colum. 2. in princ. per l. 1. & l. si fugitiui. C. de seru. fugi. idem quoque tenuit Ias. & Moderni. in l. penult. C. qui admi. quos sequitur Bello. in cons. 72. post num. 6. idem quoque approbat Calca. in cons. 17. post nu. 6. & facit pro hoc; quia Clausula generalis, quæ sequitur aliquos casus speciales enumeratos, restringitur ad similia specificatis. l. fin. §. cum dulcia. de trit. vin. & ol. leg. Signor. consi. 176. num. 12. Barto. in l. Aurelio. §. Gaius. de liber. leg. Corne. consi. 293. col. 5. vol 3. Dec. consi. 195. col. fi. & Craue. consi. 95. in fi. cum simili. Nec obstat Clement. 1. supra in contrarium allegata pro communi opi. quia respondet Calca. in d. cons. 17. colum. 5 ꝙ illa verba sunt posita ad ampliandum, nec alium intellectum habere possunt; quia aliàs nihil operarentur. & ideo ampliationem inducunt, vt aliquid operentur, l. si quando. de leg. 1. & idem quoque tenet in consi. 25. col. 12. & Natta in cons. 546. nu. 21. Secundo tamen pro dicta communi sententia consideratur per Corne. in cōsi. 27. volum. 4. quòd quando est læsio in dimidia, vel etiam vltra dimidiam in aliquo minimo, veluti in vno obolo, nō præsumitur dolus; ex quo de iure ciuili deceptio in dimidia licita reputatur. l. in causæ. la 2. §. pen. de mino. & l. idem. la 2. §. quemadmodum. locati. & dolus non præsumitur in re minima, vt est obolus. l. si oleum. cum. l. sequen. de dolo. & ideo non datur actio de dolo l. senatus §. Marcellus. de lega. 1. & sic non debet præsumi dolus, si læsio sit vltra dimidiam in minimo: nec ratione minimæ rei æquum est venire contra proprium iuramentum, arg. l. si quis conduxerit. locati. quod etiam patet; quia pro tali lęsione non datur absolutio ab ipso iuramento, secundum Abb. in c. cum contingat. colum. 29. num. 23. de iureiur. & cons. 71. colum, 1. par. 1. Sed ad hæc responderi facile potest: quamuis. n. liceat contrahentibus inuicem se decipere, vt in dictis iuribus habetur, & tradit Gram. in cons. 121. num. 5. in ciuili. tamē non est licitum hoc facere vltra dimidiā, vt per Barba. in cons. 27. colum. 3. & cons. sequen. col. 8. in medio, inter consilia Calca. quod patet, quia vltra dimidiam iuris censura contractus rescinditur d. l. 2. C. de rescin. vend. Et cum læsio vltra dimidiam dicatur simpliciter, ego intelligo, siue excedat in notabili quantitate, siue in minima, veluti in vno nummo, vel obolo; quia cum lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. l. 1. §. occisorum. ad Syllani. l. qua actione. §. occisum. ad l. Aquili. & l. 3. in fi. de offic. præsid. & cum lex non dicat hoc de excessu dimidiæ in minimo, nec nos dicere debemus. l. in præuaricationibus. § fi. de præuari. l. dissentientem. C. de diuor. cum similibus adductis per Craue. in cons. 90. col. 1. in fi. & cum d. l. fin emanauerit fauore deceptorum in pretio, interpretatio facienda est, vt intelligatur ad fauorem eius, cuius contemplatione lex ipsa emanauit, iuxta tradita per Crauet. in cons. 118. num. 25. vbi dicitur, ꝙ statutū, & consuetudo in dubio interpretanda est ad fauorem eius, cuius contemplatione, & gratia emanauit. & cum agatur de fraude repellenda, quæ consistit in decipiendo partem in pretio, interpretatio late fieri debet, vt pro uiribus fraus repellatur. l.

1.§.fi.de calumni.l.sed & Iulianus.in prin. & §. mutui datio. ad Macedo. Craue. in consil.122.nu.11.& cum per deceptionẽ vltra dimidiam minor remaneret in damno,etiam si in minimo excederetur, vt de se patet:talis interpretatio sumi nõ debet. l.3.§.1. de arbi. l. sed si pupillus. §. item si plures. ibi Neque enim decipi debent cõtrahentes. de instito.cum alijs relatis per Craue.in consi.91.num.11.& istud procedit etiam si nullitas actus resultare habeat: vt habetur per Dec. in l. in contrahenda. num.17.de reg.iur. Ciuilis enim interpretatio est, cum omnis error excluditur, & nemo decipitur.l.tres fratres. cum ibi not. de pact.l.qui cum tutoribus & l. cũ aqlia na de transa. Calca.in consi. 25. colu.11. ad fin. Nec obstat, quod non præsumatur dolus in minimis;quia immo etiam in minimo dolus præsumitur,vt per Alex.in l.si superstite.C.de dolo.& iura in contrariũ adducta procedunt, quantum ad hoc, vt de dolo agi non possit d.§. Marcellus. sed bene pręsumitur dolus, quantum ad hoc, vt rescindatur contractus, & sic dolus re ipsa, qui quantum ad annullandum contractum æquiparatur dolo ex proposito, vt infra dicemus.& est regulare,quod dolus præsumatur adhibitus in contractu damnoso p minorẽ facto, vt dicit Gram. in consi.128.num.4.in ciuili. Pręterea aduertendum est,quod quãuis ratione vnius nummi, vel oboli, aut cuiuscumque rei minimæ,dolus non præsumeretur: tamen in casu nostro nummus,vel obolus, cum illa dimidia iunctus, non dicitur quid minimum; sed dicitur enormis lęsio, vt supra conclusum fuit in pręmisso. facit qđ in simili dicitur de peccato veniali, quod iunctum cum alio efficitur mortale; & similiter de mora simplici, quæ non excludit purgationem: & tamen iuncta cum alia illam excludit; quia dicitur magna mora, vt de vtroque scribit Marsi.in consil.2.post nume.54.sic in casu nostro, nummus de se quamuis dicatur res minima;tamen iunctus cum dimidia non est res minima. Et ex his patet, communem opinionem non satis validis fundamentis stabiliri, & propterea nonnulli contra eam tenuerũt,inter quos Io.de Imo.in c. cum contingat.de iureiurã.cuius quidem sæpe meminit Corne.in suis consilijs, vt patet in consi.166 col.3 in littera K. & in consil.189.col.penul.in littera Z. volum.1.cõsil.11.col.6.& consi.72.col.3.vol. 3.consi. 214.colu.2.consi.288.colu.10.eo.volum. cons.27.cons.147.col.3.in prin.cons.179. col.penul.& consi.284.vol.4.Hanc eandẽ opi.sequitur Craue.sibi contrarius in consil.142.& istam ego etiam arbitror esse satis iuri, & æquitati consonam: pro qua
97 ego considero facere infra scripta. † Et primo facit:nam quando interuenit læsio vltra dimidiam,quo casu dicitur esse enormis læsio, vt supra conclusum fuit, intelligitur esse dolus re ipsa; quinimmo etiã si intra dimidiam, vt probatur. in l.si superstite. cum Gloss. in versi.immodice.C. de dolo. nam ibi dolus præsumitur, si læsio fuerit vltra duos aureos, qui possunt esse multo minus dimidia in vẽditione magnæ rei. & idem probatur in l.si oleum.in fi.cum l.f.q. de dolo. ad idem facit tex.cũ Glo.in l.si quis cum aliter. de verb.oblig. vbi dicitur, quod intelligitur dolus re ipsa, si læsio sit vltra dimidiam, secundum quod ibi exemplificat Gl.in ver.dolum.& ita ẽt ibi tenet Bart.Paul.de Cast.Alex.& Ias. idem quoque censet Roma. in consil. 54.col.2.ver. primo quia præfata. num.2. in consi.68.in prin.& in cons.90.in fi.Corne.ĩ cons.166.col.2.ver.histamen non obstantibus. volum. 1.& consi.149.vol.3. & cõsi.283.col.3.ad fi.vol.4.vbi dicit,quod ex maxima læsione seu magna resultat dolus ex ꝓposito. facit,qđ scribit Bar.in l.fi.đ prætor.stipula. vbi dixit, quod arbitrator lædens partem enormiter præsumitur esse in dolo. & hinc dicitur alibi, quod dolus præsumiur in permutatione facta de magno beneficio cum paruo Bald.in l. spadonem.§.fi.de excusa.tut.& cur. quem refert,& sequitur Calca.in consi.25. ante num. 24. Cum ergo læsio est vltra dimidiam dicitur esse dolus re ipsa, vt etiam

scribit

ſcribit Grat.lib.1.reſp.30.nu.9.ideo autẽ
98 dicitur re ipſa; † quia poſſet eſſe dolus,ẽt ex conſilio ſeu propoſito per machinatio nem adhibitus,vt d.l.ſi quis cum aliter.ff verb.obl.quod & latius proſequitur Pau. de Caſt.in conſ.411.col.2.num.3.volum. 1.& Corne.in conſ.181.colum. 3.in fine
99 volu.3.† Et hic dolus re ipſa, de quo nũc agimus quantum pertinet ad annullandũ actum,nihil differt a dolo ex conſilio ſeu propoſito: prout referendo Bald. ſcribit Gram.in d.conſi.128.poſt nume.3.in ciui.vbi etiam ſubdit,quod ipſa enormis læſio dolus eſt.idem quoque tradit Calc.cõſil.33.nu.25.Craue.in conſ.264.poſt nume.4.conſi.142.& conſ 192.nume.8. Et Curt.iun.in conſ.53.num.9.& 10.conſil. 101.nume 6.& conſ.141.nu.5.& iſta eſt magis communis opin.vt habetur in Pedemon decis.41 num.2.vbi expreſſe inqt dolum re ipſa,& dolum ex propoſito æqparari,ſecundum magis communem opi. quantum ad reſciſionem contractus:vnde ſequitur,quod ſicut dolus, qui dedit cauſam contractui,facit,vt contractus ſit ipſo iure nullus,quando eſt bonæ fidei, vt l.& eleganter.in prin.de dolo.& not.Inſti.de actio.§ actionum autem.ita & dolus re ipſa reddet illum ipſo iure nullum nec iuramentum habet illum confirmare, cũ dolus,qui vitiat contractum,habeat vitiare iuramentum; iuxta Glo.not.in l ſi patronus hęres.§ patronum ex aſſe.ſi quis.in fraud.patr.& facit tex.in l.cum principalis.de reg.iur.& per Sozi.in conſi.3.colu. 3.volum 1.tamen quantum ad hoc vltimum de iuramento, arbitror contrarium eſſe dicendum, quod iuramentum confirmet contractum,in quo eſt dolus re ipſa, vt voluit Ruin in conſi.204.colum.4.volum.1.& ibi teſtatur communiter teneri. Nec obſtat Glo.ſupra in contrarium allegata; quia procedit, quando contractus eſt nullus de iure communi, ſecus ſi de iure ſpeciali,vt in caſu iſto,in quo per dolũ re ipſa,annullatur contractus; cum ſolum ex dolo per machinationẽ adhibito, reddatur ipſo iure nullus,& dolus re ipſa incidat:quo caſu contractus tenet regulariter, vt not. in d.l.& eleganter.& licet in caſu iſto reddatur nullus iure ſpeciali,fauore deceptorum vltra dimidiam: tñ valent,& tenent clauſulæ acceſſoriæ, & conſequenter iurm̃,quod illum confirmat,l.& ſi is.& ibi Iaſ.Bal.& alij.C.de prędi. mino.& ſequitur Gra.lib.1.reſp.82.n.21. debet tamẽ taliter iurans abſolui a iuro indiſtincte,& ſine cunctatione; quia dicitur iniuſtum.ita nuncupatim dicit Ab.in conſi.8.col.pen.ver.pręterea præfatũ iuramentũ.par.2.& in conſ.107.in ſecundo dubio.nu.3.eadẽ par.& clarius in c.cũ cã in fi.de emptio.& vend.& idẽ voluit Deci.in cõſ.180 col.5.in prin.& Rui.in cõſ. 170.nu.28.vol.1.Et ꝙ in tali caſu,petita abſolutione,cõtractus reſcindatur ꝑpter enormẽ læſionẽ,& ſic qñ interuenit dolus re ipſa,quocũq; modo iuratum ſit; voluit Bologni.in conſ.44.per tot.& præcipue. in col.5.ĩ prin.ver.ergo ſiue dolus.& Gozad.in conſ.44.circa prin.vbi nu.5.dicit, quòd data magna læſione(quod poteſt intelligi ẽt intra dimidiã, vel in ipſa dimidia ſecũdũ ea,quæ pręmiſimus) minor reſtituitur,etiam ſi fuerit iuratum in cõtractu,& renunciatũ per eũ.& ſubdit,ꝙ in tali caſu non habet locũ Auctẽn.ſacramẽta puberum.C.ſi aduerſ.vẽd.Facit ad cõfirmationem prędictorum illud, quod voluit Iaſ.in l.quidam cum filium.col 8. de verb.obl.Soz in conſ.220.cõſ.283.& conſ.299.vol.2.et Fel.in c.ſi diligenti.de foro compe.et in c.ſi de maio.et obed.et Gra.lib.2.reſp.118.nu.18.in quibus locis
100 pręfati Doct.volunt, † compromiſſum ſeu laudũ reſcindi ꝑpter enormẽ lęſionẽ, quę conſiſtit in dimidia,vel vltra, vt declaraui in pręmiſſo,ẽt ſi iuratum fuerit. Et iſta eſt communis opi.ſecũdũ Iaſ.in d. l.quidã cum filiumfami.et Grat.in loco ſtatim allega.et ideo Dec.in conſ 31.colum.2.et conſilio 45.merito dixit, quod dum quis enormiter lęditur, iuramẽtum nihil operatur: quamuis enim ſit licitum ex parte iurantis;tamen ex parte recipientis reputatur illicitum, quia locupleta-

tur cum aliena iactura, quod est contra bonos mores. l. plane. de pet. hæred. l. nam hoc natura. de cond. inde. & dicitur dolo facere, vt inquit tex. in l. si quis mancipij. §. fi. de istitor. cuius ad hoc meminit Cor. in cons. 46. col. 2. ad fin. volum. 1. facit ad idem tex. in l. 1. §. an in pupillum. deposi. & Calca. in cons. 25. nume. 7. & consil. 26. col. 5. post prin. vbi dicitur, quod Paria sunt velle locupletari cum aliena iactura
101 & esse in dolo. † Ad idem quoq; facit; quia damnum facere, quod contingit cũ locupletatur in detrimentum alterius, dicitur fraudem facere, vt per Sign. in consil. 82. col. 4. in fi. & ex his inferri potest, ꝙ Paul. de Cast. in d. cons. 255. volu. 2. male dixerit, dum voluit, quod tam in magna, quàm in maiori læsione, & sic in enormi, non includatur præsumptus dolus: nã ostẽditur in contrarium veritas ex prædictis. Cum itaque, sicut satis abunde ex prænarratis constat, iuramentum sit illicitum ex parte recipientis, potest peti absolutio, & debet indistincte concedi, vt supra demõstraui. & prout etiam scribit Ancha. relatus per Corne. in d. cons. 166. colu. 2. post medium. vol. 1. & idem quoq; firmat Natta in cons. 631. & Bologni. in d. consi. 44. col. pen. vers. cum fraus. Secundo principaliter pro hac opi. facit; quia in huiusmodi iuramento dicitur esse iniquitas, quod demonstratur ex vi verbi æquitas, quod æqualitatem quandã significat, vt habetur per Nattam in consi. 514. nume. 5. Cum igitur sit magna inæqualitas, respectu rei ad pretium, necessario sequitur quod nulla possit esse æquitas, immo magna iniquitas, quæ inæqualitatẽ significat: ergo iuramentum non debet obligare quantum ad effectum, ne petatur abso-
102 lutio; † quia sic esset iniquitatis vinculũ quod esse non debet c. si vero, de iureiur. Anch. cons. 83. circa fin. cons. 180. col. fin. & consi. 329. col. fi. & rursus. cons. 375. colum. 1. & Afflict. decis. 322. n. 9. Et quòd quãdo læsio est vltra dimidiam, quinimmo & citra dimidiam iusti pretij, dicatur esse iniquitas, & consequenter iuramentũ continere iniquitatẽ, probatur per ea quę notantur in §. pretiũ. Inst. de empt. & vendi. vbi dicitur, ꝙ pretium rei venditæ, in que diffinitũ per eũ, in cuius arbitrio positum erat, intelligitur, vltra vel citra dimidiã, dummodo non sit minima deceptio, per l. Scio. de rest. in integ. & ideo sufficeret læsio in 6. parte. iuxta tradita per Paulũ de Cast. in cons. 465. col. 2. nu. 2. volu. 1. vbi dr̃, ꝙ laudum dicitur continere manifestam iniquitatem, si læsio sit in sexta parte: sicut. n. arbitrium illud æquũ esse debet in alium, quod quis ĩ se ipsũ ferret. l. 1. de solut. l. inter chartulas. C. de conue. fisci. debi. lib. 10. & Rom. in cons. 205. ad fin. ita illud iniquum, quod quis contra se ipsũ non diceret: Quis aũt diceret cõtra se ipsum laudum, vel contractũ nõ debere rescindi, continentem læsionem vltra dimidiam? certe arbitror dicturum neminem. Contineret, etiam iniquitatem contractus si esset læsio in tertia parte, & diceretur manifesta iniquitas: vt in laudo inquit tex. in l. vnde si Neruę. cum l. seq. pro socio. intelligendo illam prout dixi supra post nu. 87. stante igitur iniquitate cõtractus, sequitur cõsequenter, quòd nulla est iustitia, quæ pariter in æqualitate cõsistit, reddendo vnicuique, quod suum est, secundum Aristo. in quinto Ethyco. quod & tangit Corn. in cõs. 283. col. 3. post medium. vol. 4. Constat autem iuramentũ inter alia debere habere iustitiam comitẽ. c. & si Christus. de iureiur. cum vulg. Accedat ad confirmationem; quia per supra dicta verba, scilicet, Iuro non contrauenire ratione minoris ætatis, nec alia quauis causa, vel ratione; non intelligitur renunciatũ enormissimæ læsioni, quæ sit nimiũ excessiua vltra dimidiã: prout post alios
103 dicit Crau. in d. cons. 7. † quia illi renũciari non potest per quæcunque verba, quantumvis vniuersalia: vt per Ant. But. in consi. 24. colum. 3. in fin. & cons. 45. circa fi. idem Craue. in consi. 142. numer. 23. cum alijs, quæ adduco in priuil. 136. ante nume. 6. & ista est communis opin. vt plene per Curt. iun. in consil. 79 etiam si

fuerit

fuerit iuratum, vt idem dicit in consil. 141. nume. 5. & huius conclusionis ratio duplex assignatur: prima, quia talis enormissima læsio dicitur continere dolum re ipsa, qui ęquiparatur dolo ex proposito: vt per Graue. in consil. 221. nume. 16. & latius Pedem. decis. 33. & decis. 41. in primo arti. & talis dolus censetur ipso iure improbatus, stãte enormissima læsione: vt dicebat Bal. relatus p Gram. in dicto consil. 128. in ciui. Quinimmo idem Bald. in
104 consi. 280. volum. 1. dixit, † quod vbi est enormissima læsio præsumitur dolus ex proposito. idem vult Sozi. in consi. 264. colu. 3. versic. ad præmissa. & rursus colum. sexta ver. secundo respondeo. volum. 2. Corn. consi. 161. col. 4. ver. quando itaque. volu. 3. refert, & sequitur Alb. in consi. 81. nume. 50. cui addo eundem Corne. in consi. 201. col. 3. eo. vol. & consi. 179. ad fin. vol. 4. & probatur expresse in l. omnes. §. Lucius ibi. Intelligendus est fraudandorum creditorũ cõsilium habuisse, quæ in frau. cred. Alia est ratio, quia esset iniquitatis vinculum, vt per Grat. lib. primo respon. 88. colum. 1. ad fin. Sed vtraque ratio militat in enormi læsione, sicut supra abunde demonstratum fuit: merito &c. Præterea, quando est enormis læsio, præsumitur ignorãtia, vt per Bar. in l. quisquis. C. de rescind.. vend. ergo ad illam non extenditur iuramentum: vt in terminis tradit Corne. in consi. 258. col. 4. vol. 4. Nec placet, si dicatur, quod quando est læsio tãtũ enormis citra vel vltra dimidiã in modico, iuramentũ non intelligitur cõtinere iniquitatem; ex quo scienter voluit aliena re seu vendere, etiam quod res valeret vltra
105 dimidiam; † cum Volenti, & consentienti non dicatur inferri dolus, vel iniuria, aut deceptio. l. cum donationis. C. de transacti. l. 1. in fi. & ibi Bal. de acti. empt. Calca. in conf. 25. col. 1. in fi. Grat. lib. 2. respon. 39. nu. 13. & Boer. consil. 30. nu. 10. Quia ad hoc respondeo, quod ista ratio militat, etiam quando quis enormissime læditur: & tamen ad talem læsionem iuramentũ nõ se extendit, & dicitur iniquita-
106 tẽ cõtinere. nec suffragaretur illa † clausula, quæ solet in instrumentis apponi, videlicet, Et si plus valeret, dedit, & donauit, &c. quia non importat donationem, vt per Affli. decis. 80. nu. 2. Calca. in d. cõsil. 25. col. 4. ver. septimo per tex. in l. si quis donationis. de contrahen. emptio. & Rimin. iu. Instit. de dona. in rub. nume. 25.
107 † Quia, cũ talis clausula ponatur ad faciliorẽ exitum, & executionẽ ipsius contractus, nõ hẽt illũ alterare, Clem. 1. de pbe. in fi. Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 115. de verb. obli. in l. ius autẽ ciuile. nu. 8. de iusti. & iur. & in l. more. num. 49. de iurisd. omni. iud. Dec. in consi. 193. col. pen. in fin. consi. 195. col. 3. & conf. 218. col. pe.
108 cum simi. † Præterea dato quod importaret donationem; non tamen intelligeretur donatum, nisi quid minimum, vel modicum. l. hæc adiectio. de verb. signifi. Corne. in conf. 189 col. 2. in littera L. vol. 1. & Rui. in cõsi. 55. in prin. vol. 1. Et ideo, quo ad renunciationem enormis læsionis, quæ non est quid modicum, nihil operatur, vt in l. si quis cum aliter. vbi Alex. col. 3. in fi. de verb. obl. Bar. & Doct. in d. l. 2. C. de rescind. vend. facit tex. in l. cũ furti. de in lit. iur. & in l. cum filius. §. pater. de lega. 2. & quod not. per Glo. & Docto. in l. & si post tres. si quis caut. Et cum prima solutione videtur transire Anto. Butri. in d. c. cũ con
109 tingat. de iureiur. vbi inquit, † quod talis clausula censetur apposita per notarios a se ipsis, & non quod vere donet. quod etiam sequitur Corn. in consi. 258. col. 4. vol. 4. Nec rursus dicatur, quod p iuramẽtum tollitur remedium allegãdi enormẽ læsionem. quod patet, quia renunciari potest in compromisso reductioni ad arbitrium boni viri; etiam quo ad enormem, & enormiorẽ læsionem; licet non quo ad enormissimam: prout similiter renunciari potest appellationi. l. 1. §. si qs autẽ. a quib. appell. non li. l. fi. in fi. C. de tempo. appella. quasi vero non sit verum, quod detur materia delinquendi; ex quo non est præsumendum. cap. estote misericordes. de reg. iur. prout dicebat etiam Paul. de Castr. in

consi.206.colu.2.in fi. ver.præterea puto. volu.1. Quia respondeo, quod ista ratio militaret etiam in enormissima læsione:& tamen communiter per omnes concluditur, quod quo ad eam nulla potest renunciatio inueniri, quæ satis sit ad illius exceptionem excludendam seu tollendam, vt supra dixi,& latius ostendam in priuil.
210 136. † Præterea illud procedit in arbitris;quia cõtra eos potest agi de dolo, per tex.in l. arbitro.§.de eo.de dolo. qđ nõ potest fieri cõtra emptorem, cum contra eũ agi posit actione ex eo contractu, ad illũ rescindendum, vel reliquum iusti pretij recuperandum; vt inquit glo. in d.l.2.C. de rescind. vend. vbi enim competit alia actio,cessat actio de dolo l.1. in fi.cum tribus legib.seq. & d.§. de eo. de dolo. Vltimo non obstaret,si diceretur,ꝙ immo dolus re ipsa,nõ æquiparatur dolo ex proposito;per tex.in ca.quamuis.de pact. in 6.vbi quamuis excipiatur casus, quando iuramentum fuit præstitum dolo: tamen secundum Doctores debet intelligi de dolo ex proposito., vt voluit Alex. in consil. 42.col.pen.volu.4.vbi dicit,ita esse communem opinionem. & sequitur Gozad. in consi. 9. post nu. 64. vbi etiam allegat eundem Alex. in consi. 53. col.6.volu.3. & Curtium in consi. 44. & ita etiam sunt intelligenda alia iura excludentia dolum: prout est tex. in c. cum contingat. & in c. licet mulieres.de iureiu. nã ad hoc respondetur, quòd immo dicta iura intelliguntur & procedunt,etiam quãdo interuenit dolus re ipsa,vt tradit Corn. in consi.288. col.8.in fi.vol.3. & ista est magis communis opinio,vt patet per Grat.lib.1.respon. 109.col.2.ver.tertio.Dico p̃terea si Alex. dictum esset verum, sequeretur, ꝙ nec in enormissima læsione dolus re ipsa æquipararetur dolo ex proposito & tamen ab hac opinione nemo dissentit cũ omnes velint dicta iura non procedere in enormissima læsione, quæ esset multum excessiua vltra dimidiã.& pro hac solutione, & declara-
211 tione facit, † quia doli appellatio cõplectitur tam dolum verum, quam præsumptum, tanquam genus suas species. l.semper in generalibus. de reg. iu. & per Bal. in l.2.C.de iure aure. annul. Et ex his patet,quòd facile in disputãdo sustineri põt opinio contra communem;ꝙ iuramentũ, vniuersaliter præstitum per minorem, de non veniendo aduersus contractum ratione minoris ætatis aut quacumque de causa,vel ratione non habeat impedire beneficium l. 2. C.de resci.vend.ita vt data enormi læsione vltra dimidiam etiam in minimo, contractus rescindatur,non obstante dicto iuramẽto:prout in minore, rustico, & muliere tenuit Imo.in d.c. cum contingat.de iureiu.Tamen in consulendo,& iudicando non esset tutum discedere a communi sententia:qua retenta venit limitanda,vt non procedat, quando nimium excessiua læsio vltra dimidiã intercederet; quia non obstante iuramento præstito eo modo quo supra dictũ est posset minor petere rescisionem contractus.& ita concluditur per omnes in supra allegatis locis,pręcipue per Crau.in consi.7.post nu. 4. item prędicta communis sententia potest pati quamplures declarationes, & & limitationes, quas supra retulimus ad primam conclusionem: quę hic non sunt repetendę,ne videamur eandem cantilenam canere.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta nõ soluens canonem per biennium Eccesiæ,& per triennium domino temporali, incidit in commissum.*
2 *Emphyteuta,qui iurauit soluere canonẽ,nõ soluendo in primo anno,incidit in commissum.*
3 *Debitor cum iuramento non soluens in primo termino, potest pro omnibus terminis compelli ad soluendum.*
4 *Periurus priuatur omni commodo contractus,*
5 *Clausula codicillaris, vbi deficit voluntas testatoris,nihil operatur.*
6 *Prouisio hominis facit cessare prouisionẽ legis.*
7 *Contractus legem accipiunt ex partium conuẽtione.*
8 *Verba, Singulis annis, verificantur in singulo anno.*

Verba

9 *Verba debent semper aliquid operari.*
10 *Expreßum facit ceßare tacitum.*
11 *Emphyteuta, etiam si ceßauerit soluere quid minimum, incidit in commissum, non solum respectu rei; sed etiam respectu fructuum, & num. seq.*
13 *Emphyteuta non soluendo canonem, non solum sibi, sed etiam aliis praeiudicat.*
14 *Emphyteutica res incidit in commissum, si dominus velit.*
15 *Feudum incidit in commissum, si dominus velit.*
16 *Emphyteuta non soluens canonē, quia fuit iuste impeditus, non facit rem incidere in cōmissū.*
17 *Emphyteuta, qui ob sterilitatem non soluit, quādo incidat in commißum.*
18 *Emphyteuta, re perempta, non tenetur soluere canonem.*
19 *Emphyteuta nō soluens potest celeri satisfactione moram purgare, nec incidit in commissū.*
20 *Canon, si reperiatur solutus, an liberet emphyteutam, ita vt non sit periurus. & quando.*
21 *Pœna spiritualis facilius incurritur, quàm temporalis.*

PRIVILEGIVM LXXXIIII.

OCtuagesimum quartum pri-
uilegium est satis notabile,
ac valde vtile in forensib. cō
1 trouersijs: † nam tu scis, q
non soluens canonem priua-
to infra triennium, cadit a iure suo, & res
incidit in cōmissum. vt l. 2. C. de iure em-
phy. & in Ecclesia infra biennium. Auct.
qui rem. C. de sacros. eccles. §. scire aūt. in
Auct. de nō alien. c. propter sterilitatē. &
c. potuit. loca. Paul. de Cast. in cōs. 68. vol.
1. Corn. cons. 237. col. 3. vol. 1. & hoc nisi
aliter inter contrahētes conuenerit, vt per
eūdem Corn. in cons. 219. in prin. vol. 2.
vbi hoc colligitur. & vsq; adeo res incidit
in commissum, ob nō factam solutionem
canonis ecclesiastici, vt non valeat cōsue-
tudo in contrarium, secūdum Abb. in ca. nō-
nulli. de reb. eccles. non alie. & in c. 1. col.
1. de his, quæ fiunt a præla. & refert Rui.
in cons. 4. in prin. vol. 1. Et licet ipse videa
tur tenere contrarium in cons. 151. col. 3.
num. 8. eo. vol. tamen posset esse verum in
emphyteuta priuati; secus in Ecclesia.
2 † Tamen si recipiens in contractu iurauit
soluere, statutis tēporibus, non expectabi-
tur triennium, vel biennium, sed statim, q
in primo termino cessat soluere, dr̄ esse pe
riurus; & priuatus est ipso iure emphyteu
tica re, quā accepit. ita singulariter Bald.
quem omnes vbique comendant, in cap.
quærelam. ver. nota, q propter. & ibi quo
que Feli. de iureiur. Alex. cons. 85. in prin.
vol. 1. cuius meminit Gozad. in consi. 46.
prædicta sequendo post num. 8. Dec. in d.
Auct. qui rem. nu. 10. Ias. in l. quod te. col.
8. vers. iuxta prædicta. si cert. pet. & in l. si
quis maior. in 4. not. C. de trans. quamuis
ipsemet cōtrarium tenuerit, & male, pro-
ut ingenue fatetur in d. l. 2. col. 13. C. de
iur. emph. Cors. ī rub. d' iureiu. ī vndecimo
priui. & in suis singularibus. in ver. emphy
teuta. refert & sequitur Gomes. in §. item
si quis postulante nume. 8. Insti. de actio.
Cotta in suis memoralibus. in ver. emphy
teuta. Bologni. in consi. 31. colu. 2. in fi. &
seq. Gozad. in cons. 57. col. 3. in fi. & seq. &
in cons. 69. colu. 2. nu. 9. Ant. de Petruc. in
repe. l. 1. num. 236. de iureiur. Baue. in suo
tracta. de virtu. iuram. & Ripa in c. 2. nu.
20. de rescrip. cum similib. congestis per
3 nouissimos in d. l. si quis maior. † Et simile
videmus in alio debitore cū iuramento, q
sit obligatus soluere in plurib. vicibus, &
terminis: nam si deficit in primo termino,
est periurus, & potest compelli ad soluen-
dum integram summā, terminis minime
expectatis: & sic propter periurium per-
dit beneficium temporis, & dilationis da
tæ ad soluendum, vt habetur per Brun. in
consi. 46. & consi. 48. nu. 10. Capol. in sua
caut. 20. Thom. Ferra. cau. 29. Cagno. in
d. l. si quis maior. C. de trans. nu. 59. Cac-
cialup. in tract. de transac. q. 15. Cotta in
suis memoralibus in ver. emphyteuta pri-
uati. addo Io. de Arno. in dialog. 88. Nat-
ta in consi. 479. nu. 11 & cons. seq. nu. 8 &
17. & consi. 497. nu. 2. Bello. consi. 45 post
nu. 2. Dec. in ca. ex parte. in primo nota. de
rescrip. Eneas de Falco. & Anto. Fran. in
addi. ad Abb. in c. si diligēti. post nu. 10. de

foro cōpe. & nihilominus tenetur ad obseruantiam parti, & pars ipsa est liberata in alio, ad quod tenebatur, vt per Mathesi.sing. 50. Idem quoque videmus, quòd periurus perdit facultatem eligendi. l. mācipiorum de opti.legat.& Moderni.in c.
4 inter cæteras. de rescrip. † nam generale est, quod periurus priuatur omni commodo contractus, vt ind.l. si quis maior; vbi omnes notant. C. de transac. & alibi latius dicemus. Contra huiusmodi priui. ꝙ immo emphyteuta non cadat à iure suo ob cessationem solutionis, tenuerūt Curt. sen.in d.l si quis maior.& ibi etiam Alcia. & Bologne. Ias. in d.l. 2. C. de iure emphy. Couar.in c. quamuis. de pact. in 6.§. 4.ver. sexto.nu. 5. par. & pro istorum opi. adducitur tex.in §.adeo. Instit. de loca. & cond. vbi pacta in contractu emphyteutico naturalia dicūtur, & signanter pactum de reijciendo seu expellendo emphyteutam, si non soluit pensionem per trienniū, vt ibi nuncupatim dicit Glo.fi. quod pactum intelligitur tacite venire, etiam si nihil dictum fuerit; quia sic legibus cautum reperitur. d. l. 2. & cum hoc sit de natura contractus, & quidem primordiali, iuramentum super eo appositum, secundum illam intelligi debet, vt, scilicet nō incidat in commissum, nisi per biennium vel triēnium in solutione pensionis cessauerit. & sic non est priurus, quamuis non soluerit in primo anno, quia hoc non iurauit; sed solum iurasse intelligitur, si non soluerit per triennium. & ita etiam argumentatur in effectu Curt.iun. contra cōem opi. in l.lecta nu. 24. & sequen.si cert.peta.vbi dicit, ꝙ si emphyteuta, qui se obligauit soluere singulis annis, posset compelli ad soluendum pro terminis futuris, ex hoc ꝙ cessauit in primo anno sequeretur, quòd iur̄m obligaret iurātem vltra id, quod ꝓmisit: quod non est dicendum; quia iur̄m nunquam operatur, qñ est defectus consensus.l.fi.C.de non num pec.vbi omnes.
5 † Idem quoq; videmus in clausula codicillari, q̄ non operatur quidquam, qñ deficit voluntas testōris, vt no. Doct. in l. 1. de iure codicillo.& Bal. in cons. 319 col fin. vol. 5. Secundo contra nostrum priuilegium adducitur; quia in emphyteusi duæ sunt cōuentiones: vna de soluendo canonem; alia quod cadat à iure suo, si cessauerit soluere. & quamuis hoc particulariter non sit dictum: tamen præsumitur appositum; quia est de natura contractus: ergo quando iurauit, duo iurauit, s. soluere pensionem, vel canonē; & hoc est primum: & ꝙ cadat à iure suo per cessationem in soluendo infra biennium, vel triennium; & hoc est secūdum. Cum ergo ita partes cōuenerint, non est mirum, ꝙ non soluendo in primo anno non efficiatur periurus, & ex consequenti non incidat in commissū,
6 nec in pœnis.d l.si quis maior; † quia Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.l.fi.C.de pact.conuen. l. maritus. C. de procurat. c. nonne de præsump. Et iō dicitur, ꝙ quamuis creditor non possit vēdere rem pignoratam ante lapsum biennij, vt l.fi.C.de iure domi.impetra. tamen si inter partes conuenerit, ꝙ prius vendatur, nō expectatur biennium; quia ꝓuisio hominis tollit prouisionem legis, vt per Corn.in consi. 172.in prin.vol. 1. & ita ēt argumentatur Bolognet.in d.l. si quis maior.post nu. 29.C.de transf.vbi ēt subdit, ꝙ cum hoc pactum sit solitum apponi, dēt censeri appositum.l.quod si nolit.§ qui assidua.de ædili. edi.l. vel vniuersorum. de pigno.acti.Curt.iun.in d.l.lecta.vbi supra concordando opiniones distinguit, ꝙ si quis a principio erat obligatus soluere de pñti; & deinde habuit dilationem per instrumentū publicum iuratum, de soluendo in certis terminis; tunc si sit periurus in primo termino poterit statim conueniri ad totam summam; quia tunc remanet firma regula, ꝙ periurus cadit ab omni cōmodo cōtractus: sed si a principio se obligauit in annos singulos soluere, vt in emphyteuta: tunc nō vr̄, ꝙ posit peti tota summa; qa in ea adhuc nō est debitor, cum termini ad soluendū non venerint. l. cedere diem. de verb. signifi.& sic Curti. iun. in effectu videtur tenere contra nostrum

ſtrum priuilegium,quòd,ſcilicet,emphyteuta non cadat a iure ſuo , quamuis non ſoluerit in primo anno:quod eſt contra communem opi. Ego vero ad remouẽdũ oẽs difficultates dico , eſſe conſiderandos in hac nr̃a materia tres caſus. Primus eſt, qñ emphyteuta , & emphyteuſim concedens, expreſſe conuenerunt, quod ſolutio canonis,vel pẽſionis, in ſingulos annos fieret,ita,quod ceſſante eo per triennium,cadat a iure ſuo, & hic caſus eſt clarus & aptus. quòd ſi non ſoluit in primo anno, nõ propterea efficitur periurus , & ex conſequenti non cadit a iure ſuo;quia ſic cōtra
7 hentes voluerunt:& † Contractus ex partium ipſarum conuentione legẽ accipiũt. l.1.§.legem.depoſi. & l.contractus.de reg. iu.Secũdus caſus eſt , quando cõuenerunt & dixerunt,quod emphyteuta ſolueret canonem ſingulis annis,non adijciendo aliter quod eo non ſoluente incideret in cõmiſſum,aut a iure ſuo caderet;prout diximus in primo caſu.Et in iſto caſu ego concludo , quod ſi emphyteuta non ſoluerit in primo anno,quia verum eſt eum non ſoluiſſe ſingulis annis , dicatur periurus,
8 & ex conſequenti cadat a iure ſuo:nã † illa verba , ſingulis annis, verificari debent in quolibet anno , & in ſingula parte triũ annorum , per ea quæ dicit Curti. iuni.in conſi 74 nume. 3. vbi dicitur , quod illa verba , Omnia & ſingula , verificari debent in ſingula parte.Nec obſtat,quod debet intelligi,quod ſi non ſoluerit per trienium,tũc cadat a iure ſuo;quia dico,quod illa verba , Singulis annis,nihil operaren-
9 tur ; † & Verba debent ſemper aliquid operari,l.ſi quãdo.de lega.1.Abb.in c.paſtoralis.de appella.& Feli. in c. ſolitæ: de maiori.& obed.& cum expreſſe partes cõuenerint , quod canon ſolueretur ſingulis annis,vtique patet.quod noluerunt expectari trienium.quod alias tacite ſubintelli
10 gebatur , † quia Expreſſum facit ceſſare tacitum, & illo potentius atque efficacius operatur.l.cũ filio.§.fi.de vulga.& pup.& ibi Iaſ.& in l.licet imperator.nu.23.de lega.1.Dec.conſi.10.col.2.ver.nec obſtat.& Grat.lib.2.reſp.17.num.9.cum ſimilibus. Tertius eſt caſus,quando partes dixerunt, quod certum quid ſolueretur in ſingulos annos, veluti ſolidus vnus in quolibet anno,pro canone;& in iſto caſu non incidit in periurium , non ſoluendo in primo anno , vel in ſecundo; ſed debet expectari triennium d. l. 2. C. de iure emphy. & eſt ratio , quia in hoc caſu tempus ſingulorum annorum non eſt adiectum ſolutioni , ſed quantitati ; vt ſcilicet , appareat quãtum quolibet anno ſit ſoluendũ ; & ſic habita ratione ſingulorum annorum.& in hoc iſte caſus differt a præcedenti ; quia in eo intelligo , quod tempus fuerit adiectum ſolutioni , non autem quãtitati , vt hic. Et ex prædictis colligitur concordia præmiſſarum opinionum; quia cōis opin. procedit ſecundum dicta in ſecundo caſu ; opinio vero contraria procedere poteſt ſecundum primum & tertium caſum. cogita ſuper his; quia non inuenies apud aliquem ita declaratum.

Hoc priuilegiũ,quod,ſcilicet,emphyteuta non ſoluens incidat in periurium,ſi, inquã,non ſoluit in primo anno,nec expectetur triennium,ampliatur pluribus modis,& limitatur.

11 † Primo ampliatur procedere , etiam ſi ceſſauerit quid minimũ ſoluere propter iuramentum.ita Paul.de Caſt.in l. in executione.§.pro parte.de verb. obli. Salyc. in Actẽ.perpetua.C.de ſacroſ. Eccleſ.Iaſ. in d.l.2.C. de iure emphy. Barb.conſi.36. volum.2.Gozad. conſi.57.nume.15.Rui. conſi. 167. colum.3. poſt nume. 10.vol.1. Brun.ĩ tract.de ſtatu. fęmi.a ſucceſ. exclu. art.nono.quæſt.vlt.col.penul. Pet.Beninten.in concluſ. Bononien. 6 Et quamuis ipſe dicat, quod in Rota illa Bonon. fuit concluſum contrarium: poteſt tamẽ dici, quod illud fuit deciſum de ęquitate iuris canonici ; quod erat inſpiciendum cum ſit de terris Eccleſiæ:vt per Bar.in l.priuilega.C.de ſacroſ.eccle.notat.per oẽs.in c. 1. de noui oper. nunci. Grat.lib 1. reſpo. 37.nu.25.& reſpon.42 nu 6.& alibi ſæpe.
12 Secundo † noſtrum priuilegium am-

pli atur procedere, non solum respectu rei in emphyteusim datæ, sed ẽt respectu fructuum. An tamen hoc procedat à tpe moræ, quo cessauit soluere, an à die declarationis factæ, maxima est difficultas: quam plene discutit idẽ Petr. Beniten. in cõclu. Bononien. 37. vbi post longam disputationẽ concludit, ꝙ à tempore declarationis.

13 Tertio † amplia. ꝙ procedat non solũ, quo ad patrem, sed etiam quo ad filium; quia factum patris nocet filio: vt per Bar. in l. 1. de interd. & releg. sequitur Gozad. in cons. 46. num. 13. & est generale quòd emphyteuta non soluens canonem præiudicat non solum sibi, sed etiam successoribus, vt per Rui. in cons. 168. col. 2. nu. 6. & ibi concordan. vol. 1. & hoc est verum, qñ emphyteusis est hæreditaria; vt quia illam pater acquisiuit de suo aliquid erogando; secus si non sit hæreditaria, vt quia illam habuit ex priuilegio concedentis: nã tunc pater non potest præiudicare filijs; quia etiam ipsis, vt filijs concessa, non vt hæredibus, intelligitur. Et quòd in tali casu non posit præiudicare, tradit Corne. in consi. 100. col. 2. ad fi. vol. 4. Calca. consi. 74. post nu. 7. & Natta post alios ab eo relatos in cons. 501. post nu. 15. cons. 503. nu. 3. & 4. & cons. 531. nu. 43. Sozi. iuni. in cons. 72. nu. 24. vol. 1. & ibi concordan. & add. ad Alex. in cons. 22. nu. 13. vol. 5. nec mirum, quia, vt inquit Calca. in d. cons. 74. filius potest multa habere vt filius, quæ non hẽt vt hæres. l. si qs in sacris. C. de ꝓx. sacr. scri. li. 12. & l. 1. §. sub conditione. de natu. libe. cum alijs per eũ ibi adductis.

Quarto amplia. non solum procedere in emphyteuta priuato, sed etiam in Ecclesia, quæ si habet emphyteusim, & non soluit, cadit à iure suo, sicut priuatus, secundum Gl. Imol. Host. & Abb. in c. constitutus. de relig. domi. & not. Rui. in cõs. 110. circa prin. vol. 1. & ibi col. 2. nu. 5. dicit, ꝙ tamen Ecclesia habet restitutionem in integrum ob canonem non solutum: qđ ego credo verum, dummodo non teneat emphyteusim ab alia Ecclesia; quia tunc non restitueretur, cum sit pariter priuilegiata, iuxta ea, quæ notantur per Bar. Bal. & alios in Auctẽn. quas actiones. C. de sacrosf. eccle. facit. l. verum. §. pen. de mino. l. sed & milites. in prin. de excus. tut. Ias. in §. rursus. nu. 56. & ibi etiam Gome. nume. 17. Insti. de acti. & Dec. in c. causam quæ. col. 4. de iud. Et est notandum, quod ob non solutionem prælati non fit præiudicium Ecclesiæ, vt res dicatur incidere in commissum, vt habetur in d. ca. constitutus. vbi Ant. But. quod & sequitur Rui. in cons. 156. in fi. vol. 1. Est etiam notandum ꝙ non solũ non soluẽs canonẽ facit rẽ incidere in cõmissum; sed etiam põt ꝓpria auctoritate expelli de ipsa re emphyteutica: vt not. in l. 2. C. de iure emphy. quod tamen limito & declaro procedere duobus modis: primo, nisi habeat aliquam iustam causam contradicendi; quia in tali casu debet adiri eius iudex; non autẽ propria auctoritate expelli, vt per Abb. in consil. 3. col. 10. in fi. par. 2. Secundo limi. nisi intercesit pactum, ne expelleretur. qđ fieri potest, vt per eundem Abb. in cons. 72. colu. 2. in medio. par. 1. Addo & tertiã limi. nisi sit cõsuetudo ne expellatur, vt scribit idem Ab. in cons. 73. in fi. ea. par. Vltimo notandũ, ꝙ nõ solũ propter periuriũ canonis nõ soluti cadit a iure suo, & res incidit in commissum, vt dictũ est; sed etiã ob periurium incursum propter non obseruantiam aliorũ pactorũ, secundũ Bald. in l. fi. § fi. in vlt. col. C. communia de lega. & in l. vni. §. 1. C. de cadu. toll. & in c. que relam. de electi. Item & propter deteriorationem rei emphyteuticæ, vt per Nattam in cons. 481. & per Guid. Pap. q. 282. vbi dicit procedere tã in emphyteuta ecclesiæ, quàm priuati. Nũc aũt istud priuilegiũ limitat̃ pluribus modis. Et primo li

14 mita. † solũ ꝓcedere, qñ dominus velit, vt res incidat in cõmissum. Glo. cõmuniter approbata in d. l. 2. de iur. emphyteu. Abb. in cõs. 67. col. 2. ver. sed his non obstantibus. par. 2. aliàs non incidit in commissum, nec intelligitur priuatus. Ruin. in consil. 143. colum. penul. num. 14. & cons. 153. in prin. vol. 1. Grat. lib. 1. respon. 55. nu. 26.

nu. 26. Et huius limitationis illa ratio adducitur, quia si ob non solutionem res e͠t contra domini voluntatem incideret in commissum, esset in facultate soluentis canonem, se ab eo liberare in prçiudicium domini: quod esse non debet, vt per Corne. in consi. 115. colum. 3. volum. 1. & consil. 16. colum. 3. & cons. 166. col. 3. in littera L. vol. 2. Et per hanc rationem dicitur quod tertius possessor non potest opponere de nõ solutione canonis, vt voluit Bar. in l. 2. C. de iure emphy. quia, scilicet, res non reuertitur ad dominum, nisi quatenus ipse velit. ita Corne. in d. cons. 115. colum. 1. & consi. 237. colum. 3. in fin. eo. volum. 1. simile videmus in hærede indigno contra quem, excepto fisco, non potest opponi, quod sit indignus: vt per Gl. in l. his consequenter. in prin. famil. ercis. quã dicit singularem, & communiter approbatam Corn. in cons. 150. volum. 2. & consil. 209 col. 6. eo. vol. quia, scilicet, intelligit, quatenus fiscus velit auocare; cum ante sẽtentiam in eum iura hæreditatis non sint translata. Ista limitatio potest confirmari ex eo, quod dicitur in feudo, a quo licitũ est argumentari: vt per Spe. in tit. de feud. §. quoniam. ver. 40. in fi. & in vers. 45. Gl. in c. 1. an agna. vel fi. defunct. in versi. vtrũque & ibi Bal. Bar. in l. iusiurandum. §. ꝙ

15 si liberi. de oper. liber. † nam in eo si vasallus felloniam, vel aliam causam commisẽrit, propter quam feudum ad dominum reuerti debet, intelligitur quatenus ipse dominus velit, & non aliter. Ruin. in consil. 2. colum. 1. volum. 1. Dec. in cons. 12. cõsil. 186. colum. 1 vers. sed breuiter. & consil. 206. col. fin. Cassad. decis. 2. de locat. & conduc. & ideo in tali casu requiritur sententia declaratoria, vt per Gram. deci. 14. nu. 5. sufficit tamen tacita declaratio; nec est necessaria expressa, vt per Alexandr. in consilio 106. colum. 4. volumine 4. Deci. in cons. 146. volum. 3. versic. vltimo nõ obstat. & Ruin. consi. 166. in fin. volum. 1. Tertio hæc limitatio potest corroborari alio simili exemplo: de quo notabiliter p Corne. in consilio 5. volum. 3. vbi vult, ꝙ stante statuto, quod pro certo delicto debeant solui centum infra mensem & si non soluerit amputetur ei pes vel manus, elapso tempore, poterunt exigi illa centum; quia talis conditio, vel modus censetur adiectus fauore fisci creditoris. & ideo intelligitur, quatenus velit fiscus exigere pœnam corporalem. Idem ergo dicendum est in casu nostro, vt ita demũ emphyteuta incidat in commissum, si dominus velit. Hanc tamen limi. sublimitarem procedere, nisi inter partes conuenisset, quod post lapsum terminum non liceret soluere, quia omnino res deuolueretur ad dominum, propter verba prohibitiua de non soluẽdo, termino elapso. Pro hoc adduco pulcrum dictum Pau. de Castr. in cons. 16. col. pen. in fi. vol. 1. vbi vult ꝙ si statutum dicat, quod iudex debeat sẽtentiam ferre infra mensem, si eam tulerit post, valet, sed iudex punitur; secus si prohibeat ferri post mensem; quia non valet: nam aliud est ꝓhibere, aliud præcipere. pari ratione dicendum est in casu nostro, quod non possit amplius solui post; & si soluatur, solutio non valeat; quia Pactum prohibitiuũ inducit annullationẽ actus: vt per Calca. in consilio 17. colum. penul. in princ. & istud pactum posset esse maxime vtile domino directo, in illo præsertim casu, in quo soluenti canonem esset licitum moram purgare celeri satisfactione: de quo dicam infra. nam in tali casu nullo modo posset purgare regulariter: ergo intelligitur quatenus dominus velit & non aliter. pro hoc adduco illud quod voluit Dec. in cons. 12. vbi vult, quòd debitor in mille ex causa dotis, quæ promisit soluere infra certum tempus, quo elapso ex tunc dedit insolutum tot bona, ita possit illa bona in solutum dare, si creditor velit, & non aliter.

16 Secundo † limi. non habere locum, quando non soluit ex eo, quia fuit iuste impeditus: nam tunc non incidit in commissum. Iason in d. l. 2. columna. 19. versicul. vigesimo septimo quæro. C. de iure emphy. Grat. lib. 1. respon. 79. nu. 13. Rui.

consi.

consi. 150. col. 2. & col. seq. vol. 1. vbi propterea dicit, quòd non incidit in cōmissum, si iudicis præcepto non soluit, & excusatur a periurio. ita Alb. de Ros. & Roman. in l. qui iurato. qui satisd. coga. & ibi etiam Ias. & est tex. in l. mulier. de lege cōmis. vbi emptor fundorum non dicitur in legem commisisse ex eo, quod fisci mandato, statuto tempore non soluit. neq; mirum, quia præceptum Superioris inducit iustum metum, si sit pœnale, prout semp fieri consueuit in his casibus: vt habetur per Bar. in l. creditor. de solu. Bal. in l. falsus. in fi. C. de furt. per Doct. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. de noui oper. nūc. Dec. cons. 219 col. 1. Barba. cons. 42. vol. 1. & in omni actu intelligitur semper excepta auctoritas Superioris. l. fi. ad municipa. & de incol. Gl. in c. de forma. 22. q. fi. in ca. cum ecclesia. de maio. & obe. in ca. constitutus. de rescri. in c. veniens. & in c. quanto de iureiura. Similiter si hæres habentis rem in emphyteusim cessasset soluere, ignorās rē esse emphyteuticā: qđ in dubio præsumitur, arg. l. altius. C. de serui tu. & quod habetur per Glo. in ca. quamquam decens. in 6. per Bell. in consi. 10. nume. 9. & per Nattam in cons. 514. n. 26. & cons. 520. in prin. vbi dicitur, quod res in dubio præsumitur libera, & non feudalis vel subiecta canoni; & quia ēt in alterius ius succedit: quo casu iustam habet ignorantiæ causam, iuxta. l. qui in alterius locū de reg. iu. & in c. cum quis in ius. de regul. iur. in 6. esset vtique talis hæres qui per iustam ignorantiam non soluit, in integrum restituēdus; vt per Corn. in cōs. 219. colu. 6 in fin. & sequitur quoque Rui. in d. consil. 150. num. 13.

17 Tertio† limi. non procedere, quando affuit talis sterilitas, vt fructus nō sufficiāt ad soluendum canonem seu pensionē; qa tunc excusatur, & non incidit in commissum; vt voluit Barto. in l. 1. & ibi etiā Saly. & Ias. C. de iure emphi. & seqtur Gra. lib. 2. resp. 128. ad fin. Ista limitatio debet intelligi, & declarari, vt procedat, quādo canon seu pensio soluitur contemplatione fructuum; & sic ipsa pensio est magna, & correspondens fructibus; quia tunc ob sterilitatem non soluens; nō incidit in cōmissum: vt per Goz. in cons. 83. col. 2. nume. 12. quod etiam tenet Corne. in consi. 181. col. 13. in fi. & seq. vol. 2. vbi testatur de communi, & ab ea non recedendum; quia in tali casu, qñ, scilicet, canon correspondet fructibus sapit potius naturā locationis, q̄ feudi vel emphyteusis, vt tradit Rui. in cōs. 35. col. 1. ad fi. vol. 1. vbi ergo pēsio esset minima, & quæ solueretur ī recognitionem directi dominij, sterilitas non excusaret, secundum præfatos Doct. & Rui. in cons. 57. nu. 10. & cons. 61. nu. 7. vol. 1. Secundo videtur intelligēda, dummodo quando solueretur magna pensio, non fuisset factum pactum expressum de illa soluenda; quia vt pactum operetur, debet solui, etiam existente sterilitate; & ideo non soluendo, res incideret in commissum: vt per Ias. in l. liber homo. §. decē. đ verb. obli. & Pari. in cōs. 33. n. 19. vol. 4.

18 Quarto limita.† non habere locum re perempta; quia non tenetur soluere, d. l. 1. C. de iure emph. Gloss. in l. inter quos. de dam. infect. Calc. cons. 24. nu. 5. & consil. 120. col. pe. nu. 17. Rom. late in cons. 147. Ab. in c. fi. de loca. facit pro hac limitatione, illud quod voluit in simili Pau. de Castr. in cōs. 38. vol. 1. vbi dixit, q̄ diruta ecclesia, cuius cā decima debebat̄ solui, eadē nō dētur amplius: & alibi diciturquod possessio, quæ retinebatur per ædificium, remoto ædificio, perditur. idem Paul. de Cast. in cons. 30. col. 2. nu. 2. vol. 2. & hoc habet summam rationem; quia Qualitas non potest esse sine subiecto. l. si seruum. §. fi. de acti. emp. sic videmus, quod cessante causa priuilegij, cessat & ipsum priuilegium. l. fi. C. de resti. militum. & §. sed hactenus. Insti. de mili. testam.

19 Quinto limita.† esse verū, nisi emphyteuta celeri satisfactiōe morā purgauerit. c. potuit. de loca. quæ qdē celeris satisfactio quomodo capiat̄, arbitrio iudicis remittitur. Grā. cōs. 107. post nu. 9. in ciu. & alibi dixi. & hoc est verū, nisi fuisset cōuentum

tum inter partes,quòd termino elapso nõ posset solui,iuxta ea , quę dixi supra ad finem primæ limitati.

Sexto limita. vt emphyteuta non incidat in periurium,etiam si non soluit; quãdo tamen remisit pecuniam, vt solueretur per aliquem , qui in ea soluenda se minus fideliter gessit : nam tùnc excusatur a periurio, si postquam hoc resciuit , soluit : vt per Feli. in cap. testimonium. nume. 23. de testi.argum.eius,quod not. Gloss.ordi. in cap. apud misericordem. 33. quęst. 1. facit , quod in simili scribit Tiraquel. de pœn.minuen.causa.51. nume. 58. vbi dicit , quòd debitor liberatur mittendo pecuniam creditori per nuncium seu famulum, qui erat solitus esse fidelis & probus , si famulus eam perdidit, vel subtraxit .

Septimo limita. vt non procedat in pupillo ; quia contra eum non currit tempus triennij , ita vt non soluendo incidat in periurium. Istã opinionem tenet Guido Pap. quęst. 435. motus per rationem tex.in l.fi.ibi,Melius etenim est intacta eorum iura seruari. C. in quibus caus. in integ.rest. non est necessa nam plura imputantur adulto, quæ non imputantur pupillo. & huius opin. inquit fuisse Glo. in l. si tutoris in versi voluissent.C. de admi. tut. quatenus ibi vult,quòd hodie pupillus ipso iure seruatur illæsus, per d. l. fina. Nec obstat secundum eum Gloss. in l. 2.vltim. quæstio.C.de iure emphy. quam sequitur ibi Cyn. & alij , de quibus ibi per Guid. Pap quia debent intelligi , vt loquantur de adulto ; non autem de pupillo . & sic vult esse in hoc differentiam inter adultum & pupillum;quamuis Glo.in d.l.si tutoris. sentiat manifeste contrarium , quatenus per d.l. fin. minor ipso iure seruetur illæsus.& Glo. secundum illam legem loquitur tam de pupillo , quàm de adulto. Ego puto istam limitationem simpliciter intellectam esse falsam : & propterea dico, quòd posset procedere in pupillo proximo infantię , non autem in proximo pubertati qui est doli capax;quia cum posit incidere in periurium veniendo contra suum iuramentum,necessarium est, vt cõtra eum triennium decurrat ; quia inter pupillum doli capacem, & adultum nihil interest,cum vterque de dolo , & delicto teneatur,l.1.§. hoc edicto. el 2. ne vis fiat ei.& l.hæredibus.§.fi.cum duabus legibus sequen.de dolo . Nec obstat Glo. in d.l.si tutoris.C.de admi.tuto.quatenus vult seruari illæsum per dictam.l.fi. in quibus causis in integr.resti.nõ est necess. quia debet intelligi. nisi ex suo iuramento fuerit obligatus;quia tempus currit,licet restituatur ad similitudinem ecclesiæ . de quo dixi supra in quarta amplia. Sed certe in pupillo iurante non videtur restitutioni locus, cum beneficium huiusmodi amittat propter iuramentum , quod repręsentat eum maiorem,vt dixi in priui.96.& hoc secundum communem opinionem ; licet ego contra , vt videre licet in d. præcedenti priuile.nu.14.cum pluribus sequen. Item posset procedere in pupillo,qui non iurauit,sed iuranti successit : illi enim æquum est subueniri,vt ipso iure tempus triennij non currat.d.l.fi.

Octauo limi.vt non procedat, quando emphyteuta esset creditor habentis dominium directum ; quia cum tali casu agatur de pęna committenda , compensatio inducitur ipso iure , secundum Imo. in c. bona fides.deposi.& Ange.in l.semel mora.solu.matr.per nõ.per Glo.& Bald. in l. si constat.C.de compens.refert & sequitur Rui.in consi.148.in princ.volum.1. & faciunt , quæ scripsi supra in priu. 74. num. 145.& seq.

Nono lim.non procedere, quando emphyteuta esset diuersi fori ; quia tunc non soluendo ex eo,quòd dominus non fuit in loco domicilij,res non incideret in commissum . ita late consulendo tenet Ruin. in consi.151.colum.1.& 2.volum.1.& ibi sunt concordan. Tu adde,quòd in tali casu non requiritur consignatio,vel depositio, aut protestatio , vt habetur per Alex. in consi.92.colum.pen.& fi. volum.1. Are. in consi.172.& Bello.in consi.45. & quãuis

uis in hoc videantur dicere contrarium Bar. Bal. & Paul. de Cast. in l. item illa. de consti. pecu. & idem Bar. in l. si reus paratus. in fi. de procur. dum dixerunt, quòd creditore non adeunte ad diem dictam; reus debeat protestari coram iudice, & offerre, causa vitandi pęnam: tamen respondetur, quòd illud est consilium gratia abũdandi in cautela, vt expresse inquit Alex. in d. consi. 92. nu. 11. per l. si fundus. §. fi. de lege commis. & consi. 41. col. 1. & sequen. volum. 5. Aret. consi. 163. colum. 1. 2. & 3. Dec. consi. 166. nu. 5. Non incurret igitur moram, nisi actor, id est, dominus probet se fuisse in loco, vbi erat soluendum, d. l. item illa. vbi Bar. col. 2. nu. 11. hoc no. & Signo. consi. 141. colum. 2. nume. 2. Ias. in l. 2. colum. 31. quæst. 27. C. de iure emphy. Affli. decis. 316. & Dec. consi. 166. tenetur tamen soluere extra proprium domicilium, vt per Gozad. in consi. 57. nume. 12. quod ego intelligo in loco competenti, veluti in iudicio, vel coram honestis personis.

Decimo & vltimo limi. & declara non incurrere periurium, vel pœnam caducitatis, quamuis non soluerit; dum tamen obtulerit se soluturum; quia oblatio, suo loco & tempore facta, excusat debitorem ab omni pœna. l. acceptam. & l. si per tẽ. C. de vsur. per quæ iura ita dicit Rui. in consi. 167. colum. 2 nu. 5. volum. 1. quod etiam voluit Gram. in consi. 107. nu. 13. in ciui. dum dicit, quod oblatio verbalis tollit omnem pœnę commissionem, allegando Bal. in d. l. acceptam. in 3. opp. debet tamen esse integra, nec sufficeret partem offerre, secundum eundem Bal. ibi in 6. oppo. per l. tutor. §. Lucius. de vsur. & sequitur Io. de Ami. consi. 85. num. 18. & faciunt, quę dixi supra in prima ampliatio. Et est notandum, quod ita demum talis oblatio liberabit, si debitor habeat paratam pecuniam; aliàs secus vt per Bar. in l. item soluitur. §. qui paratus. quibus mod. pig. vel hypot. solui. sequitur Corne. in cõsil. 85. colum. 2. in littera G. volum. 4. & consi. 39. in princ. vol. 2. Nunc autem ad vberiorem declarationem huius priuilegij quæro primo, an recipiens canonem ab eo, qui iam incidit in commissum, censeatur remittere caducitatem? dicas, quod sic. Glo. in l. 2. & ibi Ias. & Doct. C. de iure emphy. Corne. late insistendo in consi. 187. colum. pen. in littera K. volum. 1. Signo. consi. 152. ad fi. per tex. in l. de lege. §. fina. & l. post diem. de lege commis. & est communis opin. vt per Grat. lib. 1. respon. 76. nu. 24. quæ limitatur, & declaratur procedere, quando recipiendo canonem nihil protestatus fuerit circa caducitatem; quia in tali casu bene censetur remittere aliàs secus, vt per Gram. in consi. 28. in fi. in ciui. Calca. in consi. 19. nu. 2. & est tex. in l. si filiusfam. ad Maced. vbi Docto. dicunt de recipiente litteras, & se nõ protestante de contentis in eis; quia facit sibi præiudicium, vt per Calca. ibi. & illũ tex. Ange. ibi reputat singularem pro litteris solutionum, quæ quotidie mittuntur mercatoribus, quia eo ipso, quod littera est recepta & lecta, videtur approbata, nisi in contrarium fuerit protestatum. de quo etiam late Paris. in cons. 47. num. 15. volum. 1. & consi. 91. & consi. 112 nu. 44. eo. volu. ad idem facit, quod in simili scribit Paul. de Cast. in l. si creditores. circa principium. C. de pact. vbi dicitur, quod si vnus ex duobus, vl pluribus debitoribus obligatis in solidum, soluit partem suam creditori recipienti, & nihil protestanti, facit præiudicium creditori, vt contra eum nihil amplius dicere possit. Cõfirmãtur præmissa ex nota. per Docto. in l. si qui maior. C. de transa. vbi volunt, quod recipiens aliquid ab eo, qui incidit in pœnas illius legis, censetur illas remittere, si nihil protestetur, per d. l. post diem. de lege cõmis. l. commissorie. C. de pact. int. empto. & vend. l. AEmilius. de mino. l. fina. & ibi Glo. fina. de eo quod certo loco. & c. suã. de pœn. per quæ iura probatur, quod venditor petens pretium videtur remittere ius pacti, & contractus resolutionẽ: sicut enim per solutionem inducitur tacita declaratio voluntatis. l. q. semisses. & l. diuus.

de

de vsur.& per Signo.consi.175. ad fin. ita & per receptionem ipsius; & renunciatio resultat ex actu contrario. facit quod scribit Craue.in consi.24.nu.3.vbi dicitur, q̃ hæredes aliter diuidẽdo hæreditatem, ab intestato cẽsentur renunciare testamento. & q̃ taliter recipiens censeatur remittere pœnam incursam, tradit quoque Alex.in cons.14.col.fi.vol.2.Roma. cons.27.circa fin. Aret.in cons.150 colu. pen.& fi. Dec. cons.185.col.pen.& fi.Corne.in cons.40. volu. 4. pulchre Ruin.in consi.58.in fi.in cons.139.in fi.& in cons. 110. volu.1.vbi hoc ampliat procedere, etiam si recipiens protestatus fuerit, q̃ sibi sit saluum ius expellendi; quia talis protestatio non iuuat, cum sit contraria facto & ibi testatur de communi.& idem dicit in cons. 151. col. 3.ad fi.num.12. eo. vol.vbi tñ dicit verũ, nisi emphyteuta cõsenserit protestationi: nam sibi præiudicat.l.debet.§.1. naut.cau. stab.& dicitur consensisse, quando non cõtradixit expresse; quia in tali casu protestatio iuuat, vt per Ias.in d.l.2. col. 70. C. de iure emphy. quando autem nihil dicẽdo intelligatur consentire quis protestationi, habetur per Ang.& Paul. de Cast. in l.si fideiussor.in prin.qui satisd. cogant. & per Bar.& alios in l.non solum.§.morte.col.6.de noui oper. nunc. Et præmissa, circa.s. quod dixi, vt recipiens canonem faciat sibi præiudicium circa caducitatem, vendicant sibi locum, nisi ius caducitatis ignorauerit probabiliter; quia tunc non faceret sibi præiudicium; cum Iuri, quod quis ignorat sibi competere, nemo intelligatur renunciare. Calca.cons.51.in fi.& Rui.in consi.57.in fi.vol.1.

20 Secundo quæro,† quid si reperiatur solutus canon (non tamen per ipsum emphyteutam) domino directo, an intelligatur esse periurus? videtur dicendum, q̃ sic; quia iuramentum debet impleri in forma specifica, vt cap.si debitori.de iureiur. ex quo enim ipse iurauit soluere, non videtur, q̃ alius eius nomine soluere possit, quia tũc diceret̃ ficte soluisse iuxta reg. c. q per alium facit.de reg.iur. ponderando verbum, Vr̃, quod denotat improprietatẽ & fictionẽ. Contrarium puto verius; quia si reperiatur solutũ eius nomine, dicitur ipse vere soluisse. Nec obstat, q̃ dicatur ab eo solutũ per fictionem, quia hoc est falsum: ad tollendam enim obligationem nihil interest quis soluat, vtrum ipse qui debet, an alius pro eo: liberatur enim & alio soluente, siue sciente siue ignorante debitore, vt inquit Imperator Insti.q̃b. mod. tolli. obli.& facit tex.in l. solutionem, vel iudicium.de solu. in l. soluendo. de nego. gest.& in l.fi.C.eod.tit. quæ iura ad idem adducit Corn.in cons.113.col.pen.in littera L.vol.1.& cons.115.col.3.ver.ex quibus concludendum.in littera P. eo.vol.& in cons. 130. colum.pen.vol.3.licet enim per interpretationem iuris a debitore solutum intelligatur: tamen dicitur vere solutum.& sic quo ad ipsam solutionem, iuramentũ verificatur in casu vero, non autem in ficto; licet quo ad ministerium seu actum soluendi ipse emphyteuta non soluerit; sed alius pro eo; nam sufficit contractum impleri a contrahente, vel ab alio eius nomine, vt l. cum seruus. de verbor.oblig.simile videmus in eo, qui soluit nomine hæreditario, cum non esset hæres; qui tamen liberat hæredem.l.si pupilli.§.item quæritur. de nego. gest.l.fi.C.de peti.hæred.l. cum quis de soluti.quia pro inuito,& ignorante solui potest, vt liberetur.d.l.soluendo.de negot.gesti.tradit Roman.in consi.428.colum. 2.ver. circa tertium.& Corne.in cons.5. colum.2.vol.3. Sed maius dubium est, an intelligatur peiurus, quando alius soluit, non tamen eius nomine? videtur, quòd non; quia vbi tractatur de conseruatione iuris realis, vt est emphyteusis; non refert, quo modo soluatur, aut a quo, vel cuius nomine, dummodo soluatur. l. arboribus. §. qui tamen de vsufruc.l.qui fundum. quemadmo. serui. ami.& per hæc iura Roma. in consi.103. colum.1. versi. contrarium. facit pro hoc bonum simile: nam videmus, quòd si patronus, qui non præstat alimenta liberto, priuatur ijs, quæ sibi debentur ratione libertatis

bertatis concessæ.l.diuus. la prima. de iure patro.l.si patronus.de boni.libert.tamẽ si reperitur alimentatus a tertio, non priuatur iure libertinitatis.l.aliméta.in prin. §. 1.de libe.agno.quemad. hoc perpendit Corn.in consi.120.col.2.ver.est etiam, & tertio ponderãdum.vol. 1. vbi propterea infert, ꝙ licet donatio propter ingratitudinem donatarij reuocetur,quia non præstitit alimenta donanti,iuxta Gl. in l.fi.C. de reuocand.donat.tamen non reuocabitur,si alimenta tertius prȩstiterit;quia prȩsumuntur præstita contemplatione illius. sic videretur dicendum in casu nostro, vt cum reperiatur solutus canon, satis sit per prȩdicta. Ego tamen aliter concludẽdum arbitror, ꝙ immo sit periurus; quia ipse nec vere,nec interpretatiue soluit. nec obstat,ꝙ non priuatur emphyteusi; quia re-
21 respondeo, † ꝙ facilius incurritur pœna spiritualis, quam temporalis, vt per Cæpol.in consi.40.col. 5. in prin.& Marsi. in consi.7.post nu.53.vbi dicitur, ꝙ pœna, quo ad irregularitatem, facilius incurritur, quam quo ad sanguinem.

Tertio quæro, an si emphyteuta soluit illi,qui gerebat negotia domini; de cuius tamen mandato non apparebat, intelligatur liberatus, ita vt non incidat in commissum?dic vt per Guid.Pap.q.173.

Quarto & vltimo quæro,quid si soluit ꝓ plurib.annis,puta,rectori ecclesiæ, qui postea moritur; & deinde per annum,vel biennium cessat soluere successori in beneficio,an incidat in periurium? dicas,ꝙ non,secundum Corne.in cons.67.vol.2.

SVMMARIVM.

1 *Pœna conuentionalis peti non potest cum ipsa rȩ principali.*
2 *Iuramentum habet vim clausulæ, Rato manente pacto.*
3 *Iuramentum in compromisso operatur emologationem, & facit ex illo actionem competere.*
4 *Iuramentum in compromissis de iure ciuili non potest apponi.*
5 *Nullum quod est, nullam quoque potest producere actionem.*
6 *Pœna non nisi semel peti potest.*
7 *Petens pœnam ex aliquo contractu, debet prius docere se impleuisse pro parte sua.*
8 *Clausula, Rato manente pacto, non operatur, quando pars ipsa contrauenit.*
9 *Exceptio pacti non seruati non potest opponi per eum, qui non obseruauit.*

PRIVILEGIVM LXXXV.

OCtuagesimum quintum priuilegium est; quia tu scis,
1 † quod pœna conuentionalis non potest peti,vna cum ipsa re principali; quia dicitur succedere loco rei, veluti obseruationis contractus, quando in eo per ipsos contrahentes fuit apposita l. apud Celsũ. § Labeo.de dol. exceptio. & per Paul.de Cast.in l.cum proponas. in fi. C. de pact. Alexan.in l. 2. in princ. si quis cautio. vbi allegat tex.in l. si pro fure. §. 1. de condi. furti.& ideo frustra dicitur peti ab eo,qui rem ipsam est consecutus, vt habetur per Natt. in consi. 595. post num. 5. Tamen quando est appositum iuramentum, contraueniens iuramento non solum tenetur ad pœnam;sed etiam debet obseruare ꝓmissa.& ratio est; † quia iuramentum habet vim clausulæ Rato manente pacto; quæ operatur pœnam, & pacti præstationem peti posse: vt habetur per Bar. in l. si quis maior.num.8.& ibi Doct.C.de transact.iuncta l.cum proponas.eo.tit.Docto. in l.si insulam.de verbor.oblig. Bar.in l.si ita stipulatus.col.10.& ibi Alex.in princ. eo.ti.Corn.cons.61.col.fin. volum.3.consil.40.col.pen.in princ.& cons.246.col.fi. ver.quam virtutem.vol.4. Feli. in cap. ad nostram.colum. 5. in princ. de iureiuran. Ias.in §.item si quis postulante. colu. 2.ad fi.versicu.decimo iuramentum. Instit. de actio.Cors.in rub.de iureiur. in sexto priuileg.Io.de Ami.in consi.113.nu. 13.Anto.de Petr.in repe.l.1.nu.211.vers.vigesimus effectus.de iureiur.Rip.respon.1.nu. 4.de resti.spol.& in l. nemo potest.nu.93. de

de lega.1.& in c.1.nu.57.de iudici. nam hæc clausula, scilicet, Rato manente pacto, quæ apponitur in instrumentis, operatur in fauorem seruantis pactum. Glo. & Docto.in c.potuit.de loca.Glo.magna.in l.2.in ver. repellere. C. de iure emphy.& in l.qui fidem.de transa.& ideo si iuramētum fuerit appositū in compromisso vna
3 cum pęna; † tale iuramentum vltra pęnā operabitur emologationem,& ex illo cōpetet actio.l.cum antea.vbi Bal.& Doct. C.de arbi.quia habet vim dictæ clausulę, Rato manente pacto: & pariter habebit paratam executionem.Paul. de Cast. in l. si quis litigantium.C.de episcopali audie. & istud procedit sine dubio de iure canonico, vt est tex.in c.2.& ibi Abb.col.3.de arbi.& in c. cum tempore. eo. tit. Sed de iure ciuili Bal. in Auctēn. decernit. aliàs incipiebat decernimus. C. de arbi. tenet
4 expresse, quòd non detur actio; † quia iuramentum est reprobatum, & prohibitū apponi in compromissis, vt habetur ibi in tex.illius Auctē.quod fuit introductū; quia homines proni ad iurandum, sæpe aut compellebantur stare arbitrio iniquo propter periurium, aut in periurium ipsum incidebant, contra arbitrium venien do, vt inquit tex.in Aucten. de iudicibus. §.quia vero multæ.vnde est desumpta illa Aucten. decernit. & ideo, secundum vnū intellectum ibi non facit iuramentum, ꝙ si ille non stat laudo, quòd possit petere pęnam.& istud etiam sequitur Ias.in d.l.si quis maior.C.de transa. & Maran. in suo Specu.in sexta parte princ.in secūdo actu principali, dum agit de appellatione, nu. 253.in foro ergo sęculari, in quo seruatur ius ciuile, a quo est reprobatum iuramentum in compromissis, nō habebit vim di-
5 ctæ clausulæ, Rato manente pacto; † quia Quod nullum est, non potest producere aliquem effectum, l.4.§.condemnatum.de re iud.Dec.in l.non vt ex pluribus.de reg. iur.faciunt quæ dixit Feli.in c.cum super. col.3.de offi.delega.& Ias.in l.sed & si qs. §.quæsitum. si quis cautio. Nec obstat, si dicatur, quod ex quo agitur de iuramento, standum est iuri canonico in vtroque foro, per ea quæ dicit Abb. in ca. 1. de noui oper.nunc.& in c.cum contingat. de iure iuran.& ego etiam dixi in 66.priui. quia respondet Maran. in d. loco, quod stabitur iuramento quo ad obseruantiam illius iuri canonico; sed quo ad alios effectus, scilicet, producendi actionem, stabitur iuri ciuili, quo iure actionem non habet: vt ibi latius per eum. qui in effectu concludit, quod cum etiam in foro ciuili possit iudex sęcularis compelli per ecclesiasticum, vt obseruari faciat iuramentum, prout habetur per Paul.de Castr. in consil.53.colum. 2.in fin. volum. 2. agens habebit intentionem suam. de quo ego dixi supra in priuileg.83. nume. 84. ideo non repeto.

6 Huiusmodi nostrum priuilegium, ꝙ scilicet, possit peti poena, & obseruantia pacti, siue conuentionis; declaratur procedere solum pro vna vice; & sic pœna non poterit peti, nisi semel: quod intelligo, quando pœna succedit loco interesse. nā tunc cum interesse semel tantum debeatur, & peti possit, consequens est, vt pœna quoque semel committatur, arg.tex. in §. fuerat. Insti.de acti. quod autem interesse semel tantum debeatur, tradit Glo. in l. si duo.§.fi.de arbi.& ibi etiam Bar.vbi ergo esset pura pœna, vel esset conuentum, ꝙ toties contra factum esset, pœna committeretur, vltra etiam vnam vicem peti posset, vt habetur in d. §.fi.de quo etiam per Docto.post Bar.in l.2.ad fi.versi.item si est dictum. C. de iure emphyteu. & de hoc dixi supra in priuile. 74. post nu.189. non tamen crederem posse peti vltra quattuor vices, etiam si fuisset dictum, quod quoties, &c.iuxta illud, quod dicitur de fideiussore, obligato ad aliquem repræsentādum toties quoties fuerit requisitus, cū dicta verba non operentur vltra quattuor vices, prout nota. per apostill. ad Abb.in c.tua nobis. nu. 5. in littera A.de appella. sicut dicitur de illis verbis, Plures, & plures, de quibus per Aret. in consi, 103.col. 2. versi.præterea ista verba. & Marsi. sing.

568.

568 Secundo intellige, & declara priuilegium habere locum in pœna conuentionali, quæ ex priuilegio iuramenti poterit peti cum ipsa re: sed in pœna legali iuramentum nihil operatur; quia concurrit cum ipsa re, & alia aliam non cõsumit d. l. si pro fure. §. 1. & ibi Gloss. de cond. furti.

7 Tertio declaratur procedere, dumtamen petens pœnam obseruauerit pro parte sua, quod promisit; quia Illi debet permitti pęnam petere, qui in ipsam non incidit. l. cum par delictum. de reg. iur. veniens enim contra aliquem vigore contractus, debet in primis probare adimpleuisse pro parte sua l. Iulianus. §. offerri. & ibi Bar. de acti. empt. Alex. in l. interdum. §. qui ex naufragio. de acqui. poss. Gozad. consi. 1. in princ. & cons. 31. nu. 4. & Corn. in consi. 179. circa prin. vol. 1. aliàs nil Iudeo, nil Catilina Cæthego, inquit Paul.

8 de Cast. in consi. 67. in fi. volum. 1. † Dicta igitur clausula, Rato manente pacto, quæ resultat ex priuilegio iuramenti, non operatur, vt quis possit petere pœnam & obseruantiam promissionis, quando petens ipse contrauenerit, secundum Bald. Paul. de Cast. & alios. in l. qui fidem. de transa. & in l. qui seruum. de verbor. obligat. per Alexan. in consi. 115. volum. 4. Corne. in consi. 51. col. 3. ad fin. vol. 1. consi. 40. col. 2. vol. 2. & consi. 248. col. 4. in fine. vol. 4. Et Grat. lib. 1. respon. 66. nu. 20. & lib. 2. respon. 114. nu. 13. qui aliqua ex prædictis

9 allegat. † Sic videmus, quod exceptio pactorum non seruatorum, non potest vmquam per aliquem opponi, nisi prius doceat se omnia prius adimpleuisse. l. quæro. §. inter locatorem. loca. l. si fuerit. cum Gl. de iureiurand. cum concordan. adductis per Alexand. in consi. 66. nume. 24. volu. 6. Postremo obseruandum est, quod pęna conuentionalis poterit exigi, quamuis cõcurrat pœna legalis; quia vtraque committitur, vt censuit Corne. in consi. 266. col. pen. ad fi, vol. 3.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo vitiat omnem dispositionem, & ibi plura exempla.*
2 *Iuramentum purgat vitium incertitudinis.*
3 *Promittens rem incertam de iure canonico, potest compelli ad certificandum.*
4 *Iuramentum facit rem esse fori ecclesiastici.*
5 *Ius canonicum attenditur in vtroque foro, cum agitur de materia concernente peccatum.*
6 *Libellus incertus sustinetur, etiam si certificari non possit, intercedente iuramento.*

PRIVILEGIVM LXXXVI.

OCtuagesimum sextum priuilegium est; quia tu scis, q̃

1 † Incertitudo vitiat omnẽ dispositionem: vt per Marsi. in l. a vobis. de annuis lega. & in rub. C. de proba. col. 73. cum pluribus seq. per Alexand. siue alium inter eius consi. in consi. 65. vol. 4. Et ideo dicimus, quod incertitudo impedit condemnationem fieri. l. idem Pomponius. §. si plures. de rei vendi. & incertitudo vitiat legatũ. l. quidam. de reb dub. l. Paul. respõdit. eo. tit. Glo. in l. id quod. in versi. consistat. C. de episc. & cler. & tradit Abba. in c. si sacerdos. ad finem. de offi ordi. Item in tuto re, qui incertus dari non potest. vt l. tutor incertus. de testam. tut. Item in stipulatione incerta, vt non valeat, not. Insti. de ver. oblig. in prin. & in l. ita stipulatus. simili ti. & ibi Alex. item in confessione, & collatione beneficij, tradit Craue. in cons. 104. nu. 11. In libello incerto, nota. in l. fi. C. de annua. excep. In pretio rei venditæ, tradũt Docto. in l. si merces. in prin. locat. & est tex. in §. pretium. ver. sed & certum. Insti. de emp. & vend. & scribit quoque Corn. in consi. 50. col. 1. & 2. & ibi adducit concordan. vol. 1. Et in contractibus & probationibus, scribit Grat. li. 2. respon. 123. num. 15. & in constituto habetur per Bar. in l. 3. §. incertam. de acq. posses. Marsi. in singula. 496. Gozad. in consi. 55. in princ. Oldrad. consi. 164. Ias. in l. si sic legatum.

col. fi.

col.fi.nu.18.de leg.1.Dec.in l. contractus nu.14.de regu.iur.& consi.226.Gra.libr. 1.resp.24.nu.7. Curt.iuni.in cons.120.co col.2.n.5.Et in citatione consuluit Rom. in cons.369.col.2.nu.8.& Alex. in consil. 105.col.2.nu.3.vol.5.& in l.si finita.§.Iulianus.col.4.nume.13.de dam. infe. cum similibus adductis per Marsi.in rub.C.de proba.nume.368. In sententia est text. in §.curare.vbi omnes not. Insti. de acti. In laudo,tex.in l.quid tamen §. Pomponius de arbi.Roma.cons.141.colum.2.in princip.& generaliter,vt dictum est, Incerti-
2 tudo vitiat omnem dispositionem. † Tamen vbi in actu,veluti in promissione,interuenit iuramentum, etiam si aliàs promissio esset incerta;non propterea vitiaretur,propter efficaciam & priuilegium iuramenti, quod supplet defectum incertitudinis,quæ venit postea certificanda,seu verificanda arbitrio boni viri. ita voluit Aquen.in l.ita stipulatus,colum.3. versic. ex hoc nouiter.de verbo.oblig.refert Gome.in §.si quis postulante.colum.3.in fin. & sequen.Institu.de actio.Bologn.in consil.3.in fin.& est ratio secundum eũ; quia actus sustinebitur de æquitate canonica, incertitudine non obstante. quod etiam dixit Ias.in d.l.ita stipulatus.& in l. triticum.eod.titu.de verbo.obliga.& per Archid.in ca.sunt nonnulli.1.quæst.1. quod valde commendatur ab Alexan.in l.1.colum.12.solu.matri.sequitur etiam Gra.li-
3 br.1.respon.123.nu.19.† vbi dicitur ꝙ de iure canonico, is, qui incertam rem promisit, põt cogi vt certificet.& de eodem quoq; dicto facit mentionem Fel.in c.cũ iuramentum.de homicid.& in singularibus suis reportauit Marsi.in singu.225.& plura adducit Ias.in d.l. triticum. colum.
4 1.cũ enim iuramentum † faciat, vt res intelligatur,& sit fori ecclesiastici, cap.nouit. de iudi, videtur consequenter parere hunc effectum, quod faciat sustineri actũ aliàs inualidum ratione incertitudinis. Gomes.tamen,in d.§.item si quis postulãte,quod ad hoc attinet, dicit non videri verum,quòd scilicet, iuramentum faciat rem de foro ecclesiastico; sed ita demum si persona sit ecclesiastica, vel si dubitetur de validitate iuramenti:tunc enim causa pertinet ad forum ecclesiasticum, vt dicit concludere Ioann. Andre. in capit. fin.de foro competen. in sexto:subdit ipse postea non esse recedendum a prædicto Aquen.quæ videtur verissima,ex eo quia quando dubitatur, an iuramentum valeat nec ne; tunc iudex ecclesiasticus cognoscit,vt late dicit Domini.in d.cap.fin.pro ut etiam cognoscit,an sit relaxandum: vt per Paulum de Castr. in consilio.196. in princip. volum.2. Ego vero arbitror Aquen.alium habuisse sensum, & mentem, quàm putauerit Gomes.quia Aquen. ipse solum dicit, quòd iuramentum facit causã esse de iure canonico,quod est in distincte verum:non autem dixit,quòd causa sit fori ecclesiastici:hæc enim duo inter se differunt;quia potest esse causa de iure canonico, scilicet, decidenda, & tamen non agi coram iudice ecclesiastico;vt cõtingit, quando res tractatur coram iudice laico,& de iure ciuili est dubia:quo casu venit decidenda secundum ius canonicum,& maxime in materia cõcernẽte peccatum.Glo.& Abb.in c.1.de noui oper. nuncia.& in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti.vbi Fel.& Dec.& ita tenet etiã Bart.in l.per hanc in prin. C. de appella. Felyn.in c.fraternitatis.colum.prima, de testi.& Corne.in consil.vigesimo septimo colum.prima,volum.tertio.& sic Aquen. accipit ius canonicum pro vniuerso iure, seu corpore ipsius iuris canonici; non autem pro loco,seu foro, in quo ius canonicum principaliter redditur, iuxta tradita per Iureconsultum in l.penult.de iusti.& iur.Voluit ergo Aquen.quòd ratione iuramenti causa sit de iure canonico, quo ad decisionem, non quo ad forum necessario; quia res tractabitur in foro laicali, nisi ageretur contra clericum, vel nisi de validitate,aut relaxatione iuramenti tractandum esset. faciunt quæ scribit Maran. in suo Speculo, in tertia parte
5 principali nume.73.† dum inquit, quod

quoties agitur de materia concernente
peccatum,id quod maxime contingit, cũ
de iuribus iuramenti disputandum venit
res est decidenda in vtroque foro, secun-
dum ius canonicum.tradit Felyn. in cap.
si cautio.col.6.ver. nec obstat tex. de fide
instrum.Abb.in c.clerici. & ad eum addi
tio.de iudi.Bello.in consi.15.post nu.2.&
consi.25.post nu.9.& supra etiam dictum
fuit. Et circa nostrum priuilegium,quòd
scilicet,iuramentum habeat supplere vi-
tium incertitudinis, & operari certitudi-
nem,adde optime facere , quod in simili
diximus , mutuo in iudicio petito , eius
quantitatem liquidari medio iuramenti ,
6 vt patet supra in priuileg.36.† Facit etiã,
quod in simili dicitur de libello incerto ,
vt sustineatur , quando libellans iurat se
nescire,vel posse aliter certificare , prout
voluit Glo.in l.1.§. si quis argentum. de-
posi.Innoc.Io. And.& Abb.in ca. primo.
de libell.oblat.Bar.in l. vbi autem.§.qui il
lud.de verb.obl. nisi tanta esset incertitu-
do,secundum eos,ꝙ reus non posset deli-
berare,quid sibi faciendum esset , vt legi-
tur,& notatur per Maran. in suo Specu-
lo,dum tractat de libello.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim clausulæ Se curaturũ.*
2 *Iuramentum an faciat valere promißionem facti alieni.*
3 *Promittens se facturum,& curaturum,promittit factum proprium.*
4 *Promittens factum alienum simpliciter,intelligitur promisisse se curaturum.*
5 *Primittens se facturum,& curaturum,incurrit moram,sine aliqua interpellatione.*
6 *Obligatus sine aliqua præfinitione temporis,dicitur statim obligatus adimplere.*
7 *Pœna vt incurratur ex negligentia,an sit necessaria interpellatio.*
8 *Obligatus curare & facere,quòd alius certum quid faciet, debet probare se omnem diligentiam adhibuisse, vt illud tale fieret.*
9 *Diligentia non est probanda,vbi impedimentum est notorium.*
10 *Notorium non est probandum ; sed sufficit illud allegare.*
11 *Obligatus se curaturum,an excusetur, si fecit quidquid potuit.*
12 *Facilius est dare,quàm facere.*
13 *Promittens se curaturum & facturum cum effectu,quod ille certum quid faciet,non excusatur,quamuis fecerit,quidquid potuit.*

PRIVILEGIVM LXXXVII.

OCtuagesimũ septimũ priuile
1 gium est;† quia iuramentũ
habet vim clausulæ, Se cu-
raturum & facturum,vt vo
luit Roma. in l. stipulatio
ista habere licere,de verb.oblig. vbi alle-
gat tex.in c.ex litteris.el 2.& in c. sicut ex
litteris.de sponsal.cum Glo. 1. ibi & Gl.
in c.qui non est. 30.q.11. & est similis Gl.
in cap.vbi domino . sexagesimatertia di-
stinctio.& idem dixit Bald.in l.fin. C. de
non nume. pecu. & Abba. in c.ex rescri-
pto ad finem.de iureiu.Aret. in consi. 28.
colum. 3.ver.& hoc tertio. Afflict. decis.
295.nu:2.Corse.in rub.de iureiu.in deci-
mo quarto priuilegio.Fel.in c.cum super
col. 3. in medio.de offi.delegati.Gram.q.
2.quæ habetur post consi.cri.Anto.de Pe
tru.in repet.l.1.versi.sextus effectus, post
num.123.de iureiu.& Ruin. in consi. 42.
nu.16.vol.1. Et ex huiusmodi priuilegio
resultat notabilis limitatio ad illam regu
lam,quæ dicit præsumptionem facti alie
ni nullam esse.§.si quis alium. Insti. de in-
uti.stipu.& d.l.stipulatio ista habere lice-
2 re:† nam si iuramentum habet vim clausu
læ prædictæ,manifeste equitur,quod me
diante iuramento valeat promissio facti
alieni;quia quando quis promittit cũ iu-
ramento factum alienum;veluti,quod Ti
tius dabit cẽtum ; talis promissio propter
iuramentum sustinetur ; quia resoluitur ,
quod ipse curabit & faciet , quod Titius
dabit ; & consequenter iuramentum in
promissione facti alieni habet vim clau-
sulæ, Se curaturum. Et ideo valet , & effi-
caciter obligat;quia promittens se factu-
rum & curaturũ,efficaciter obligatur . &
ita

ita voluit Ias.in §. item si quis postulante. colum. 2. in 9. effectu. Insti. de actio. & Affli. in d. decis. 295. & Corne. in consi. 220.colum.vl.volum.1. cum aliis supra allegatis. Tu autem aduerte; quia ista non videtur vera limitatio ad regulam prædictam; quamuis omnes eam pro tali adducant.& not.per additio.Abb.in d.c.ex rescripto. Et contra istam limitationē plura considerat Corne.in consi. 192.col.3.post litteram M.vol.1.Et ad hoc facilius osten
3 dendū.considerandum est, q † promittēs se facturū & curaturum, promittit factū proprium, non alienum.vt expresse dicit Glo.in d.§.si quis alium.in vers.effecturū. de inutili.stipula.& ita etiam tenet Corn. in consi. 26.col.2.vol.1.& consi. 2.in princip. volum.3. & Ruin. in consi. 140.volu. 1.& facit tex. in l.inter stipulātem.in princip.versi.& qui spondet. de verb. obli.& & ideo mulier,quę promittit se curaturā, quod Titius habebit ratum, non iuuatur Velleiano. l. si mulieri. ad Velleia. Quinimmo,quādo aliquis promittit simpliciter factum alienum;tunc in dubio præsumitur,quod ipse promiserit,se facturum, vel procuraturum fieri,aut dari,quod promissum est,vt videtur pbari in l.quid autem.§.sed & si quis certam.de cōsti.pecu. & nota.per Ang.in d.l.inter stipulantem. §.1.& hoc idem sentit Corne. in d.consi. 192.col.penu.ad fin.quatenus dicit,quod Glo.allegatæ per Rom.non probant;quia nō se fundāt in iuramēto, nec q sit speciale virtute iurī;sed videnē velle,q sit regulare q quis promittendo factū alienū censeatur pmittere se acturum & curaturū; & subdit,quod de iure ciuili hoc communiter non tenetur,vt scilicet,iuramentum habeat hoc priuilegium.& ideo limi.Roma.non transit sine dubitatione,secundum eum,qui respondet ad tex.in l.cum pater. §.filius matrem.de lega.2.quatenus ibi pbatur,quod iuramentum habet vim clausulę,Omni meliori modo:nā dicit, quod licet iuramētum habeat vim clausulæ prædictæ;non tamen operatur, vt quis censeatur promittere aliud factum,quam quod promittit:& sic vt promittendo factū alienum intelligatur virtute iuramenti promittere factum proprium. pro quo vltra ipsum facit; quia iuramentum interpositū super vno casu, non extenditur ad alium, argu.tex.in cap. clericus. de iureiuran. & not.Gozad.in consi.57. nu.6.vbi concor. Cum itaq; ex prædictis pateat,quod promittens se curaturum, & facturum pmittit factū proprium, posito,quod iuramentum appositum in pmissione facti alieni resolueretur,vt intelligeretur promissū factum proprium:tamen ex eo non esset bona limitatio ad regulam prædictam; quia non esset de regula, prout esse debet.l.1. vbi omnes.de reg.iu.Glo.in rubri.de reg. iu.in sexto.Corne.in consi. 57. in princip. vol.1.Dec.consi.40.col.1.consi. 41.col.3. in princ.consi.136.col.1.nu.2.consi.590. in fi.nu.9.consi.656.col.2.nu.7. & alibi sæpe.& Aret.in cons.30.col.4.cum simili.ad hoc enim,vt esset bona exceptio, oporteret,quod valeret promissio facti alieni cū iuramento;& sic,quòd exciperetur casus, quando interuenit iuramentum;ex quo regula est in cōtrarium. & quamuis sustineatur talis promissio vigore iuramenti,secūdum Docto.tamen non sustinetur tamquā promissio facti alieni; sed illa transfunditur in promissionem facti proprij: quod non est de regula; sed pœnitus diuersum ab ea:& tamen,quo ad hoc etiam,non videtur vera communis opi.quod iuramentum habeat vim clausulæ, Se curaturum, p ea quæ supra diximus. Nihilominus nō recedendo ab ea dicendum est,quod cum iuramētum faciat valere actum omni meliori modo d.§.filius matrem. cōsentaneū est rationi, vt si promissio non valet,quia facta de alieno facto valeat, tamquam promissio facti proprij. Nec obstat, quod iuramentum non operatur, vt quis obligetur aliter, quam quod promittit, id est, ad aliud factum vt supra dictum fuit;quia dicitur, quod cum quis promittit alium aut daturū vel facturum,intelligit ēt obligare.se ipsum: quæ tamen obligatio ideo non contrahitur; quia est circa nego-

tium alienum, non ipsius promittentis & stipulantis: sed cum iuramentum interponitur, interpretatur, & sustinetur obligatio, tamquam facta de proprio negotio, quod consistit in curando, & faciendo, quod alius dabit, vel faciet. & sic respectu finis semper ꝑmittitur in effectu factum alienum; licet medium, per quod ad finē peruenitur, mutetur virtute, & priuilegio iuramenti; quia quilibet actus hēt suam ꝓpriam formam, & modum per quem ad illius perfectionem peruenitur. Abb. in consil. 16. col. 3. versi. quamquam. par. 2. & Sozi. iuni. in consi. 72. nume. 12. cum plur. seq. vo. 1. Præterea ex priuilegio iuramēti, quis potest aliter obligari, & in alio, quā in eo, quod promittit: vt per plura exempla patebit in priui. 98. vbi videndum. Non obstat, quòd regula sit, vt quis promittendo factum alienum censeatur promittere se acturum & curaturum; quia hoc ꝓcedit, quando ex natura cōtractus, qui præcedit, hoc venit; aliàs secus, vt in illa stipulatione dolum malum abesse ab futurumque esse. & in illa, habere licere, & in constituta pecunia; alioquin semper stipulatio, & ꝓmissio facti alieni valeret: & ita habetur in l. inter stipulantē. in princip. de verb. oblig. hoc dixi quia si in promissione facti alieni intelligeretur clausula, Se curaturum, iuramentum nihil operaretur: quod non est dicendum, vt satis
5 ex prædictis patet. † Et est notandum, ꝙ taliter obligatus, id est, se facturum, & curaturum, incurrit moram sine aliqua interpellatione, si hoc scilicet, nō fecit, quāprimū facere potuit Bal. ī c. domino guerrā. §. ad hæc in ti. hic finitur lex cor. quod dictum refert & sequitur pro nota. Alex. in consi. 157. circa prin. vol. 6. & in consi. 148. vol. 7. & in l. quod te. colum. 6. si cert. peta. Aret. in l. si ita stipulatus. la 3. §. possum. de verbo. oblig. Ruin. consil 42. nume. 26. & in consi. 132. nu. 2. vol. 1. vbi hoc ampliat, etiā si fuerit promissum, vel dictum quod curabit facere ad omnem requisitionem; quia adhuc non est necessaria interpellatio. Idem quoque voluit Ripa. in l. 4. §. Cato. num. 59. de verb. oblig. cum alijs adductis per Craue. in consi. 64. in princi. & consi. 272. nume. 10. vbi dicit communem. & de communi etiā attestatur Curt. iuni. in consil. 74. nume. 6. & sequitur etiam Cotta in suis memoralibus, in ver. promissio de faciendo. Et est regulare,
6 † ꝙ Obligatus sine præfinitione tēporis, statim dr̄ obligatus adimplere. l. in omnibus obligationibus. de regu. iur. & sine aliqua interpellatione: vt habetur ꝑ Crau. in consi. 246. in prin. & ibi concord. Sed contra istam communem conclusionem videtur obstare non mediocriter; quia ad hoc,
7 † vt pęna incurrat ex negligentia, seu culpa in non faciēdo consistens, id est, ex eo, quòd quis nō fecerit, monitio seu intepellatio requiritur: vt per Abba. in cap. extirpandæ. §. quia vero. in lectura. num. 12. de præben. post Innocen. ibi, & tradit Affli. decision. 370. numero 9. Augusti. Arimin. in additio. ad Ange. de malefi. in Glo. quas si non soluerit, in additione incipiente, Tu autem in hac materia. ergo non videtur verum, quòd ipso iure, & absque interpellatione, quis in mora constituatur, ita vt incurrat pęnam. Bart. Alex. & omnes in d. l. si ita stipulatus. & in l. si ex legati causa. de verbo. oblig. Alex. in consi. 109. volum. 5. Immo post quam est facta interpellatio, non dicitur quis esse in mora, nisi labatur tātum temporis, vt illud commodè curare possit. l. diuortio. de negoc. gest. Glos. in l. Aemilius. de mino. Solutio; dicendum est, ꝙ cum in casu nostro simus in facto, & promissione affirmatiua; quia is quis promisit facere & curare, intelligitur, quod hoc implere habeat absq; aliqua monitione, ex eo enim quod non apparet factum, constat de negligentia facere debentis; secus si promissio sit facta super aliquo facto negatiuo, vt in dictis locis habetur; quia requiritur interpellatio. vel dicas, quod allegata in contrarium procedunt, quando non est adiectum iuramentum; sed si iuratum est, non requiritur aliqua interpellatio, cum ipsum iuramētum semper interpellet, vt alibi dixi-

bi diximus. & ista est communis opin. vt post alios scribit Gozad. in cōsi. 24. col. 3. nu. 10. vel dicas & tertio, vt per eū ibi, ꝙ aut nos loquimur, ad hoc, vt quis teneatur quātū ad interesse, & alia iuxta no. ī l. mora. de vsur. & tunc non est necessaria interpellatio: aut loquimur, quo ad pœnam; & tunc est necessaria. & ita concordantur opiniones. Posito tamen, quod requiratur, illud temperandum est, nisi esset ꝯsuetudo ꝙ in similibus interpellaretur, vt in eo qui promisit se curaturū, ꝙ vxor renunciaret; stante. n. consuetudine, ꝙ taliter obligati soleant requiri, videtur excusandus, si non fuerit requisitus, vt pulcre per Corn. in cons. 40. col. 2. in fi. vol. 2. quinimmo idem dicitur in eo, qui principaliter promisit ratificare, nec tps adiecit, qa in tali casu tps arbitratur per iudicē, l. 1. §. itē si ita. ad legem Fal. l. quod dicimus. & l. ratum. de soluti. Aret. per hęc iura, in consi. 72. col. pen. in fi. vbi dicit, quod non incidet in aliquam pœnā, nisi fuerit interpellatus. Secundo supradicta conclusio, quod promittens se curaturū incidat in pœnā, si non curauit, quàm primum potuit, intelligitur, dū tñ ille, quem daturum, vel facturū promisit, non moriatur: nā hoc intelligitur venire in obligatione: vt late p

8 Dec. in cons. 2. per totū. † Notandū est secundo, ꝙ obligatus ad faciendū, & procurandum (exempli gratia) quod Titius renunciabit, vel ratificabit, vel aliud quippiam simile; debet probare, se omnem diligentiam adhibuisse, & fecisse qnidquid potuit, vt Titius renunciaret, vel ratificaret, vel aliud adimpleret. nec satis esset ꝓbare simpliciter per eum fecisse diligentiam, nisi quidquid fieri potuerit, factum probetur: vt per Calca. in consi. 39. in pr. & in cons. 63. col. 2. ver. ad hoc accedat. & Gram. in cons. 22. in crim. quod est mē

9 ti tenendum. † Limita tamen hoc non ꝓcedere, quando constaret de notorio impedimento; quia tunc non est opus probare adhibitam fuisse diligentiam: vt per Boer. decis. 40. num. 7. & Pedemon. decision. 9. nume. 4. & decision. 176. nume. 12.

10 & ibi concordan. † quia notorium, & visibile non indiget probatione, sed sufficit allegare, c. non solum. de appella. in sexto. l. si vero. §. 1. & ibi glo. qui satid. coga. & l. emptorem. in prin. cum Glo. de act. emp.

11 † Sed hic quæro, an is qui promisit se facturum, & curaturum, quod ille tale quid faciet, excusetur à mora, si fecerit quidquid fieri potuit; & tamen factum non extitit: & ex consequenti, an propter difficultatem habeat excusari à mora. & cōmunis est conclusio, quod sic: ut patet ex late deductis per Anto. de Gab. in titu. de pact. conclus. 2. in prin. & probatur in l. si vehenda. §. fi. ad legem Rhod. de iact. & l. 1. §. iubet. ibi Si frater. & l. 3. §. fina. de collat. bono. l. apud Celsum. §. si in arbitrum. de doli excep. §. libertas quoque. Instit. de singul. rebus per fideicommiss. rel. & in l. 2. si quis caut. tradit Felin. in c. testimonium. colum. 8. de testi. Contra istam communem opin. obstat in primis tex. in cap. 1. §. licet. si de feu. fueri. contro. vbi si dominus iurauit soluere, licet non potuerit adimplere, incidit in periurium. sed ad istum tex. respondent Docto. in l. quod te. si cer. peta. quod loquitur in obligatione dandi; in qua difficultas non excusat, sicut in obligationibus faciendi: & pro hoc assignatur duplex ratio. prima se

12 cundum Sozin. & Deci. ibi. † quia Facilius est dare, quàm facere, iuxta notata in l. 4. §. Cat. de verb. obl. & in l. stipulationes non diuiduntur. eod. tit. Secunda, quæ est recentiorum repetentium; quia ad impediendum illud, quod est faciendum extrinsecus, veniunt impedimēta, arg. l. fi. de condi. insti. quæ ratio est potius ratio primæ rationis; quia ideo facere est difficilius, quàm dare, quia in faciendis solent impedimenta extrinsecus superuenire. §. illud quæsitum. Insti. de re. diui. Secundo contra communem opi. facit tex. in l. sancimus. C. de fideius. vbi dr̄, ꝙ qui ꝓmisit aliū sistere in iudicio, tenet̄ semper, & incidit in pœnam, etiam si ille noluerit repræsentare, vel fugiat, aut latitet. Item obstat tex. in l. qui autem. §. primo de consti.

pecu. vbi fideiussor promissus non vult fideiubere, nō propterea debitor liberatur: quia tenetur dare alium fideiussorem.

Respondent moderni in d. l. quod te. si cert. peta. quòd ideo in dictis legibus non excusat difficultas præstationis; quia fuit promissum illud, quòd non pendebat ex voluntate promittentis; sed ex voluntate alterius, de qua promittens confisus intelligitur tacite etiam voluisse obligari in casu, quo voluisset adimplere de quo censetur verisimiliter cogitasse: & sic videtur tacite actum, quòd difficultas non habeat excusare. Ista solutio est de directo contra supradictam communem conclusionem, in qua promissio dependet à voluntate alterius, & videtur tacite cogitatum in genere de non sequuturo implemento: & tamen dictum est propter difficultatē excusari. ideo Bolognet. in d. l. quod te. nu. 77. versi. vel nisi promiserit. restringendo dictam communem conclusionem, dicit eam esse intelligendam, quòd difficultas excusat à mora obligatum ad factum, nisi promiserit factum alienum, per d. l. sancimus. quod est manifeste falsum, cum Docto loquantur expresse, quando est promissum factum alienum, vt patet per Deci. in l. impossibilium. & ibi quoque Cagno. de regul. iur. Affli. decis. 295. vbi addi. Gram. & idem Gram. decisio. 101. nume. 82. & in quęstio. 2. post eius decision. Maran. in eius disput. 7. & per Marsil.
13 in rub. de fideiuss. nume. 155. † Ideo ego crederem posse dici, quod ista in contrarium adducta, sint necessario intelligenda secundum primam solutionem; quia fuerat promissum, quod pendebat ab alterius voluntate, de qua verisimiliter fuerat cogitatum; & propterea intelligitur voluisse obligari & teneri in casu in quo noluisset ille tertius facere, vel adimplere. nec repugnat conclusioni supra factæ, per quam diximus ob difficultatem excusari, si fecit quidquid potuit; quia aduertendum est, ꝙ debet intelligi de difficultate extrinseca, aliàs superueniente, quàm ex eo, quod ille tertius nolit facere, vel adimplere: vt patet in dictis iurib. pro ea allegatis, quæ de similibus impedimentis loquuntur, veluti de ægritudine, fluminis impetu, & huius generis impedimentis, non autem de impedimento voluntatis, vt sic dixerim, il-
14 lius cuius factum promissum fuerat. † Vel dic, quod in contrarium adducta possunt procedere, quando promittens factū alienum promisit, & iurauit facere, cum effectu; quia tunc difficultas illum non excusat à mora & pęna, etiam ꝙ fecerit suum posse, vt fieret: vt per Dec. consi. 125. col. 1. Gram. decis. 102. num 81. Bologne. in d. l. quod te. Gozad. consi. 27. col. 4. in fin. Paris. consi. 110. nu. 17. volum. 1. cum aliis cumulatis per Anto. de Gabrie. in d. ti. de pact. conclu. 2. nu. 8. ver. primo limi. & dixi in priuileg. 47. nu. 15. & rursus in priui. 74. nu. 31. & ita potest intelligi, & declarari hæc communis conclusio.

Secundo potest etiam limitari non ꝓcedere, quando promittens culpa sua incidit in difficultatem, vel impedimentum, d. l. si vehenda. §. 1. ad leg. Rhod. de iact. vbi si quis posuit merces in naui debili, & inhabili ad illas merces vehēdas, tenetur, si pereant, & est in mora; quia fuit causa illius damni, & impedimenti. & probatur etiam in l. 2. §. quod diximus. & §. si quis tantum. si quis cautio.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor habet beneficiū excussionis de prius principali conueniendo.*
2 *Limita, quando in fideiussione fuit iuratum.*
3 *Opinio vltimo loco relata per Doct. censetur approbata, nisi aliquam ex aliis approbet.*
4 *Iuramentum intelligitur, secundum naturam actus.*
5 *Iuramentum facit censeri fideiussorem obligatum, tamquam principalem.*
6 *Excussio est de apicibus iuris.*
7 *Excussio de iure canonico non requiritur.*
8 *Aequitas de iure canonico attenditur.*
9 *Præsumitur prius cogitatum de statuto, quàm de iure communi.*
10 *Ordo duplex, alius ad rigorem, alius ad defensionem conseruandam.*
11 *Fideiussor indemnitatis, etiam cum iuramento, non*

lo, non potest conueniri ante principalem.

12 Creditor cui est promissa indemnitas, non potest agere contra fideiussorē, si aliunde potest indemnis conseruari.

13 Statutum loquens de fideiussoribus, non habet locum in fideiussore indemnitatis.

14 Excusio contra principalem debitorem nō requiritur, vbi proceditur sola facti veritate inspecta, vel sine strepitu & figura iudicii, vel si ita inter partes conuenit.

PRIVILEGIVM LXXXVIII.

1 Octuagesimū octauū priuilegium est; † quia tu scis, q̄ si fideiussor promisit ꝓ aliquo debitore, habet beneficium excussionis, vt prius agi debeat contra principalē; & eo reperto non soluendo, tūc fideiussor compellitur soluere, seu satisfacere iuxta suam promissionē. Auct. præsente. C. de fideiuſ. Auctēn. hoc si debitor. C. de pigno. Doct. & præsertim Alex. & Iaſ. in l. fin. in princ. si cert. pet. Gra. lib. 1. resp. 87. num. 22. & Guid. Pap. q. 94. Et procedit etiam in credito ex causa dotis, sicut in quolibet alio credito, vt per Necusant. in suo tract. de pign. & hypoth. in primo mēbro. octauæ partis. nu. 23. versi. nono fallit regula. † Tamen si in fideiussione sit appositum iuramentum, non potest opponere exceptionem prædictam, vt scilicet, agatur prius contra principalem. ita voluit Bald. in ca. ex rescripto. per illum tex. de iureiurando quatenus ibi nulla fit mentio de excussione principalis. & ita ibi dicit colu. 1. verſ. item nota hic non fieri mētionem. vbi loquitur in omni fideiussore iurante, siue sit fideiussor simpliciter, siue sit fideiuſ. indēnitatis, siue in subsidium: prout illam declarat Felyn. in eo. ca. ex rescripto. colum. fin. nume. 18. Idem Bald. in d. Auct. præsente. & Bald. sequitur Andreas in d. cap. ex rescripto. licet de eo nullam faciat mētionem. & Alexand. in addi. ad Barto. in l. Marcellus. de fideiuſ. & in cōſ. 32. col. fin. ver. 4. principali fundamento. volum. quarto, Iaſ. in l. si ego num. secundo si cert. pet. Marſ. in rub. de fideiusso. num. 9. Are. consil. 33. idem Alex. in conſ. 29. num. 37. vol. septimo. hoc etiā sequitur Corset. in rub. de iureiuran. col. 9. ver. vndecimum priuilegium. deciſ. Thol. 130. Gozad. conſ. 32. nu. 14. & ista est communis opin. vt habetur per Anton. de Gabri. qui adducit concordan. in ti. de fideiuſ. conclu. 1. nu. 43. & 44. & de communi testatur etiam Rondugal. in l. 3. §. vbi duo num. 117. de duob. reis. & Pedem. deciſ. 44. num. 14. Sed oppositum tenuit Bal. sibi contrarius in c. cū contingat. col. 10. de iureiu. refert Fely. in d. c. ex rescripto. vbi supra. & ibi subdit, q̄ est d̄ mente Bar. in l. si quis pro eo. in octauo membro. de fideiuſ. istam quoque opi. tenet idem Alexan. pariter sibi contrarius in d. l. fin. colum. 7. si cer. peta. & Ange. in l. quæ accessionis. de fideiuſſ. & Imo. in d. c. cum contingat. & in hanc videtur incli-

3 nare Fel. in allegato cap. ex rescripto. † cū eam tamquam vltimam referat iuxta tex. in l. qui filium § Sabinus. ad Trebel. & habetur per Calca. in consi. 77. colum. 5. versic. sed ad hoc respondetur. eam quoque sequitur Iaſ. in d. l. fin. colum. 2. in princi. & secundum eam etiam consuluit Barba. in consi. 43. colum. octaua. in fin. volum. secundo. & alios concordantes, istamque partem amplecten. adducit Tiraquel. in præfatio. l. si vnquam. nu. 152. C. de reuocā. dona. & Couarr. qui hanc quoq; opi. sequitur in capit. quamuis. de pactis. in sexto §. quarto nu. quarto. versi. quinto. in prima parte & Anto. de Gabri. in d. conclu. prima. post num. 44. versi. contrariam vero opinionem. & Gram. in conſ. 170. in ciui. & pro hac parte adducitur principaliter; quia iuramentum debet intelligi secundū naturā actus, cui apponitur, l. fi. C. de nō num pec. & sæpe diximus: sed de natura fideiussionis est, vt excusio fiat cōtra principalem, vt supra diximus in princip. merito ergo non faciet amittere dictum beneficium: nam fideiussores ad hoc accipiuntur, vt ab eis exigatur, quod a principali debitore exigi non potest: vt inquit

expresse tex. in §. fi. in fin. Insti. de replica. Ceterum non discedendo a communi sē
5 tentia, potest dici, quod iuramentum facit, quod fideiussor intelligatur obligatus tamquam principalis: vt per Barto. in l. si quis pro eo. de fideius. & perpetuo notandum dixit Ang. in §. fideiussores. in fi. Insti. de fideius. & Bau. in suo tracta. de virtu. iuramen. in primo effectu. Gra. lib. 1. respon. 28. nu. 16. et Ant. de Gabr. in d. ti. de fideius. conclus. 1 nu. 44. Et dixit Alex. in cons. 23 col. pen. vol. 4. q huiusmodi casu fideiussor per omnia iudicatur, vt principalis. idem quoque tenet Ias. in §. item si quis postulante. col. 2. ver. item per illum tex. de actio. & in cōs. 58. vol. 3. Barb. consil. 86. vol. quarto. Dec. cons. 268. Quia ergo intelligitur obligatus, tamquam principalis, nō habet beneficium excussionis, vt per Aufr. in decis. Tholos. 23. & hoc est, quod dicitur talem fideiussorem, scilicet, cum iuramento, teneri in duriorem causam: vt per Ias. in l. si conuenerit. colu. tertia. nume. decimo quarto de iurisd. omni. iudi. & facit pro hac communi opini.
6 † quia excusio principalis est de apicibus iuris, Gl. 1. in l. si mancipium § primo de eui. Roma. in l. si constante. & ibi etiā Alex. solu. matri. vbi dicunt dictam Glo. singularem. & idem Roma. in consi. 430.
7 † Et hinc est, quòd de iure canonico non requiritur excusio: vt per Ias. in d. §. item si quis postulante. Insti. de actio. & sequitur etiam Grat. lib. primo. respon. 37. nu. 24. & respon. 87. nume. vigesimo quinto. quia illo, scilicet, iure proceditur secun-
8 dum æquitatem: vnde de apicibus iuris non curatur, vt est tex. cum Glo. in c. dilecti de iudi. notat Bar. in l. si fideiussor. §. quædam. & l. quintus. mandat. & in l bona fides. vbi etiam Bal. deposi. & idem Bal. in c. penul. de re iud. Nec obstat, quod iuramentum intelligi debeat secundum naturam fideiussionis; quia procedit, quo ad naturam primordialem: vt p Are. & alios in cap. primo. de iudici. non quo ad accidentalem: sed accidentalis natura fideiussionis est, quod fiat excusio contra principalem: quod patet; quia ante ius Aucten. poterat cōueniri fideiussor, antequā principalis, vt probatur. in §. 1. Insti. de māda. Contraria tamen opinio contra communem faciliter sustineri posset; quia tametsi iuramentum intelligendum sit secundū naturam primordialem fideiussionis, quę vt supradictum fuit, videtur esse, vt possit cōueniri ante principalem, ante eius Aucten. tamen dico, quòd cum eodem iure Auctenticorum, principalis prius conueniendus sit, quàm fideiussor, illud ius attēdendum est, & de illo præsumitur a partibus cogitatum; non de illo iure anterio-
9 ri, tamquam abrogato; † sicut in simili dicitur de statuto, vt de eo præsumatur a cōtrahētibus cogitatum potiusquàm de iure communi, cui per statutum præsumitur derogatum: vt habetur late per Corn. in cons. 91. colum. 2. vol. 1. & per Gra. lib. secundo, respon. 21. nu. 20. & cur præfertur. l. omnes popu. vbi Doct. de iusti. & iu. & idem Corn. in cons. 202. colum. prima. volu. 2. nam videmus, quod iudex, qui iurauit seruare iura, non poterit seruare ius commune, sed statuta loci. Bal. in ti. de pace iuramen. fir. §. iniuria. Gozad. consilio 38. colum. secunda. n. 4 Nec obstat, quòd excusio de prius principali conueniendo, sit de apicibus iuris, & quod de iure canonico non requiritur; quia pro resolu-
10 tione istius rei considerandum est, † quod duplex est ordo. vnus scilicet ad rigorem iuris conseruandum; & iste est de apicibus iuris, & de eo non est curandū de iure canonico. alius est ad veritatis īdaginē & defensionē manutenendā; & talis est excusio principalis debitoris, quæ videtur esse quædē defensio; & ista non videtur esse de apicibus iuris; sed potius de æquitate, cū fideiussores in id dentur. vt cū facultatibus fuerit lapsus debitor, possit creditor ab ijs, quos pro eo sibi fecit obligari, suū cōsequi; sicut expresse inquit tex in d. § fi. in fi. Inst. de replica. Ideo aūt videtur talis exceptio execussionis respicere fideiussoris defensionē; quia ei melius est nō soluere quā solutū repetere. l. ideo. de cōpens.

pens. l. si stipulatus. de fideius. l. si debitor. liber. lega. Glo. in l. 1. § pen. in ver. patronus. quarum rer. act. non detur. pro hoc facit; quia oēs exceptiones regulariter sunt fundatæ in ęquitate; vt dixit Card. in rub. de exceptio. & facit tex. in l. qui æquitate. de doli excep. & no. per Glo. Insti. de rer. diui. § ex diuerso. in fi. nec mirū, quia defensionis cā cōceduntur. Inst. de excep. in prin. & defensio est de iure naturali. l. vt vim. de iusti. & in quæ est vnicuiq; affluēter & copiose danda. l. oēs im prin. & ibi Paul. de Cast. C. de episc. & cler. & hinc est, ꝙ facilius ꝓceditur exceptio, q̄ actio. l. 1. §. nam cui damus. de superfi & c. qui ad agendū de re. in. Cū itaq; exceptio excussionis ab ęquitate procedat, ꝓstito ꝙ principalis sit soluendo, æquū est contra eum procedi debere. & quod talis exceptio; ita intelligendo, non sit de apicibus iuris, sed secundum æquitatem, tenet Corne. in consi. 55. col. pen vol. 3. Nec obstat, quòd iurm̄ faciat iurāem intelligi obligatum, tamquam principalē: nam propterea non sequitur, ꝙ non sit faciēda excussio, vt patet in constitutore, qui constituit se tamq̄ principalem; & tamen habet beneficium excussionis, vt habetur ī decis. Tholos. 80. & probatur in Aucten. de fideius. §. 1. & ibi Gl. & tradit etiā in fideiussore Guid. Pap. q. 570. nu. 6. Et ex his arbitror in disputando faciliter posse sustineri opi. contra communem. Ea tamen retenta,

11 Videtur limitanda, vt non procedat in fideiussore indemnitatis, qui promisit indemnem seruare; quia ille cui est promissa indemnitas, non potest agere, nisi postq̄ damnum, & interesse passus est. ita dicit Alex. in consi. 199. n. 3. vol. 7. per l. fi. C. de magistra. conue. quia aliud est fideiubere aliud indemnem conseruare; qm̄ intelligitur in subsidiū, si principalis. s. non est soluēdo: vt inquit Fel. ī d. c. ex rescripto. col. fi post nu 19. de iureiur. aliàs esset ꝯ naturam talis fideiussionis, quæ in subsidium præstatur. Et per hoc infertur, quòd perperam dixit Bal. dum secundum Feli. voluit generaliter omnē fideiussorē propter iuramentum ante principalem posse cōueniri, & ex consequenti amittere beneficium excussionis: nam in fideiussore indemnitatis repugnat eius natura, cum in hoc accipiatur, vt in subsidiū ꝯueniri possit.

12 † Et est notandum, quamuis incidenter, quòd is cui est promissa indemnitas, non potest agere, si aliunde se potest indemnem conseruare; vt per Alex. in cōs. 114. col. 1. vol. 3. poterit tamen agere, vt declaretur talis fideiussor obligatus ad cōseruandum illum indemnē, l. 2. C. de sent. quæ sine certa quant. non tamen potest fieri executio, nisi post factam liquidationem; vt declarat Cagno. in l. contractus. §. quatenus. nume. 29 de regu. iur. Ex prædictis infertur, quod quamuis fideiussor indemnitatis renunciasset beneficio excussionis: tamen talis renunciatio non valeret; & ideo prius facienda esset excussio, & exceptio huiusmodi, de principali scilicet conueniendo, proponi posset: vt per Roman. in consi. 211. colum. 2. in princip. & consi. 241. colum. 2. in medio versic respondetur, & verissime. Et dixit Paul. de Cast. in cons. 239. volum. primo,

13 † ꝙ stante statuto, quod fideiussores possint conueniri indiscusso principali, non habet locum in fideiussore indemnitatis; quia non sunt proprie fideiussores, sed potius conditionalis est eorum obligatio. Est etiam notandum, quod quemadmodum, secundum communem opi. per iuramētum perditur beneficium excussionis,

14 † ita etiam si vigore statuti procedatur sola facti veritate inspecta, vt habet in Pedem. decis. 2. & sic videtur; quod iuramentū habere possit vim clausulæ, Sola facti veritate inspecta. Idem quoq; dicendum est, si inter partes conuenerit; quia huic beneficio excussionis renunciari potest: vt per Grat. lib. 1. respon. 87. in fi. Idem rursus, si agatur sine strepitu, & figura iudicij, vt per eundem Grat. lib. 2. respon. 63. nu. 45. Est etiam obseruandum, quod super huiusmodi iuramento poterit faciliter dispensari, ita, vt taliter renuncianti subueniatur, & fiat excussio, renunciatione non

ne non

ne nō obstante: vt per Guid. Pap. quæstio. 224. An autem, quando fideiussor hēt beneficium excussionis, dicatur proprie debitor, cōis est conclusio, q̄ sic. ita tradunt frequentius Doct. in l. 1. si cer. pet. ego nō insisto; quia non pertinet ad pręsentem nostram tractationem.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim geminationis.*

2 *Iuramentum præstitum tempore renunciationis operatur, quod non possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ.*

3 *Iuramentorū geminatorum in actu interposito rum facienda est expressa mentio in renocatione illorum.*

PRIVILEGIVM LXXXIX.

1 Octuagesimum nonum priuilegium est valde notā. † q̄a iuramentum habet vim geminationis: vt per Ab. in c. cum contingat. col. 2. de iureiur. Alexan. in rub. de verb. obl. refert & sequitur Gomes. in §. item si quis postulante. col. 4. post nu. 8. Insti. de actio. Aduertendū est tñ. q̄ Ale. solum dicit, q̄ si in pacto nudo fuerit adiectū iurm̄, parit actionem; quia pactum nudum vestitur iuramento, quod facit illud producere actionē, vt dixi ī pri. 19. vbi late de veritate: nā ī huiusmodi casu iurm̄ operatur sīn pactū & consequenter geminationē; & ex pacto nudo geminato oritur actio, secundum magis communem opi. Doctor. in rub. præallegata. de verbo. obli. quia ergo pactum nudum vestitur iuramento, dicitur habere vim geminationis. & hæc vera sunt tenendo opinio. Gloss. in d. cap. cum contingat. de iureiuran. quod habeat vim secundi consensus, & consequenter pacti nudi geminati: sed quia ego in hoc determinaui contrarium in 72. priuilegio; ideo per ea quæ ibi dixi, puto huiusmodi priuilegium non esse verum. Posset tamen procedere, quando iuramentum fuisset præstitum per interuallum a pacto nudo; quia tunc ex quo in eo est nouus consensus, & geminat pactum, habebit vtique vim geminationis; alioquin, si in cōtinenti post pactum iuratum sit, non quia vim geminationis habeat, vestit pactum nudum; sed quia ęquum est vestiri eius religione, cum vestiatur alijs modis, qui minoris sunt virtutis, quam ipsum iuramentum: de quibus per Doctor. Insti. quibus mod. re contrahi. obli. in princip. quod sine scrupulo procedit de iure canonico, secundum Alci. in l. in bonæ fidei C. de pact. & in l. si quis maior. C. de transact. quo iure, etiam ex pacto nudo, agitur. cap. 1. & 2. de pact. Et quod quando incontinenti iuratur; licet pactum nudum eius interuentu vestiatur, hoc non contingat vigore geminationis, patet; quia pactum nudum in eodem actu eodemque tempore bis appositum, non habet vim geminationis; quia dicitur vnum pactum, non plura, iuxta not. per Dec. in cap. 2. de fide instru. facit etiam quod scribit Affli. decis. 285. nume. 12. vbi dicitur, quòd geminatio facta incontinenti, & in eodem actu, nihil operatur: quinimmo quando geminatio non auget effectum, etiam si fiat diuersis temporibus, nihil operatur, vt in appellatione geminata diuersis temporibus dicit Paul. de Cast. in cons. 7. vol. 1. ergo multo minus, q̄n eodē tempore. si ergo pactū nudū bis cōmissum, eodem tēpore non inducit effectū geminationis; sequitur, quod nec iuramētum, tamquā sit quoddā geminatū pactum; quia si hoc esset nō pareret actionem, sicut facit: & in hoc potest dici q̄ sit maioris efficacię, quam pactum eodem tē-
2 pore geminatū. & patet etiam; quia videmus, quòd quamuis infra biennium possit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ, etiam si debitor promisit eam non opponere, eidem eodem tempore renunciando, quo actus celebratur: nā si diuerso tēpore, secus esset secundum Glo. in l. in contractibus. C. de non nume. pecun. tamen si interuenit iuramentum, licet eodem tempore,

pore, non poterit opponi: vt per Felin. in cap. si cautio. num. 35. & 36. de fide instru. de quo late scripsi supra in priuilegio sexagesimo, vbi videndum. Et quando Doctores loquuntur de geminatione, vt habeat parere maiorem efficaciam, si geminatio sit vniformis, & eiusdem qualitatis, semper loquuntur de geminatione in diuersis temporibus; vt patet per plura exẽpla cumulata per Corne. in cons. 68. in fi. vol. 3. geminationem vniformem intelligo pactum nudum diuersis temporib. initum; & sic quando non differt in formalitate verborum, vel substantiæ. Et quia hic de geminatione contingit verba facere,
3 notandum est obiter, quòd † vbi in actu ipso iuramentum fuerit geminatum, vt quia primo iuratum sit se esse maiorem, deinde similiter iuratum de non veniendo aduersus contractum, talis geminatio magis operabitur, quàm iuramentum simplex: vt dixi in priuileg. 83. & in eorum reuocatione erit de vtroque facienda indiuidua mentio, secundum Glo. in ca. vt circa, de electi. in sexto. Felin. in c. si cautio. supra allegato. & adhibenda erit maior causæ cognitio, vt voluit Roman. in consi. 391. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Error semper potest allegari, nisi expresse prohibitum reperiatur.*
2 *Iuramentum impedit posse allegari errorem.*
3 *Clausula, Ex certa scientia, impedit posse allegari errorem.*
4 *Iuramentum in venditione facit præsumi renunciatum l. 2. C de rescin. vend.*
5 *Clausula, Ex certa scientia, vbi constat de errore, nihil operatur.*
6 *Veritati cedit opinio, & veri similitudo.*
7 *Error quando est in primo actu, censetur etiam esse in secundo.*
8 *Quietatio præsumitur erronea, si renunciatio similiter facta fuit per errorem.*
9 *Ignorantia differt ab errore,*
10 *Paria sunt non esse errorem, vel esse, & de eo doceri non posse.*
11 *Paria sunt conferre beneficium, quod non est in rerum natura, vel beneficium quod sit; de illo tamen non appareat.*
12 *Erroris probatio nihil prodest, quando aduersarius legitimè protestatur, ne debeat admitti ad probandum.*
13 *Appellari debet ab admissione de probando errore; nec sufficit sola protestatio.*
14 *Erroris probatio contra non protestantem nocet.*
15 *Fideiussor non tenetur principali creditori, ante excussionem principalis debitoris, nisi à se exigi patiatur.*

PRIVILEGIVM XC.

NOnagesimum priuilegium est: nam tu scis illud vulgatum dictum, Errantibus esse subueniendum. l. regula. §. quòd si ideo. de iuris, & fa. ignor. l. qui testameuto. & ibi Bald. de excus. tut. Calca. consi. 25. col. 10. post nu.
1 27. & hinc est, quantum ipse conijcio, † quòd error regulariter potest allegari, nisi reperiatur a iure expresse prohibitum, vt legitur, & notatur per Grat. lib. 1. respon. 16. num. 44. Tamen si in ipso actu interuene-
2 rit iuramentum † nõ poterit error allegari: vt habetur per Bar. in l. ex hac scriptura. num. 12. de donat. Alex. in cons. 17. col. 1. volum. 3. & videtur esse ratio; quia quãdo quis iurat, videtur magis deliberate ad actum accedere, vt dixi in priuile. 64. vbi late hoc declaraui. & ex hoc quoque sequitur, quòd iuramentum habet vim
3 clausulę, Ex certa scientia, quæ † similiter impedit posse allegari errorem. l. sed & si quis. §. si quis cauti. Barto. in l. si dari. de verb. oblig. Alex. in consi. 42. vol. 1. Boer. consi. 28. ad fi. & Dec. in l. in totum omnia. num. 4. de reg. iur. Et ideo dicitur, quòd si per maiorem vendentem iuratum fuerit, etiam si deceptus vltra dimidiam, nec certificatus fuerit de beneficio l. 2. C. de rescin. vend. non poterit allegari error, quamuis aliàs iuris error nemini in damnis euitandis soleat nocere, vt l. error. de iuris & fact. igno. & hoc propter iuramẽtum, ex cuius priuilegio & virtute censetur d. l. renunciasse: vt per Glo. Barto. & alios ibi communiter Docto. in c. pe. de emptio.

emptio & vend. Alex. in consi. 133. col. 3. vol. 5. Sozi. in consi. 155. & refert ac sequitur Couar. in cap. quamuis. de pact. in 6. §. 4. num. 4. in 3. par. & communem dicit Rui. in consi. 134. in princip. volum. 1. & Craue. in consi. 192. nume. 8. licet ipse contrarium teneat cum quibusdam alijs relatis per Couarru. in d. loco. & quòd maior iurans non possit allegare errorē; & sic amittat beneficium d. l. 2. tradit ibi. nuncupatim Bal. in septima quæstio. & in l. mater. colum. 3. C. de resci. vend. & Dec. in consi. 180. colum. 4. ver. quinto quia dicitur. sicut etiam illud amittit, quando errat in æstimatione rei venditæ, cum eam putat valere centum, & valet vltra ducentum: vt legitur apud Ioan. Lup. in repeti. c. per vestras. §. fi. num. 36. de donatio. inter vir. & vxo. per Gl. in d. l. secunda.

Sed in contrarium stringit multum; quia si contrahens errauit, & de errore cōstare potest, ita, vt sic errans appareat ex suo contractu illaqueatus, iniquissimum videtur esse iuramentum: non enim conuenit sine consensu quemquam obligari. l. 1. de pact. l. non fatetur. de confes. l. si per errorem. de iurisd. omni. iud. & l. 2. de iudi. quia nihil consensui tam contrariū est,
5 quàm error: † & ex quo de errore apparet, clausula, Ex certa scientia, nihil operatur: vt per Paul. de Cast in consi. 196. in
6 princ. vol. 2. † quia Veritate reperta, cedit omnis opinio, & verisimilitudo veritati, c. veritate, octaua distin. Roma. cons. 340. num. 9. facit tex. in §. si quis rem suam. Institu. de legat. & in capit. nuper nobis. vbi Glo. & Doctor. de bigam. & ipsa veritate nihil fortius. Glo. in c. 1. in versic. veritas. de offic. delega. & legitur tertio Exdræ, ꝙ Sup omnia vincit veritas; & Vtilius est, vt alibi dicitur, scandalum nasci, quàm quòd veritas relinquatur. neque hoc potest operari iuramentum contra veritatem; quia esset iniquitatis vinculum contra sui naturam, iuxta. c. quanto. de iureiuran. & ca. inter corporalia. 24. quæst. quarta. & quia iuramentum non potest supplere defectum consensus, vulgata. l. fin. C. de non num. pecun. vbi omnes. & dixit. Sozi. in consi. 40. volu. 1. quòd iuramentum præstitum per errorem non obligat; & iō ibi concludit, ꝙ si quis promisit cum iuramento illud, quod omni iure erat indebitum per errorem, ꝙ ad illius iuramenti obseruantiam non tenetur; quia inter alia iuramentum debet habere iudicium. ca. & si Christus. de iureiur. & quia si principalis promissio ratione erroris non valet; nec etiam iuramentum valere debet, qd̄ est accessorium ad actum. & dicit Bald. in c. 1. §. item sacramenta. colum. 2. de pace iurame. firm. ꝙ erronea iuramenta sunt inualida; & ideo possunt propria auctoritate sperni. dicit idem Bald. in l. si qui satisd. cogan. & late etiam vltra prædicta comprobat Rui. in cons. 190. colum. fina. volum. 1. vbi dicit procedere etiam de iure canonico, & quamuis aliqui teneant contrarium; tamen dicit hanc esse magis communem opinionem, & tenendam. Et contra huiusmodi nostrum priuilegium vltra Craué. in d. cons. 192. tenet expresse Sozi. iuni. in d. l. ex hac scriptura. num. 57. de donat. & dixit Afflic. ꝙ iuramentum non procedit, quando non habet illos tres comites, scilicet, iustitiam, iudicium, & veritatem, vt patet in sua decisi. 80. num. 7. sed quæ iustitia est, vt quis errans iureiu-
7 rando obligetur? Accedat etiam; † quia si error est in ipso actu, ergo & in iuramento; quia quando vnum dependet ab altero, sicut iuramentum ab actu; tunc idem dicitur de secundo, quod de primo. Calca. cons. 19. num. 34. & cons. 24. colu. 10. ad fi. cum alijs per me allegatis. in d. priui. 64. num. 6. Et dixit idem Calca. in consil.
8 17. col. penult. † ꝙ vbi renunciatio præsumitur erronea, eodē modo & quietatio. & dixit etiam Gratia. lib. 1. respon. 54. nu. 31 ꝙ eadem ratione, qua prima confessio fuit nulla, præsumitur & secunda. & alibi dicitur, ꝙ confessio erronea prætextu erroris potest reuocari, etiam si fuerit geminata, & iurata, vt per Roma. in cons. 391. colu. 2. quod etiam sequitur Gramma. in consil. 24. in princ. in ciui. quia etiam deliberando

liberãdo quis poteſt errare.l.de ætate.§.ex cauſa.de interrog.actio. Facit,quod in ſimili dicitur de ſententia cõfirmante primam,in qua erat expreſſus error, vt & ipſa dicatur continere expreſſum errorem per relationem ad primam:vt determinat Corn.alios allegãdo in conſ.80.in fi.volu. 1.& conſ.83.col.fi.in littera R.eo.vol. Et tenendo iſtam partem,quæ faciliter ſuſtineri poſſet,ad cõtraria reſpõdetur,& primò non obſtat, ꝙ iurans præſumatur ad actũ magis deliberate & appẽſate accedere ex certa ſciẽtia;qa hoc nõ trãſit ſine dubio:vt patet ex his,quæ dixi in d.64.priu. Prȩterea dato,ẽt ꝙ cũ magna deliberatione hoc fieri præſumat;tñ & in ipſa deliberatione põt eſſe error, vt in d.§.ex cã.& ꝑ Iaſ.in d.l. error. de iuris & facti ignoran. & Gram.in d.conſ.24.& cum hoc totum conſiſtat in iuris præſumptione, vt ſcilicet,quis præſumatur ad actum magis deliberate accedere: tamen ex quo ſecundum veritatem apparet de errore, non debet attendi præſumptio, vt ſupra dictum fuit. Non obſtat, ꝙ maior iurans, & errãs nõ poſsit vti bñficio d.l.2.C. de reſci.vẽd. & ſimiliter,ſi errauerit in æſtimatione valoris rei venditæ;quia reſpondeo, ꝙ prædicta loquuntur in ignorante, non autem
9 in errante,† inter quæ duo eſt non mediocris differentia: vt patet per tex. in l.ſi me in vacuam. §. primo. de acquiren. poſſeſſio.nam Maior eſt defectus erroris, quàm ignorantiæ, cum ignorantia opponatur ſcientiæ,& error conſenſui.l.nihil conſenſui.in fi.de regul.iur. Glo.in rub.de iuris, & fact.igno.& Glo.in Clemen.1.de iudici. & hæc vera, quantum ad contrarium de traditis in d. l. 2. quantum vero ad errorem æſtimationis rei venditæ,ideo non admittitur ad allegandum dictum errorem, quia eſt in facto proprio, vt l.3. de iuris & fa.ignora.& ibi Glo.& tanto magis; quia quis præſumitur ſcire valorem rei ſuæ,vt l.quiſquis. C. de reſcin.vend.& per Aret.in conſi.47. in princip. Vel poteſt dici, quòd licet venditor erraret circa valorem rei venditæ:tamen hoc non dicitur facere abeſſe cõnſenſum in ipſo contractu; quia verum eſt in illum conſenſiſſe,& in pretium ſibi promiſſum:vnde non eſt mirum, quòd in illo caſu propter iuramentum non habeat beneficium illius legis, quod aliàs habuiſſet: vt in his terminis reſpondet Rui.in conſi.134.ſupra allegato, volum. 1. Cæterum, prædictis non obſtantibus, arbitror nullo modo eſſe diſcedendum à prædicta communi opin. Barto.& aliorum in d.l. ex hac ſcriptura. de donat. & in d.l. 2. C. de reſcind.vend. & conſequenter dicimus noſtrum priuilegium eſſe veriſsimum, quòd.ſ.iuramentum impedit allegari poſſe errorem;quia negari non poteſt,quòd iurans non præſumatur magis deliberate & conſiderate ad actum accedere, ſecundum communem opinionem; & maxime, ſi perſona iurans ſit aliàs legalis, & honeſtæ conditionis, per ea quæ dixi in d.priuileg.64.& etiam ſi confeſsio,vel alius actus, veluti contractus, ſit per partem acceptatus: quo caſu de errore doceri non poteſt:vt in confeſſione per partem acceptata ſcribit Marſil.in ſingul.452.& rurſus in ſingul.464. Non obſtant in contrarium adducta;quia procedunt,quando poteſt doceri de errore:ſed cum in caſu noſtro error,nec allegari,neque de eo doceri poſsit perinde eſt, ac ſi nullus error exiſtat. Non ergo dicitur, ꝙ iuramentum obliget abſq; conſenſu errorem; quia hoc eſſe non poteſt; ſed dicitur, quòd error allegari non poteſt,
10 ideo † idem eſt, ac ſi nullus ſit error.facit tex.in l.qui habebat.de manumi. teſta.vbi paria ſunt actum eſſe validum, & legitime factum; vel inualidum ſed de eius inualiditate doceri non poſſe;ſic idẽ eſt non eſſe;vel eſſe & non apparere, l. in lege.de contrahen.emp.l.ſi in duobus. §.ſi tabulæ. quẽadmo.teſta.aperi. Grat.lib.2. reſp.46.
11 nu.13.† & dixit Craue. in conſi.104.col. 4. ad fi. quòd paria ſunt conferre beneficium,quod non eſt in rerũ natura;vel beneficium qđ ſit;de illo tñ nõ appareat. Nõ obſtat,quod Dec.dicit,immo poſſe doceri de errore,prout inquit in d.ↄſ.180.col.

fi.quia

si. quia potest procedere parte non opponente, vel nisi protestetur de nõ admittendo iurantem ad docendum de errore; qa
12 †tũc quamuis probaretur error, nihil ꝓdesset, vt dixit Gram. in sua decis. 45. nu.
13 3. & in additio. ad Affl. decis. 60. † fateor tñ, ꝙ non sufficeret sola oppositio, vel protestatio; sed deberet ẽt appellari ab admissione ad probandum; vt per Craue. in cõs.
14 148. nu. 4. & ibi cõcordan. † Fateor ẽt, ꝙ si pars nõ contradiceret talis probatio releuaret iurãtẽ, & faceret præiudiciũ parti non opponẽti, per ea q̃ tradit Feli. in c. 2. nu. 27. de proba. & faciunt, quæ scripsi s̃. in priuil. 49. post nu. 15. & videmus in simili, ꝙ si statutum dictat, bannitũ non audiri, ĩtelligitur, si a parte fuerit oppositũ. Bal. in l. 1. C. de patri. pot. sequitur Ange. in l. pen. C. de vsucap. pro emp. Concludo igitur, ꝙ idẽ erit in casu nostro dicendũ; in quo si nõ fuerit oppositum, ꝓtestatũ, & appellatũ sc̃d̃m ea, q̃ diximus, allegatio, & ꝓbatio erroris releuabit probantẽ. & ita intelligo Dec. in d. ꝯs. 180. & in his terminis põt procedere opinio contraria, ꝓut ẽt posset procedere, si error esset euidens per ĩspectionẽ, & lecturã instr̃i; vel si hoc faceret iudex ex officio; vel quia de errore constaret ꝑ confessionẽ partis: in his. n. & similibus casibus posset doceri de errore; alias secus; prout in similibus terminis demonstrauimus supra in d. priuileg. 49. Cum enim iuramentum faciat præsumi actum celebratum ex certa scientia; ideo extra dictos casus, vel similes non potest allegari error, quia censetur affectatus, cum se scire iurauerit. facit tex. in cap. humilis. de maiori. & obed. vbi Papa mandat ratificari quandam compositionem, quam ipse fecerat, antequã publicetur; & si ratificatur mandat publicari: fuit deinde ratificata, a partibus ante publicationem ex certa scientia: dicitur ibi, ꝙ non possunt venire contra dictam ratificationem, quam fecerunt ex certa scientia, etiã si docere vellent, se ignorasse contenta in compositione; quia talis ignorantia dicitũr affectata: & ideo non ꝓdest: vt ꝑ Pau. de Cast. in cons. 216. col. 2. ver. super tertio. vol. 1. Idem ergo dicendum est de errore, vt non possit allegari tanquam affectatus; ex quo ex certa scientia partes contraxerunt propter iuramentum præstitum in contractu. Fateor tamen, prout etiam supra dixi, ꝙ si aliunde de illo constaret iudici, ex mero officio supplere posset, cogendo partem aduersam ad relaxandum iuramentum, vt dicit Affli. decis. 80. nu. 7. Maran. in suo Spec. in quinta parte. prin. in vndecima distinct. nu. 4. Natta in cons. 497. nu. 1. & Gram. in cons. 25. nu. 10. & sequen. in ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Pactum inter debitorem, & creditorem, ne liceat cedere bonis, an valeat.*
2 *Homo liber non potest ex facto se ad perpetuam seruitutem, puta, carcerationem obligare.*
3 *Iuramentum validat pactum, ne liceat cedere bonis.*
4 *Renunciare fauori suo pro se introducto quilibet potest.*
5 *Dolo futuro expresse renunciari non potest; tacite tamen potest.*
6 *Clericus non potest expresse renunciare foro: tamen tacite potest.*
7 *Clericus in minoribus ordinibus constitutus, vel primæ tonsuræ, quo ad beneficium cessionis bonorum non differt à laico.*
8 *Cessio bonorum non habet locum in debitore pecuniario, ex cã tamen descendente à delicto.*
9 *Pœna pecuniaria non commutatur in corporalem, quando venit applicanda parti; & ideo debitor poterit cedere bonis.*

PRIVILEGIVM XCI.

1 NOnagesimum primum priuilegium est; † quia tu non ignoras, quod non valet pactum inter debitorem & creditorem, ne liceat cedere bonis, vt colligitur ex Glo. in Auten. imo. in ver. parentibus. C. de actio. & obliga. & per Barto. in l. alia. §. eleganter. post num. 14. solut. matri. & post eum ibidem Imol. & Angel. in l. nemo carcerem.

rem.C.de exacto.trib.lib. 10. Saly.in l.1. C.qui bon. ced. poss. Anto.But.in c.cum contingat. de iureiu. prout etiam prædictos tenere refert Alex. in d. §. eleganter. post nume. 11. Ioan.Fab.Insti.de actio.§. fina.Alex.in consi. 37. nume. 6. volum. 2. Abb.& alij in c.Odoardus.de solut. & in c.lator.de pignori.Decis. Tholo.61.cum similibus congestis per Tiraqu. in præfatio.l.si vnquam.nu.137.C.de reuo.dona. & videtur esse ratio;quia posset inducere quandam perpetuam seruitutem propter futuram carcerationem, † ad quam liber
2 homo se nequit adstringere. l. 2.de liber. homi.exhibe.l.Titio centum.§.2.de cōd. & demonstra.not.Glo. & Doct. in l. antiquitas.C.de vsufru.& in l.post certi.C.de libera.caus.Paul. de Cast. consi. 52. colu. pen. ver. secundum quod videtur. vol. 2.
3 † Tamen si in tali pacto fuerit appositum iuramentum, valet. & ita videtur tenere Abb.in cons.42.nu.1.par. 2. post Federi. de Sen.in cons.60.& ita etiam tenet Bertachi.in suo Repert. in ver. pactum inter creditorem.& debitorem.ver. quinto incipien. Pactum, quod debitor non possit. & cum hac quoque opi.inclinat Io. Fab. Insti.de iure perso.§.fi.in fi.Guid.Pap.decis.61.& decis.211. licet ibi referat fuisse determinatum contrarium. Istam quoque opin.amplectitur Corn. in cons. 212. in fi.vol.2.Cotta in suis memorali.in ver. iuramenti religio.col.3. in fi. & Anto.de Petru.in repet.l.1.nu. 198. de iureiuran. Sed circa prædicta aduertendum puto; quia in contrarium se habere videtur cōmunis opin. quod immo iuramentum nō validet huiusmodi pactum; & sic, quod non liceat renunciare beneficio cessionis bonorum,vt per Bal.in Auctèn.sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Alexan.in d.l.alia.§.eleganter.solu. matri. & fuit ita decisum in Parlamento Delphinali: vt refert Guid.Pap.in d.q.61. & de communi testatur Alc.in d. c. cum contingat.nu. 69.& refert etiam Viui.in versic. debitor non potest.videCottam in vers.solui post medium; quia videtur esse contra bonos mores, vt quis valeat se mācipare ad perpetuos carceres, qui species durissimæ & arctissimæ seruitutis videntur, & contra hominis libertatem, & humanitatem.sed certe istud posset esse verum,quando carceratio fieret inhumaniter, vt quia intruderetur in teterrimo loco, ita,vt nec posset percipere sacramenta Ecclesiæ; vel esset in minima mendicitate; vel etiam qa esset cito moriturus, vt accidit tempore meo in quibusdā carceratis in portu Hostiensi: nam in his casibus non valeret huiusmodi pactum, quamuis iuramento roboratum. & ita videtur voluisse Rot.dec. 567. in anti. & Fed. de Sen. in consi. 60. quem omnes sequuntur. Sed extra istos casus,vel similes,valebit pactum simpliciter absque iuramento; † quia Quilibet po 4
test renunciare fauori proprio, & pro se introducto, vt l. si quis in conscribendo. C.de pact.Nec est verum, quod talis carceratio inducat speciem seruitutis; quia procedit,quādo detineť in illicito,& priuato carcere;secus, quando per officialē, & iure permittente,quis capitur. ita nuncupatim Alex.in consi.133.col.2.in prin. vol.6.& quod tale pactum valeat, concludit Paul.de Cast. in d.consi.52. vol. 2. qa absque aliquo pacto potest quis de iure communi in carceribus detineri pro debito,ad effectum vt soluat.l.1.C.qui bon. ced.poss.& sic in effectu ex prædictis colligitur, quod iuramentum quantum ad hoc attinet,nullum habet priuilegium,vt in d.decis.Rot.567.habetur.& sentit quoque Abb.in præallegato consi.42. & Fed. de Sen.in d.consi.60.quos etiam refert & sequitur Alexan. in d. §. eleganter.dicens istam partem videri veriorem. eam quoque tenet Feli.post multos ab eo relatos in c.ex rescripto.col.3.versi.& ista inducūtur. de iureiur. & in ca.si diligenti.col.1. ver.tertium corrolarium.de foro compe. Rip.in l. obligatione generali.nu. 33. de pigno.& d.decis.Tholo 61 quæ quamuis pro hac parte allegetur; mihi tamen videtur velle potius contrarium; quia dicit, q̄ poterit renunciari,si extet cōsuetudo in

loco,

loco, & maxime cum iuramento. istam quoque partem sequitur Couar. in c.quãuis.de pactis.in 6.in initio secundæ par.& lib. 2. variarum resolu. c.1.nu.7.vbi dicit primam opinionem esse falsam, cum nec iuri publico repugnet, nec ꝯ bonos mores sit, nec præcisam seu absolutã seruitutẽ inducat. Accedat, ꝙ carceratio non inducitur iure obligationis, cũ se ad hoc nõ obligauerit; sed venit exequendũ seu explicandum officio iudicis exequentis, vt dicit Paul.de Cast. in d.consi.52.& dato, quod quis non posset se expresse obligare ad perpetuos carceres: tamen indubitatum est, quòd tacite posset renunciando cessioni bonorum, arg.l.fi.C.qui bon.ced.
5 pos.nam videmus, † quòd quamuis dolo futuro expresse renunciari non possit.l.cõuenire.de pact.l.1.§.illud.deposi.tamen tacite potest.l.si vnus.§.illud.eo. tit. Fed.de Sen.consi.125.ad fi. & iuramento calumniæ, licet expresse renunciari non possit, tacite tamen potest.c.1.§. 1. de iuram.ca-
6 lu.in 6.† Itẽ clericus expresse fori priuilegio renunciare non potest: & tamen tacite potest contrahendo, vel delinquendo: nam obligatur foro alieno.c.Roma.§.delinquentes.eo.ti. in 6. Item filiusfamilias non potest expresse repudiare hæreditatẽ sine consensu patris: tacite tamẽ repudiat. l.1.vbi Docto.C. qui admi. Pari quoque modo dicendum est in casu nostro, quòd licet non possit expresse pacisci ad perpetuam carcerationem subeundam: tamen tacite potest per prædicta. pro hoc etiam facit; quia quis amittit in quibusdam casibus beneficium cessionis, ita, vt omnino carcerari possit, vt si quis alienauit omnia sua bona in fraudem creditorum.l. fin. de his, quæ in fraud.cred. itẽ si debitor tẽpore quo contraxit, sciebat se non soluendo esse.l.pe.de iur.do.licet quidam contra;& ita ego teneo, & concludo, præterquam si militarent illa inconuenientia, de quibus in deci.Rot.567.
7 Amplia.† istam conclusionem procedere etiam in clerico, in minoribus ordinibus constituto, vel primæ tonsuræ: qui quidem in hoc non differt à laico: nam quamuis clericus in sacris ordinibus constitutus nõ teneatur cedere bonis; sed sub iuramento à carceribus sit relaxandus, cũ promissione de satisfaciendo, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, d.c.Odoardus. de solu. tamen clericus in minoribus constitutus nõ gaudet hoc beneficio; & ideo poterit pacisci, ne liceat cedere bonis; & valebit talis renunciatio, præsertim cum iuramento. Limi.non procede, quando sequerentur illa inconuenientia, de quibus dictum est supra per dictã decis.Rotæ.567.& Tholo.decis.61.& Fede.de Sen.in d.consi.60.
8 Secundo limi.† non habere locum vbi cũque debitum descendit ex delicto; vel dolo, secundum Doct.in c.olim el 2.de resti.spol.Abb. in d. c. Odoardus. vbi dicit Gl.hoc sentire, & Aufre.in d.decis.Tholos.61.Et ideo si condemnatus actione iniuriarũ ad pecuniariam pœnã persoluendam, velit cedere bonis, non auditur; quia pœna illa conuertenda erit in corporalẽ, vt per Couar.in d.lib. 2. varia.resolu.c.1. nu 8.concluditur.& est communis opi.vt legitur apud Viui. in ver. cedere. & late tradit Clar.lib.5.sententiar. §.fi.q.95.ver. sed pone.vbi plura allegat, & testatur pa-
9 riter de cõi. † Istud vltimũ de conuersione pœnæ pecuniariæ in corporalẽ declaratur; vt non habeat locum, quando ageretur ad pœnam, non vindictæ & vltionis causa, sed propter damnum illatum parti applicandam: ex quo enim pœna est applicanda parti, vt dictum est, in corporalem pœnam commutari non potest; etiam si is, qui pœnam soluere debet, inopia laboraret: poterit tamen implorare beneficium cessionis, vt per Ioan. And. & Abb. in d.c.Odoardus. & Boer. decis. 349.refert, & sequitur Couar.in d.c.1.supra proxime allegato.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiuæ propter aliud regulariter non disponunt.*

Iuramentum

2 *Iuramentum operatur, quod verba enunciatiua propter aliud disponant.*

3 *Iuramentum iocosum obligat ad veniale peccatum.*

4 *Verba enuciatiua quæ dicantur, declaratur.*

5 *Aßerenti aliquid de facto suo standum est.*

6 *Verba enunciatiua conditionaliter prolata, non disponunt, etiamsi fuerint iurata.*

7 *Limita non procedere purificata conditione.*

8 *Verba enunciatiua, quamuis iurata, non disponunt, quando super illis contingit dubitari.*

9 *Relatio fit ad omnia præcedentia, secundum naturam eorum.*

10 *Iuramentum confirmat omnia, quæ sunt confirmabilia.*

11 *Iuramentum æqualiter determinat præcedentia.*

12 *Iurans omnia, & singula in instrumento contenta rata habere, dicitur etiam quo ad verba enunciatiua, iurare.*

13 *Verba enunciatiua imperfecta quamuis iurata non disponunt.*

PRIVILEGIVM XCII.

VOnagesimum secundũ priui
1 legiũ est;† qa tu scis tritam
illam regulam, ꝙ verba enũ
ciatiua, propter aliud emissa, regulariter nõ disponũt.
§.plane. Insti. de milit.testa.l. obligationũ
substantia.§.fi.de obli.& act.c.si Papa. de
priui.in 6.Host.Ant.But.& Alij.ĩ c,illud
de præscrip.c.fi.de success. ab int. Bal.in l.
ad probationẽ.C.locat. Aret. in consi.13.
col.4.in fi.Dec.in consi.13.col. pen. consi.
35.col.1.in fin.consi.seq.colum.5.in fin. &
consi. 42. in 4. dubio. Ias. insti.de acti.in
rub.col.1.& 2.& alibi. sæpe per Docto.&
procedit etiam, si verba sint in ipso iuramento enunciata; quia adhuc non disponunt, vt per Ant.de Petru.in repe.l. 1 nu.
2 327.de iureiurã. † Tamen si in dictis ver
bis enunciatis fuerit adiectum iuramentum, disponunt & probant.ita dixit Ang.
in l.ex his verbis. C.de testam.mil. Bar. in
l.ex hac scriptura.col.3.de donati.Ancha.
in Clem.2.de probat.Bauer.in suo tracta.
de virtu. iuramẽ. in decimo nono effectu.
Gram.decis.110.num. 85. in ciui. & voto
16.nu.5.Aufr.in decis.Tholos.211.Grat.
lib.1.respon.104.nu.10.& respon.117.nu.
4.item lib.2.respon.40.nu.10.resp.70.nu.
4.respon.136.nu.5.& respon. 143.nu.6.
Alci.in tracta.præsumpti.reg. 3. præsumptio.4.nu.5. & est communis opi. vt legitur apud Viui.in vers. verba enunciatiua.
in tertia limitatio. Et ista vna ex vndecim
limitationibus, quas congerit Ias. in d.l.
ex his verbis colum. 2.versic. sexto fal lit
ad regulam prędictam, quę ibi colligitur.
vbi etiam Ias. post Barto.& alios dicit, ꝙ
quando est adiectum iuramentum, videtur appositum cum maiori deliberatione:
& de illis verbis tunc præsumitur cogitatum principaliter cum iuramentum ipsum ad illa referatur. facit quod alibi dici
3 tur,† Iuramentum iocosum saltem obligare ad veniale paccatum. Glo.in c.vnũ ærariũ.§.fi.25.distinctio.& per Ant. de Petr.
in rep.l.1.ver. quadragesimus quintus effe-
4 ctus.nu.291.de iureiur. † Et est sciendũ,
quod verba enunciatiua dicuntur, quæ in
aliqua dispositione posita, secundum eorũ
sensum, dispositionem aliquam non faciunt, vt declarat Sozi. iun. in d. l. ex hac
scriptura.in princ.& Cepol.in suo tracta.
de extẽsi.in prin.nu.78. Et istud nostrũ priuilegium procedit, siue iuretur, cum verba enunciantur; siue etiam asseratur, quod
fuerit iam interpositum iuramentum, vt
per Bar.in d.l.ex hac scriptura.facit tex.in
l.cum quis.§.codicillis de legat.3. & post
Ang.tradit quoque Ias. ĩd.l.ex his verbis.
C.de milit. testam. & Aufre. in d. decis.
Tholo.211.& videtur esse ratio; quia iurans præsumitur iurasse verum,& quod nolit animam suam illaqueare,& dicit Sozi.
iuni.in d.l.ex hac scriptura. quod cũ Bar.
transeunt ibi Doct.& sic videtur commu-
5 nis opi. facit etiam pro hoc, † quia stari
debet assertioni aliquid asserẽtis de facto
suo.vt l.quæro.in fi.de ędili.edi.Crau.consil.104.num.5.

6 Hoc nostrum priuilegium † limitatur non procedere, quando verba enun-

ciatiua, & propter aliud incidenter emissa, essent emissa & prolata per modũ ꝯditionis: tunc enim iuramentum non alterabit, neque faciet, quin verba sint conditionalia; quia quamuis iurata, tamen semper
7 sunt conditionalia; † & ideo nihil disponent, nisi purificata conditione. l. qui hæredi. §. fi. de cond. & dem. Signo. consi. 7. col. 6. Et ideo dicitur, ꝙ si in iudicio fuerit aliquid propositum, ꝙ habet in se conditionem, non auditur agens, nisi liquidauerit conditionem extitisse. l. hoc iure. de verb. oblig. Gram. consi. 166. nu. 6. in ciui. & ita limitat, & declarat Sozi. iun. in d. l. ex hac scriptura. nu. 53. de dona. pro quo bene facit illud vulgatum, quòd iuramentum habet in se tacitam conditionem dispositionis. l. fi. C. de non num. pecu. l. fi. qui satisd. cogan. Ange. in consi. 315. Ro. consi. 249. & Are. in consi. 24. & alibi sepissime hoc dicunt Doct. Sed tu aduerte, quia ista nõ est vera limitatio; quia conditione existente, verba illa enunciatiua, quæ aliàs non induxissent aliquam dispositionem propter iuramentum, dispositionem faciẽt ex eius priuilegio.

8 Secundo † limita. notabiliter, vt non procedat, quando super enunciatione cõtingit inter partes dubitari; quia etiam si fuerit adiectum iuramentum, nihil operabitur, quãuis operetur principaliter quo ad instrumentum: vt voluit Curt. iun. in consi. 24. & Gram. in consi. 104. ad fi. in ciui. quia iuramentum non debet referri ad verba enunciatiua, iuxta not. in c. cum venerabilis. de excep. sed tm̃ ad principalia; vt per Bar. in l. fi §. Titia. de liber. lega. vbi vult, quòd clausula in fine posita refertur solũ ad id, quod fuit principaliter in actu positum. & sequitur Rui. in consi. 192. col. 3. in princ. vol. 1. nam cum iuramentum apponatur in contractu ad faciliorem exitum, & executionem ipsius, non debet alterare seu ampliare eius dispositioné. Cle. 1. de præben. Dec. in consi. 193. col. pen. in fine. & ideo cum in contractu sint verba enunciatiua, quæ non disponunt, non debent alterari per iuramentum, quod positum est in fine contractus ad illius faciliorem exitum & effectum, vt dixi. † Et quã-
9 uis relatio fieri soleat ad omnia præcedẽtia. l. talis scriptura. de legat. 1. cum vulgaribus: tamen intelligitur fieri secundum naturam eorum, quæ præcedunt, vt notatur in Auctẽn. si quis in aliquo documento. C. de eden. Verum contra istam limitationem vrgent quamplura, ex quibus redditur valde dubitabilis. & primo ꝯ eam
10 facit; † quia Iuramentum intelligitur oĩa confirmare, quæ sunt confirmabilia in cõtractu. l. fi qui satisd. cogan. Calca. in consi. 25. col. 14 ad fi. sed verba enunciatiua reperiuntur in contractu, & sunt confirmabilia; quia non continent aliquod prohibitũ: ergo intelliguntur confirmata, & iurata; & consequenter dispositionem inducunt. Secundo cum iuramentum determinet omnia in contractu contenta, colligi debet, vt illa æqualiter determinet. l. iam hoc iure. de vulga. & pup. substi. Grat. lib.
11 1. resp. 1. nu. 26. † vbi dicitur, ꝙ verbum, Iuro, æqualiter determinat. facit quod in simili dicitur de illo, qui respondet cum iuramento positionibus per verbum Credit, vt intelligatur respondisse omnibus partibus ipsarum positionũ, l. si defensor. §. qui interrogatus. de interroga. acti. l. 1. §. si quis ita. & l. Titia respondit. §. idem respondit. de verb. obligat. Corn per hæc iura, in consi. 250. col. pen. in prin. volum. 4. quia verba vniuersalia, vel etiam indefinita, nihil excludunt; & referuntur ad omnia in instrumento contenta: vt in similibus tradit idem Corne. in consi. 267. col. 5. in prin. vol. 1. & alibi dicitur, quòd responsio intelligitur facta secundum qualitatem interrogationis, si simpliciter fiat. l. 1. C. de diuer. rescri. l. certi condictio. §. deposui. vbi Barto. Sozi. & alij. fi cert. pet. Bar. in l. Labeo. de suppel. lega. Sign. cons. 61. col. 3. in fi. & Dec. in cons 175. col. 7. & sic refertur ad omnia. quòd patet; quia si vni tantum responderet, in reliquis censeretur negatum. l. cum delanionis. §. cum fundus. de fund. instr. & Signo. consi. 5. col. 2. in fi. & sequen. Amplius & tertio, iuramentum

mētum habet vim ſpecialis expreſsionis, vt dixi in priui. 26.& rurſus in priui. 70. ergo perinde eſt, ac ſi ſpecialiter verba enũciatiua fuiſſent confirmata; ergo diſpoſitionem inducunt; quia iuramentum præſumitur ſuper omnibus interpoſitum cũ magna deliberatione.& cum tempore cõtractus, vel alterius actus, verba enunciatiua fuerint effecta diſpoſitiua propter iuramentum, non poſſunt poſtea partes ſuper illis quidquam in dubium reuocare; cum non ſint amplius verba enunciatiua. Et hoc ſine aliqua hæſitatione tenendum exiſtimarem, ſi iuratum fuiſſet, omnia & ſingula vera fuiſſe, & eſſe, & attendere & obſeruare: vt determinat Grat. lib. 1. re-
12 ſpon. 104. nu. 11. vbi vult, quòd † quando eſt expreſſa approbatio cum iuramento per verba vniuerſalia collectiue, & diſtributiue prolata, veluti Omnia & ſingula in inſtrumento contenta; tunc verba enunciatiua probant. & hoc etiam expreſſa tenet Ruin. conſ. 137. colu. 2. nu. 6. volu. 1. tametſi contrarium cenſuerit, & male, per ea quę ſupra diximus, Curt. iun. in conſ. 119. pro quo bene facit; quia huiuſmodi verba, Omnia & ſingula, repetunt omnia præcedentia coniunctim propter verbũ Omnia, & diuiſim propter verbũ, Singula. Are. in conſ. 17. & propterea dixit Corne. in conſ. 226. col. 1. ad fi. vol. 2. ꝙ promittens omnia & ſingula attendere, & obſeruare, intelligitur ẽt promiſiſſe obſeruaturum pactum conſtitutionis præcarij. & ideo ita iurans, ſi in vno contraueniat, incidit in periurium, & in pœnam contractus; quia Qui vniuerſaliter loquitur, nihil excludit. dixit idẽ Corn. in cõſ. 95. col. 3. vol. 4. ſolet enim tantum operari generalis, vel vniuerſalis diſpoſitiò, quo ad ea quæ ſub illa ſunt generalitate, quantum operatur ſpecialis prouiſio ſeu relatio. l. ſi duo. in fi. de admi. tuto. Corn. in ꝯſ. 118. col. 1. vol. 4. Concludo igitur, ꝙ tãetſi de verbis enũciatiuis contingat inter partes dubitari: tamen diſponent propter iuramentum; quia ex illius priuilegio nõ ſunt amplius enunciatiua; ſed diſpoſitiua, per ea quæ ſuprą dixi; ex quibus faciliter apparet non obſtare ea, quæ in contrariũ dicebantur, cum iuramentum, mature & cum magna deliberatione præſtitũ, faciat præſumi per ipſas partes fuiſſe de omnibus tam principaliter, quàm incidenter actis, & habitis cogitatum.

13 Vltimo limi.† non procedere, quando aliàs verba enunciatiua eſſent imperfecta, & indigerent ſubauditione: ex quo enim tunc videtur deeſſe conſenſus, iuramentum nihil poteſt operari, d. l. fi. C. de non num. pe. & hoc voluit Grat. lib. 2 reſpon. 143. in fi. quatenus ibi dicit, ꝙ verba enunciatiua imperfecta non probant, neque diſponunt, etiam ſi iuramentũ interceſſerit, prout in caſu ſuo fuit, hocque ꝑpendit ibi nu. 6. nec mirum; quia ſuppleret plures defectus: quod regulariter iuramentum non facit, niſi ſit valde vniuerſale, vt dixi in priui. 83.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio extraiudicialis, facta abſente parte, nihil operatur, quo ad plenum præiudicium; ſed bene quo ad plenam probationem, vt nume ſequen.*

3 *Confeßio facta præſente parte, non tamen acceptante, non nocet.*

4 *Iuramentum validat confeſſionem factam abſente parte extra iudicium, quo ad plenum præiudicium.*

5 *Confeſſio a teſtatore facta cũ iuramẽto, reuocari non põt, & eius vigore poteſt conueniri.*

6 *Coram arbitratoribus agitur de æquitate canonica.*

7 *Aſſerens in veritate rem ita ſe hr̃e. perinde eſt, ac ſi iuraret; quia eſt ſpecies iuramenti.*

8 *Confeſſio iurata non nocet, quando conſtat rem aliter ſe habere.*

9 *Confeſſio in his, quæ ſunt iuris, quamuis iurata, nihil operatur.*

10 *Confeßio in cauſa ſpirituali, quamuis iurata, reuocari poteſt.*

11 *Confeßio, facta inter perſonas ſuſpectas, nihil operatur.*

12 *Limita. non procedere, quando eſſet veriſimilis.*

PRIVILEGIVM XCIII.

1 Nonagesimum tertium priuilegium est; quia tu scis, † quòd cõfessio extraiudicialis, facta absẽte parte, nihil operatur; quia p̃sumitur incõsulte, & per errorẽ facta: & ideo nihil nocet confitẽti, nec probationẽ facit. c. si cautio. & ibi Gl. in ver. sed si cãm. & Doct. oẽs. de fid. instr. l. cũ de indebito. §. fi. de pb. l. fi. de interro. actio. l. certũ. §. si qs absente. de confes. l. capite quinto. de adult. Bar. in l. cũ scimus. circa fi. C. de agri. & cens. li. 11. & in l. Lucius la 2. §. quisquis mihi. de lega. 2. c. fi. de cõfes. Ale. in cõs. 154. col. pen. & cõs. 152. col. fi. vol. 5. cũ plurib. similibus adductis p Ant. de Gabrie. in ti. de cõfes. conclus. 1. in prin. quod ego tamen intelligo procedere, & verum esse, quo ad plenũ præiudi-
2 cium; quia nihil operatur: † sed quo ad semiplenam probationem vtique præiudicium facit, secundũ cõem opi. vt hr̃ apud Gram. in cons. 79. col. 2. nu. 9. in ciui. & tradit Gl. in d. l. cũ de indebito. §. fi. & Corn. in cons. 63. col. 2. ver. tñ his nõ obstãtibus. vol. 1. nõ operaẽ ergo quo ad plenũ præiu-
3 diciũ. † Quinimmo dr̃, ꝙ confessio, facta ẽt p̃nte parte, nõ tñ acceptante, nõ nocet: ad hoc. n. vt nocere habeat, reqritur vltra p̃ntiam acceptatio. Saly. ĩ l. generaliter. in 6. quæst. C. de nõ num. pec. & in l. vnica. in decimaquinta oppo. C. de cõfes. & in l. iubemus. C. de libe. caus. & hoc qđ diximus confessionem non facere prẹiudiciũ, nisi quo ad semiplenam probationẽ, non procedit in confessione creditoris facta ad liberandum; quia valet, quo ad plenam probationem liberationis inducẽdã. arg. l. publia. §. fin. deposi. quod & voluit Ioan. Fab. Inst. de actio. §. itẽ si quis. col. 4. Et dictum Saly. proxime citatum procedit nõ solum in confessione extraiudiciali; sed ẽt in iudiciali: ĩ qua quãuis iudex soleat supplere vicem partis, vt per Paul. de Cast. in cons. 382. col. 2. vol. 2. tñ nõ supplet vicem partis acceptantis, sed tm̃ absentis. ita tradit nõnulla ex p̃dictis allegãdò & sequendo, Io. Lup. in repe. c. per vestras. ver. 4. cũ dicit tex. nu. 39. cũ plur. seq. de dona. inter vir. & vxo. ꝙ tamẽ nõ est indistincte verũ: sed ita demũ, si pars nõ oĩno tacuit, per ea quę habentur in l. quę dotis. solut. mat. & p Grat. li. 1. resp. 25. nu. 14. & 15. Quãuis ergo confessio, facta absente parte, non noceat neque probet, secundum supradi-
4 cta: † tamẽ si ad dictã confessionẽ additũ fuerit iuramentũ, nocebit, & probabit, nec poterit reuocari, vt per Bar. in d. §. qsquis mihi. & in l. cum quis decedens. §. codicillis. de leg. 3. & in l. Aurelius. §. fi. de liber. lega. & in d. l. generaliter. vbi etiam Ange. C. de non nume. pecu. Bal. & Ant. But. in c. fi. de success. ab int. idem Bal. in consi. 344. volum. 4. Alexan. consi. 85. vol. 7. Corne. consi. 113. col. 3. ad fi. vol. 1. Soz. in tract. Falle. reg. 63. ĩ octaua falle. Marsi. in singula. 202. vbi concorda. & sing. 402. in vltimis verbis. Gomes. in §. item si quis postulante. nume. 13. vbi pariter concordantiæ. Insti. de acti. Grammat. decis. 34. nume. 59. Grat. lib. 1. respon. 135. num. 49. & respon. 81. in prin. & rursus lib. 2. respo. 27. nume. 15. & respon. 50. nume. 34. cum multis alijs concordantijs adductis per Anto. de Gabrie. in tit. de confes. conclus. 1. nume. 41. & habetur quoque per Afli. decis. 164. vbi dicit, quod hoc ideo est; quia per iuramẽtum censetur promissum Deo, qui est vbique præsens: & sic obligatio dicitur acquisita Deo. capi. debitores. de iureiurand. qui dicitur recipere vice partis, vt per Felin. post Abb. ab eo relatum, in d. c. si cautio. nu. 21. de fide instrument. & sic in effectu supplet defectum partis absentis, & acceptantis, vt prædicta sequendo tradit Ruin. in consi. 101. in fi. volum. 1. & consi. 209. col. 5. in
5 princ. num. 10. eod. volum. † Et ideo si testator in suo testamento confessus fuerit cum iuramento se esse debitorem alicuius, poterit vtique vigore talis confessionis conueniri, nec poterit suam confessionem reuocare, tamquam per Deum acceptatam; licet testamentum sit reuocabile,

bile,d.§. codicillis.& ibi Bar.dicta.l.cum quis decedens. & tradit Ant. de Petru.in l.1.post nu.191.cum plurib.sequent.de iureiu. & tamen absque iuramento secus esset secundum communem opi. vt per Rolan.in tract.statu.de lucr. dot.q.80. nu. 5. cum plu.seq.quod tamen intelligendū est procedere, nisi esset facta inter personas prohibitas, vt per Paul. de Cast. in consi. 383.col.2.nu.2.vol.2. Item prædicta sunt maxime vera de æquitate canonica, secundum Ant.de But. in d.cap.si cautio.& habetur in c. quoties & ibi Gl.super verbo.& per te.1.quæst.7.& Bal.in rub.C.res inter alios act. Bar. in Auctën. si qua mulier.C.ad Velle. Gra.li.secundo respon.2. nu. 12.vbi dicit communem post Felin. in d.cap.si cautio & respon. 58. num.3.& plene Lanfra.in c.quoniam cōtra. in ver. confessiones.nu.9. de proba.& dicitur esse ratio; quia tunc præsumitur, quòd illa confessio processerit nō per errorem, sed cum magna deliberatione, vt alibi diximus. & ideo si vigore talis confessionis ageretur coram arbitratoribus, coram
6 † quibus agitur secundum æquitatem canonicam,talis agens deberet obtinere, & sequi condemnatio, vt habetur per Calca.in consi.36.col.fi. ver. quantum ad petita.& Maran.in suo Spec.in quarta part. prin.in nona distin. num. 49. quinimmo etiam iuramentum faciat rem esse de foro iuris canonici, & secundum illud terminandam, secundum quod ius canonicum sola æquitas attenditur, semper nocebit, & plenam probationem faciet,per supradicta.

Hoc priuilegium ampliatur procede-
7 re,† non solum si fuerit iuratum; sed etiā si fuerit dictum,quòd in veritate ita erat; qa talis assertio est species iuramenti.Bal. in d.rub.C.res inter alios acta. Deci.in d.c. quoniam contra.col.2. de prob.Feli.in d. c.si cautio.col.5.in prima limi. de fide instrum.Abb.in c.& si Christus.in 9.no.per illum tex. de iureiur. qa interponit Deū, qui est ipsa veritas. c. in quadam. de celebra.mis.& c.qualis 25.distinct. idem Bal. in ca.in literis. in vlti. not.de præscrip.& Ias.in l.4.§.iuran.col.3.de iureiur.

Secundo amplia. vt procedat, etiam si confitens assereret se iurasse de præterito; licet de præsenti non iurauerit, vt per Saly.in d.l. generaliter in 12. quæstio. C. de non num.pecu. & dixi in præcedenti priui. Ista ampliatio mihi videtur dubitabilis; quia talis confessio non est iurata, nec debet posse facere aliam probationem, quàm quælibet alia confessio non iurata. nec ad rem pertinet,ꝙ contineat assertionem iuramenti præstiti de præterito;quia non propterea facit illā magis efficacem. nec obstat tex. in d.l.cum quis decedēs.§. codicillis.de lega.3. vbi fundatur hoc dictum;quia ibi est casus specialis in deposito;in quo summa fides præ cæteris omnibus contractib.desideratur.arg.l. 1.deposi.& l.bona fides. eod. tit. & l.pe.C.eo.itē loquitur in vltima voluntate,in qua præsumitur non mentiri,vt per Craue. late in consi.6. num. 51. cum pluribus sequen. Et ideo videmus,ꝙ non potest opponere excep.non numeratæ pecu.Marsi. cons.5.nu. 16. Amplius in eo,quòd dicit illi scripturæ standum seu credendum intelligitur secundū Gl.ibi ab hærede. & hoc ex quadam iuris necessitate, cū alias ipse hæres si non crederet,nihilominus ex fideicommisso teneretur: regulariter tamen non fuisset credendum. & sic potius probat contrarium: & cum illa confessio fuerit in scriptis redacta; præsumitur magis considerate processisse, quam si facta in voce, cum aliquando nulla præuia cogitatione loquantur homines: cogita tamen. limi.
8 † nunc & declara non procedere, quando per rei euidentiam constaret,& appareret rem aliter se habere, quam confessum fuerit;quia tunc confessio non præiudicat,& contra eam veniri potest, vt si confessus sim occidisse hominem veluti Pamphilum,quem constat viuere,vt dicunt Bart. & Bal.in l.error.C. de iuris & fact. igno. Doct. in cap. fi. de confes. vel si confessus fuerim damnum intulisse; cum tamen nullum damnū factum reperiatur.l.inde Neratius.

ratitius. §. fi. & l.seq. ad leg. Aqui. & l. qui seruũ. §. 1. & 2. in fi. de interrog. actio. nec quidquam prodest iuramentum; quia nõ potest facere verum, quod est falsum, vt per Imol. in c. cum contingat. de iureiur. & l. quidam. de proba.

9 Secundo lim. † procedere in confessione facti; secus in confessione iuris; quia quantumuis iurata nihil tamen operatur. l. ornamentorum. de aur. & arg. leg. l. si filio. in prin. fami. ercis. Craue. in cons. 29. nume. 2. Et ideo si quis confessus fuerit se commisisse furtum cum vere non sit, quia erat res propria, sibi non præiudicat; quia eius assertio non potest iuris dispositionẽ immutare, & facere furtum, vbi non est. Rom. in consi. 113. col. 2. ver. quinimmo. Ang. in cõsi. 22. ad fi. & consi. 403. Et similiter si quis confessus fuerit se fecisse vsuram, quę in veritate non sit, nihil nocebit, quia non potest confitens facere delictũ, vbi non est: vt per Crau. in consi. 48. nu. 7. & consi. 262. col. 1. in fi. & sequ.

10 Tertio † limita. non habere locum in spiritualibus; quia talis confessio potest reuocari, & contra eam veniri, etiam si sit iurata; quando confitens vult probare, quod confessio esset in præiudicium animæ propriæ, veluti in causa matrimoniali: vt per Ancha. in consi. 208. per tex. in c. lator. de re iudic. & in c. consanguinei. eod. tit. ita Felin. in rub. de sponsa. col. 5. ver. vndecimo, licet confessio. & refert Anto. de Petru. in repe. l. 1. post nu. 201. de iureiurand.

11 Quarto † & vltimo limita. nisi confessio esset facta inter personas ꝓhibitas, vel suspectas; quia tunc iuramentum non operatur, vt per Bald. in l. rationes. in fine. C. de probat. Paul. de Castr. in d. consi. 383. colum. 2. nu. 2. volum. 2. & Felin. in d. ca.

12 si cautio. colum. 5. de fide instrum. † nisi tamen confessio esset verisimilis, quia tunc præiudicaret, quamuis facta inter personas prohibitas, & suspectas: vt si pater confiteatur recepisse pecuniam proprij filij, qui erat in aliquo exercitu, & multa lucrabatur, vt per Ange. in consilio 153. Alexand. in consi. 18. volum. 3. & sequitur Deci. in consi. 96. colum. pen. vel si cõfiteatur habuisse dotem vxoris sui filij, & ipse administrabat: quia talis confessio est verisimilis, vt per Crau. in cons. 91. col. 2. in prin. & per Nattam in cons. 543. nu. 5. & habetur per Paul. de Cast. Ale. & alios. in l. pen. solu. matrimo.

SVMMARIVM.

1 *Confessio sine causa non valet.*
2 *Obligatio sine causa non tenet.*
3 *Legitimatio sine causa nullius est momenti.*
4 *Alienationis prohibitio sine causa non valet.*
5 *Appellatio sine expressione causæ ab interlocutoria non valet.*
6 *Dispensatio sine causa facta non tenet.*
7 *Cessio facta sine causa non valet.*
8 *Iuramentum supplet defectum causæ.*
9 *Iuramentum habet vim donationis.*

PRIVILEGIVM XCIIII.

Nonagesimum quartũ priuilegium est, quia tu scis,
1 ꝙ † confessio sine causa non valet, & est inefficax, iuxta Gl. in l. j. in fi. de interrog. act. per tex. in l. cũ de indebito. §. sin autem cautio. de proba. Ro. cons. 292. in fi. Guid. Pap. q. 176. Gozad. in cons. 94. col. pen. in prin. & pariter
2 videmus, † quod obligatio, si sit facta absque causa, non tenet, & dicitur esse inefficax. l. iurisgentium. §. igitur nuda. de pact. Glo. in l. instrumento. C. de probatio. Barto. in l. nuda. de donatio. Alexan. in consi. 180. nu. 5. vol. 7. Calca. consi. 79. Corn. cõs. 177. col. 2. vol. 2. Ioan. de Ami. in consi. 129. in prin. cum concordan. adductis per Grat. lib. 1. respon. 53. col. 2. nu. 12. Et instrumentum, nũllam causam continens, nihil probat nec meretur aliquam executionem, vt dicit Paul. de Cast. in consi. 169. col. 2. nume. 1. ver. & primo; quia vol. 2. & si in libro contineatur obligatio, nulla expressa causa, non valet; quia liber rationum non potest inducere obligatio-

nem sine causa.dixit Bal.in rub.de fide instrum.col. 13. ver. sed quæro quid si in libro.& idē dicit Abb.in c.2.col.8.eod.tit.
3 & alibi † dicitur, ꝙ legitimatio sine causa non valet.cap.per venerabilem. qui filij sint legi. ibi Diuersis causis.& ibi Abbas, Cum concordan. adductis per Gozad.in consi.6.in prin.& consi. 28.nu.5.Corn.con si.1.col.2.in prin. vol.3. Et sentētia in qua victus absoluitur ab expensis, si causam non exprimit, non valet.scribit Ias.in l. properandum.§.sin autem.col. 4.ver.vlti. C.de iudi. Et testis sine causa repetitus nō probat,vt per Dec.in consi.175. col.9.ver. tertio responderi potest. Et † prohibitio
4 alienationis sine causa nō valet, vt l. filiusfamilias.§.diui. vbi omnes not.de lega. 1. l.pater filium.§. Iulius Agrippa. & §. Lucius.in prin de leg. 3. Grat. lib. 2. respon. 21.in prin. Et per traditionem rei sine cā non transfertur dominium.l.nunquam nu
5 da de acqu.rer.domi.† Et appellatio sine causa etiam expressa ab interlocutoria est nulla; quia requiritur; quòd in ea causa exprimatur. Aret. in consi.107.colu.1.in prin.Gram.consi. 107.num. 16.& 17.& consi.109. ad fi. in ciui. & Natta in consi.
6 531.nu.14.† Et dispensatio facta sine causa non tenet.Gozad.in consi.2.num.14.& Guid.Pap.q. 140. & stipulatio facta sine causa dicitur inefficax.l.2.§. circa.de excepti.dol.Corne.consi.228. in prin. vol.3. & Quietatio facta sine causa noua distinguit,idem Corn.in consi. 60. in fi.volu. 4.
7 † & Cesio facta sine causa non tenet. idē Gozad.in consi.3.nu.24. Et generaliter actus factus sine aliqua cā, est nullius valoris, & momenti, vt per multa similia exempla, docet Marsi.in l.1.§. præterea. nu.99.de quæst. quia omne agens agit ꝓpter aliquam causam & finem, secundum Phylos. & in primo Rhetorico. dixit, ꝙ sine causa,& principio impossibile est aliquid esse,vel fieri:immo non sufficit,ꝙ in actu fit adiecta causa, nisi sit discreta,& ꝓportionata ad actum gignendum, vt refert Guido Pap.in d.q.176.nec etiam sufficit,ꝙ causa sit generaliter expressa, vt ꝑ Grat.lib.2.respon. 29. nu.56.post Dec.i consi.393.ab eo allegatum.& idem lib.1. respon.65.num.28.& respon.53.colum. 2.num.12.vbi dicit,quòd causa debet esse certa;aliàs eius expresio nihil prodest;& ideo si causa expressa fuit generalis, tanquam incerta non reddit obligationem, vel confesionem,aut alium actum efficacem.l. illud. C. de sacros. eccles.l.si forte. de castren. pecu. l. qui testamentum de probati.l.cum quis.§.Titia.de lega.3.quę iura ad hoc etiam allegat Calca.in consi. 19.col.6.ver. nec obstat. & habetur quoque per Feli.in ca. si cautio.in princip.de fide instrum. & patet in appellatione ab interlocutoria, in qua expresio causæ debet esse specifica, nec sufficit generalis, vt in Clemen. appellanti. de appella. &
8 Corne.in consi.65.colu.2.vol.2.† Tamen si in confesione, obligatione, promisione,aut in quolibet alio actu, interuenerit iuramentum, prædicta validabit; etiam si nullam causam contineant. ita Roman. in consi.373.col.2.ver.cæterum aduertendum,qui loquitur in priuata scriptura cōtinente obligationem sine causa. & Caccialup.in repe.l.admonendi.num.185. de iureiur.Ias.in l. ait prætor. la 2. §. iureiurando.num.4.eod. tit.per illum text. cum Glo.quæ loquitur in promisione sine causa.sequitur Gramm.in consi.40. num. 18. in crimi.& decis.34.num.59.& 65.Ioan. de Ami.consi. 34.num.3. Afflic.decis.83. num.3.& Anto. de Petr. in repe.l. 1. ver. septimus effectus.num.124. de iureiuran. nam propter iuramentum præsumitur facta cum causa, scilicet, animo donandi,
9 † cum iuramentum in se speciem donationis contineat,vt dicit Bar. in l.iurisiurandi gratiam. de iureiur.& Corne. in consi. 99.colum.2.vol.3.& idem Bar. in l.à Titio.de verbor.oblig. & in d.l.2.§.circa.de excep.dol.Et Corn.in cōs.67 col. 2.vol.4.
10 Limitatur † hoc nostrum priuilegium non procedere de iure ciuili; quia eo iure ex nuda promisione sine causa, etiam si sit iuramento firmata, non oritur efficax obligatio, vel actio. l. vt iu-

risiurandi.in princ.& ibi Bar. de operi. libert.& idē Bar.in l.si quis pro eo.in prin. de fideius.nisi partes forte sibi inuicem,& mutuo aliquid mutuo promittant,ac iuramento confirment; quia tunc etiam de iure ciuili oritur actio,quæ dicitur præscriptis verbis, vt tradit Creme.ī suo not.119. & Ias.in l.si pater. C. de inoffi.testā. & in Auctē.sacramenta puberum.C. si aduer. vend.col. 3.versi.& ratio diuersitatis.cum alijs cumulatis per Tiraq.in l.si vmquam. in ver.donatione largitus.nu.114.C.de reuoca.don.Sed certe in isto casu etiā actio non oritur virtute iuramenti; sed quia cū sint facti plures actus,id est,mutuū hinc inde, vnus actus censetur factus contemplatione alterius.Bald.in l.petens.colu. penu. C.de pact.Ange.in consi.139.Roma.consil.445.Bar.consi.155.Sozi.cons.273.vol. 2.Dec.consi.336.Abb.in c. cū Io. de fide instru.Feli.in c.pastoralis.col.6.de rescrip. Ale.in consi.178.vol. 2.& in addi.ad Bar. in l.lex pluribus.§.fi.de solut. vbi dixit, ꝙ plura instrumenta, confecta eodem die, præsumuntur facta, vt vnum sine altero non valeat.quod & voluit Barba.in consi. 37.in fi.vol.4.& cōsequenter mutuū vnius videtur causa alterius,vt in similibus concludit Corne.in consi.67.vol.4. & Calca. consi.79.quia talis vicissitudo operatur validitatem actus, qui aliàs non valeret, vt multis exēplis docet Io.Lup.in repet.rub. de donat.inter vir.& vx. §. 50. & patet in donatione reciproca, quæ non requirit insinuationem,quamuis excedat quingentos solidos:vt per Roma.in consi. 26.Ias. in l. ex hoc iure.nu.53.de iusti. & iu. Ange.in cons. 179.col.pen.Dec.in cons.202.col.3. Curt.iuni.in cons.15.col.pen.Amplius dico,quod dato, quòd præmissa non procederent:tamen ego puto esse tenendum cōtrarium,ꝙ immo etiam de iure ciuili propter iuramentum oriatur actio,per ea quę late disputando conclusimus, supra in priuilegio 19. quæ hic non est necessarium repetere. Quinimmo admissa hac inter ius ciuile,& canonicum differentia, dico tamen,ꝙ esset nullius vtilitatis;ex quo ratione iurī in vtroque foro compellitur iurans ad illius obseruantiam, vt sæpe diximus in multissimis allegādo Paul.de Cas. in cons.8.ad fi.vol.2. & in alijs locis.

11 Secundo limi.† secundum Ant.de Petru.in loco supra allegato,videlicet,in l.1. de iureiur.vt procedat, si promittens, vel confitens, vel quid aliud agens sine cā cū iuramēto, sit persona aliàs prudens,sagax, & maturi consilij;quia tunc iuramentum habet vim expressionis causæ;secus autem esset in rustico,minore,& muliere, argu. tex.in l.cum de indebito. de probati.& allegat ad hoc Barba.in consi. 25.col.2.vol. 1. vbi refert Rom. idem consuluisse. Idē quoque voluit Bald. licet ipse non dicat, in rub.C.de rer.permuta.q.dicit,quod in minore,rustico,& muliere, iuramentum non supplet defectum causę.sequitur Corne.in consi.60.in fi.cons.66.ad fi.consi.67. in prin.& consi.285.ad fi.vol.4.& videtur posse reddi ratio quia in tali casu iuramētum suppleret duplicē defectum s.minoritatis,rusticitatis,vel sexus,& causæ : quod fieri non debet; quia inconuenientia non sunt multiplicanda,l.1. C.de doti.promi. cum vulgari.

12 Vltimo † limita. quādo confessio esset facta inter personas suspectas, veluti inter virū & vxorū,qa in tali casu iuramētū nō supplet defectum causæ, vt late comprobando deducit Grat.lib.1.resp.55.nu.42. cum pluri.sequen.

SVMMARIVM.

1 *Mulier renuncians iuri hypothecæ, quod habet in bonis viri nullum sibi facit præiudicium, quando non supersunt bona pro dotis restitutione.*

2 *Limi. non procedere, quando interuenit iuramentum.*

3 *Res transit cum onere suo: intellige in hypotheca expressa.*

4 *Alienatio rei non prohibetur per tacitam hypothecam.*

5 *Mulier renuncians iuri hypothecæ nō censetur renunciare doti.*

Renun-

6 *Renuncians vni iuri non censetur renunciare alteri sibi competen.*
7 *Mulier, quæ iurauit non alienare nec alienationi consentir e, alienando vel consentiendo postea nihil agit,*

PRIVILEGIVM XCV.

1 NOnagesimũ quintum priuilegiũ est:† quãuis alias mulier simpliciter renũciando iuri hypothecæ, quã hẽt in bonis mariti, iuxta tex.in l.in rebus.C. de iure dot.sibi nullũ piudiciũ faciat, qñ nõ sunt alia bona mariti, sup quibus ipsa mulier experiri possit p suæ dotis recuperatione, vt habetur ĩ Auct.siue a me. C.ad Velleia. & not.p Bar.in l. iubemus. C.eo.
2 ti.& ĩ l.Mæuia.§.si fundũ solu.matr.† Tñ, si in renunciatione adiecit iuramentum, sibi præiudicat;& talis renunciatio valet, quamuis maritus alia bona non habeat:neque propterea poterit contrauenire proprio iuramento, vt dicunt Doctor.in cap. peruenit. de emptio. & venditio. cap. cum contingat. & cap. si vero. cum ibi not.de iureiuran.& ita consuluit Paul. de Castr. in consil.8. volum. 2. & tradit Affli. decis. 311. Potest igitur mulier medio iuramento efficaciter renunciare hypothecæ, quam habet in bonis mariti, vt idem Affli.scribit in d.decisio.336. & latius prosequitur Boeri. decis. 23. nume. 9. Sed contra prædicta facit; quia cum huiusmodi hypotheca sit tacite inducta a lege, vt l. vnica. §. sed vt plenius.& per totam illam legem. C.de rei vxo actio.& l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habe. si contingat alienationem fieri ipsius rei tacite hypothecatę, nihil videtur referre,
3 siue mulier consentiat siue non; † cum solum in hypotheca expressa introductũ sit q res transeat cum onere suo, l.si debitor.
4 C.de distract.pig.sed † res tacite hypothecata nõ impedit alienari.l.est differẽtia.in quibus.caus.pignus taci. contra. & ex hoc sequit, q nostrum priuilegium non sit verum; cum tacita hypotheca alienationem non impediat. Sed faciliter respondetur; quia hoc, quod tacita hypotheca non impediat alienationem, procedit in illa quidem tacita hypotheca, quæ requirit factum hominis quo ad ipsam hypothecã inducendam:exemplum est in rebus inuectis,& illatis in domum conductam, quæ tacite sunt hypothecatę: nam talis hypotheca non impedit illarum alienationem, secus in tacita hypotheca, quæ inducitur a lege absque aliquo facto hominis, vt in hypotheca rerum mariti; quia ista impedit alienationem, vt notabiliter, & magistraliter declarat Ias. in §. item Seruiana.nume. 70. Inst. de actioni. Aduertendum † tamen & obseruandum, quod mulier ita renuncians iuri, scilicet, hypothecæ, nõ censetur propterea renunciare ipsi doti: vt per eundem Boer. in præallegata decis. 29. nume. 9.& Ioan.de Amic. consil. 3.num. 21. tum quia renunciatio est stricti iuris, vt per Bald.in l. 1. C.de edict.diui Adri.to.& Gozad.in cons. 1.post nu.7.
5
6 & ibi concordan.† tum etiam quia quando duo mihi competunt, per renunciationem vnius non videor renunciasse alteri, nisi vnum esset accessorium alterius:vt nota.per Paul.de Castr.in consi. 431. in fin. volum.1.per Alexan.& alios,in l.suum.C. de iure delibe. Simile videmus in eo, cui relictum est fideicommissum, qui si consentit alienationi rei, per fideicommissum sibi restituendæ, licet sibi præiudicet quo ad rem ipsam, quia illam non poterit vindicare: tamen sibi non præiudicat, quominus possit petere pretium, seu æstimationem ipsius rei.l.si fundum per fideicommissum. & quod ibi notatur per Bar. & Doctor. de lega. 1. qui concludunt, quòd vbi cessat præsumptio donationis, semper consentiens habebit regressum ad pretium.refert & sequitur Corne. in consil. 3. colum. penul.in littera G.vol.3. Hu-
7 iusmodi priuilegium † limitatur non procedere, quando mulier per prius iurasset non alienare, seu alienationi cõsentire; q̃a postea alienando seu consentiendo nihil nocet,

nocet, vt per Bald. in c. veniens. in fi. de iu reiur. & dixi supra in priuileg. 75. nu. 44. cum pluribus sequen.

Secundo limi. & declaratur, vt solum procedat quo ad illã hypothecam illius rei, cuius venditioni consentit; non tamẽ sibi præiudicat quo ad hypothecam gene ralem in omnibus bonis, vt per Roma. in consi. 132. circa finem. Vltimo istud priuilegium cessat, quando in loco extaret statutum, quod mulier possit renunciare iuri hypothecæ, quam habet in bonis ma riti; quia renunciando, etiam absque iuramento, sibi præiudicat; quamuis maritus alia bona non habeat, vt per Pau. de Cast. in consi. 41. vol. 1. & sic isto casu iuramen tum propter statutum nihil operetur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum tollit beneficium restitutionis in integrum.*

2 *Dispositio contra ius commune disponit etiam in dependentibus.*

3 *Dispositio extenditur ad consequentia.*

4 *Statutum mandans, quod si quis non soluit pœnam infra decem dies, amputetur sibi manus non habet locum in vniuersitate.*

5 *Verba vbi non conueniunt, non conuenit etiam dispositio.*

6 *Restitutio in integrum datur vniuersitati; quæ in ea sunt minores, pupilli, infantes, prodigi, & furiosi.*

7 *Vniuersitas & Ecclesia æquiparantur.*

8 *Vniuersitas artificialis, veluti collegium Doctorum, per iuramentum amittit beneficium restitutionis in integrum; licet secus in naturali.*

9 *Læsio vt probetur, multa requiruntur.*

10 *Restitutio in integrum vt competat, requiritur minor ætas, læsio sui facilitate, & dolus aduersarii.*

11 *Iuramentum non tollit restitutionem in integrum, competentem de iure communi: sed de iure speciali.*

12 *Iuramentum non tollit restitutionem, nisi quãdo per dolum iuratum est, quod in dubio non præsumitur.*

PRIVILEGIVM XCVI.

Nonagesimum sextum priuilegium est: nam diximus supra in priuilegio octuagesimo tertio, quòd iuramẽtum facit de minore maiorem; & ex consequenti, quod facit amittere beneficium restitutionis in integrum. vt per Cur. iun. in consi. 18. & in consi. 47. colum. 2. nume. 2. sequendo Docto. in Auctẽn. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. in l. si quis maior. C. de transa. in l. cum pater. §. filius matrem. de lega. 2. in c. cum contingat. de iureiurand. Doct. in §. 2. Insti. quibus alie. li. vel non. Gramma. decis. 101. nume. 77. cum alijs concordan. adductis per Albe. in cons. 11. col. 2. nume. 5. & per me in d. priui. 83. De hac igitur in integrum restitutione tractando, quia continet speciale
1 priuilegium, dico quod † p iuramentum tollitur, si quis iurauerit se esse maiorem; ex quo repræsentatur maior, qui non habet talem restitutionem, quæ competit solum minoribus, vt toto tit. de minorib. per Bart. & alios in Auctẽn. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. late declarat Alexand. in consi. 27. & in cons. 42. volu. 1. Dec. in cõsi. 31. Gramm. in cons. 31. numer. 10. in ciui. & Crauet. in cons. 114. nume. 9. cum allegatis supra. & in priuil. 83. in quibus locis dicunt, quod minor ita iurans non poterit petere absolutionem a
2 iuramento: † nam quando aliquid introducitur contra dispositionem iuris communis, censetur etiam introductum in dependentibus ab eo: & ideo dicimus, quod si statutum sit, quod pœna sanguinis conuertatur in pecuniariã, censebitur etiã tacite permissum, quod super ea transigi possit, iuxta l. transigitur. C. de trans. nam ex quo a genere pœnę recessum est, intelligitur quoque recessum ab omnibus, quę proueniunt ab illo genere pœnę, vt per Stepha. de Federi. in suo tracta. de interpretatio. iur. in prima par. nume. 54. Et quamuis olim de iure ciuili in certo gradu non reputaretur incęstus, cum tamen

postea

postea superuenerit ius canonicum,& cẽsuerit in dicto gradu incæstum esse,censetur quoque voluisse, quod habeat locum pœna a iure ciuili statuta; licet ius canonicum de pœna nihil dixerit, vt per Sig. in consil. 25.
3 † quia Dispositio extenditur ad id,quod est sequens.l. quicumque. §.non tamen.& §. vsque adeo.commoda. l.nomen.in prin.de leg. 3. Cum ergo per iuramẽtum ante vigesimum quintum annum repræsentetur maior contra regulas iuris,censetur quoque repræsentari in dependentibus ab eo,nimirum quo ad restitutionem in integrum, quæ causa minoris ętatis speciali iure indulgetur, vt sæpe diximus. Sed contra istam conclusionem non mediocriter obstat;quia videmus, ꝙ in plerisque casibus minor interuenire potest,tamquam maior,vt patet in l.fi.C. qui legi.perso. stand. vbi etiam pupillus in causa momentaneę possessionis interuenire potest, & per statutum repræsentatur maior,vt cum disponit aliquem esse, vel intelligi legitimæ ætatis in decimo octauo anno; prout nunc Senis cauetur: & tamen in dictis casibus non prohibetur petere restitutionem in integrum,data læsione:vt per Glo.& Bald.in l. 1.C.si de momen.pos. idem Bald. plene in Authen. si captiui. C. de epis. & cler. refert Calc.cons.77.colum.3. in prin.vbi etiam allegat notata in cap.si annum. de iud. in sexto.& late per Boer.in decis.350. colu. 4.ad fin.& est communis opin. Docto. vt inquit Roman.in consi.90.colum.1. in fi. facit etiam contra prædictam conclusionem; quia si quis veniam ętatis impetrauerit, non incidit in pœnas.l. si quis maior.C.de transa.vbi Ias.& Cagno. nume. 40.per l.fi.C.de his,qui veni. æta. impet. Pari quoque modo repræsentatus maior per iuramentum, non debet incurrere istud præiudicium, vt amittat istud beneficium restitutionis in integrum. Sed responderi potest,quod ideo minori iuranti se maiorem,non competit in integrum restitutio; quia ipsemet se posuit in tali necessitate,illam non petendi, se maiorẽ faciendo.& patet per tex.in l. 1. C. de his qui veni.æt.vbi qui veniam ętatis impetrat,huiusmodi beneficium amittit: Illi enim, qui sponte sua necessitatem sibi imponit,subuen iendum non est,l.sicut. vbi Glo.C.de actio. & obliga. neque conuęnit sub assertione maioris ætatis,eum,qui cum minore contrahit,decipi,argum.d.l. 1.& minori ita iuranti est imputandum. c.imputari.de regu.iu.in 6. & c.damnum eod.titu.secus,quando iuris, vel legis dispositione maior repræsentatur; quia illi magis subueniri debet.l.si fideiussor. §. 1. qui satisd.cogan. vel dic, vt per Boer. in d.decis.350.colum.5.in fin. & seque. Nõ obstat, quod qui veniam ætatis impetrauit,non incurrat pœnas. l. si quis maior. quia illæ pœnæ non sequuntur necessario maiorem ætatem, sicut restitutio in integrum, quæ per illam immediate excluditur.& illa opinio, quod non incurrat illas pœnas prædictæ. l. si quis maior. ille scilicet,qui veniam ætatis impetrauit non est omnino expedita,per ea, quæ ibi post alios scribit Bologne.post nume.37. Concluditur ergo, quod per iuramẽtum amittitur beneficium restitutionis in integrum. Ista conclusio extenditur, etiam ad vniuersitatem,vt dixi in d. priuile. 83. nume.26.vers. secundo ampliatur. & tradit Maran.in suo Speculo. in sexta parte principali.in membro appellationis. nu. 93. Sed nunc aduertendum est, quamuis ibi non dixerim,quod contra istam communem Doctorum determinationem faciunt quamplura. Primo, quia iuramentum non deberet hoc operari; cum nec operetur quo ad periurium;cum vniuersitas sit persona ficta.l. mortuo.de fidei usso.& in ea non potest cadere dispendium salutis ęternę, cum non habeat animam. c. Romana.§.vniuersitatem.de sentent. ex communi. in 6. Nec etiam vere dici potest,quod vniuersitas iurauerit; quia fuerunt administratores; veluti decuriones, vel sindicus, qui iurauerunt, nec potuerunt conferre iuramentum in animam ipsius,per dictam rationem. Sed ad hoc faciliter

ciliter respondetur;quod quamuis,nec p iurium, nec quidquam aliud, quod concernat animam, possit habere locum in vniuersitate: tamen damnum amissionis beneficij restitutionis in integrum in ea potest considerari,ex eo, quod iuris interpretatione vniuersitas repræsentatur maior, propter iuramentum suorum officialium, & administratorum; quia restitutio est beneficium iuris,quod potest amitti,& illud tolli per ipsum ius,interueniente iuramento. Secundo contra supradictam conclusionem facit; quia in ipsa vniuersitate non potest considerari maior, vel minor ætas;quia est corpus fictum.d. l. mortuo. de fideiuss.& nulli ætati potest esse supposita,argum. l. proponebatur.de iudic. & propterea non immerito dixit
4 Grat.lib. 1. respon. 31. nume. 22. † quod statutum dictans, quod si quis non soluerit pœnam infra decem dies, amputetur sibi manus, non potest habere locum in vniuersitate; quia non habet manum, & est corpus fictum,& imaginatum ab ipso iure;ergo manifeste sequitur, quod in ea non possit considerari minor, vel maior ætas;& consequenter, quod eidem competere non debeat beneficium restitutio-
5 nis;† quia Cui non conueniunt verba,eidem non conuenit dispositio.l.4.§. toties de damn.infe.l.quod constitutum.de milita.testamen. Sed ad hoc quoque faciliter respondetur,& dicitur, quod restitutio in integrum conceditur vniuersitati, non quia sit corpus naturale, quia hoc est falsum; sed quia in ipsa vniuersitate sunt minores,& pupilli, quibus de iure competit in integrum restitutio, vt habetur in l.respublica.vbi Docto. quibus ex cau. ma.& per Nattam in consi.548.num. 19. vnde sicut minores,& pupilli, doli tamen capaces,iurando perderent restitutionem in integrum;ita æquum est,vt ipsa vniuersitas perdat, quæ iurat per eius officiales
6 & administratores. † Sed contra istam solutionem stringit vnum, quod reddit aliquatenus dubitabilem prædictam communem conclusionem:nam non solũ conceditur restitutio in integrum vniuersitati;quia in ea sunt minores,& pupilli sicut dictum est; sed etiam quia in ea sunt infantes,prodigi, furiosi, & aliæ miserabiles personę,vt habetur in præallegatis locis:vnde sicut huiusmodi personæ iurando nihil sibi præiudicij facerent, quo ad petendam dictam in integrum restitutionem:quam tamen semper petere possent, quocumque iuramento non obstante, vt not.in Authen.sacramenta puberum.C.si adue.vendi.ita & vniuersitas iurando per eius sindicum,vel officiales; quia iuramẽtum illius, vel illorum non debet ei nocere;sicut non noceret infantibus, furiosis, prodigis,& similibus, qui in ipsa vniuersitate continentur,quibusque a iure faciliter subuenitur: vt per Alexand. in consil. 103.volum.4.& videmus, quod iuramentum tutoris non nocet pupillo, nec facit quominus petere posit:vt cõcludit Corne.in consi.178.in fin.volum.3.vbi dicit, quod non reperitur hoc iure cautum, vt pupillus amittat beneficium restitutionis propter iuramentum tutoris. Accedat ad
7 confirmationem prædictorum;quia † vniuersitas,& Ecclesia ęquiparantur, vt per Gramm.in cons.76.nume. 6. in ciui. sed Ecclesia restituitur aduersus iuramentum sui prælati,secundum Bal.in l generaliter C.de reb.cred.Gloss.in cap.1.in versicu. contractum.de restitu.in integ.in 6. Feli. in c.cum sit generale.colum.7.in princip. ver.secus dices.de foro competen.& dixi supra in priuil.83 num.76.& alios quoq; concordantes adducit Anto.de Gabriel. in titu.de mino.conclus.5.nume.11. ergo ęquum est, vt vniuersitas quoque debeat restitui.His tamen minime obstantibus, non est recedendum a communi opi.quia actus,qui fiunt ab ipsa vniuersitate,tenent ipso iure & valent; quia dicuntur facti p maiorem partem populi,& quidem habilem ad contrahendum.l.nominationum. C.de decurio. lib. 10. & sic per eos, qui possunt contrahere,& ad obseruationem contractus, & ad pœnam in eo appositã obligari,vt not. Glo. in l.aliud est vendere.§.

re §. refertur. de reg. iur. & per Corne. in conf. 148. in prin. volum. 1. nec ipsi minores, pupilli, infantes, & alij attenduntur; tum, quia non possunt considerari tamquam separati ab ipsa vniuersitate, cuius membra videntur, sicut consideratur pupillus, & tutor, Ecclesia & prælatus, quæ sunt ab inuicē separata; tum etiam, quia si aliter diceremus, vniuersitates minime contrahere possent; & Ecclesia fauorabilior est ipsa vniuersitate, arg. l. fi. C. de sacrof. eccle. & l. sunt personæ. de religi. & sump. fu. & in pupillo iuramentum tutoris ideo non debet nocere ei; quia alia est persona tutoris, alia pupilli, & iuramentū est personale. ca. veritatis. de iureiu. secus in pupillo, & infante, qui in ipsa vniuersitate continentur; quia non considerantur, tamquā separati ab ea; sed tamquā membra, quæ singula simul considerata faciunt vnū corpus, iuxta not. p Are. in cōs. 113. col. 2. ver. ad secundum. nec particulares propterea possunt improbare factum per maiorem partem, vt per Craue. in consil. 27. ad fi. Concluditur itaque ex prędictis omnibus, quòd vniuersitas per iuramentum suorum officialium perdit beneficiū restitutionis in integrum.

8 Hoc † autem intelligendum est, & accipiendum verum esse, quo ad vniuersitatem naturalem; secus est in vniuersitate artificiali, vt est collegium Doctorum, vniuersitas scholarium, collegia ecclesiarum collegiatarum; quia in ijs vniuersitatibus plerumque omnes sunt maiores, & omnes possunt congregari, & præstari etiam per eos iuramentum; cum omnes sint doli capaces, & possint etiam excommunicari, vt per Fel. in c. dilecta. de except. qui ita limi. d. c. Romana. §. vniuersitatem. nec restituuntur, cū beneficiū restitutionis habere nō possint. l. manumissiones de iust. & iu. c. ad dissoluēdū. de desponsa. impu. & per Ale. in l. ciuitas. col. 1. si cer. peta. & ideo in eis nō cadit consideratio restitutionis in integrum: vt per Bologn. in d. l. si quis maior. post nu. 20. C. de transact. Aduertendum est tamen; quia quamuis vniuersitas, scilicet, naturalis, non habeat in integrum restitutionem: tamē poterit cōtrauenire, non obstante iuramento, vt censuit Bal. in d. l. generaliter. col. 2. versi. pone enim. C. de reb. cred. & sic poterit petere beneficium. l. 2. C. de rescind. vend. quia ipsa non incidit in periurium, quamuis illi, qui iurant, periuri efficiantur, vt habetur per Abb. in c. 1. nu. 7. de his, quæ fi. a maio. pa. c. & Corne. in consi. 48. colu. 1. vol. 3. melius tamen est habere restitutionem propter faciliorē probationē; cū

9 † multa requirantur ad probandum læsionem vltra dimidiam, ad hoc vt competat remedium prædictum, vt per Bar. in l. nā & postea. § si minor. & ibi Alexan. remissiue. num. 14. de iureiu. & Natta in consil. 548. Illud tamē certum est, quòd ad hoc

10 vt competat restitutio † in integrum, tria requiruntur. primo minor ætas; deinde, quod restituendus fuerit læsus sui facilitate; tertio, quòd dolo aduersarij. Bart. in l. fi. in fi. C. de in integ. resti. mi. Ias. in d. l. nā & postea. §. si minor. de iureiurand. Corn. consi. 72. col. 5. ver. & ex hac ratione. vol. 3. Bertrā. in cōs. 169. col. 1. vol. 1. & Curt. iun. in cons. 6. col. 12. ver. præmissis non

11 obstan. Hoc nostrum † priuilegium, quod iuramentum tollat beneficium restitutionis in integrum, limitatur, & declaratur procedere in restitutione, quæ competit de iure speciali; qualis est hæc, q̄ datˉ minoribus, & pro ea imploratur officium iudicis. de qua restitutione loquitur titulus d̄ mino. vigintiquin. ann. secus in ea, q̄ cōpetit de iure communi; quia illa non tollitur per iuramentum. & est illa, quę etiā potest competere maioribus, ob aliquam iustam causā, veluti absentiam reipublicę causa. & de ista loquitur titu. de resti. in integrum. & hæc postulatur iure actionis de prima etiam loquitur tex. i l. 1. C. si aduers. vend. & hoc etiam declarat Bart. in l. si ex falsis. nu. 4. C. de transa. nec mirum; quia Priuilegium commune validius est quàm speciale: vt not. per Doct. in l. cētурio. de vulga. & pup. subst. & est regula, quòd Ea, quæ de iure communi cōpetūt, dif-

difficilius tolluntur.§.quia vero verisimile.in fin. in Auctên. de non alienand. aut permutan.

12 Secundo limitatur † procedere, quando minor dolose se maiorem iurauit; sed quando non per dolum se asserit maiorẽ, non perdit beneficium prædictum restitutionis; & in dubio non præsumitur dolus.& ita tradit Angel.in consi.160.colu. penul.& Abb.consi.71.par.1. quos refert & sequitur Craue.in cons.221. numer.9. vbi vult probandam esse scientiam, vt ibi per eum.& hoc ego crederem verum, nisi de dolo constare verisimiliter posset cõtrahenti; vt quia minor iurans esset annorum sexdecim, paulo plus vel minus; & nihilominus iuraret se maiorem, cum in tali casu iuramentum fit euidenter falsum; & contrahenti cum ipso minore possit facile patere de falsa assertione per aspectũ corporis, in tanto excessu ætatis, iuxta notata per Barto.in l.de ætate.de minori. & per Corne.in cons.247.colum.6. volum. 1.& cons.6.colum.4.in fin.& sequen. vol. 3.videtur, quod ipse recipiẽdo huiusmodi iuramentum participet de dolo iurantis, & grauiter peccet ca.ille qui. 22.q. 6. Non debet ergo contrahens cum minore recipere iuramentum, nisi in casu verisimili, & dubio; iuxta illud, quod scribit Grat.lib.1.respon.41.colum.fi.post num. 28.vbi dicitur, quod iuramentum in dubijs pręstari debet.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim clausulæ codicillaris.*
2 *Clausula codicillaris est duplex, tacita, & expressa.*
3 *Substitutio compendiosa facta pupillo, non obliquatur ipso ad pubertatem veniente; nisi fuerit additum iuramentum per testatorem.*
4 *Clausula codicillaris directam substitutionem obliquat.*
5 *Mulier in testamento testis esse non potest.*
6 *Mulier in codicillis potest esse testis.*
7 *Testes in testamento debent esse rogati.*
8 *Testes in dubio non præsumũtur rogati.*
9 *Testes in codicillis non debent de necessitate rogari.*
10 *Testamentum, in quo filius est institutus heres sub conditione non potestatiua, non valet.*
11 *Iuramentum, appositum in testamento per ipsum testatorem, facit, quod videantur rogati uenientes ab intestato.*
12 *Clausula, Omni meliori modo, in testamento apposita, operatur, quod relictum censeatur relictum iure institutionis.*
13 *Filiæ fœminæ præteritæ a patre possunt dicere testamentum nullum, etiam si fuerint exclusæ a statuto, quamdiu superfuerint masculi.*

PRIVILEGIVM XCVII.

1 Nonagesimum septimũ priuilegium est; quia † iuramentum habet vim clausulę codicillaris; vt habetur per Bar. & Doct. in l. cum pater.§.filius matrem.de lega.2. & in l. eam quam.C.de fideicom.in l. si quis in principio testamenti de lega.3.in l.fin.C.de codicil.& i l.codicillis §.fi.de leg.2.Ias.in §. itẽ si qs postulãte.col.2.vers. per illum ẽt tex.Insti.de actio.Barb.in rub. de testam. col.66.in octaua limi. cum alijs allegatis per Bauer.in suo tract.de virtu. iuramen. col.1.ver.quarto infertur.Cur.iun.in consil.71.colum.penul.& Bello. in consil.53. num.17.& cons.85.n.2. Quid autem operetur clausula codicillaris, & quibus verbis cõcipiatur, habes per Bar.& Doct. in l.1.de iu.codi. Sed hic põt rationabiliter
2 dubitari; (quia ista clausula codicillaris est duplex, scilicet, alia tacita, & alia expressa, vt per Craue. in cons.34. & consil. 69.) quę clausula resultabit ex priuilegio iuramenti? respondeo, ꝙ resultabit illa, per quam actus facilius sustinebitur: ista enim est benignior, & fauorabilior interpretatio.l.quoties.de reb.dub.Dec. in cons.11. col.10.in fin.& cons.14.colum.4.ver.confirmatur.& pulcre Crau.in cõs.52.& hoc maxime procedit fauore legatariorum. l. Lucio.la piccola. vbi Glo.de leg.secũdo.

Guid.Pap.in tracta.præsumpti. col.5.nu. 31.Cremen.in singul.56.& singula. 63.& 64. & Cotta in suis memoralib. in versic. vestibus legatis. Quia ergo iuramentum habet vim clausulæ codicillaris, vt supra dictum fuit, infertur ad nonnullas decisio
3 nes.† Et primo infertur; quia substitutio compendiosa facta pupillo per verba directa, quæ aliàs ipso ad pubertatem perueniente non obliquatur; & sic non trahitur ad fideicommissariam l. verbis ciuilibus.vbi Bal.de vulgar. & pupil.substi.per Bar. in d. l. in decimasexta quæst. de iure codicillo. Alexan.in d.l. eam quam. C.de fideicommiss. Sozi. in l. prima; in quarta quæstio.in fi.ante num.37. de vulg.& pupil. substi. Tamen si fuerit in testamento appositum iuramentum, quod, vt dixi, habet vim clausulæ codicillaris, obliquabitur, & ad fideicommissariam trahetur. l. Scæuola. ad Trebell. & ita tradit Bar.in d.decimasexta. quæst.& Rom. in l. si quis ita. de verborum obli. pro quo bene facit: vt Bauer. quoq; inquit, d.tract. de virtu.iuramen.colum. 1.ver. tertia de-
4 cisio; quia † clausula codicillaris, apposita in testamento, facit directam substitutionem trahi ad fideicommissariam, vt volũt Docto. in d. l. verbis ciuilibus. & Ias.ibi col.4.dicit esse tex. ineuitabilem. & idem Ias. tradit in d. §. item si quis postulante, colu. 2. ver. item etiam. Insti.de actio.& Anton.de Petru.in repeti.l. 1. num.323. ver. sexagesimus quartus est de iureiuran. cum duobus sequen.Dec.in cons.205.colum.fi.consi.248.col.3. cons.287.col.2.& cons.291.col.2.& Curt. iun.in cons.139. in fi. Hoc tamen intellige verum esse, & procedere, quando aliàs testamentum, vel dispositio non valeret iure directo; quia sustineretur in vim fideicommissi; aliàs secus, vt per Dec. in d. cons.205. & voluit Alba.in cons. 29.nu.9 quod tamen declarari debet; nisi aliter de voluntate testatoris appareat: vt per Paul.de Cast. in consil.200. volum.1. vbi habentur circa hoc plures declarationes.

5 Secundo infertur:† nam tu scis, quòd mulieres non possunt in testamentis adhiberi in testes.l. qui testamen. §. mulier.de testam.§.testes autem.Insti.eo.& hoc procedit etiam de iure canonico: vt p Alex. in consi.70.colu. 3. cum sequen.& consil. 177.col.secunda. versic. secundo respondeo.vol.2.& consil.84.in fi.eo.vol.vbi testatur de communi. & Capra.in consi.75. col.7. ad fin.si ergo testator non habeat in loco tot testes masculos quot sunt necessarij, puta septem testes, prout requiruntur de iure communi; sed habeat forte quattuor, & tres fœminas; si in sua dispositione, id est, testamento adijciet iuramentũ, sustinebitur testamentum in vim codicil-
6 lorum, ex eo, quòd habet vim clausulæ codicillaris, & in codicillis mulieres possunt esse testes. Glo.in l.fi.& ibi Alex.col. 6 C.de codicil.idem Alex.in consil. 218. col.2.vol.1.& cons. 105. col. 4.vol.4.Ias. in l.si conuenerit.col.tertia. num.9.de iurisd.omni.iud.Fel. in c.cum super colu.3. post num.9.de offi.delega. Dec. tamen in l.2.post nu. 27. de reg. iur.in contrarium ponderat tex. in l. hac consultissima.versi. quæ in eundem modum.C.qui testam. face. poss. Faciliter respondetur, quòd ille tex. debet intelligi in his, quæ aliàs requiruntur in codicillis; quia si generaliter intelligeretur, prout vult Dec. iam octo testes requirerentur; quia de illis supra dixerat.quod tamen est manifeste falsum, cum tantum quinque sint necessarij, vt l.fi.§.fi. C.de codi.& not.in §.fin.Insti.de fideico. hæred.& hoc etiam sentit Glo.ibi in ver.
7 † tertio infertur: nam tu scis, quòd testes in testamento debent esse rogati. l. hæredes palam. §. in testamentis. de testamen. quod procedit etiam de iure canonico, secundum Alex. in d. cons. 70.in fi.volu.2.
8 & † in dubio non præsumuntur rogati: vt per Bar.& alios in l.sciendum.de verbor. oblig.Aret.in cons.13. in tertio dubio, in princip.vbi ergo in testamento interuenerit iuramentum, quod habet vim clausulę codicillaris, sustinebitur in vim codicillorum, etiam si testes non fuerint rogati;
9 quia † in codicillis nõ est necessarium te-

stes

stes rogare d.l.fin. in fi. C. de codi.& per Corn.in consi.95.col.3.vol.2.& Grat.lib. 2.respon.60.nu.7.

10 Quarto infertur:† nam licet testamentum non valeat, in quo filius est hæres institutus sub conditione casuali,& non cõsistente in eius potestate, l.suus quoque.de hæred.institur.& l.si pater. vbi Docto.C.

11 de institu.& subst. Tamen † si in huiusmodi testamento fuerit appositum iuramentum, ex quo sustinebitur, & valebit iure codicillorum; censebuntur rogati venientes ab intestato de restituenda hæreditate scriptis hæredibus, & non solum venientes nati, sed etiam nascituri. l. si quis cum nullum.l.ab intestato.de iure codi.l.1.vbi Bar.eo.ti.l.generaliter.§. ex testameno.de fideicommi.liber.Ias. in Auctẽn.nouissima.col.7.in octaua limi.C.de inoffi.testamen.Roma.in consi.122. Alex. in consil. 42.vol.2.Corn.consi.118. col.2.volum.2. Dec.in cons.242.& in cons.369.Curt.iu. in cons.71.col.penul.nu. 12. vbi concordan.& cons.seq.post nu.8.de quo latius p Duran.in suo tracta. de arte testan.titu.de liber.institu.cau.1.num.4.& cau.4.in fi.Et similiter legata censentur repetita à venientibus ab intestato, qui propterea tenentur ea præstare: vt per Bar.in d.l.cum pater.§.filius matrem. de legatis 2.late Afflic.decis.69.post nume. 3. & hæc intelliguntur solum habere locum, quo ad hæredes existentes in primo gradu, non autem quo ad alios:vnde si existentes in primo gradu repudiarent, & sequentes admitterentur, non censerentur rogati de restituendo:vt dixit Glo.singularis in ver. repetitum.in l. non iustam.C. ad Trebel. & tradit Anto. de Perru. in repe.l.1. ver. sexagesimus quintus.nu.326.de iureiuran. Item regula non procedit, quando testamentum rumperetur per quærelam inofficiosi.l.Titia de inoffi.testa.alias limitationes habes in l. hac consultissima.§.ex imperfecto.vbi nuncupatim Natta in 27.q. C. de testa. Et cum hæc, quæ supra diximus, procedant virtute dictæ clausulæ codicillaris, multo magis procedent ex priuilegio iuramenti,quod non solum habet vim clausulæ prædictæ; sed etiam vim clausulæ, Omni meliori modo, vt dicam

12 in proximo sequẽti priuilegio;† quæ clausula operatur, ac si iure institutionis aliquid relinquatur, vt per Baldum in l.quoties.C.de hæred.institu.Felin.in cap.cum super.col.fina.ver.secundus effectus.de officio.delega.cum alijs adductis per eundem Duran. in loco proxime allegato. & hoc idem tradit Cur.iun.in consi.76. num.4. in cons.147.col.penu.nu.16.& cons.148. nu.11.ad fi.col.vbi dicitur, ꝙ institutio, quæ non valet, vt conditionalis, valebit, vt puta, ob clausulam, Omni meliori modo. idem quoq; habetur apud Gozad. in consil.21.col.3.versic.septimo quando.nu.8.

Quinto infertur: pone; statutum extat, quòd quamdiu supersunt masculi, fœminæ à successione excludantur; prout extat hic Senis:testator facit testamentum, filijs masculis institutis, & præteritis filiabus:

13 † Filiæ fœminæ volunt dicere testamentum nullum: quod vtique possunt, secundum Bar.in consi.11.& est verior & communior opin. vt per Duran. qui alios allegat in d.tracta.de arte testan.titu.de liber.insti.caut.5.si ergo testator in testamento adiecit iuramentum; quia habet vim clausulæ codicillaris, filiæ non poterunt dicere testamentum nullum; quia in tali casu institutio directa, in fideicommissariam conuertetur: vt per Bar.in l.1. de iure codicillo. & filiæ non habebunt, nisi legitimam, & in ea imputabitur dos data: vt per eundem Bar.in cons.20.& cons.44.& idem dicendum erit, circumscripto dicto statuto de filijs masculis præteritis, & de posthumis, qui non poterunt dicere testamentum nullum, si in ipso testamento fuerit adiectum iuramentum, ex quo sustinebatur in vim codicillorum: vt per eundẽ Duran.eo.ti.caut.10.

14 Sexto infertur; † quia quamuis alias fideicommissaria substitutio expiret, & euanescat, si hæres scriptus moriatur, hæreditate non adita.l. ille.§.si de testamento.vbi Docto.ad Trebell.& Alex.in consil.

sil.1.col.4.vol.1.tamen si fuerit appositum iuramentum; tunc omnia repetita & relicta intelligűtur ab intestato propter clausulam codicillarem, resultantem ex iuramento; & ideo sustinentur in vim codicil lorum, vt ideo supra dictum fuit, & habetur per Barba. in rub. de testam. ver. octauo limi. & Duran. in d. tracta. de art. test. ti. de lega. caute. 2.

15 Septimo infertur: nam tu scis, quod si testator instituit hæredem turpem personam; frater querelat testamentum, auocat hæreditatē ab instituto. §. 1. Insti. de inof fi. testam. tñ si testator adijcit iurm̃ in testamento, quod habet vim clausulæ codicillaris, auocabit solam legitimam, vel illam retinebit, & reliquum restituet hęredi instituto, pp virtutem dictæ clausulæ; quia censetur frater, veniens ab intestato rogatus de restituendo hæreditatē, vt habetur per Affli. decis. 125 & decis. 124. & tradit ēt Ias. in l. fratres. in sexta limit. C. de inof fi. testamē. Bar. in Auct. de hæred. & Falci. §. primum. Itaq;. vbi dr̃, φ quēadmodum filius a querela excluditur, qñ sibi fuit prouisum de legitima, ita ēt frater instituta turpi persona: vt voluit quoque Ange. in consi. 99. nu. 6 Corn. cons. 176. nu. 3. vol. 4. idem Ang. in cons. 171 Alex. in l. si patroni. §. fi. col. fi. ad Trebel. Sozi. iun. in consi. 107. nu. 24. vol. 1. vbi testatur de cōmuni: & Craue. cons. 34. nu. 4. Duran. de arte testan. ti. de libe. insti. vel exhę. caut. 6. & Parisi. cons. 64. nu. 26. vol. 3.

16 Hæc † autem, quæ diximus de clausula codicillari, resultante ex iuramento, vera sunt, & procedunt in testamentis, ex quibus posset adiri hæreditas, vt quia essent hæredes instituti capaces; secus si essēt instituti incapaces, qui non possent adire; veluti fratres minoris ordinis mendicantes; quia tunc talis clausula nihil operatur; & ex cōsequēti nec iurm̃. Capra. ɔs. 31. col. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim clausulæ, Omni meliori modo.*

2 *Clausula, Omni meliori modo, quid operetur remissiue.*

3 *Clausula, Omni meliori modo operatur, quod melior uia censeatur electa.*

4 *Clausula, Omni meliori modo, nihil operatur quando actus valet aliquo modo.*

5 *Clausula, Nullo modo, excludit omnem modum qui alias esset permissus.*

6 *Idem clausula, Nec aliter nec alio modo.*

7 *Episcopus non potest commutare legatum pium ad alium vsum, quando testator legauit pro certo vsu, & non aliter nec alio modo.*

8 *Clausula, Omni meliori modo, plus operatur quam clausula codicillaris.*

9 *Transactio facta post rem iudicatam non valet.*

10 *Feudum alienari non potest.*

11 *Iuramentum operatur, quod in generali obligatione bonorum intelligantur obligati fructus feudi.*

12 *Testator non potest prohibere hæredes, ne in perpetuum diuidant.*

13 *Iuramentum operatur, quod actus intelligatur factus a procuratore vigore mandati validi; licet de eo nullam fecerit mentionem, sed tantum de inualido.*

14 *Iuramentum operatur fideicommissum.*

15 *Confessio iurata non valet in præiudicium tertii.*

16 *Præsumitur a iure vera confessio, quamuis facta contra seipsum.*

17 *Iuramentum facit valere donationem causa mortis, tamquam donatio inter uiuos.*

18 *Prorogare est extendere: & præsupponit actū de præsenti.*

19 *Iuramentum operatur in prorogatione nouum compromissum, quando est lapsum tempus appositum.*

20 *Qualitas verbi intelligitur secundum tempus verbi.*

21 *Tempus quo quis contrahit attenditur, nō quod postea superuenit.*

22 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet.*

23 *Iuramentum facit valere donationem omnium bonorum præsentium & futurorum in uim donationis causa mortis.*

24 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum propter iuramentum sustinetur, quo ad præsentia.*

25 *Pactum de futura successione non valet.*

26 *Lim. vt non procedat, quando est appositum iuramentum, quia valet tamquam donatio inter viuos.*

27 *Compromissum de iure & de facto, si vtroque modo valere non potest, propter iuramentum sustinetur, vt videatur factũ vno modo tantũ.*

28 *Iuramentum facit cessionem inualidam valere in vim repudiationis.*

29 *Iuramentum facit, quod fideiussor censeatur obligatus, tanquam expromissor, si vt fideiussor non valuit.*

PRIVILEGIVM XCVIII.

NOnagesimum octauũ priuilegium est; & quidem maximum, & multarum quæstionum determinationem continens; licet
1 vulgatum: † quia iuramẽtum habet vim clausulæ, Omni meliori modo.tex.est aureus, licet notissimus, & qui ad hoc semper allegatur in l. cum pater.§.filius matrem. de lega.2.tradit Bart. in l.cũ quis decedens.§.codicillis.nu.8.de leg.3.Ale.consi.37.nu.22.& consi. 58.n.6. & n.11.vol.2.Aret.consi.24.col.2.in prin. & not.in l.si qs ꝑ eo.in prin.& ibi Bart.đ fideius.post nu.13.& Docto. communiter in l.1.§.si quis ita.de verb.obl.tradit Abb. in c.quanto per illum text.de iureiur.Corne.consi.143.col.2.in littera B.vol.1.cum multis concordantijs cumulatis per Grat. lib.2.respon.143.num.7. Tiraq.in præfatio.l.si vnquam.num.133. C.de reuocan. dona.Ias.in §.item,si quis postulante. col. 2.versic.9.Instit.de actio.Abb. in cap.tua nos.num.4.de eccle.ędifi.Bauer.in tracta. de virtute iuram.in prin.Anto. de Petru. in repet.l.1.versic.sexagesimus tertius, nu. 321.de iureiu.& Anto. de Gabr. in ti. de
2 testamẽ.conclus.5.in fi.vbi late.† Quid autem operetur ista clausula, Omni meliori modo,non pertinet ad pñtem nostram tractationẽ exponere: sed si quis velit vires, ac efficaciam intelligere, videatur Bart.& Docto.in d.l.1.§.si quis ita. de verb. obli. Aba.& Dec.in c.cum super.col.fi. nu. 12. de offi.delega.Bal.in l.vinum.si cert.peta. late Feli.in c.cũ ex officijs. post num.28. de præscri.& in d.cap.cum super. Imo. & alij in l.nemo põt.de leg.1.Ale.in l.si ita stipulatus.§.Chrisogonus.de verb.ob. Aret. in consi.17.col.4.& in consil.103. colu.4. ver.tertio quia.in fi.Calca.in consi.77.col. 4.nu.14.Curt.iu.in consi.114.& consi.seq. consi.64.nu.17.consi.71.col.pe.& consi.73. nu.22.Marsi.in sing.36.Grã.consi.141.nu. 11.Bello.consi.74.post nu.16.consi.34.nu. 8.consi.53.nu.17.& consi.85.nu.2.& alibi sæpe ꝑ Doct.Et vltra alios mirabiles effectus,quos hæc clausula,Omni meliori modo operatur sciendũ est ꝑ eo, quod ad rẽ
3 nostrã pertinet;† quia facit,vt in quolibet actu censeatur melior via electa,ita vt actus,qui alias non valeret,valeat,etiam ex omni capite,quo fieri potuit:vt per Grat. lib.1.resp.23.nu.21.resp.48.nu.20. respo. 34.nu.6.resp.37.nu.6 res.58.nu.9.& resp. 70.n.20.& 21.& alibi sæpe.Cũ ergo iurm̃ hẽat vim dictæ clausulæ,operabitur, ꝙ faciet actum valere omni via meliori, etiã
4 si ex omni capite non valeret: † nã si valeret ex aliquo capite, talis clausula nihil operaretur:vt per Gozad.in consi.78.colum.3.ver.non obstat clausula, prout ẽt nihil operatur,quando actus est nullus ratione substantiæ,vel consensus; quia tunc nõ potest hos defectus supplere:vt dicit Roma.in consi.517.nu.20.sequitur Anton.đ Petru.in repe.l.1. de iureiu. vbi supra. & Grat.lib.1.respon.15.nu. 12. vbi concordan.item etiam quando actus est nullus ex defectu formæ; quia actus non sustinetur per dictam calusulam, Omni meliori modo:vt per eundẽ Grat.eo.lib.respõ.70.nu. 17.& 18. vbi dixit unum valde notan. quòd talis clausula solita est apponi in omni instrumento; immo dicitur inesse in omni dispositione inter uiuos, secundum eum ibi:& dixi de hoc in vigesimo secundo priu. nume.65.nota tamẽ,quod nõ debet operari, vt intelligatur actum quid diuersum ab eo, quod vere est actum: vt tetigi supra in priui. 87. post nume.4.Et redeundo ad ipsam clausulam, Omni meliori modo, sicut ipsa operatur, quod actus sustineatur omni via meliori, & modo quo fieri potest;sic ex contrario, clausula,Nul-

la, Nullo modo, excludit omnem modum
20 Tertia † & vltima sit conclusio, quod si statutum dicat iuramentum haberi pro plenaria probatione,secundum magis cõmunem opinionem non admittitur probatio in contrarium, vt late deducit Tiraquel.in loco supra citato, num.14 vers. secundo limi.& per Corse. in suis notabi. in ver.plenaria. Tiraqel. ipse tamen tenet contrarium,secutus Are.& Dec. quos refert. & idem sequuntur moderni Lucen. in d.tract.de in lit.iur.in tertia parte,& secundo membro, post nume. 14. Et hanc partem ego quoque arbitror veriorem, quæ vltra ipsum demonstratur satis iuridica ratione : nam quamuis statutum dicat iuramentum haberi pro plenaria probatione; nõ tamen necessario sequitur ex

hoc, quod prohibere voluerit, in contrarium fieri posse probationem; tum, quia stant ista simul, quòd habeatur pro plenaria probatione, & tamen posit probari contrarium per aliam multo pleniorem: quo casu actor, qui iurauit, succumberet;
21 † cum Probatio potentior confundat, & superet minus potentem. l. ob carmen. §. si testes. de testi. Sozi. in consi. 266. col. 19. vol. 2. Grat. respon. 6. nu. 23. lib. 2. Crau. in cons. 6. n. 50. cũ simi. & vbi ꝓbatio in ꝯriũ esset par ꝓbationi factæ ꝑ iurm̃, crederẽ reum, contra quem iuratum esset, omnino absoluendum. Calca. cons. 100. col. penu. nu. 18. Craue. in d. cons. 6. num. 66. Dec. in c. ex litteris. col. 2. post nu. 3. de probatio.
22 † vbi dicitur, quod in pari probatione reus debet absolui; quia stante paritate probationis, illa, quæ est facta per iuramẽtum, non solum est irregularis, vt per Gra. lib. 2. respon. 10. nu. 33. sed etiam dicitur esse incerta, propter concursum alterius probationis in contrarium factæ, vt per Dec. in consi. 218. col. 1. & eo magis, quando probans contra iuramentum haberet etiam pro se legis præsumptionem. Glo. in l. si duo patroni. in fine prin. in verb. habiturum. de iureiuran. Calca. in cons. 19. col. 3. nu. 6. & in cons. 36. post nume. 21. Accedat etiam, quod cum istud statutum sit exorbitans, a iure communi debet restringi; & sic, vt non intelligatur exclusa probatio in contrarium, quę de iure fieri potest, vt per eundem Tiraquel. vbi supra nu. 19. Et pro hoc bene facit; quia probatio facienda contra iuramentum, † respi-
23 cit defensionem, quæ in dubio non debet censeri sublata, tamquam de iure naturali. Clem. 1. de sent. & re iud. nisi hoc statutum diceret expresse; quia Defensio est licita omni iure l. vt vim. vbi not. de iusti. & iur. Marsi. in cons. 4 nu. 4. & seq. & est vnicuique affluenter, & copiose dãda, vt inquit Paul. de Cast. in l. omnes. in prin. per illum tex. C. de epis. & cleric. Et per has quoque rationes crederem idem esse cõcludendum, quando statutum diceret, iuramentũ habendum pro plenissima probatione, vel q̃ omnimodam probationẽ faceret: prout etiam videtur sentire Tiraq. in d. loco. nu. 25. ad fi. illius versi. incipien. Verum, &c.
24 Quinto † limita. non procedere, quando is, qui iurauit, nimium excesit: nam in tali casu poterit appellari, secundum Innocen. in c. fi. quod met. cau. & per Tiraq. vbi supra. nu. 7. Sic videmus, quod propter excessum appellatur ab executione, à qua tamen regulariter non appellatur, vt
25 per Aret. in consi. 20. col. 2. in fi. † Et propter excessum contractus præsumitur simulatus. idem Aret. in cons. 65. col. pen. & Barba. in consi. 27. colu. 3. inter consi. Calca. Et propter excessum frequentationis delicti augetur pœna. l. capitalium. §. solent. in fin. de pœn. & l. nemo. in fin. C. de episco. aud. & licet iura transgredi, dixit Gram. decis. 36. nu. 2. vsque ad nume. 12. Et propter excessum multorum hominũ delinquẽtium, delictum reputatur atrox; quod aliàs non esset. ad hoc solet allegari tex. in l. prætor. §. si mihi plures. de iniuri. Et propter excessum in litibus peragẽdis, quis repellitur à testimonio, vt per Marsi. in singula. 378. Et propter excessum nobilitatis, vel facultatis inter virum & vxorem, ipsi nõ sunt idonei testes, vt per Are. in consi. 82. col. 2. ver. quarto quia testes. & propter excessum quis punitur criminaliter, qui aliàs non puniretur, vt per Felin. in c. 2. col. 3. nu. 5. de consti. & propter excessum in modicitate dotis filia venit cõtra statutum, cum aliàs non veniret. Curt. iuni. in cõsi. 10. col. 1. & propter excessum læsionis vltra dimidiam, minor, qui iurauit non venire contra contractum ratione ętatis, vel alia quauis causa, poterit illum rescindere. l. 2. vbi oẽs. de resci. vend. & in Auctẽn. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & in trãsactione dixit idem Dec. in consi. 203. col. pen. in fin. cum seq. & in cõsi. 216. col. 3. Et propter excessum magnitudinemque pręiudicij, non creditur testi familiari, cui aliàs crederetur, vt dixit Aret. in consi. 13. colum. 9. in princ. & propter excessum magnitudinis causæ

non defertur iuramentum suppletorium, vt dixi in priui.33.nu.112.& 124.Et propter excessum numeri testiũ creditur testibus,quibus aliàs nõ crederet, vt p Corne. in consi.172.col.fi.vol.2.Ang.cõsi.1. Bal. in l.si quis ex argẽtarijs.§.1.de eden. Ale. in consi.57.col.6.nu.14.vol.3.consi.119. nu.6.consi.177.n.5.& consi.187.nu.7. eo. vol.& Craue.consi.73.nu.27.& cõs.65.in fi. & multa similia exẽpla adijcere possem ad huius limitationis corroboratiõe, & ornatum,quæ consulto prætermitto.

26 Sexto limi. † si nouiter reperiantur instrumenta,contra iurm necessarium, vt l. admonendi.vbi omnes.de iureiur.

Septimo limi.non habere locum,si iuratum sit super transactione, inita ex falsis instrumentis.l.si ex falsis. C. de transactio. q in odium falsitatis instrumenti,cuius vigore fuit inita transactio, prout ibi colligitur ex Glo.in verbo,Præcipimus;introductum fuit; sicut & multa alia specialia habet crimen falsitatis. Videmus enim, q indultum generale de criminibus, & delictis,non includit crimen falsi. Gram. cõs. 109.nu.10.in ciuili.& decisio.2.nu.28.& ob crimen falsi personę priuilegiatæ torquentur,quę aliàs non torquerentur.Grã. voto.25.nu.5.& Bossi.in sua Pract. tit.de indi.& consider.ante tortu.nu.115. Et falsitatis exceptio potest opponi,etiam elapso termino dato ad reprobandum testes, & etiam post sententiam; cum in alijs sit secus, vt no.per Abb. in c.licet in 5.nota. & nume. 25. de proba. Et in odium falsitatis,ius inquirendi per ignorantiam non perditur,& poterit inquiri ẽt post lapsum tempus; ex quo falsitas fit in secreto, & præscriptio non obstat.Marian.seni. in cõsil.61.inter consi.crimina.plur. Doct. par. 2.Et carceratus pro crimine falsi,non gaudet priuilegio statuti loquentis de carceratis. Bertachi. in suo repertorio. in versi. Carceratus.§.31. Et inquisitus de falso debet in carceribus defendi.Gram.in d.cõsil.109.n.6. & multa specialia habet istud crimen falsi,de quibus per Doct.varijs in locis: vnde non mirum videri debet, q in casu nostro in odium eius retractetur iuramentum,qđ aliàs non retractaretur.

27 Vltimo lim.† nrũm priuielgium:vt nõ procedat,quando partes inter se conuenissent, quòd propter periurium causa posset retractari: quod fieri potest,& seruandum esset,vt l.1.C.de reb. cred. Aliam limi.habes in proximo seq.priui.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum, an habeat vim confessionis.*

2 *Iuramentum in criminalibus non habet vim confessionis, ita, vt prætextu erroris reuocari non possit.*

3 *Confessio,facta extra iudicium præsente parte, & acceptante, habet vim plenæ confessionis, & probationis;nec potest reuocari.*

PRIVILEGIVM CIII.

CEntesimum & tertium priuilegium est; quia iuramen-
1 tum † habet vim confessionis.l.qui iurasse. in fine. vbi Bar.& alij. de iureiuran.nã deferens iuramentum videtur confiteri illud,quod aduersarius iurauerit: vt dixi ẽt in præcedenti priui.& dixit Rom.in cõsi. 367.quod res iudicata,confessio, & iuramentum æquiparãtur,per tex.hoc expresse dicentem in l.post rem.de re iud.Et aduertendum;quia hoc priuil.intelligitur tã de iuramento extraiudiciali, quam iudiciali:ille enim, qui in iudicio iuramentũ defert, vtique fateri censetur illud verum esse,quod aduersarius iurauerit, vt sæpius dixi;& reputabitur vera confessio,contra quã deferens venire nõ poterit,vt in præcedenti priuilegio dictum est. & idẽ contingit,si extraiudicialiter deferatur à parte parti,propter eandem rationem.

2 Limita.† hoc solum procedere in ciuilibus; secus vero in criminalibus: nam si reus accusatori deferat iuramentum, potest huiusmodi confessio, quæ tacita est,prætextu erroris reuocari, probando contrarium; quia, etiam si esset

expressa, reuocaretur, per late tradita per Gandi. in suo tracta. malefi. in ti. de qsti. & tormen. col. 5. ver. sed quid si confesio. Salyce. in l. 2. col. pen. C. de custo. reo. Anch. consi. 24. Gram. voto. 7. & per Marsi. in l. 1. §. fi. nu. 89. de quæst. Si autem agamus de iuramento extraiudiciali voluntario; tunc si sumus in ciuilibus, parit plenum
3 præiudicium; † quia confesio extraiudicialis, parte præsente & acceptante, habet vim plenæ confesionis, & probationis, nec potest reuocari: vt per Bal. in l. Gallus. §. quidam recte. de liber. & posthu. & Grā. consi. 17. nu. 11. in ciui. Si aūt sumus in criminalibus iuxta tex. in l. capite quinto. de adulte. non valeret pro plena pbatione per eādem rōnem, de qua supra. ita tradit Ale. in l. ait prætor. la 1. col. 2. in pr. de iureiur. nu. 11. vbi etiam subdit, quòd si valeret in vim iurisiurandi, sufficeret p plena probatione. Ego vero aut non bene percipio sensum, & mentem Alexan. aut eius dictum minus verum depreheditur; & consequenter nostrum priuilegium nō subsistit. quod vt planius intelligatur, cōsiderandum est, quo modo hoc procedere posit. Nam si aduersarius meus, cui detuli iuramentum, iurat, ex hoc quidem iuramento non resultat aliqua confesio, nec ex parte iurantis, nec ex parte mea. Ex parte iurantis non; quia iurans potius asseuerat, quàm fateatur, vt de se patet: & Doc. volentes iuramentum habere vim confesionis, non dicunt procedere respectu iurantis. Item ex parte mea patet non resultare aliquam confessionem; quia non ex eo, quòd ipse iurat, ego fateor; sed quia ego detuli, fateri intelligor: & sic mea confesio resultat ex mea delatione; non ex iuramento aduersæ partis iurantis; qa natura assertionis, quæ iuramento continetur, est, vt præiudicet, vel prosit asserenti, non autem alij l. publia. §. fi. deposi. l. 3. §. sed an iusiurandum. de iureiurand. & l. exemplo. C. de probat. & sic iuramentum aduersarij non operabitur meam confesionem; sed mea delatio. Et propterea arbitror hoc priuilegium nō posse attribui iuramento, quamuis Docto. communiter hoc vbique asseuerent. Nec obstat, quòd deferens videatur fateri, quod iuratum fuerit; quia hoc non prouenit ex iuramento: sed ex ipsa mea delatione: ex eo enim, quod defero, videor tacite confiteri. cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Iramentū præstitum in iudicio super actione reali, parit actionem contra deferentem, & eius successores.*

2 *Iuramentum facit quod fructus debeantur, et si non fuerint explicite petiti.*

3 *Testis debet iurare super tota causa: & ita præsumitur ab eo fuisse iuratum.*

PRIVILEGIVM CIIII.

1 Centesimum quartum priuilegium est; quia † iramentū, præstitum in actione reali, parit actori actionem cōtra reum deferentem, & eius successores; sed non contra alios: possessori autem iuranti rem actoris non esse, nō solum parit exceptionē; sed etiam actionem, si iurauerit rem suam esse, si deinde res forte ad deferentem peruenerit. & huiusmodi actio extenditur ad fructus, & ad alia accessoria ipsius rei petitæ, super qua præstitum fuit iuramentum. l. nam & postea. §. fi. & ibi Ias. de iureiuran. & duabus legibus sequen. vsque ad §. item si iura uero. & istud est mirabile priuilegium iu
2 ramenti; cum aliàs † fructus non veniant, nisi fuerint expresse petiti; neque ad illos potest iudex condemnare, vt habetur per Papiē. in sua Pract. in forma libelli actionis realis. versi. simul cum fructibus. Et videtur esse ratio secundum Ias. in d. §. fina. col. 3. nu. 9. ver. quarto nota, quia iuramentum habetur pro veritate; sed si res vere esset mea, tu tenereris non solum ad rem, sed etiam ad accesoria: ergo idem dicendum, quando iuratur. quod autem habeatur pro veritate, probatur in l. sed

si posses.

si possessori.§.item si iurauero. vbi Glo. & l.eum qui.§.si mulier.de iureiur. ista ratio non videtur bona, nec concludens; quia etiam sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, ꝓ veritate habetur.l.res iudicata. de reg.iu.vbi propterea Dec.dixit, quod sententia contra rem iudicatam non valet;quia res iudicata pro veritate habetur: de quo etiam scribitur per Bar. in l.si causa cognita.C.de transa. & tamē si in sententia nihil sit expressum de fructibus,nō mandabitur executioni respectu illorū, arg.l. 1.C.de iudi. & l. 1. C. de execut.rei iudi. Nec obstat,quod iuramentum testis iurātis simpliciter deponere sup negotio principali,intelligatur etiam extendi ad accessoria,& dependentia, super quibus iuratū intelligitur, secundum Imol post Bal.in c.2.de confess.cum alijs per Ias. adductis in d.§.fi.quia illud procedit in teste; non quia eius iuramentum extendatur ad accessoria; † sed quia debet iurare super tota causa:quod in dubio præsumitur,vt per Abb.in cap.de testibus,nu.6.de test.Alex. in l.si duo.§.idem Iulianus.nu.17.de iure iur. quinimmo simpliciter iurando dicitur deponere extra articulum,etiā si deponit sup dependentibus à causa principali. & ideo est cautela, quod testis iuret se deponere super tota cā, secundum Ab.in c. per tuas.in fin.de test.alias deponendo super dependentibus, quæ in articulis non continentur,diceretur deponere extra articulum.& sic non probaret, vt dicit Ab. in d.c.de testibus.per Gl.ibi. Quia tamen verum est ꝙ iuramentū extenditur ad consequentia.vt supradictū fuit, & probatur in l.iusiurandum.de in lit.iuran. puto posse dici rationem esse;quia iurm habet vim expresi,vt dixi in priui. 70. & iuramentum in teste est stricti iuris; & qui iurat in causa aliena,non extenditur ad non expressa.cogita tamen.

(margin: 3 at "cessoria")

SVMMARIVM.

1 *Delinquens debet remitti ad locum delicti.*

2 *Remißio ad locū non hēt locū in contractibus.*

3 *Limita non procedere,quando interuenit iuramentum.*

4 *Remißio ad locum non potest fieri,etiam iuramēto interueniente, quādo locus nō est tutus.*

5 *Iuramentum,& qualibet alia dispositio intelligitur,rebus sic stantibus.*

6 *Procuratorem quando quis teneatur ad locum mittere remisiue.*

PRIVILEGIVM CV.

Centesimū & quintum priuilegiū est; quia quamuis in criminalibus habeat locū remißio;† quia deliquēs remittitur ad locū delicti. l. solent.de custo.& exhib.reo. Auct.qua in ꝓuincia.C.vbi d' crimi.agi opor.l 1.& l.fi. cui.§.pe.de accusa. nō obstāte ēt quacūq; consuetudine,quæ in cōtrariū vigeret;ꝓut de tota Italia testatur Ab.in consil.24. nu.1.par.1.& cons.51.col fi. par. 2. & hoc ꝓ tex.in l.1.& ibi Bar. & Doct. C. vbi de crimi.agi oport. sex tñ principalia requisita debēt cōcurrere,vt in delictis fiat remissio:de quibus pulcre Guid. Pap. q. 202.in prin. Tamē in contractibus regulariter secus est; quia non fit remißio, vt not.per Docto.in d. l. solent. & in l. hæres absens. §.1.de iud.& probatur in cap. 1. §.contrahentes. de foro compet. Saly. in Aucten. si vero.in vlti.col.C.de adulte.Decis.Tholo.319.vbi Aufre. ponit bonam distinctionem,qñ habeat locū in delictis, quia sicut inuitus quis non extrahitur de domo sua, l.pleriq;.de in ius voca.l. nemo de domo. de reg.iu.ita nec de ciuitate, vel prouincia: tamen † si interuenerit iuramentū in ipso cōtractu,erit locus remißioni:vt per Ang.in d.l.hæres absens.§.1.ꝓ tex.in Aucten.de exhiben. reis.§.si vero semel.ver.si vero etiam quidam iurent. vbi iurans sistere in iudicio, si aufugerit, poterit ibi summarie cōueniri,quo sistere iurauit. & ita tradit etiam Bauer. in d.tracta.de virtu.iuram.post Corse.in rub.de iureiur.nu. 56. Sed tu aduerte, ꝙ ille tex. procedit,ēt si non fuerit præstitum iuramentum. Et

(margins: 1 at "remißio;†"; 2 at "prin. Tamē"; 3 at "cia: tamen †")

istam opinionem tenet ibi Glo. in ver. iurent. in fin. & respondet ad tex. in d. vers. si vero. in quantum dicit iurent, quod debet suppleri dictio, Maxime: quasi vero intelligi debeat procedere etiam sine iuramento. hæc enim est natura dictionis, Maxime, implicare, scilicet, idem iuris esse in alio casu nõ expresso. l. 1. §. vel maxime. de colla. bono. c. ad abolendã. vbi Gl. de fili. presby. Gl. in l. illud. ad l. Acqui. & l. 3. in princ. de liber. homi. exhib. & ita ẽt tenet Card. in c. 1. in fi. de iureiu. ꝓut refert Feli. in c. licet rõe. nu. 45. ver. quinto fallit. d' fo ro competen. Ipse tñ putat dictum Ange. sustineri posse per regulam, ꝙ vbi est iuramentum in obligationibus facti, non succedit obligatio ad interesse; sed ratione iuraméti potest quis præcise compelli ad factum; de quo nos diximus abunde supra in priui. 74. quod mihi etiam placet: nã tex. in d. ver. si vero etiam quidam iurent. poterit habere locum, nisi offeratur omne damnum, & interesse in alio loco; quia tunc compellitur recipere solutioné. l. qui Romæ. in prin. cũ ibi. nota. de verb. oblig. quod facere no poterit, vbi iuramentum intercesserit; ex quo illud præcise implere compellitur.

4 Hoc priuilegiũ † ego notabiliter limitarem non procedere, quando locus, vbi iuratum fuit soluere, post iuramentũ præstitum esset effectus non tutus, vel propter pestem, vel obsidionem ex causa belli; qa excusatur, vt per Bal. loquentem in casu belli, in titu. de pace constan. §. vasalli. vel quia superuenerint graues inimicitiæ debitori, qui propterea ad locum non tutum accedere non potest; vt soluat iuxta tradita per Calca. in consil. 2. numero 59. & seq. quamquam in isto casu inimicitiæ superuenientis crederem eum deberet mittere procuratorem, qui eius nomine solueret: sed in primis duobus casibus excusaretur etiam a periurio; quia quando locus non est notorie tutus, quis non tenetur ad illum accedere, nec mittere procuratorem, vt habetur in c. ex parte. el 1. vbi Gloss. & Docto. de appella. & videmus in simili, quòd citatus ad locum non tutum nõ tenetur comparere, vt not. per Barto. in l. de ætate. ad Trebelli. cum concordan. relatis per Corn. in consi. 131. col. 2. in fi. vol. 4. Debet igitur notorie constare de non tuto accessu, vt quis excusetur, secundum Bar. in d. l. de ętate. facit. l. 2. §. pen. si quis cautio. & quod not. in l. 2. in fin. si quis in ius voca. non ier. & l. sed sciédum. vbi nota. ad Trebelli. Signo. per hæc & alia iura, in consi. 131. col. 2. versi. venio ad secundum. Et isti us limitationis ratio
5 est manifesta; † quia iuramentum, sicut & quælibet alia dispositio, debet intelligi, rebus sic stantibus. Dec. in l. in ambiguis. §. fi. de reg. iu. c. breui. de iureiur. & Glo. in ca.
6 quemadmodum. eo. ti. cũ simili. † Ad illud autem, quod dixi de mittendo procuratorem ad locum non tutum, an & qñ procedat, vide Abb. in c. cũ dilecti. nu. 13. de dolo & cõtu. & in d. c. ex parte. nu. 8. & ibi additio. de appell. & Aret. in consi. 161. col. 3. & in consi. 16. col. 3. & Natta cons. 573.

SVMMARIVM.

1 *Renũciatio generalis omnium casuum fortuitorum, non valet, nisi interueniente iuraměto.*
2 *Casus fortuitus dicitur, qui sine culpa propria euenit, & qui præuideri non potest; & dicitur inopinatæ rei euentus.*
3 *Casus fortuitus qui dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.*
4 *Casus omnis fortuitus dicitur esse insolitus.*
5 *Casus insoliti dicuntur scdm magis, & minus*
6 *Expressum dicitur, quod verbis generalibus exprimitur.*
7 *Nouatio non inducitur, nisi expreße agatur.*
8 *Declaratur. § quæsitum in l. sed & si quis. si quis cautio.*
9 *Expresio generalis, specialis, & singularis differunt.*
10 *Iuramentũ habet vim specialis expreßionis.*
11 *Pluuia maxima dicitur casus insolitus.*
12 *Iudex arbitratur, an & quando dicatur casus insolitus, & rarißime contingens.*
13 *Casus plures sunt, qui a iure non reperiuntur determinati, in quibus iudices debent arbitrari.*
15 *Iudex arbitratur, an & quando dicatur modicum tempus.*

Geminatio

16 *Geminatio arguit & ostendit enixam voluntatem.*
17 *Duo vincula tunc operantur plus, quã vnum, quando quodlibet de per se non est vitiosum.*
18 *Dispositio nulla tam generalis inueniri potest, quæ trahatur ad ea, de quibus non est verisimile a partibus fuisse cogitatum.*
19 *Suscipiens in se omnes casus fortuitos tam præuisos, & cogitatos, quam non præuisos neque cogitatos, quid suscepisse intelligatur.*
20 *Verba vniuersalia, cũ sint valde enixa, cõprehendunt ea, quæ alias non comprehenderẽtur.*
21 *Suscipiens in se omne periculum non intelligitur suscepisse casum fortuitum, nisi de illo fuerit expressum.*

PRIVILEGIVM CVI.

Centesimum & sextum priuilegium est; quia secundum Corset. in rub. de iureiuran. colum. 17. versi. trigesimum octauum priuilegium, post Alexã ab eo allegatum in consi. 3. col. 4. & consi. 28. volum. 1. & sequitur etiam Baue. in tractatu de virtu.
1 iuramen. colum 2. in fin. † non valet generalis renunciatio omnium casuum fortuitorum, de quibus renuncians teneri voluit: prout, de hoc est tex. in l. sed & si quis. §. quæsitum. si quis cautioni. & l. 1 a contrario sensu. C. commodati. & ibi Bal. & Saly. volunt non solum procedere in stipulationibus prætorijs, & iudicialibus; sed etiam in extraiudicialibus. quos etiã sequitur Corne. in consil. 128. colum. 4. in princi. volum. 2. Tamen si in tali renunciatione fuerit additum iuramentum, renunciatio sustinebitur ex priuilegio iuramenti. ita volunt præfati Docto. in allegatis locis; quia huiusmodi iuramentum seruari potest absque dispendio salutis æternæ, iuxta ca. cum contingat. de iureiur. & c. quamuis. de pact. in 6. Circa huiusmodi priuilegiũ, q̃a reperio Doct. inter se plurimum contrariari, nec in sñia conuenire, & res est in vsu quotidiano frequens, & super ea sæpe de facto dubitari contingit, ac curatius & diligentius insistendum putaui. Sed ad faciliorem intelligentiam dicendorum præmittendo quæro, quis dica
2 tur casus fortuitus? † Respondeo, quod ille dr̃ casus fortuitus, qui sine propria culpa obuenit, & qui præuideri non potuit. ita dixit Paul. de Cast. in d. §. quæsitũ. Vel dic, quod casus fortuitus dr̃ inopinatæ rei aduentus. Aristo. 2. Physi. tex. 61. qui etiã per diligentissimum præuideri non potuit, vt p Calca. in cons. 24. nu. 11. facit tex. in l. quæ fortuitis. cum ibi notatis per Bal. & Doct. C. de pigno. acti. & tex. in l. si vẽdita de peri. & cõmod. rei. vendi. & quod not. in l. si vt certo. §. nunc videamus. cõmod. & in l. in rebus. in princ. eo. ti. Sunt autem casus fortuiti huiusmodi, incẽdia sine culpa habitantium facta, ruinæ, naufragia, bellum, latronum hostiumue incursus, tumultus ciuitatis, morbi, mortes, fugæ seruorum, aquarum magnitudines, & huius generis alia permulta, quorum fit mentio p Iureconsultum in l. contractus. de reg. iur. & in d. l. in rebus. Et de bello tradit Corn. in cõs. 12. vol. 4. Dec. in cons. 7. p to. Affli. decis. 54. Calc. consi. 24. n. 3. & post nu. 11 & Boer. decis. 249. in prin. De incẽdio loquitur tex. in d. l. si vẽdita. & in l. cũ speciẽ. C. de pericu. & commo. rei ven. De inũdatione aquarum tex. in l. si venditione. in fi. simi. ti. de peric. & co. rei vend. De impetu hostium, vel latronum tex. in l. 1. C. eo. De morte l. fin. C. de peri. & com. rei. ven. De naufragio tex. in l. item quæritur. §. si magister. & tot. ti. de naufragi. C. lib. 11. De ruina tex. in l. ex cõducto. §. sed si ager. & in l.
3 si fundus; in prin. & l. Martius. locat. † Nõ dr̃ ergo casus fortuitus, q̃ p̃uideri potuit, c. cũ Io. de Homi. Alex. in l. quod Nerua. col. 1. deposi. Gram. cons. 1. nu. 8. & 9. in ciui. an autẽ euitari potuerit, vel præuideri; quia propter diuersas rerum, hominũ, tẽporum, locorumque circunstãtias certum aliquid statui non potest, relinquitur arbitrio boni viri, id est, iudicis terminan. vt scribit Ioan. Fab. Inst. quibus modis re cont. obli. in §. item is cui. & aduertendũ
4 est, q̃ † oĩs casus fortuitus dr̃ esse insoli-

tus,& inopinatus; aliàs non esset fortuitus, vt declarat Bal. ĩ d.l.quæsitũ.& Corn. in d.consi.128.col. pen. in fi. vol. 2. Casus
5 † aũt insoliti dicuntur, secundũ magis, & minus, vt declaratur per eundẽ Corn. in d.con.12.vol.4. vbi inquit, ꝙ quidã sunt casus,qui facile a quocunq; possunt præuideri; quidam,qui nõ nisi à prudentissimis;quidã vero,quos nec quisq; prudentissimus cogitare aut præuidere posset. hoc ideo inquit;quia magis,& minus accidere solent,& inter rarum, & rarum distinguuntur: vt idem Corn. ait in consi. 217.col.2. in fi. vol.3. Et in effectu casus insolitus potest cõsiderari dupliciter. vno modo insolitus, qui tamen in genere potuit præuideri,licet non in specie, veluti pestis,sterilitas,bellum,& his similia; qui quamuis raro accidant: tamen,quia communiter euenire solent, licet temporibus indeterminatis,casus,insoliti appellantur. Casus vero insolitus secundo modo consideratur,quãdo nec in genere,nec in specie præuideri potuit; vt quia in mille annis contingat: vt per Bar.in l.Seio. §.medio.de annu.lega.cuius verba etiam considerat Dec.in consi.7. col.pen.si tamen casus accideret in quingentis annis,vel etiã in centum, adhuc diceretur casus insolitus,secundo modo consideratus; dummodo rarissime contingat, veluti semel in vita hominis.Nec illud dictũ Bar. de mille annis debet intelligi, vt, si in quingentis, vel etiam in centum annis casus contingat,non dicatur casus insolitus, rarissime contingens; cum illud fuerit dictũ à Bar. gratia exempli,vel potius hyperbolice,vt recte & notabiliter perpendit Grat.lib.2. respon.94.nu.43.cum pluribus sequen.& habetur etiam pulchre per Crau.in cons. 95.col.2.ver.secundo considero.& rursus col.3.ver. quinto verba. & per totũ illud consil. & latissime per Ripam in suo tractatu de peste,in 2.parte.nu.99. cum nonnullis sequentib.Hoc ita præmisso, redeo ad nostrum priuilegium. Dictum fuit supra de mente Corset. & Bauer. in supra allegatis locis,firmari iuro generalem renunciationem omnium casuum fortuitorum; cum tamen absq; iuro talis renunciatio non valeret,vt ipsi dicũt. Hoc priuilegium non vr̃ esse verum: & contrarium tenet Glo. Bar. Ang. Saly. Rapha. Paul.de Cast. Roma. Ias. & alij in d.l.sed & si quis.§.quæsitum. si quis caut. vbi volunt,ꝙ susceptio omnis periculi omnium casuum fortuitorum valeat. & ita etiam refert eos tenere Grat.lib.2.resp.161.col. pen.nu.16.& Alba.in consi.1. & sic videtur cõis opinio contra Corse. & Bauer. quo stante sequitur nõ esse verum nostrũ priuilegium. & supradictam opinionem contra istos sequuntur Bal. Alex.& Ias. in l.Titius.de lib.& posth.vbi testatur Alex. de cõi.& de communi testatur etiam consulendo Ias.in consi.107.col.3.vol.1. Nec obstat tex. in d.§ quæsitum. per quem vr̃ probari contrarium, dum inquit generalem renunciationem exceptionum opponendarum valere, si specialiter causæ exceptionum expressæ sint, quibus a promissore sponte renunciatum est; quia respondendum est,satis intelligi specialiter causas exprimi,cum dicitur, Ego suscipio periculum casus fortuiti in me: vt ibi dicit Glo.quam omnes sequuntur. & sic patet, ꝙ generalis renunciatio valet,cõtra Corset.& Baue.post alios supra relatos in prę allegatis locis. Et pro dicta opin. Glo.& aliorum magis communiter bene facit;
6 † quia dicitur expressum id, quod verbis generalibus designatur, vel exprimitur. l. sed an vltro.de nego.gest. l.negotium. & quod ibi nota.C.eo. Signor.in consi.176. col.3.in princ.Secundo pro d.Glo. facit, quod scribit Bar. in l.1.in fi.si quis in ius voca. non ier. vbi quando renunciatur omni priuilegio, perinde est, ac si omnibus,& singulis priuilegijs esset renunciatum. & hoc maxime verum videtur in contractibus, in quibus tantum valet generalis renunciatio,quantum specialis, vt inquit Aret.in consi.33. col. pen. ver. sed tamen.vbi propterea subdit,quod ad tollendum Velleianum sufficit generalis renunciatio. Ad idem facit; quia renunciatio

ciatio gñaliter facta đ hrēditate, vsq;adeo late pіudicat,vt si ex mille capitib. succederetur omnib.renunciatū intelligeretur, scd'm Ang.in l.suū.C.de iure delibe.Dec. in consi.266.vbi allegat Bald.in l.pactum dotali.q.16.C. de collatio. admonentē ne renunciantes vtantur verbis gñalibus. de quo ēt per Alex.in consi. 11. col.2.vol.2. & Ang.Insti.quib.mod.tolli.obliga.§.itē per acceptulationem.quia generalis dispō includit oēs casus etiā ꝗ in vno sit maior rō,quàm in alio.l. 1.§. quod aūt de aleato.l.in fraudem.§.fi.& quod ibi Bal.de testam.mili.& in l.1.§.generaliter.de legat. præstan. Et ideo per talē renunciationem censebitur renunciatum ēt legitimæ;quia hæreditatis appellatione venit ēt legitima.Abb.in consi. 3.col.2.par.2. & consi. 90.col.2.ea.par.Bar. in l.gerit.de acquir. hæred. & tamen de legitima specialis est habenda mentio. Felin.in c.translato.colum.2.post medium.de cōsti. Affli.decis. 178.in 2.dubio.facit ꝓ hoc doctrina Bar. in l.nec is. §. hæres. de acq.hæred. vbi inquit, ꝗ vbi in repudianda hæreditate verba conferuntur in rē, censetur de oī iure, & ex quacumque cā possit hæreditas ad aliquem ꝑtinere, facta repudiatio;& consequenter ēt de legitima,cuius est habenda mētio specialis, vt late scripsi supra in priuile. 70. in quinta illatio.Rursus facit Bar.in l. 2. de nouatio.vbi si quis promittit centum,cōputato oī alio instrumento,
7 intelligitur facta nouatio.† Et tñ nouatio non inducitur, nisi specialiter & expresse agatur.l.fi.C.de nouati.& per hæc duo dicta Ias.in consi.45.col. pen. post medium. vol.1.dixit, ꝗ si conceditur castrum integre , nihilo retento,veniunt ēt iura regalia,in quibus expresio specialis est necessaria:cui addo Affli.decis.112. vbi plura adducit.q̄uis deinde concludat, ꝗ hoc in Regno Neapolitano minime obseruatur. Quinimo dixit Calca.in cons. 102. quòd regalia in cōcesione castri, nunquam intelligerentur cōcessa;ēt si de illis fieret expressa mentio , nisi quoq; adderetur clausula, Ex certa scientia. Sed q̄dquid sit de dicto Ias. de quo ad p̄sens non discutio,satis ex alijs supradictis vr̄ iustificari,& muniri opinio Gl.prędictę.pro qua ēt faciūt tradita ꝑ Crau. late consulendo in cons. 194.col. 4. de quibusdā supra relatis mentionē faciētē , & adducentem q̄dā alia,ex quib. satis corroborat̄ dicta opi. cui addo Ruin.idem tenentem in consi.149.nu. 10. vol.2.Ego vero circa p̄dicta maturius cōsiderando , semꝑ dubitaui de dicta opin.
8 Gl.& Doct. † ꝯ quā facit tex.cui nō bene rñdetur in d.§.quæsitum. Nā ibi dicit renunciationē, De nullam opponēdo exceptionem,ita demum valere , si specialiter cāæ exceptionū expressæ sint. Pondero,ꝗ ibi tex.duo vult , ꝗ scilicet, causæ sint expressæ. & specialiter. & sic manifeste innuit,nō sufficere generalem expresionē ,
9 † quia aliud est exprimere generaliter ; aliud specialiter , & aliud singulariter, vt colligitur ex traditis copiose ꝑ Tiraq. de leg.connubi.l.fi. Glo. 7. nu.86. & per me supra in priui.75. dum de triplici clausula reuocatoria seu derogatoria feci mentionem.Et quamuis tantum operetur aliquid generaliter exprimi, quātum specialiter.l.si chorus.de leg.3. l. sicut. & l.omnes. C. de præscripti. trigin. vel quadrag. anno. Tamen hoc non procedit, quando aliter in indiuiduo cautum in iure reperitur:prout in casu nostro,in quo tex. in d.§. quæsitum. expresse requirit specialem expresionem causarum exceptionum opponēdarum faciendam. ita dicit Glo. in l.si quis mihi bona.§.sed vtrum.de acq.hæredi.tradit Grat. lib. 2. resp.18.post nu.13. Et per hoc patet,quòd in contrarium adducta nihil obstant;quia procedunt,quādo aliter non reperitur in indiuiduo cautum in iure, prout in casu nostro dictum est;quia tunc non sufficit generalis expsio,ex quo requiritur specialis, l. actione. vbi Ias.colum.3.nu.9. C. de transacti. Et ideo retenta opinione contra communē, quòd non valeat renunciatio generalis omnium casuum fortuitorum, iam sequitur verum esse nostrum priuilegium: ꝓut dicebat Alexan.in d.consi. 28.& in con-

fil. 3. volum. 1. Corne.Corse.& Bauer.in
locis supra citatis, quorum sententiam
tamquam in puncto iuris veriorem ego
sequor, per supradicta; quia quando in-
10 interuenit iuramētum,ideo valet, † quia
habet vim specialis expresſionis, vt post
Cyn.dixit Bald. in l. 1. colum. penult. C.
commod.& ibi etiam Saly.Roma.& Ale
xand.atque alij & in l. 1. §. si quis simpli-
citer. de verbor.obligatio.Aret.in consi.
34. in 4. dubio; & per Tiraq. de legibus
connub.l.fina.Glo. 7. nume. 154. Et satis
est,quòd ī genere de omni casu fuerit co
gitatum, vt voluit Imol. in c. 1. de com-
mod.& per Bauer. vbi supra, & Gozad.
in consi.27.nu.25.

Huiusmodi priuilegium limitatur nō
procedere, quo ad casus fortuitos insoli-
tos,&rarisſime contingentes,iuxta secun-
dam consideratione; qa de illis nō præsu-
mitur fuisse cogitatum,nec in genere nec
in specie: vt voluit Bar. in d.l.sed & si qs.
§. quæsitū. si quis caut.per tex.in l.fistulas.
§. frumenta. de ꝯhen.empt.qui tex.vr̄ po-
tius ꝓbare ꝯriū,ī eo,ꝙ vult vēditorē tene
ri ex vēdito, ꝙ ꝓmiserit se pstaturū,si q̄d
vi aut tempestate cōtingeret, si casus pter
consuetudinē euenerit: nā de illo vr̄ cogi
tatū.Istā tn̄ limi.sequūtur Doct. in l.licet.
C.loc.Ang.in cons.174.Alex. in d.ꝯs.28.
in secūdo dubio.vol.1.& Baue.vbi supra.
& ista est cōis opi. vt inquit Rip.in tract.
de peste.in secunda par.post nu.97.& late
per Craue.in cons.95.supra alleg.& Gra.
in d.resp.94.post nu.47. Sed adhuc circa
istā limi.versatur nō mediocris hæsitatio,
qui nam s.sint illi casus, rarisſime contin-
gentes,de quibus non præsumitur cogita-
11 tum, nec in genere, nec in specie. † Et
Corn.in cons.282.col 4.vol.4.vt refert ēt
Gra.in d.resp. 94. nu. 48. enumerat inter
istos casus pluuiā maximā, quæ rarisſime
in regione cōtingit; sicut ex ꝯrio Alex.in
d.consi.28.ponit maximam siccitatē;item
bellum rarisſime in regione contingens,
vt quia per annos centū fuerit in maxima
pace.ita voluit Corn. in cons.12.vol.4.su-
pra allega.& consi.23. circa fi.vol.2.Ripa
vbi supra. Alba. in d.consi. 1. Rursus pōt
cōnumerari pestis siue lues.in regione pa-
riter rarisſime cōtingens: ꝓut inter illos
ꝯnumerat Io.Lup. in repe. c.per vestras.
ver.quinto cū dicit Tex.col. 2. de don.in-
ter vir.& vxo.vbi ꝓpterea infert, ꝙ quā-
uis dispositio legis fin.C.de testa.trahere-
tur ad futuras consuetudines contrarias,
eas abolendo: tamen si postea emanaret
consuetudo, ꝙ t pe pestis valeret testm̄ cū
quinque testibus,vel ēt paucioribus,vale-
ret talis cōsuetudo;qa diceretur introdu-
cta ex iusta& rōnabili cā.verisimiliter tūc
non cōgitata p Imperatorē;ex quo vide-
mus,ꝙ oēs pestē fugiūt,& hoīes pestifero
morbo lāguētes testes esse nequeūt. Et ꝙ
pestis ꝯnumeret īter casus īsolitos, & raris
sime ꝯtingētes,ponit Ale.in ꝯs.107.vol.3.
12 col.4.† Dixit tn̄ Rip. in d.tracta.de peste.
par.2.nu.104.ꝙ iudex debit arbitrari tps,
cōsideratis qualitatibus,& circūstātijs ca-
sus fortuiti,an & quādo s.dicatur casus in
solitus, rarisſime cōtingēs in regione, ita
vt de illo nō psumat a partibus fuisse cogi
tatū;qa iudex hēt arbitriūin his, q̄ ī facti
varietate cōsistūt.l.mora.de vsur.& Bal.in
l.ea quæ.in fi. C. quomdo & quando iud.
13 † Sūt.n.fere innumerabiles casus,q à iure
nō reperiūtur determinati,vt l.fi.C. de p-
scrip.trigi.ann.l.neq; leges.& l. nō possūt.
de legi. sup qbus ex arbitrio iudicare est
necessariū.l.j.§.j.vbi Bar. de iure deli.late
Barb.in cōs.20.col.pen.vol.2.qa In qōni
bus facti, nec sapiens cōsulere, nec iudex
qdquā certi definire pōt, vt dixit Dec.in
c.pastoralis.col.2.nu.3.de rescrip. Et nū-
14 cupatim in proposito nr̄o † iudex arbi-
trabitur, an & quādo tps sit modicū, vel
magnū,vt inquit Paul.de Cast.in l.si debi
tori.nu.14.de iud.& in l.si ita qs.§. Seia ca
uit.n.5.de vrb.obl. & cōsequenter arbitra
bitur,an de casu fortuito cōtingente fue-
rit a partibus cogitatū. Nec obstabit, si di
catur, quòd immo ex priuilegio iuramen
ti debeat comprehendere etiam dictos
casus insolitos, & penitus extraordina-
rios,quia iuramentum habet vim gemmi
15 nationis, vt dixi in priuil. 89. † & gemi-
natio,

natio arguit, & ostendit enixam voluntatem se obligandi ad omnes omnino casus isolitos, & extraordinarios. l. si stipulatus. de vsucap. per Sozi. in consi. 15. col. 9. versi. tertium vero vol. 2. Grat. lib. 1. respon. 6. num. 6. & per Craue. in consi. 201. num. 42. in quibus locis multa habētur de efficacia, & virtute geminationis. Quia ad hoc respondetur, falsum esse iuramentum
16 habere hoc priuilegium, vt ibi dixi. † Prȩterea geminatio, quæ est facta incontinenti in eodem contractu, nihil operatur, vt habetur per Affl. decis. 285. Præterea cū in prima generali renunciatione non intelligatur fuisse cogitatum de casu extraordinario; & sic deficiat cōsensus, dicitur & idem debere intelligi in secunda, resultante ex priuilegio iuramenti. & sic stante defectu cōsensus iuramētum nihil operatur. l. fi. vbi omnes. C. de non num pecu. cum alijs cumulatis per Tiraq. de legibus connub. l. fi. Glo. 7. num. 154. & 355. & iuramentum corroborat; nō autem ampliat dispositionem. & ita concludit Alex. in d. consi. 28. & Corn. in d. consi. 11. facit pro
17 prædictis; quia videmus, ꝙ quamuis duo vincula magis operētur, quam vnum. l. re coniūcti. vbi not. de lega. 3. tamen non ꝓcedit, quando vnumquodque vinculum per se esset vitiosum, per ea quæ scribit Grat. lib. 1. resp. 134. num. 58. quia Imperfecta, si simul iungantur, non faciunt vnū perfectum, l. 1. § fin. de var. excusa. mune. l. spadonem. § qui iura. de excusat. tut. not. in c. quadruplam. vigesimatertia distincti. Oldra. consi. 18. nu. 4. Quia ergo in vtraq; renunciatione dicitur deficere consensus quo ad illos casus insolitos, & extraordinarios, ac rarissime contingentes; concluditur, ꝙ geminatio non potest quidquā operari: nam & communis conclusio Do
18 ctorum est, † quòd Nulla dispositio tam generalis ac prægnās reperiri potest, quæ trahatur ad ea, de quibus non est verisimiliter cogitatū. Gra. lib. 2 respō. 111. num.
19 26. † Sed iuxta supradicta q̄ritur, quid, si quis susciperet ī se omnes casus fortuitos, tam præuisos & cogitatos, q̄ nō præuisos & non cogitatos? quod sæpe de facto legimus in instrumētis notariorum. & Ripa in d. tractatu. de peste. in scd'a parte. num. 108. ex intentione Corn. distinguit, ꝙ si casus non potuit cogitari ēt per prudentissimum virum; tunc ad illum talis susceptio non extenditur? q̄a illa verba Nō ꝓuisos, & non cogitatos, intelligi debent a viro, scilicet, prudente, non de casu non præuiso etiam a prudentissimo. & facit ꝓ hoc; quia in dubio verba capi debent contra eū, q in illis se fundat. l. veterib. de pac. l. quidquid astringen. de verb. obligatio. & sicut iniquum videretur, ꝙ dicta verba intelligerentur de non præuisis, & non cogitatis a quocunque; ita æquum non est, ꝙ intelligatur de non cogitatis, ēt per prudentissimum virum, arg. tex. in §. si generaliter. cum ibi nota. Insti. de legatis. Cæterum aduertendum est; q̄a Corn. in cons. 23. vol. 2. allegatus per Ripā in loco supra relato, non dicit id ad quod allegatur; sed solum, q̄ñ quis suscepit in se casus fortuitos, loquendo indefinite, prout etiam bene cōsiderauit Craue. in d. cons. 294. col. 18. ver. septimo pro r̄nsione: nam constat inter se differre indefinitam locutionem ab vniuersali, vt per Bar. in l. si pluribus. de legat. 2. per Corn. in consi. 136. in fi. vol. 2. in cons. 144. col. 4. in littera G. vol. 3. & in consi. 122. col. fi. ver. recedere autem. vol. 4. nam maioris est potentiæ, & efficaciæ vniuersalis oratio, q̄ indefinita, vt ꝑ eundem Corn. in consi. 29 ad fi. vol. 1. & cons. 243. col. 3. volu. 4. Et istam differentiam omnes de iure admittūt, & sequuntur Doctores vbiq;, & maxime Alex. ī l. 1. nu. 75. post Paul. de Cast. & ibi etiam nouissime Bologne. post nu. 132. de offi. eius. Dec. in l. 1. nu. 20. de reg. iur. Bart. in l. generali. §. vxori. de vsufr. lega. Dec. in rep. l. vnicȩ nu. 32. C. de sent. quæ ꝓ eo, quod int. ꝓfer. & in l. oīa. si cert. peta. in l. fi. C. de pactis. & ī ꝯs. 389. & alibi sæpe per Doctor. & ideo dr̄, ꝙ plus est abstinere ab omni munere, q̄ a munere. c. sūt nōnulli. 1. q. 1. & plus est coire societatem oīum bonorum, quam coire bonorūm simpliciter l. 3. §. 1. iūcta. l.

coire.

ciore. pro socio. cum multis similibus adductis per Craue.in l.1.num.44. de lega. 1. & per Rolan. a Valle de statu.lucri dot.q.29.nume.10. Et ideo si notarius diceret in instrumento, ꝙ omnes canonici alicui actui interfuerunt, esset falsarius, si vnus tantum abfuit: vt per Alexand. in l. inter omnes.num.5.qui satisd.coga. Cum itaque Corne.loquatur indefinite, non autem vniuersaliter, non procedit eius consilium in terminis nostræ disputationis.& propterea ipse Craue.in d.consi.294.concludit, quòd si quis suscipit in se omnes casus præuisos & non preuisos, cogitatos & non cogitatos, comprehendit etiā non cogitatos per prudentissimum quemque virum. & istam quoq; opinio.tenet Rui.
20 in d.cons.149.nume.10.volum.2.† quia illa verba vniuersalia solent comprehendere ea, quæ aliàs non comprehenderentur. Bar.in d.l.generali.§. vxori. in fin. de vsufr.lega.Dec.in cons.69.colum. 2.cons. 76.colum.2.cons. 185.colum. 2.& consil. 294.colu. 2.Nat.in cons.478.num.3.& 4. & cons.546.num.3.. Pro hoc etiam vltra ipsum benefacit; quia generalis, & vniuersalis sermo de sui naturā porrigitur, etiā ad incogitata, vt dixit Bal.in l.tres fratres in 4.not.de pact. & pro not. tradit Ioan. de Amic.in cons.12.& Cotta in suis memoralibus in ver.filius renuncians. & illū tex.ad hoc ponderat Corne.in consi.144. colum.3.ad fi.volu.3.supra allega.nam dicit quod ibi fuit conuentum, nihil remāsisse commune: & tamen erant quædā cōmunia, celata per alterum ex paciscentibus, de quibus alter non cogitauit, cū illa ignorabat: & tamen obstat exceptio pacti & sic pactum generale trahitur ad ignorata, licet non appareat, ꝙ fuerit cogitatum in genere: quod accidit, quia vis vniuersalis verbi hoc suadet. Et ex his omnibus videtur supradictam limi.esse restringendā & moderandam, nisi suscipiens in se casus fortuitos, voluisset teneri tam de casibus cogitatis, quam de non cogitatis, per prædicta. Ego tamen de huiusmodi determinatione Craue.& Ruin .plurimum dubito.& in primis animaduerto, ꝙ in hismet terminis contrarium tenet Alexand. in consi.28.colum.3.volum.1.vbi vult, ꝙ in susceptione omnium casuum fortuitorū, non veniat casus insolitus, & rarissime cōtingens, etiam si fuerit additum iuramentum; quia non est verisimile fuisse de illo cogitatum, quamuis etiam dictum fuisset, quod obligatio traheretur ad incogitata.& sequitur etiam Alba. in d. consi.1. & pro hoc facit; quia immo nulla renunciatio ita generalis inueniri potest, vt porrigatur ad casus nō cogitatos; quia sequeretur, ꝙ quis obligaretur sine consensu: quod est impossibile, & dixi supra nume. 18. Nec obstat tex.in d.l.tres fratres. cum ibi notatis per Bald. quia licet ibi detur exceptio: tamen competit replicatio de dolo; & sic illa exceptio est sine effectu.& potest dici, quòd opponeretur ibi de facto, cum tamen de iure minime opponi debuisset; quia iniquum esset contineri pacto id, de quo cogitatum non docetur vt inquit expresse tex.in l.qui cum §. fi. de transacti. Puto igitur concludendum, ꝙ si de casu rarissime contingente non est cogitatum, nec in genere, nec in specie; talis renunciatio ad illum non extendatur. nec obstabit si dicatur, quod illa verba, Tam cogitatos, quam non cogitatos, nihil operabuntur, contra.l.si quando. de lega.1. quia dico, quod satis operabuntur, intelligendo de casibus non cogitatis a prudenti viro; non autem a prudentissimo: prout dicebat Corne. vel erit intelligendum de non cogitatis in specie; in genere tamen cogitatis. & ista cogitatio in genere satis erit propter iuramentum. l. qui iure militari. de milita.testamen.not. Docto.in d.l.tres fratres.de pact. in l. sub prætextu. C. de transa. & in l.cum Aqui-
21 liana, simili ti.cogita tamen. † Et est notādum satis ad propositum materiæ nostræ, quod quamuis suscipiat in se omne periculum, si non addit illa verba scilicet casus fortuiti, non tenetur de casu fortuito; quia periculi appellatione casus fortuitus non comprehenditur secundum Ripam

in

in loco supra sæpe allegato post nu. 84. & ibi dicit hanc esse communem opinioné, & facit tex. in l. 1. §. sæpe. vbi suscipiens depositum tenetur de periculo; non tamen de casu fortuito, nisi aliter conuenerit. Alcia. tamen in l. si quis nec causam. in princ. si cert. peta. videtur velle contrariū: inquit enim quòd immo proprie Periculi vocabulo casus fortuitus significatur. sed dici potest hoc verum esse, & procedere in dispositione legis, non etiam in dispositione hominis, qui verisimiliter creditur, de casibus fortuitis non sensisse ið, quia minus voluerit obligari, quam sit possibile. l. Sempronius Proculo. de lega. 2. Sozi. in consi. 277. num. 11. vol. 2. Sed nec istud videtur verum; quia etiam in dispositione hominis, Periculi appellatione venit casus fortuitus, vt in contractu emptionis, & venditionis, probat tex. in l. qui offici j. §. fi. de contrahen. empt. Verum respondeas, quòd illud procedit; quia veniebat de natura contractus, vt ibi dicit Bart. Et hoc est vtile scire; quia suscipiens in se periculum, tenetur tantum de leuissima culpa. d. § sæpe. cum tamen suscipiens casum fortuitum teneatur de casu contingente absque aliqua culpa aduersarij. l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. & tradit Corne. in consi. 23. colum. pen. in princ. volum. 2.

SVMMARIVM.

1 *Donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet.*

2 *Amplia etiam quo ad bona præsentia.*

3 *Limita. quando interuenit iuramentum, quia illam firmat quo ad præsentia, & infra de veritate.*

4 *Præceptum testatoris de non diuidendo inperpetuum valet, saltem quo ad vitam prohibiti.*

5 *Sententia iudicis non valentis iudicare, nisi in decem, condemnando in viginti, valet quo ad decem.*

6 *Vtile per inutile non vitiatur.*

7 *Sententia non vitiatur ob expreßionem falsæ causæ vna cum vera.*

8 *Testis dictum non vitiatur per adiectionem inualidæ rationis, si aliam bonam reddidit rationem.*

9 *Vtile non vitiatur ab inutili accessorio.*

10 *Inducta ad augmentum non operantur diminutionem.*

11 *Factum, quod est vltra modum, reducitur ad modum.*

12 *Donatio vltra quingentos solidos sine insinuatione facta, vitiatur solum quo ad excessum.*

13 *Donatio in eo quod excedit merita, censetur pura.*

14 *Donatio inofficiosa reuocatur; quatenus est inofficiosā. & nu. 21.*

15 *Transactio non valens quo ad legitimam, valet quo ad alia bona.*

16 *Reprobans vnum ex pluribus capitulis, in transactio. contentis, non censetur alia reprobare.*

17 *Donationes plures simul factæ vltra quingentos solidos, in totum vitiantur, si non fuerint insinuatæ.*

18 *Conceßio facta de re emphyteutica ad tertiam generationem, si fuerit ampliata ad perpetuum tempus, non valet etiam quo ad tertiam generationem.*

19 *Indultum conceßum vltra quinquennium, non valet etiam in quinquennio.*

20 *Fideiussor nō potest in plus obligari, quàm principalis.*

21 *Datio in solutum in totum vitiatur, si facta sit vltra quàm debeatur.*

22 *Donatio inter virum & vxorem vitiatur, si excedit legitimam summam, in totum.*

23 *Indiuiduum dicitur respectu voluntatis.*

24 *Donationes plures facta eodem tempore coram eodem notario, & testibus, vna reputantur.*

25 *Actus plures reputantur vnus ratione contentualitatis.*

26 *Instrumenta confecta eodem tempore censentur facta, vt vnum sine altero non valeat.*

27 *Contractus est indiuiduus.*

28 *Instrumentum in vno falsum in omnibus redditur vitiosum.*

29 *Iuramentum est indiuiduum.*

30 *Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.*

31 *Illicitum non reducitur ad licitum in prohibitis.*

32 *Obligatio naturalis non oritur ex actu, cui lex resistit.*

33 *Libellus contrarius non sustinetur per clausulā, Omni meliori modo.*

34 *Dictum in vno, censetur repetitum in alio quando*

quando plura sunt in eadem oratione.
35 *Hodie oua, eras pullis meliora.*
36 *Interpretatio fit, vt quis minus remaneat obligatus, quàm sit poßibile.*
37 *Sententia dicitur absolutoria si iudex dicat Condemno immo absoluo.*
38 *Clausula, Ex certa scientia, non habet locum quando princeps concedit ad instantiam partis hoc dicentis.*
39 *Voluntas non præsumitur mutata.*
40 *Arg. a contrario sensu valet, etiam si sequatur correctio ne dispositio sit superflua.*
41 *Ordo scripturæ non attenditur, nisi id suadeat subiecta materia.*
42 *Orationum diuersitas inducitur diuersitate dispositionum.*
43 *Arg. a simpliciter, ad secundum quid non valet*
44 *Inducta ad vnum finem aliquando operantur contrarium.*
45 *Testis in vno falsus, in omnibus falsus.*
46 *Protestatio de non vtendo testibus in partibus falsis an prosit.*

PRIVILEGIVM CVII.

1 Centesimum septimum priuilegium est, & quidem satis mirabile: nam tu scis, quod non valet donatio omniũ bonorum præsentium, & futurorum, l. stipulatio hoc modo concepta cum ibi notatis per omnes de verb. obli. Docto. omnes in l. fin. C. de pact. Bar. in l. cum duob. §. idem respondit. pro socio. Bald. in Authen. sed cum testator. C. ad legem Falcid. Paul. de Cast. in consi. 339. in fin. volum. 1. & est communis opin. vt per Roma. in consi. 171. in prin. Corn. in consil. 176. colum. 4. in fin. volum. 2. & Gra. li. 1. resp. 70. in prin. & plures concordãtes ad hoc adducit Clar. li. 4. sententiarum §. donatio. q. 19. Et procedit etiam secundum aliquos, si esset facta ecclesiæ; quia adhuc non valet: prout nouissime tenet, & concludit Bologn. in d. l. fin. nume. 128. C. de pact. quæ opin. mihi etiam videtur satis probabilis tametsi in contrarium se habeat communis opin. prout ibi patet. Itẽ
2 procedit vt non valeat etiã quo ad bonã præsentia: prout tenet Ange. in consi. 179. colum. 5. Bald. in d. l. fin. C. de pact. & ibi Dec. num. 36. testatur de communi. eamquoque tenet Imol. in rub. de testam. col. fin. cum alijs concordan. cumulatis per Rimi. iun. Inst. de dona. in princ. nume. 365. & magis etiam communem dicit Pede. decis. 100. num. 41. quibus addo Clar. in loco proxime allegato. vers. item quæro nunquid. Rursus prædicta procedunt, nisi donans dixisset se donare omnia sua bona, mobilia & immobilia, præsentia & futura: nam in tali casu valebit; quia poterit testari de nominibus debitorum, quę nõ sunt bona mobilia, nec immobilia; sed efficiunt tertiam speciem, vt late comprobando scribit Corne. in consi. 104. col. 3. vol. 2. & consi. 54. volum. 4. Guid. Pap. q. 291. & q. 341. Regulariter ergo donatio omnium bonorum præsentium, & futurorum non valet, etiam quo ad bona præ-
3 sentia, vt supra dictum fuit. Tamen† si donans apposuit in donatione iuramentum valebit, saltem quo ad bona præsentia; quia donans videtur voluisse valere omni meliori modo, vt tetigi in priui 98. num. 20. Ista fuit singularis determinatio Salyc. in l. fi. C. de pact. per l. sancimus. C. de donatio. sequitur Are. in consi. 54. ad finẽ. Rui. consi. 51. in fin. volum. 1. Tradit etiam Bauer. in tracta. de virtu. iuram. colu. 2. vers. 7. Corne. in consi. 252. colum. 3. volum. 3. Sozi. iun. in consi. 65. nu. 50. & consi. 143. num. 37. colum. 1. Craue. in consi. 139. vbi alios allegat. Gra. lib. 1. respon. 70. nu. 25. 26. & 27. quia in tali casu non aufertur sibi libera facultas testandi, cum possit testari de futuris: per quam rationem dicitur non valere; quia, inquam aufert liberam testandi facultatem, secundum omnes in d. l. fin. C. de pact. & Dec. in consil.
4 251. in prin. & in consi. 488. vol. 1. † Simile videmus in præcepto testatoris de non diuidendo in perpetuum, vt valeat, saltẽ quo ad vitam prohibiti, de quo dixi in d. priuil. 98. nume. 10. Et similiter si episcopus dederit indulgentiam in ecclesia sua

vltra constitutionem canonum, valet datio, seu concessio in eo, quod ipse potuit. Io.And.in c.fi.de poeni. & renũciat. in 6. & si iudex concesserit maiorẽ dilationem quàm quæ a lege tribuitur, restringit ad dilationem legis.Bal.in l.in contractibus. col.1.C.de non num.pec.Idem ergo dicẽdum est in casu nostro, ꝙ donatio omniũ bonorum præsentium,& futurorum, valeat,saltem quo ad pręsentia;licet nõ possit valere,quo ad futura. Et pro hac opinione,& ex consequenti pro huiusmodi priuilegio,quòd,scilicet,vigore iuramẽti valere dẽat,ex quo hẽtvim clausulæ,Omni meliori modo, optime facit;quia si de pręsentibus tantum facta esset, vtique valeret etiam absque aliquo iuramento: vt habetur per Docto.in præallegatis locis, per tex.in l.si quis argentum.§.sed si quis. vbi Bald.C. de donatio.vnde quamuis in donatione sit dictum, quòd etiam donabat bona futura, talis adiectio non debet vitiare illam quæ valet: † nam vulgata est
6 iuris regula,ꝙ Vtile per inutile nõ debet vitiari l.sancimus.post prĩ.C.de donatio. l.actenus. de consti.pecu.l. qui soluendo non erat.de hęred.insti.l. certi condictio §.quoniam.si cer.pet.nam sicut in l.qui soluendo.valet institutio de primo seruo, & vitiatur secunda de altero seruo facta; ita & hic habet valere de bonis præsentibus prius expresis, vt vitiari solum in futuris additis.pro hoc facit in simili,quod dici-
7 tur per Inn.in c.in nostra. de renunc.†vbi dr̃, quòd sententia non vitiatur ex adiectione falsę causę,vna cum expresiõe verę.sequitur Roma.in cons.343.colum. 2. quod etiam voluit Alexa.in l.qui Romæ. §.duo fratres.de verb.obli.& Rui. in consil.63.col.2.nu.5.vol.1. similiter sententia lata super causa, in qua sunt duo capita, vnum pertinens, & aliud impertinens, si iudex in sententiando expresit impertinẽs,& se super eo fundauerit,cum hoc. facere non teneretur,non vitiatur.Bal. in l. 2.de his qui nota. insa. refert & sequitur Gram.in cons.35.nu.2.in ciui.Et si masculi,& fęminę intercedãt, nouãdo veterem obligationẽ,valet vtique nouatio, quo ad masculos: licet secus quo ad fœminas, q̃ iuuari poterunt Velleiano l.si paternã.C. ad Velleia.facit ad idẽ aliud optimum si-
8 mile de teste. qui † si inualidã addiderit rationem vltra aliam validam per eũ redditam,eius dictum non viciatur.Ias. in l. curatorem.de offi.proco. Cęsa. cuius dictum pluribus similibus confirmat Gramma.in d.cõs.55.post prin.in ciui. Et ideo si testis diceret,Scio q̃a socio, quia vidi, optime probaret; nec secunda ratio vitiaretur ꝑ adiectionẽ primæ: vt ꝑ Bello. in cõs.6.post nu.7.ergo pari mõ ꝑ adiectionẽ bonorum futurorũ nõ debet vitiari donatio præsentium:nam negari non potest, quin illa verba,Et futura,importent adiectionem:& augmẽtum ad bona præsẽtia:
9 vnde † Vtile non debet vitiari ab inutili accessorio.l.Papinianus.§. sed nec impuberis.de inoffi.testa.l.in pupillari. de vulga.& pup.subst.l.post legatũ.§. qui principale.de his quib.vt indig.quæ iura ad hoc allegat Sign.in cons.114.col.fi.in prin.& facit etiam tex. & ibi Ang.in l.vsuras. de
10 vsur.† Et dici solet, quòd Inducta ad augmentum non debent operari contrariũ id est, diminutionem.l. legata inutiliter. vbi Ias.de leg. 1.& in l.si mihi.§.in legatis eo.ti.l.quod fauore.C.de legi.facit,etiam quod scribit Pau.de Cast.in cons.75.volu.2. vbi dicitur, ꝙ si in ꝯtractu donationis fuit dictum,ꝙ donabantur causa mortis omnia bona præsentia,& futura; & deinde fuit adiectũ, ꝙ non posset reuocari, & fuit iuratũ; adiectio non vitiat donationem causa mortis: quia vtile per inutile non vitiatur: sed vitiatur ex eo; quia non potest valere inter viuos,non obstante iuramento;quia aufert liberam testandi fa-
11 cultatem,facit quoque quod dicitur † reducendum esse ad modum, quod fit vltra modũ,& mensurã l.rogasti;§.si tibi.si cer. peta.nota.in l.placuit.de vsur.Natta in cõsil.497.colu.pen.in prin & consi.seq.& facit tex.in l.1.§. Marcellus.de aqua quot.& ęsti. Accedat rursus;quia in casu isto,duę videntur donationes:vna de bonis præsen-

sentibus, altera de futuris. argum. l. scire debemus. de verbo. oblig. vbi tot sunt stipulationes, quot sunt res: vnde vna non debet vitiari per alteram. d. l. qui soluendo non erat. Nec videtur referre, an sit facta donatio bonorum præsentium, & futurorum in vna eademque oratione, vel in diuersis; quia ex quo plures sunt res, quæ donantur, plures quoque sunt donationes. facit pro hoc tex. in l. 2. in l. neminem. & in l. si duobus. de leg. 2. in quibus iuribus probatur, quod vnum legatum non pôt pro parte acceptari, & pro parte respui; sed ex pluribus legatis vnum potest acceptari, & alterum recusari. & censentur plura legata, quando plures res nominatim in eadem oratione legantur: vt habetur expresse per Corn. hoc dicentem in consi. 305. col. 3. vol. 3.

Quinto facit tex. in l. 1. §. si stipulanti. & §. sequen. de verbo. obli. nam si stipulanti mihi decem tu promittis viginti, stipulatio valet in decem: & similiter si stipuler Pamphilum; & tu Phamphilum & Sempronium spondes, valet stipulatio, quo ad Pamphilum. ad idem facit tex. in §. quod si quis sibi. Insti. de inuti. stipula. vbi si quis sibi, & alij cuius iuri subiectus non est, decem dari stipuletur, valet pro dimidia stipulatio. facit quoque tex. in l. fundus. de contrahen. empti. vbi emens fundum pro se & Titio, valet, quo ad se, & persona Titij superuacuo accipienda est.

12 Sexto accedat, quia videmus, quod donatio facta vltra quingentos aureos absque insinuatione, vitiatur solum, quo ad excessum, & valet quo ad quingentos: vt volũt Docto. in d. l. sancimus per illum tex. C. de donat. & ibi signanter hoc tradunt Bald. Ange. & Salyce. in princ. Paul. de Cast. in consi. 178. in prin. volum. 1. Abb. in consil. 84. parte 1. Alexand. in consi. 4. volum. 1. & in cons. 21. colum. 2. volum. 2. Dec. in cons. 239. & cons. 432. num. 61. & consil. 536. colum. penul. Sozi. consi. 48. colu. fin. volum. 1. Paul. de Castr. in consi. 161. in princ. volum. 2. Sozi. iun. in cons. 118. nu-

13 me. 9. volum. 2. Et alibi † dicitur, quod donatio in eo, quod excedit merita, censetur pura: vt per Corn. in cõsi. 45. col. 3. circa medium volu. 4. & ideo si excedit quingentos aureos, debet insinuari: vt per Aretin. in consi. 17. colum. 5. versi. secundæ autem obiectioni. Dec. in consi. 20. & Capi. decis. 203. in fin. Calcan. consi. 25. post nu. 24. Natta in cons. 600. num. 35. & Craue. in consi. 301. colum. 3. ver. secundo respondeo. quasi vero vnum per alterum nõ conueniat vitiari. Et similiter ad idem dicitur, quod donatio facta filio existenti in potestate ob benemerita, quatenus sunt æquiualentia, valet; in reliquo vero, si excedat, vitietur. Corn. consi. 152. colum. 1. volum. 3. quia, vt sæpe diximus, superuacuum vitiatur, & non vitiat. §. hæres. cum §. sequen. Insti. de hære. insti. Et donatio reciproca, quatenus vna excedit aliam nõ censetur donatio ob causam: vt per Dec. in d. consi. 20. colu. 2. sequitur Alb. in consil. 4. nume. 43. & ideo videmus, quod quamuis donatio ipsa ob causam non reuocetur natiuitate posthumi, secundum magis communem, & veram opin. de qua per Rip. in l. si vmquam. in 13. quæst. C. de reuocan. donat. tamen illud verum est, quatenus illa donatio, correspondet causæ; sed in eo, quod excedit ipsam causam, reuocabitur, vt ibi per eum; quia reputatur simplex, vt nunc proxime dicebam. & sic donatio vna, in parte vtili sustinetur, & in parte inutili reuocatur, seu ad inualiditatem reducitur; quia Vtile per inutile

14 non vitiatur. † Patet etiam in donatione inofficiosa mortis causa facta, quæ non in totum reuocatur; sed quatenus est inofficiosa, vt per Crau. in consi. incip. Cogor infrascribere. & Pedem. decis. 122. num. 12. & idem in donatione inofficiosa, collata in vnum ex liberis, quæ similiter reuocatur, quatenus est inofficiosa, id est, vsque ad legitimam. Aucten. vnde si parens. C. de inoffi. testa. & per Roman. in cons. 26. col. pen. ver. quo ad quartam. & cons. 95. vbi dicit verum esse, nisi re, & cõsilio fuerit inofficiosa; quia in totum reuocatur, prout etiam dicit Paul. de Cast. in consil.

356.

356.volum. 2. Ad idem facit; quia videmus, quòd onus adiectum hæredi vltra legitimam, reijcitur vsque ad concurrentem quantitatem ipsius, & valet, quo ad bona illam excedẽtia, secundum Gl.Bart. & Doct.in l.si pater puellæ. C.de inoffi.testa.& Corn.in conf.106. colum. 1.vol.2. & consil.116.colum.7. in littera B.eo.volum. Ad idem videmus, quòd quamuis in quibusdam casibus liceat marito percipere fructus pignoris sibi dati ob retardatã solutionem dotis; & signanter, quando passus est interesse in alimentando vxorem,& in subeundo onera matrimonij, vt not.in c.salubriter.de vsur.tamen tales impensæ alimentorum, & onerum matrimonij debent esse proportionabiles fructib. perceptis,vel percipiendis, quòd propterea in eo, quòd excederent alimenta, essent per maritum in sortem computandi, & ad æqualitatem alimentorum reducendi:vt voluit Bald. in l.fi.§.præterea.col.2. C.de iure doti.& in l.pro oneribus.C.eo.ti.& Io.de Anan. in d. c. salubriter. & sequitur Io. Lup. in repeti. c. per vestras.§. octauo infertur.col.6.ver.intellige tamen prædicta.de dona.int.vir.& vxo.Et multa his similia adducere possem: sed hæc satis superq; videntur.ex quibus clarissime deprehenditur, quòd idem videatur dicendum in donatione omniũ bonorum præsentium,& futurorum, vt, scilicet, sit reducenda ad præsentia tantum, cum excedat potestatem donantis. Facit quod scribit
15 Craue.in conf.19.num.5.† vbi voluit, ꝙ quamuis transactio non valeat, quo ad legitimam; valere tamen debeat super alijs bonis; quia sunt diuersa,& separata. Et dixit etiam Bologni. in conf.77. colum. 3.
16 ver.secundum, quòd obstare videtur,† ꝙ si sententia improbat vnum ex pluribus capitulis, in transactione contentis, non censetur improbata alia; quia in diuisibilibus, vtile per inutile non vitiatur; quia sententia continens membra diuidua, potest valere in membro valido, & in inualido non valere, sicut etiam & reformari: vt per Roman. in consi. 281. idem tradit Abb.in conf. 64. col. 6. in princip.& col. 72. par. 1. Et idem est in scriptura continẽte plura capitula: vt est casus, & ibi Bar. in l. publia.§.fi. depositi. idẽ Bar. in l.Aurelius. §. idẽ quæsijt. de liber. lega. Doct. in c.bonæ.el 2.de postula. præl.& in c. ex parte. de rescrip. & in testõ cõtinente plura capitula consuluit Alex.in ↄs.123.col. 5.vol.1.Cur.iun.conf.166.col. fi.& plura exempla ponit Bello.in conf.46. sic in ꝓposito nostro aliud est donatio bonorum præsentium,& aliud donatio futurorum, & sunt ab inuicem separata,& diuersa;& inualiditas futurorum non debet vitiare validitatem præsentium. Postremo pro hac opinio. facit quod voluit Beroi. in c. 1.num.47.de consti. quem refert Rimin. iun. Insti.de donat §.1. ante num. 17. vbi dixit, quòd pactum in donatione adiectum, quòd non posit reuocari ratione alicuius ingratitudinis, etiam futuræ & superuenientis, quamuis non valeat, quo ad futuram; tamen valet, quo ad præsen.& ad illam reducitur, & restringitur. In contrariam partem adduci possunt quam plura, ex quibus redditur valde dubitabile huiusmodi nostrum priuilegium. Et primo facit; quia cum ista donatio sit facta vnico contextu, & eodem tempore, tamquam facta contra bonos mores, in totum vitiari debet.nec dici potest, quod sint plures donationes; quia imo vnica est; ex quo sub hoc nomine collectiuo, videlicet, Bona, continentur plures res separatæ: quo casu est vnica donatio,& vnicus contractus; quemadmodum dicimus in stipulatione d.l scire debemus.§.1. & ibi Glo. magna. & Ias.de verbor.oblig.nam solent dicere notarij in eorum instrumentis, dedit, & donauit omnia eius bona præsentia, & futura,&c.& sic donatio dicitur facta sub vna conceptione verborum,& vnica oratione contenta; & ideo non potest ꝓ parte valere, pro parte non: vt per Dec. in cõsil.39. in fi. & Ruin. in l.1.§.si quis ita. de verb.oblig.col.pen.

Secundo adducitur tex. in l. si libertus. circa finem. de iu. patro. vbi omnes alienatio-

nationes simul factæ in fraudem patroni per libertum in totum vitiantur:ergo eodem modo & donatio omnium bonorũ præsentium,& futurorum,q̃ dicitur simul facta contra legem, & bonos mores,iuxta nota.in d.l.fi.C. de pactis.& in d.l.stipula
17 tio hoc mõ cõcepta de verb.oblig.† Tertio facit optime, q̃a quando eodem tpe sunt factæ plures donationes, quæ simul excedũt summã quingentorũ solidorũ, & propterea requirunt insinuationem; in totum vitiantur, si non fuerint insinuatæ; quamuis contrahentes adiecerint, ꝙ tot intelligantur donationes, quot sunt res donatæ; quia hoc videtur factum ſ in fraudẽ legis;& nihil releuat.Paul. de Cast. in ꝯs. 161.in prin.vol. 2. Roma.in cons.26.col. 1.ver. nec videtur. Abb. in cons.107. in primo dubio par.2. Bar.in l.Modestinus. in penult.q.de donat.Alex.in cons.21.colum.1.vol.3. cũ late cõgestis per Anto.de Gabrie.in ti.de donatio.conc.1. nu. 8. Si ergo plures donationes pro vna reputantur ẽt contra expressam voluntatem ꝯhentium; quia sunt factæ eodem tempore, & in fraudem legis,quanto magis si vna fuerit donatio,vt in casu nostro in quo nihil fuit dictum? nam propter vnitatem personæ,& temporis, vna censetur esse donatio:vt pulchre per Roma.in cons.305.vbi concludit, ꝙ si donans donauit summam duorum millium ducatorum plurib.personis, ẽt si eisdem consideratis non requireret donatio insinuationem: tamen quia cõsiderata persona donãtis, vnica dicitur esse donatio,necessaria est insinuatio.
18 † Quarto accedat:nam videmus, ꝙ si fuerit facta concesio emphyteutica per ecclesiam,vsq; in tertiam generationem, iuxta solitum,quæ quidem cõcesio valebat;si deinde fuerit ampliata,vt valere debeat in ꝑpetuum, non valebit,ẽt quo ad secũdam generationẽ;& sic in totũ vitiabitur,vt in Auct.de non alienan. aut permu.reb.eccl.§.emphyteusim.vbi aliter facta,quàm in tertiam generationem,nõ valet,nec permittitur. quod & voluit Alex. in d.l.si stipulatio hoc modo cõcepta.col. pen.de verb.oblig.Ruin.cons.86.nu.8.& ibi concordan.& cons.57.nu.11. vol.1:& pulcre per Affli.alia similia exempla referentem decis.107.& tamen illa prima cõcesio debuisset valere, cũ fuisset facta de
19 alio tempore.† Sic videmus,ꝙ indultum concessum ad quinquennium non valet, neq; ad dictum tempus redigitur,si vltra quinquenniũ fuerit concessum: nam in totum vitiatur:vt per Paul.de Cast.in l.quoties.in fi.C.de preci. Imper. offe. quia il-
20 lud tps est indiuisibile,secundũ eum;† sic & fideiussor non potest in plus obligari, quàm principalis;& si in plus se obligauerit,in totum vitiatur.§. fideiussores.Insti. de fideiusso.per Bar.in l.græce. §.illud.simili ti.Ias.in l.1.§. pen. de verb.obl.licet Dec.cõtrarium voluerit in l.in eo.de reg.
21 iur.& Alci.lib.5.parer.cap.17.Et † datio insolutum vitiatur in totum, si vltra, quã debeatur,facta reperiatur. Dec. in consil. 403.col.5.nu.21. & in l.cum amplius.de reg.iur.& Calca.in cons. 77. col.fi.nu.23.
22 † Et donatio inter virum & vxorem, vel inter patrem & filium,excedens legitimã summam, de quo etiam supra diximus, vitiatur in totum,& non confirmatur morte,infra legitimam summam. Gl. in l.donationes quas parentes. & ibi Saly. C. de dona. Sozi.in l.1. col. 20.solu. matri.cum multis similibus adductis per Ant.de Gabrie.in ti.de donat.concl.vlt.vbi ampliat, ẽt si processum fuerit ad traditionem.

Quinto optime facit; quia in casu nostro donãs vr̃ in totum voluisse valere donationem; & sic non solũ, quo ad bona ꝑsentia,sed ẽt quo ad futura.& sic inspecta voluntate donãtis, & donatarij, donatio
23 est indiuidua; † q̃a indiuiduum dr̃ aliq̃d esse,etiam respectu solius voluntatis.l. Pedius.de arbit.l. si q̃s in principio testamẽti.de leg.3.l. si is qui. & ibi glo.de testam. Natta in cõs.479. & cons.seq.num. 5.cum pluribus sequentib. Boer. decis. 23. post nu.27.vbi allegat Bar.in cons.195.& alios complures volentes consensum, seu voluntatem esse indiuiduam.pro quo etiam faciunt not.in l.græce. §. illud. de fideius.

& per

24 & per Grat.liq.2.resp.81.num.22. † Sexto facit quia cum ista donatio sit facta ab vno vni, eodem tempore, per eumdem notarium, & coram eisdem testibus, dato quod dicerentur duæ donationes, vna psentiũ, altera futurorũ: tamen in veritate est vna donatio. l. si & manente. de preca. l. meminisse de offi. proconf. Ioan. de Ami. in consi. 62. num. 12. facit quod dicit Bald. in l. petens. colum. penult. C. de pact. cuius etiam meminit Corn. in consil. 96. col. 1. vol. 1. i littera. B. & in cõs. 192. col. 2. in princ. eod. volu. & in consi. 283. in princ. vol. 4. vbi dicitur, q quando sunt duo contractus facti eodem die inter easdem personas, & cum interuentu eorundem testium, iudicis, & notarij, vnus contractus censetur factus contemplatione alterius, atque vno verbo, & consensu. idem Bald. in l. legem. & l. bonæ fidei. C. de pact. Sozin. consi. 273. volum. 2. Dec. consi. 336. Abb. in cap. cum Ioan. de fide. instrumen. Feli. in ca. pastoralis. col. 6. de rescript. idẽ tradit Bar. consi. 55. Bald. in l. 1. & l. penul. §. mulier. solut. matr. Curt. sen. in cons. 54. col. 1. post Ang. in consi. 139. & Roman. consi. 445. quos refert Cassan. consil. 36. nu. 51. & primus contractus non cẽsetur absolutus propter dependentiam, quam habet a secundo, vt est casus in l. cõtractus. C. de fide instrum. & secundus cõtractus dicitur esse pars primi, vt ibi habetur, & p Corn. in consi. 36. col. 3. in medio, vol. 2. & idẽ cũ primo, vt dixit idem Corn. siue alius in cons. 23. col. pe. post mediũ, vol. 3. & hoc resultat ex actu incõtinẽti facto. l. si ventri. §. in bonis. de priuil. cre

25 di. † Facit ad idẽ, q rõe contextualitatis plures actus cẽsentur p vno, vt hr̃ ĩ l. cõtinuus. ff verb. ob. Bal. in l. 1. in fi. C. de oper. liberto. & in l. Sẽpronius. ff leg. 2. Fed. de. Sen. cõs. 7. Et dicit Ale. in l. ex plurib. §. fi.

26 in addi. ad Bar. de solu. † q plura instr̃a, cõfecta eodẽ die presumunt̃ facta, vt vnũ sine altero non valeat. Barb. cons. 37. in fi. vol. 4. vbi hoc idẽ dicit. quãto magis ergo dicẽdũ erit ĩ casu nr̃o, ff donatione pñtiũ absq; donatione futurorũ, cũ sit facta eod. contex. in eodẽ contractu, & inter easdẽ personas, vnico consensu & stipulatione,

27 vel pacto. † Septimo facit; qa contractus est indiuiduus. l. si quis aliã. de soluti. l. qd̃ si vno. de in diẽ adiect. l. 1. & 2. C. si aduers. transac. vñ in totum dẽt approbari, aut reprobari: vt vult Dec. per dicta iura. in l. 1. C. qui admi. & facit tex. in l. in caussæ. de procur. & in l. nam absurdum. de oper. liber. & in l. cum quæritur. de adminst. tut. & dicit Natta. in consi. 534. num. 2. quod Cõtractus debet acceptari cum omnibus suis pactis, & sic procedit etiam respectu

28 diuersarum rerum. † Facit quod voluit Corne. in consi. 61. col. 7. in princi. in littera C. vol. 3. vbi dr̃, quod instr̃m in vno falsum in omnibus reddit̃ vitiosum, quantũcumq; cõtineat diuersa capitula: & dicit esse cõem opinionẽ. Vltimo p hac parte, quã ego credo veriorẽ, satis vrget; quia cũ donans donauerit oĩa bona psentia, & futura, dato q quo ad futura esset diuidua (quod tñ videtur falsum p supradicta) tamen, ex quo est interpositum iuramentũ,

29 dicitur indiuidua, † quia iuramentum est indiuiduum; vt habetur per Gramma. in consi. 124. ad fi. Cotta in suis memorali. in ver. iur̃m est quid indiuiduum. & in versi. testis fides. Crau. in cons. 201. nu. 17. vbi dr̃, q Quis nõ põt in parte esse fidelis, & in parte non; quia iur̃m est quid indiuiduum

30 †, & in indiuiduis non pcedit illa regula, quod vtile per inutile non vitiatur, vt per Rom. in consi. 66. cum simili. & quamuis in hoc Doct. variauerint: tamẽ illud indubitatum est, & communiter receptum, q qñ iur̃m est interpositum super vno facto, simul eodemq; tempore gesto, non potest iur̃m diuidi, nec illud factũ. Gl. 1. in l. si quidem. quam ibi oẽs sequuntur. C. de excep. de cuius quidem Glo. veritate tradit latissime Boer. in sua decis. 243. vbi sub nu. 7. & sequ. dicit, quod in pluribus pactis simul factis eodem tempore, nemo facit dubium sequendo dictam Gl. q non est locus diuisioni; quia aut in totum sustinentur, aut in torũ damnant̃. Et cũ iur̃m sit vniuersaliter præstitum, vniuersaliter seruari

debet,& sine aliqua exceptione.c.fi. ad fi. 32.q.vlt.Rom.in consi.379.col.2.quia ergo,quo ad bona,seruari nõ põt,ex quo esset contra bonos mores, dicendum est in totum seruari nõ posse,ne sequatur absurdum,ꝙ iuramentum pro parte valeat; & pro parte non valeat;cũ Vna & eadẽ res, non debeat diuerso iure censeri. l. eũ qui
31 ædes.de vsucap.cum vulgaribus.† & quia cum simus in donatione omniũ bonorũ præsentium,& futurorum, quæ est a iure prohibita,qđ est illicitũ,nõ reducitur ad licitũ ꝑ hoc facit,qđ voluit Nat.in cons. 498.post nu.4.vide eũdẽ cõs.497. post n. 11.vbi vsuræ excessiue nõ reducuntur ad vsuras aliàs permissas,puta ad quinq; pro centenario.Cũ igiť nõ valeat donatio omniũ bonorum pñtiũ,& futurorũ, ẽt cũ iuramento secundum cõem opi. vt ꝑ Clar. lib.4.sententiarũ.§.donatio. q.20. & Pedem.decis.70.nu.10.sequiť, ꝙ nõ valeat, ẽt quo ad pñtia solũ.& istam opinionem tenet in proprijs fere terminis Cor. in cõsil.176.in fi.vol.2.& tenendo istã partẽ ad allegata in contrariũ respõdeť. Et primo non obstat,ꝙ debeat valere respectu præsentium;ex quo iuramẽtũ habet vim clausulæ,Omni meliori mõ; qa rñdetur, non habere locũ,qñ lex actui resistit:tunc.n. si eo modo,quo lege prohibetur, fiat nullo modo valere potest,facit,qđ voluit Bart. in l.si non sortem.in princ. de cond.inde.
32 † vbi dixit,ꝙ si statuto cauetur,ne aliquis audeat cũ pupillo contrahere sine consensu propinquorum;si aliquis cõtraxerit,forma non seruata,nulla nascetur obligatio, quãuis aliàs de iure cõi deberet nasci naturalis;quia lex resistit, ità dicẽdũ in casu nostro;ꝙ ex quo lex prohibet fieri donationẽ omnium bonorũ præsentium,& futurorũ,si ita fiat,nihil valet, etiã respectu illius capitis,quod aliàs valere potuisset, propter resistẽtiã legis. Itẽ respõdeo nõ ꝑcedere,quando est impossibilitas in actu, vel contrarietas; quia tunc non facit actũ
33 sustineri eo modo quo potest: † vt patet in libello contrario, qui non sustinetur ꝑ dictam clausulam,vt per Alci. in suo tra-

cta.præsumpt.reg.2.præsump.31.n.7. Cũ ergo donãs dixerit,ꝙ donabat omnia eiꝰ bona præsentia & futura,dicitur voluisse impossibile de iure; quia lex non admittit talem donationem;immo eidem penitus resistit. Videtur etiam voluisse contraria;quia primo voluit donare præsentia, deinde futura;& licet nõ sint omnino cõtraria:tamen simul stare non possunt;quia concursu inuicem se impediunt, & vna destruit alterã. nec potest dici, ꝙ magis voluerit valere donationẽ,quo ad presentia,quàm quo ad futura; ex quo de pñtibus primo sit facta mentio,& prior nominatio arguit, ꝙ,si omnia nõ possunt valere,priora valeãt.l.qui soluẽdo.la 2. de hered.inst.& Moderni.in l.fi.C.de pactis.& Gra.lib.2.resp.92.col.fi.in prin.n.24.quia ad hoc respondetur,non procedere, quando plura vna & eadem oratione exprimũtur;quia tunc non potest cõsiderari ordo prioritatis,& posterioritatis.§.ante heredis institutionem.Institut.de legat.l.2. §. prius.de vulga.& pupil substi.& l. penul. eo.tit.l.quoties.de vsufr.& l.quidã. de pecul.lega.Sed si quis dicit,Dono tibi omnia bona mea,præsentia & futura, concipit donationem vnica oratione, propter verbum Dono.§.si coniunctim. Instit. de lega.& nota.in §.si eadem.eo.ti. & §. item si quis. Insti.de inuti. stipul. ergo non põt dici,ꝙ ratione ordinis voluerit potius valere,quo ad pſentia,quam quo ad futura. facit quod scribit Natta in consi.614. nu.
34 2.† vbi dicitur, qđ quando plura in vna oratione proferuntur,ita,quod ab eodem verbo regantur,dictum in vno intelligitur in alio repetitũ;& consequenter,cum dicitur,quod donat futura,intelligitur repetitum,quod etiam donat præsentia. & sic vna dicitur esse donatio præsentiũ & futurorũ:nã videmus in simili, quod plures personæ nominatæ in vna eademque oratione,pro vna reputantur: vt per Aret. in cons.1.col.3.ver.hoc præmisso. & similiter plures res sub vno verbo comprehẽsæ pro vna censẽtur. l. scire debemus. de verb.obli.Rui.in consi.16.nu.10.vol.1.ergo

go vna erit donatio, circa quam non potest dici, quòd magis vnam partē, id est quo ad præsentia valere voluerit quam alteram, hoc est quo ad futura, & simul non valent, vt supra dictū est. quinimmo potius videretur dicendū, ꝙ voluerit donationē valere, quo ad futura; quia hoc est donanti minus damnosum, cum melius ei sit potiri præsentibus, quàm futuris bo-
35 nis, iuxta illud † Hodie oua, cras pullis meliora, vt not. in l. cum ij. de transact. & meminit Corn. in cons. 76. in vlti. verbis. vol. 4. & cons. 291. col. fin. eo. volu. & dixit Commenta. apud Aris. in 4. Eth. ca. 1. ꝙ dare habita grauius est, quā dimittere ac-
36 ceptionem eius quod non habetur. † Et sumenda est interpretatio, per quā qs minus obligeē, quā sit possibile, l. Sēpronius Proculo. de leg. 2. & hoc eo magis dicendum est; quia facilius concedimus quærēdum, quàm iam acquisitū, iuxta notata ꝑ Feli. in c. quæ in ecclesiarū. nu. 71. de consti. Natta in cons. 501. post nu. 43. & cons. 522. nu. 25. Accedat etiam, ꝙ nouissima scriptura potius quàm prima inspici dēt l. translatio. in fi. de adime. leg. & l. si mihi. §. in legatis. de leg. 1. Et ideo dicimus, ꝙ
37 † si iudex dicat in sententia, Condemno immo absoluo, censetur sententia absolutoria vi vltimi verbi: vt per Rom. in cons. 14. nu. 3. facit quod voluit Ruin. in consil.
38 41. num. 14. vol. 1. † vbi dr̄, ꝙ si princeps primo in cōcessione dicit se facere ex certa scientia, & deinde subdit se facere ad instantiam partis, cēsetur recessisse a priori assertione de certa scientia, & propterea cum in casu nostro donans processerit ad donationem futurorum, credendū est, quod voluerit potius discedere a donatione præsentium, quam prius fecerat; ex quo simul concurrere non poterant, ꝑ not. in d. §. si eadem in Glo. in ver. do, le-
39 go. Inst. de leg. † Et quamuis non præsumatur mutatio voluntatis. l. 3. & l. eum. de probat. l. Lucius. §. fi. de lega. 2. l. cum hic status. §. 1. ff. donatio. int. vir. & vxo. § si rē suam Inst. de legat. c. maiores. de baptis. & Dec. in consi. 190. nu. 6. Tamen dicitur, ꝙ non procedit, quādo simul actus stare nō possunt; aliàs sequeretur, quod donatio futurorum esset superflua, & Potius inducitur & toleratur correctio, quam superfluitas, vt in l. nulla. iuncta Aucten. Diaconissa. C. de episc. & cler. Gra. lib. 1. respō. 21. nu. 17. & lib. 2. respon. 21. nu. 6. & respon. 101. nu. 28. idem dicit Rui. in cons. 89. colum. 2. in fi. & sequen. volu. 1. vbi dicit esse Glo. approbatam in l. si quando. C. de in-
40 offic. testam. in glos. 1. † Videmus enim, quòd valet argumentum a cōtrario sensu etiam ad correctionem iuris communis, quando aliàs dispositio seu statutum nihil operaretur Bal. Ang. Imo. & Alex. in l. si cum dotem. solut. matrimo. Anch. in consil. 113. quem refert & sequitur Brun. in suo solemni tracta. de statu. fęmi a successio. exclu. in octauo artic. principali, colu. pen. & Docto. in l. 1. de offi. eius. Gloss. in l. nullam, per illum tex. C. de Episc. & cleri. Ruin. in consi. 89. colum. 3. volum. 1. & cons. 225. colum. 2. nu. 2. eod. volu. Craue. in consi. 118. post nu. 18. idem Crau. in cōsil. 91. post nu. 5. & cons. 105. colu. 3. circa princ. Doct. in l. si quando de lega. 1. & in l. 1. ad munic. & in c. si Papa. de priuile. in 6. cum multis alijs similibus, de quibus ꝑ Alcia. in tracta. præsump. reg. 3. præsump. 3. nume. 4. & per Ruin. in supradictis locis. Stantibus ergo prædictis, videretur dicendum, quòd potius voluisset se corrigere quo ad præsentia, quàm quòd illa verba, Et futura, essent superflua. Præterea est aduertendum ad illam regulam, de qua in allegata. l. qui soluendo. la 2. de hæred. instit. quatenus ibi valet prima institutio, & non secunda; quia ꝓcedit; quoniam sumus in vltimis voluntatibus, in quibus plenius eorum interpretatio sumitur. l. in testamentis. de regul. iur. secus est in contractibus, & conuentionibus inter viuos: quod patet; quia institutio hæredis, licet sit facta ad certum tempus, sustinetur; cum tamen fieri non possit, & tempus adiectum pro superuacuo haberi debet. §. hæres. Instit. de hęred. instit. & tamen secus est in stipulationibus, in qui-

bus si impossibilis conditio adijciatur, nihil valet. §. si impossibilis. Instit. de inutil.
41 stipulat. † Præterea ordo scripturæ, & nominationis non attẽditur, nisi id subiecta materia persuadeat, vt late per Corn. cõsi. 229. col. 4. in fi. vol. 4. Gozad. in consi. 90. post nu. 8. vbi propterea dicit ex intentione Bar. in l. Gallus. §. quidam recte. de liber. & posth. quòd si testator dicat, Instituo nepotem, & filium meũ, patrem eius, cẽsetur prius vocatus filius, deinde nepos ordine successiuo: quia ordo caritatis ita suadet. Vnde in proposito nostro subiecta materia magis suadet, ꝙ donans voluerit donare futura, quã præsentia per ea, quæ supra diximus: ergo ordo scripturæ nihil operatur, ẽt si diceremus istas donationes esse factas in diuersis orationibus; quia rationes per nos adductæ militant quoque
42 in isto casu; quãuis † aliàs diuersitas orationum soleat inducere diuersitatẽ dispositionũ: vt colligitur ex traditis per Corn. in consi. 22. col. pen. vol. 3. Hæc dicere volui, nõ vt putẽ donationem futurorum valere absq; donatione præsentiũ; sed vt ostẽderẽ verum non esse, ꝙ donator voluerit saltẽ valere donationẽ quo ad pñtia, aut hoc esse maxime dubitabile, cũ ẽt regula sit, ꝙ interpretatio illa assumi dẽt in quolibet actu, vt pariformiter oĩbus ꝯueniat, l. ãã hoc iure. de vul. & pup. sub. & l. q̃uis. C. eo. Craue. ꝯs. 20. nu. 12. ꝙ procedit, ẽt si militet diuersa rõ, vt per Alex. in d. l. Gallus. §. quidam recte. de lib. & posth. & Are. in l. cum filio. §. qui discretas. de vulg. & pup. substi. sed pariformiter voluntas testatoris se habet ad vtranque donationem: ergo vtramque valere voluit: quod tamen, cum sibi de iure facere non licuerit, ratũ haberi non potest. Non obstat, quòd si de præsentibus tantum facta esset, valeret; & ideo non debet vitiari per adiectionem futurorum; quia respondetur procedere, quando illud quod adijcitur, compatitur secum id cui adijcitur: ꝙ non est in casu nostro; ex quo expressio futurorum habet vitiare donationẽ præsentium. Præterea non valet consequentia: Valeret donatio præsentium: ergo ẽt si adijciatur donatio
43 futurorum; † quia est argumentari simpliciter ad secundum quid, quod non valet: nã videmus processũ valere, si tacite fuit remissum iuramentũ calumniæ; & sic simpliciter processum fuit in causa: tamen si expresse actum sit, ꝙ non iuretur, processus vitiatur: vt per Dec. in l. expressa. de regul. iur. similiter sententia lata seruatis seruandis valet, & tamẽ si in ea fuerit adiectus error expressus iuris, vitiatur: quinimmo, non potest etiam de partium consensu ita ferri: vt plene scribitur per Ias. in l. si conuenerit. col. 1. de re iudi. & in l. cum prolatis. eod. tit. & per Abb. in c. quoniam contra. post num. 20. vers. venio ad tertiũ.
44 de probat. Præterea † inducta ad vnum finem vno respectu, id est, vna ratione, possunt alio respectu, vel ratione operari cõtrarium. Bar. in l. denique. §. interdum. de pecul. leg. l. Proculus. de vsufruc. leg. l. sed & si miles. §. ignominiosa. de excus. tutor. & quod not. in l. 1. de his quibus. vt indi. & Glo. in cap. dixit Sarra. 32. q. 4. sed donatio futurorum inducta fuit ad finem donandi futura: ergo alio respectu, idest, bonorum præsentium, potest operari cõtrarium, & consequenter illam vitiare. Et ideo dicimus, ꝙ prohibitio facta in vno casu, potest alia ratione, vel respectu operari cõfirmationem in alio. l. cum prætor. de iud. sic detrahens in vno articulo, in alijs videtur confirmare: vt per Io. Fabr. Instit. de milit. testam. §. sed etsi quis. Non obstat tex. in d. l. qui soluendo. quia vltra supradicta, respondetur, quòd ibi lex Elia sentia vult, quòd qui primo hęres scriptus est, ille succedat: vnde merito dicendum est testatorem voluisse illum sibi hæredẽ fore, quem priorem nominauit; quia præsumendum est voluisse, quod lex vult. l. si duo. de acquiren. hæred. Barto. in l. hæredes mei. §. cum ita. vbi etiam Alexand. & alij ad Trebellia. ad l. sancimus. C. de donatio. respondet Corne. in d. consilio 176. volum. 2. & vltra eum dicitur dando responsionem generalem ad omnia adducta in contrarium, quòd procedunt in sepa-

in separabilibus et diuiduis, vt patet in trāsactione, quæ si contineat diuersa capitula separata, poterit in vno ualere, & in alio non, iuxta. l. si ex falsis. C. de transac. & per Craue. in d. consi. 19. num. 5. nos autem loquimur in indiuiduis, & inseparabilibus. cum enim donatio bonorum pręsentiū, non posit separari a donatione futurorum; tum, quia factæ sunt in eadem oratione, tum etiam propter iuramentum, quod facit eas indiuiduas, vt supra dicebamus, non habet locum regula supradicta, quod Vtile per inutile non vitiatur; vt legitur pęnes Roma. in consi. 66. Quin immo dico, quod tametsi istæ donationes fierent in diuersis orationibus, adhuc dicerentur connexæ, & inseparabiles; quia illa dicuntur esse diuersa, & separata, quorum vnum non venit ad determinationem alterius, vt per Bartol. in l. Aurelius. §. idem quęsiit. in fin. de liber. lega. Corn. consi. 305. colum. 3. in fi. & sequen. volum. 3. Feli. in cap. cum inter. nume. 3. de re iud. Dec. in c. scripta. nu. 21. de fi. instrum. & Bello. in consi. 46. nu. 11. Sed in istis donationibus vna venit ad determinationem alterius; quia si vna valet, altera valere nō potest, & e contra; ergo sunt inseparabiles. & hoc indubitanter procedit, & multo magis, quando est super talibus donationibus interpositum iuramentum, quod reddit eas inseparabiles, & indiuiduas, vt supra dicebamus. † Et

45 hinc est, qđ dicimus, testē in vno falsum in omnibus reputari falsum. l. qui falsa, vel varia. de fals. cap. testimonium. de testi. cap. quanto. de his, quæ fi. a præla. cum concordantijs adductis per Alex. in consil. 6. volum. 6. Marsi. in consi. 31. num. 26. idem Alexan. & Alci. in l. 1. §. si mihi. de verb. oblig. Aret. consi. 71. colum. 1. in fin. Ias. in l. si ex falsis. in fin. C. de transac. Calca. cons. 100. colum. 7. nu. 17. & consi. 125. colu. 7. in princ. Marsi. in singul. 76. Grat. lib. 2. respo. 2. colu. 2. num. 18. Craue. consil. 6. nu. 14. & cons. 9. & Cotta in suis memora. in ver. iuramentum est quid indiuiduū. & in ver. testis fides. & hoc dicta ratione; quia iuramētum est indiuisibile, vt sæpe diximus. facit, quod inquit Corne. in consi. 197. col. fin. volum. 2. vbi dicitur, quòd testium fides est indiuisibilis. Ad idem quoque facit, quod scribit Grat. lib.

46 2. resp. 34. post num. 16. † quod non prodest quidquam potestanti se velle uti testibus in partibus, in quibus verum dixerūt; non autem in falsis; quia nihilominus in totum reputabuntur falsi; & illis vtens diceret vti falsis testibus. Ro. in cons. 433. in fi. nu. 11. Bal. in l. vni. col. 2. nu. 5. versi. ex hoc pono. C. vt quæ desu. aduo. par. & ibi Saly. Gl. i l. 1. §. editiones. ver. die. & cōsule. de eden. Ias. in l. non solū. §. morte. col. 14. de nou. oper. nunc. & vr̄ cōiter recepta in c. cū venerabilis. ꝑ Doct. ibi de excep. & ibi Fel. col. 5. in fi. nu. 16. quod intelligo verum, si doctum fuerit de falsitate; vt per Corne. in consi. 223. col. 4. Nec obstabit, si dicatur, quod immo non reputantur falsi in omnibus, veluti quādo capitula, super quibus deponerent, essent a falso penitus separata, prout dicit Bal. in l. iubemus. C. de testa. Dec. in c. 1. de ꝓba. & est cōmunis opi. vt Viui. refert. in ver. testis respondens. quasi vero tunc iuramentum accipiat diuisionem, quo ad capitula, in quibus verum dixerunt; quia ad hoc ego respondeo, quod illud procedit, quantum ad euitandum pœnam falsi; non autem quantum ad hoc, vt illis credatur quo ad

47 capitula, in quibus verum dixerunt: † nā in testibus facilius fit interpretatio, vt nō dicantur falsi quantum ad pęnam fugiendam, quam quantum ad effectū, vt probēt. vt not. per omnes in l. 2. §. creditum. si cer. pet. per Bartol. in l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. obl. cum concordan. relatis per Bologni. in cons. 27. colum. penul. in princi. per Grat. lib. 2. respon. 6. colum. 3. num. 15. & idem dicimus in instrumento: vt per Saly. in l. si ex cautione. nu. 9. C. de non numer. pecu. Præterea contrarium procedit; quia de veritate aliorum capitulorum dicitur legitime constare, vnde merito cessat præsumptio resultans ex falsitate vnius capituli, quamuis separatis;

quia probatio vincit præsumptionem.l.si. quod met.l.nuptura in fin.de iure dot. ca. is qui fidem de spons.

S V M M A R I V M.

1 *Ingratitudo futura per pactum remitti nõ põt.*
2 *Iuramentum an validet pactum remißionis futuræ ingratitudinis.*
3 *Declaratio ad c.quemadmodum. de iureiuran.*
4 *Dolus verus & præsumptus de futuro non põt remitti.& infra de veritate nu.11.*
5 *Iuramentum præstitũ contra publicam vtilitatẽ principaliter non obligat iurantem.*
6 *Donatarius vt non obstante ingratitudine retineat rẽ donatã,est cõtra bonos mores.*
7 *Statutum mandans, quod contra laudum de iniquitate dici non poßit, non comprehendit iniquitatem causatam a dolo.*
8 *Verba hæc, Quòd si, aduersantur præcedentibus ĩ eisdẽ terminis; & cũ eisdẽ qualitatibus*
9 *Ecclesia numquam permittit malum fieri.*
10 *Mulier adultera põt inquiri ex officio iudicis.*
11 *Dolus præsumptus, & lata culpa de futuro remitti potest.*
12 *Ingratitudo non probatur per vnum testẽ cũ iuramento suppletorio; sed legitime probari debet.*
13 *Promißio de non reuocando donationem, nõ cõprehendit causam ingratitudinis.*
14 *Promißio de non reuocando intelligitur, rebus sic stantibus.*
15 *Promißio de non reuocando, dicitur fieri ex causa reciprocæ promißionis.*
16 *Dispositio, inducta respectu certæ qualitatis, cessat qualitate ipsa cessante.*
17 *Nemo præsumitur velle facere actum frustratorium.*
18 *Dolus, & lata culpa, non continentur in generali remißione.*
19 *Promißio de euictione quomodocũq; cõprehendit euictionem factam per compromissum.*

PRIVILEGIVM CVIII.

Centesimum octauum priuilegium est; quia † tu scis, ꝙ
1 ingratitudo futura per pactum remitti non potest: veluti cum donans promittit non reuocare donationem, etiam ex causa ingratitudinis de nouo superuenientis: nã tale pactum non valet: vt per Specu. in ti. de donat.§.1.vers. quid si actum. & ibi Io. Andr. in additio. Bart. Bald. & Paul. de Cast. in l.fin.C.de pact. idem Bal. in l.fi.de bon.libert. Roma. in cõsi.26.col.fi.in quinto dubio. cum concordantis adductis per Alexand. in l.stipulatio hoc modo concepta.de verbo.oblig.per Tiraq.in præfatio l.si vmquam.n.140.C.de reuoc.dona, Marsil. in sing.289. Petr.Gerar.in sing.18.Beroi.in c.1.nu.47.de consti.Bologn.in d.l.fi.post nu.96. C. de pact. quia huiusmodi pactum videtur esse contra bonos mores, & non debet seruari. l si vnus. §. illud de pact. Dec. in l.contractus.& ibi etiam Cagno.de regul.iur. Et ideo Paul. de Cast. in conf.34.col.2.in prin. volum. 2. & consil. 467.colum 5.& 6.dixit, ꝙ non valet statutum generale, quòd spurius posit a patre hæres institui; quia tale statutũ est contra ius diuinũ, & inducit homines ad peccandum, & contemnendum matrimonia & quia licet dolus, & delictum præteritũ posint remitti; futurus tamen dolus non potest, d.l.si vnus.§.illud nulla. de pact. & l.conuenire.de pact.dotali.quod etiã tangit Roman. in consil.102. colum.2. Hinc etiam est, quòd cautio de vtendo arbitrio boni viri, non potest vsufructuario per testatorem remitti, vt per Boer.consi.19. nume.5.quia inuitaretur ad delinquendum, l.1.C.de vsufruct.l.scire.C.vt in poss. leg. vbi Gloss. hoc expresse dicit. & habetur etiam per Guid. Pap.quæstio.515. & not. Instit.de vsufruct. §. constituitur autem.
2 † Tamen si in tali pacto remisionis fuerit interpositum iuramentum, vt quia scilicet iurauerit non reuocare donationem ex quacumque causa, etiam ingratitudinis superuenientis, huiusmodi pactum ex priuilegio iuramenti sustinebitur, secundum Ioan. Andr. in loco supra citato, & Alexã. in d.l.stipulatio hoc modo concepta. vbi dicit, quòd ita seruatur in practica, & secundum eam cõsuluit, prout patet in eius consi.40.ad fin.volum.4. Imo.consi.33.Sozi.consi.53.colum.2.volum.1.Fely.in ca.

si di-

ſi diligenti.col.7.de for.compe. Bauer.in ſuo tracta.de virtu.iuram. in effectu ſexageſimo primo.Ant.de Petru.in repe.l. 1. verſi.trigeſimus ſecundus num.258.de iu reiur. & rurſus num. 284. cum concordantijs relatis per Tiraq.in loco ſupra ꝓxime allegato,& per Bologn.in d.l.fin.nu. 97.C.de pact.Nec obſtat, quod iſtud pactum videatur eſſe contra bonos mores: vt ſupra dicebatur,& ponderabat etiam Roman.in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.& plenius Barba.in cap.fin. colum. 5.& ſeq.de donatio.& ſimiliter cõtra publicam vtilitatem,quæ verſatur in punien dis delictis.l.ita vulneratus.ad legẽ Aqui. l.Stichum.de ſolu. cap. vt famæ. de ſent. excommun.& tradit in ſimili Rom. in cõ ſil.566. & præſertim in hoc caſu, in quo agitur de punienda ingratitudine, quæ eſt maximum vitium; &, vt inquit diuus Bernardus ſuper Cantica Salomo.(quem poſt Ioann.Andre.refert Ioan.Lup. in ru br.de donat.inter virum,& vxor.§.78.nu me.18.) eſt ventus vrens, ſiccans fontem miſericordiæ, rorem pietatis, & fluenta gratiæ.Nam ad hoc reſpondetur commu niter per Doctores,ꝙ non eſt verum, vt, ſcilicet,detur materia delinquendi. & ſic non poteſt dici contra bonos mores;quia talis remiſsio ſolũ operatur, quòd ingratitudo non poteſt opponi,quantum ad cõ modum priuatum pecuniarium;non quã tum ad intereſſe publicum, ꝙ non poſsit criminaliter puniri pœna legis,contra in gratitudinem committentes impoſita: nã ſi intelligeretur in huiuſmodi iuramento venire,etiam quod non póſſet denunciari, quantum ad intereſſe publicum, vti que abſurdum eſſet quin immo huiuſmo di iuramentum de non denunciando,puta Eccleſiæ,eſt illicitum; & ideo non eſt ſeruandum,vt per Roma.in conſi.326.co lum.2.verſ.ceterum,etſi iuraſſet.Amplius dico,quod iſte propter iuramentum denunciare non poſſet: tamen iudex debe ret ex ſuo officio iniuriantem punire.l. item apud Labeonem.§.ſi quis ſic fecit.dꝫ iniur.& eſt bonus tex.& ibi Bart.in l. non ſolum.§.quamquam.eod.ti. poteſt tamen denunciare, quantum ad intereſſe publicum,vt dictum eſt,non obſtante iuramen to;quia non ligat,cum iſto reſpectu ſit temerarium per ea,quæ not. Abb. in capit.

3 intimauit. de teſti. † Et iſta ſolutio videtur probari per tex.in cap.quemadmodũ. circa finem.de iureiurand. dum vult, qđ iuramentum de non denunciando de adulterio, prodeſt ſolum ad impediendum petitionem ſeparationis matrimonij,vel acquiſitionis dotis,non autem quã tum ad impediendum denunciari, & puniri criminaliter pœna legali. Tu autem aduerte;quia iſte tex. nihil videtur facere quoniam loquitur de denunciatione Euã gelica,vt patet ibi;ſecundum regulã Euã gelij.quæ quidem denunciatio fit ſolum ad pœnitentiam peragendam, non etiam ad aliam legitimam pœnam imponendã: vt per Hoſti.in ſumma.titul.de denuncia tio.§.2. & habetur etiam per Maran. in ſuo Speculo.in ſexta par.dum agit de denunciatione, vbi etiam ſubdit denunciationem iudicialem, quæ etiam dicitur ca nonica,eſſe ſimilem accuſationi.Cum ergo per iuramentum impediatur accuſatio,ſeu denũciatio iudicialis,ad effectum vt puniatur donatarius tamquam ingratus,videtur tale iuramentum eſſe contra bonos mores;ex quo homines a communiter accidentibus paruifaciunt pœnas eccleſiaſticas, dum tamen peccuniarijs non coerceantur, & propterea hoc noſtrum priuilegium non tranſit ſine difficultate & contra illud fortiter vrget text. in l.1.§.illud.depoſiti.iuncto capit.nõ eſt obligatorium.de regul.iur.in 6 Nam cer tum eſt non eſſe obligatorium contra bonos mores pręſtitum iuramentum:ſed remittere ingratitudinam continet turpem cauſam; quia continet remiſsionem doli futuri,qui remitti non poteſt, vt in dictis iuribus,& d.l.conuenire, de pacti dota.Sozin.in conſi.201.volu.2. & Corne.in conſilio 156.colum.3.& conſ. 240.

4 colum.fin.volum.4.& hoc † quidam procedere arbitrantur, etiam in dolo pręſum-

sumpto, vt per Dec. & Cagno. in dict.l. contractus.nu.103. de regul.iur. Paul.de Cast.in d.§.illud. & hoc quoque sequitur Riminald.in consi.54.col.penul. in fi.vol. 1. de quo etiam dicemus infra. Et rursus procedit,etiam si remitteretur per indirectum, quia adhuc talis remisio nõ valet, vt magis communiter tenẽt Doctores relati per modern. Lucen. in tractatu de in lit.iuran.par.2.in secundo membro.num. 54.nam contrarium est bonæ fidei,& contra bonos mores, vt in dictis iuribus expresse dicitur: merito,&c.ad hæc respondet Alexand. & alij, quòd prędicta iura procedunt,& intelliguntur,vt talis, scilicet,remisio dicatur contra bonos mores, quo ad ius publicum; secus quo ad priuatam vtilitatem, prout iterum supra dictum fuit; quia non est contra bonos mores, cum iuramentum seruari posit sine dispendio salutis æternę. Hæc responsio est directe contra tex. in d.l.1.§. illud. deposi.qui loquitur in deposito,& consequẽter de re priuata,& tamen est contra bonos mores, etiam quo ad priuatam vtilitatem: vt quoque perpendit Sozin. iun. in d.l.stipulatio hoc modo concepta.ad fi.de verb. oblig. Prętterea est contra illam generalem rationem, quam asignat Iurisconsultus in d. §. pacta. nam ideo inquit dolo futuro renunciari nõ posse,quia semper tale pactum dicitur esse remotũ a re priuata: & consequenter semper dicitur agi de iure publico, non autem de re priuata: ergo non valet talis remisio, etiam
5 si interueniat iuramentum; † quia contra publicam vtilitatem principaliter pręstitum non obligat iurantem, secundum Bartol.quem Docto.communiter sequuntur. in l.si quis pro eo.in secundo membro suæ distinctionis.de fideiuss. Abb. in cap. cum contingat.colu.5.in prin. de iureiur.
6 & Gram.consi.16.nu.5.in ciui.† Nam certe periniquum videtur, & contra bonos mores donatarium consequi fructum suæ malignitatis, & ingratitudinis in pręiudicium donatoris.Itaque Iullo. de furt.l. si legatarius.de dol.l. nec adiecit. pro socio. l. si duo. in princip. si quis cauti. l.ita demum,in princ.de arbitr. & c.etsi necesse.de donatio.int.vir,& vxor. facit, quod voluit Sozin. in consi. 73. vol.2.vbi concludit,quòd siue liberatio relicta sit tutori in testamento, siue inter viuos, quantumcunque generaliter, numquam dicitur dolus remissus.de quo etiam per Gra. lib.1.respon.23. colum.1.in fin.& sequen.
7 & dixit Roman.in consi.90. ad fi. † quòd stante statuto,quod contrà laudum de iniquitate dici non posit debet intelligi de iniquitate causata, aliter quàm per dolum; quia aliàs daret occasionem delinquendi,contra d.l.conuenire.C.de pactis. dota.& l.3.de iureiuran. & ideo tenendo istam opin.quam tenuit nuncupatim Corne. in consi. 102.volum.1. (cum iuramentum non posit confirmare remisionem doli futuri, prout quoque firmat Roman. in d.l.stipulatio hoc modo concepta. vltra superius allegata) solum superest, vt respondeamus ad tex in d. c. quemadmodum.de iureiuran. qui videtur obstare in contrarium, quatenus ibi dicitur, quod mulieri præstitum iuramentum per virũ, quod illam scilicet de adulterio non accusabit,seruandum est, nec poterit illam accusare, licet denunciare posit ad poenitentiam peragendam. Ad hunc tex.respõdetur, quod procedit in crimine iam cõmisso,quod facile remittitur, vt per Glo. & alios.in d. l. si vnus. §. illud. de pact. & ista responsio videtur posse confirmari ex eo, quod ibi summus Pontifex argumentatur de illo dicto euangelico, Nõn solũ septies,sed septuagies septies. quod habetur Mat.c.18. Lucæ 17. vt refert ibi apostilla. & Sozin. iuni. in d.l.stipulatio hoc modo concepta. quod certe dictum videtur loqui, & intelligi debere respectu criminis iam commisi, vt de se patet:ergo eodem modo ille tex.loquitur in crimine iam commisso, vt argumentum fiat à pari;aliàs fieret à minori, quod non concluderet. l. non debet cui. de regul. iur. vbi Dec. Verum ista solutio, & intelligentia confunditur per illum eundem tex.in illis

verbis

verbis ibi, Quod si expresse, &c. vt etiam
bene animaduertit Abb. nam illa verba,
8 † Quod si, aduersantur præcedentibus in
eisdem terminis, & repetunt omnes qua-
litates præcedentium in sequentibus, iux-
ta dicta per Barto. in l. si mariti. in fin. de
adult. Corn. in consi. 304. colum. 2. in fine.
volu. 1. cum alijs adductis per Sozin. iun.
in consi. 103. nu. 14. vol. 1 sed in præceden
tibus summus Põtifex locutus est de cri-
minibus in futurum committendis. ergo
sequitur, quod in sequentibus de eisdem
loquatur, & sic de adulterio in futurum
committendo. Nec obstat, quod illud
exemplum Euangelij loquatur, seu intel-
ligatur de præterito; quia immo etiam de
bet intelligi de futuro; quoniam quoties
quis peccauerit, toties est eidem peccato-
ri peccatum suum ingementi parcendũ.
& quamuis non parcantur, neque remittã
tur peccata committenda, quia hoc ne-
mo dixerit: tamen huius debet esse inten
tionis, atque propositi, vt si contingat in
futurum peccari, sit paratus remittere. &
ita dicitur, remittere de futuro, non vt
nunc, sed vt tunc. Secundo igitur respon-
detur per Sozi. iuni. in d. l. stipulatio hoc
modo concepta. in vltimis verbis. q̃d ille
tex. loquitur in casu speciali, fauore, scili-
cet, coniugij conseruandi: nam licet iu-
ramentum de non accusando ad separa-
tionem thori non debeat valere; quia in-
ducit mulierem ad peccandum; & ex cõ-
sequenti est contra bonos mores: tamen,
quia tendit ad conseruandum cõiugium,
ꝙ dissolueretur per accusationem, est ser-
uandum, & contraueniri non potest. Ista
solutio mihi non satisfacit; tum, quia per
separationem thori, non diceretur solui
coniugium: quod nihil aliud est, quàm
matrimonium, quod hodie non dissolui-
tur per thori separationem. c. de infideli-
bus. de consang. & affi. tum etiam; quia nõ
est permittendum malum (quod est remis
sio contra bonos mores) vt sequatur bo-
9 num, idest, coniugium conseruetur; † nũ-
quam enim sancta mater Ecclesia permit
tit malum fieri quantumcumque bonum
sequatur, vt per Io. Lup. in repe. c. per ve-
stras. in vers. sexto cum dicit tex. col. 2. de
donat. int. vir. & vxo. Et ideo ego cogita-
bam, vltra alios posse responderi, ꝙ ille
tex. nihil faciat, cum solum ibi fuisset iura
tum, non accusare de adulterio, quod fa-
cere tenetur: nec dici potest esse contra
bonos mores; quia ipsa mulier sit reman-
sura impunita: nam præter id, quod non
est præsumendum ipsam commissuram
tale delictũ arg. l. merito. pro soc. poterit
10 † contra eã procedi ex officio iudicis in-
quirentis contra istud crimen adulterij.
l. 2. §. si publico. de adult. Ange. instit. de
publi. iudic. §. item lex Iulia, sed in casu
nostro nullum remedium superest, per q̃d
ingratitudinem committens puniri pos-
sit, nisi remittens accusaret, & consequen-
ter donatarius remaneret impunitus ex
sua improbitate: quod est vere contra pu
blicam vtilitatem. d. l. ita vulneratus. ad
11 leg. Aquil. Secundo cogitabam † pos-
se dixi, quod si ingratitudo committeret
per dolum; tunc non posset remitti, nec
iuramentum quidquam operaretur; quia
verus dolus futurus non potest remitti, vt
sæpe dictum est. sed si ingratitudo cõmit-
teretur aliàs, quàm per dolum verum, sed
per dolum præsumptum, vel per latã cul-
pam, valeret remissio; quia dolus præsum-
ptus, & lata culpa etiam de futuro remit-
ti potest ex quo non ita inuitat ad delin-
quendum, l. si vt certo. §. interdum. com-
mod. l. contractus. de reg. iur. Nec obstat,
quod supra diximus, dolum præsumptum
remitti non posse; quia in contrarium se
habet veritas, & communis opin. quæ ꝓ-
batur; quia videmus, quod potest fieri
remissio confectionis inuentarij per testa
torem. l. fina. C. de arbitr. tut. Barto. & Do
ctor. in l. tutori, qui repertorium. de admi
nis. tuto. quod etiam tradit Guid. Pap.
quæst. 352. ergo potest remitti dolus præ-
sumptus de futuro, prout est iste, si tutor
non facit inuentarium: vt per Bartol.
& Bald. in l. 1. §. officio. de tute. & ratio.
distrahend. & Sozin. in consil. 73. num. 5.
volum. 1. & est ratio; quia licet inuenta-

rium

rium facere tollat materiam furandi: non
tñ nõ facere, inducit materiam furandi;
quia non sunt opposita immediate, cum
tutor, vel hæres neutrum facere posit;
id est, nec furari, nec dare. ita Signo. in
consil. 110. colum. penu. nume. 15. Et quod
dolus præsumptus de futuro remitti pos-
sit, tenet Dec. sibi contrarius. in cons. 178.
& consil. 192. quæ allegantur per Gozad.
idem tenentem in consi. 18. colum. 2. nu.
5. & consi. 94. colum. 3. versic. tertio quo-
tes. Concludo igitur, quod ingratitudo
futura poterit remitti secundum prædi-
ctam distinctionem, & ita possunt con-
cordari opiniones. Amplius dici potest
opinionem existimantium dolum præsum
ptum, vel latam culpam remitti non posse
de futuro, procedere, quando dolus, vel
culpa in faciendo consistit, alia vero, quã-
do in non faciendo; veluti in non facien-
do inuentarium, in non adhibendo auxi-
lium donanti, qui periclitabatur; nam
ille dolus huic præponderat. & ideo non
tam facile remitti potest, sicut quando in
non faciendo consistit. faciunt, quæ scripsi
supra in priuilegio 31. nume. 3. Illud au-
tem in dubium non venit, quod commu
nis opin. quæ vult dolum remitti posse,
procedit maxime in dolo de præterito:
nam nec isto casu propter iuramẽtum po-
test remittens ad iniuriam reuocare, nec
pariter retractare donationem, cum aliàs
posset; secundum ea, quæ prędiximus. &
facit tex. in l. fi. C. de reuocand. dona. & in
c. fi. de dona. & Corne. in consi. 126. circa
12 princ. volum. 1 † Et est notandum, quod
eo casu, quo per ingratitudinem donatio
poterit reuocari, tunc de illa legitime cõ-
stare debebit; nec satis erit eam probare
per vnum testem cum iuramento supple-
torio. tex. est notab. quem ponderat Bald.
in l. fi. C. de secund. nupt. dum tex. ibi re-
quirit liquidas, & indubitatas probatio-
nes. sequitur Curt. iun. in l. admonendi.
nume. 210. de quo dixi in priuilegio 33.
13 num. 86. † Est etiam obseruandum, quod
si quis simpliciter iurasset non reuocare
donationem, non intelligeretur remissa
potestas reuocandi per ingratitudinem,
vt tradit post alios Bolognet. in d. l. fin. C.
de pact. nume. 99. quod etiam voluit Cor
ne. in consi. 102. volum. 1. Et si quæratur,
quid per talem promissionem censebitur
esse remissum? responderi potest secun-
dum Bolognet. quod intelligetur remissa
potestas reuocandi propter inobseruan-
tiam contractus, vt si promisisset donata-
rius præstare alimenta, quæ tamen dein-
de non præstitit: nam talis inobseruantia
contractus semper potest remitti, ita, vt
non obseruans non incidat in moram. &
allegat Barb. in consi. 4. volum. 4. Tu au-
tem aduerte; quia istud dictum est fal-
sum; quoniam in generali remissione ex-
ceptionum, numquam intelligitur remis-
sa exceptio, vel causa proueniens ab ad-
uersario. Marsi. in singu. 96. Bello. in con-
sil. 21. nume. 11. & Abb. in cap. ex ratione.
colum. 4. in princip. de appellat. Præterea
14 † talis remissio debet intelligi, rebus, sic
stantibus, id est, dummodo donatarius ob
seruet, quod promisit; l. qui seruum. cum
ibi nota. de verbor. obligat. l. quæro. §. in-
ter locatorem. loca. Dec. in l. in ambiguis.
§. fina. ad fi. de regul. iur. & ideo cum iurat
non reuocare, intelligi debet nisi iusta
causa reuocandi de nouo superueniat fa-
15 cto aduersarij. † Confirmatur; quia ista
promissio de non reuocando, intelligitur
facta ex causa promissionis reciprocæ ip-
sius donatarij, qui promisit præstare ali-
menta: vnde cessante illa causa, quę mo-
uit donantem ad remittendum, debet ces
sare illa promissio de non reuocando. l.
non enim. & l. licet. in princ. & l. promit-
tendo. in princ. de iure dotium. & l. fin. de
hæred. instit. Et ideo dicitur, quod dona-
tio facta contemplatione periculi cessat,
periculo cessante. Paul. de Cast. in consi.
16 384. nu. 2. vol. 1. † Et vulgatum est, quod
dispositio inducta respectu certæ qualita-
tis, remota qualitate remouetur disposi-
tio. l. peculium. §. quadrigę. de leg. 2. l. qđ
tamen. § quadrigæ. quib. mod. vsu. amitta.
l. in delictis. § si extraneus. de noxali. cum
similibus. Et quod per huiusmodi pro-
missionem,

misſionem, non intelligatur remiſſa poteſtas reuocandi donationem, quando donatarius non obſeruat promiſſa, tenet in indiuiduo Corne. in conſ. 102. volu. 1. ſupra allegat. vbi vult, quòd quamuis donans iuraſſet non reuocare ex cauſa inſinuationis non factæ, & alio iure, modo, vel cauſa: poſsit tamen reuocare ex ꝓmiſſione, non ſeruata per donatarium. Nec obſtaret, ſi diceretur, ꝙ huiuſmodi ꝓmiſſio de non reuocando, debet intelligi etiã in illis caſibus, in quibus aliàs ſibi licitum fuiſſet reuocare, ex quo aliàs promiſsio eſſet ſine virtute aliquid operandi contra l. ſi quando. de lega. 1. cum vulgaribus; quia reſpondetur, quòd promiſsio operabitur quo ad facultatem reuocandi ex alijs cauſis, veluti inſinuationis non factæ, vel alterius ſollemnitatis non adhibitæ; quia propter promiſsionem iuramento roboratam in his caſibus non poterit contrauenire, & ſic reuocari donatio. At vero ſi nulla ſubeſſet alia cauſa reuocandi, vt quia omnia a iure requiſita interceſsiſſent, nec ex alio poſſet contingere reuocatio, niſi quia donatarius non obſeruaret promiſſa; tunc crederem iſtum quoque caſum comprehendi, ne aliàs eius promiſsio eſſet ſuper-
17 flua, quam † non eſt veriſimile facere voluiſſe ſine virtute aliquid operandi. l. quoties. de reb. dub. l. ſi prætor. in princi. de iudici. facit, quod ſcribit Affli. in conſti. Regni. incipien. ea, quæ ad decuſ. poſt nu. 27. ti. quòd nullus prælatus. vbi quando diſpoſitio generalis generaliter locum habere non poteſt, verificatur & procedit in illo caſu, in quo aliàs non procederet, ne reddatur eluſoria, cum alius caſus non eſſet. Et per iſtam rationem dicimus, quòd et pœnalis diſpoſitio, quę aliàs ex identitate rationis non extenderetur, extenditur ne reddatur eluſoria. Aret. conſi. 30. col. 4. & Rimin. iun. Inſti. de dona. §. 1. num. 547. & ibi concordan. Iſtam concluſionem ego intelligo procedere, præterquam ſi donatarius committeret ingratitudinem etiam aliter, quàm per dolum verum, veluti per dolum præſumptum; aut latam culpam;

quia in his caſibus, non obſtante remiſsione ſeu promiſsione iurata de non reuocan-
18 do, poſſet illam reuocare. † quia in generali remiſsione non continetur dolus, nec lata culpa, quæ venit appellatione doli. Glo. in l. ſi filio. §. 1. in ver. culpa. ſolut. matrimo. & ita voluit Bologni. in conſi. 13. colum. 2. ver. & idem dico. Hoc tamen limito, & declaro verum eſſe, niſi donans promiſerit, & iurauerit non reuocare ex quacunque cauſa, vel nullo modo; quia in tali caſu propter vniuerſalem promiſsionem & remiſsionem, quæ deſignatur per illa verba, Ex quacunque cauſa, comprehenditur etiã cauſa ingratitudinis commiſſa aliter, quam per dolum verum, vt expreſſe ſentit Corne. in conſi. 120. col. 2. in fi. vol. 1. Clarum eſt autem, quòd hæc, & ſimilia verba propter eorum generalitatem faciunt comprehendi ea, quæ alias
19 non comprehenderentur. † Et ideo dicitur, quòd re euicta per compromiſſum, licet emptor non poſsit agere de euictione contra venditorem l. ſi dictum. §. ſi cõpromiſero. de euictio. tamen fallit, quando foret promiſſum de euictione quomodocunque ſeu qualitercunque. Glo. communiter approbata in l. cum pœna. de arbitr. cum ſimilibus adductis per Gozad. in conſi. 1. colum. 5 num. 19. & promittẽs ſe poſſe conueniri coram quibuſcunque iudicibus, poterit etiam propter verborum generalitatem conueniri coram iudice non ſuo, vt per Paul. de Caſt. in conſil. 359. num. 3. volum. 1. & diſpoſitio loquens de morte quomodocunque, includit omnem mortem, tam ciuilem, quam naturalem. Grat. lib. 2. reſpon. 76. num. 21. Et feudum conceſſum cum pacto, quòd tranſeat ad hæredes, & ſucceſſores quoſcunque, deuoluitur etiam ad hæredes extraneos, cum alias eſſet contrarium, vt habetur per Curt. iuni. in conſi. 1. num. 1. & Pedem. deciſ. 27. nume. 11. Quinimo etiam ad incapaces, vt per Nattam in cõſ. 582. num. 26. ſuper quo tamen vide eundem in conſi. 605. num. 8. Et in promiſsione de non offendẽdo aliquo modo, vel ingenio,

com-

comprehenditur etiam offensa quoquo modo facta in rem, vt tradit Gozad. in consi. 31. nume. 15. Et promisio de non impetrando aliquo modo dispensationē, comprehendit etiam dispensationem motu proprio concessam, vt dicit Rui. in cōsil. 133. nume. 2. volum. 1. Et similiter promisio de non alienando aliquo modo comprehendit pactum postea factum de vēdendo, vt pulcre per Barba. in cons. 51. num. 2. vol. 1. propter illud verbum generale Aliquo modo. & ibidem adducit multa similia, ex quibus patet, quòd promisio generalis, vel vniuersalis comprehendit ea, quæ alias per simplicem orationem, vel dispositionem non comprehenderentur.

SVMMARIVM.

1 *Iuri de futuro renunciari non potest.*
2 *Priuatio præsupponit habitum.*
3 *Iuri de futuro renunciari potest cum iuramento.*
4 *Renunciatio, & repudiatio differunt.*
5 *Renunciare prohibitus non censetur prohibitus repudiare.*
6 *Iuri quærendo facilius renunciatur, quàm iuri quæsito.*
7 *Spes alicuius iuris de futuro non est considerabilis à iure.*
8 *Consensus permisiuus non inducit pactum, & infra de veritate.*
10 *Approbatum semel amplius reprobari non potest.*

PRIVILEGIVM CIX.

Centesimum nonum priuilegium est; quia tu scis, quod
1 † per simplicem renunciationem, iuri de futuro renunciari non potest. l. 1. §. decretalis. de succes. edict. l. qui potest. §. quod quis. de reg. iur. l. is potest. de acqu. hæred. l. qui superstitis. eod. tit. Glo. Bart. & Docto. in l. 1. C. de pact. Corne. consi. 3. colum. penul. volum. 3. Dec. in consi. 31 cum alijs traditis per Bauer. in tractatu de virt. iuramen. in octuagesimo tertio effectu. & per Tiraqu. in præfatio. l. si vmquam. nu 138. C. de reuocan. dona. & videtur esse ratio; quia renunciare est se ab
2 aliquo priuare, † & sic est quædam priuatio, quę præsupponit habitum. l. decem. de verbo. obliga. l. manumisione. de iusti. & iu. cap. ad dissoluendum. de despons. impub. & ideo dicitur, quod fiscus non aufert hæreditatem ab hærede tanquam ab indigno, si hæreditatis ius non fuit in illo radicatum, vt per Corne. in consil. 222. vol. 4. & consi. 8. colum. 2. volu. 1. & alibi habetur, quod Qui non potest velle, non potest etiam nolle. l. eius est nolle. de reg. iur. & l. nolle adire. de acquir. hære. & ita scribit Dec. in d. §. quod quis. Pro prædictis facit; quia speciale est in iudicijs, q valeat talis renunciatio iuris de futuro, secundum Gl. in l. 1. C. de curat. bo. dan. notant Bar. & Doct. in l. postquam liti. C. de pact. ergo in contrarium est ius commune. l. ius singulare. de legi. l. 1. in fi. ad munici
3 cipa. Tamen † si interuenit iuramentum in ipsa renunciatione, secus est; quia renunciatio tenet. Roma. in consi. 22. col. 1. in medio. ver. secundo. Cumanus. in l. is qui hæres. in prin. de acquir. hæred. & ita dicit Alex. in l. sed & si quis. §. quæsitum. num. 3. & 4. si quis cauti. Baue. & Tiraqu. in locis supra allegatis. & Petru. Gerard. in suo singula. 18. colum. 5. in fi. Et aduertendum est, quod ideo dixi per simplicem renunciationem, vt excluderem renunciationem, quæ fit per pactum, concurrente illius voluntate, in cuius fauorem renunciatur; quia bene per talem renunciationem conuentionalem iuri de futuro renunciari potest, vt dicunt Doct. in d. l. 1. post Glo. ibi. C. de pact. & Corn. in consi. 51. col. fin. vol. 2. & latius cons. 144. col. 4. ver. & licet forte. volum. 3. nam qui paciscitur renunciando, non solum agit, vt a se abdicet ius, quod de pręsenti habet; sed etiam agit, vt eius personam astringat de præsenti ad non petendum in futurum: iō potest in eius persona talis obligatio fundari,

dari,& sustineri, vt in d.l.1.C.de pact.omnes notant. quos ita declarando sequitur Cagno. in l.quod quis de reg. iur. & voluit quoque Alba. in consil. 11.nume.17. & Corne.consil. 31.colum.3. ad fin.versi. nec obstat. volum. 2. vbi ad probandum, quod per simplicem renunciationem iuris de futuro nihil præiudicij fit ipsi renuncianti, adducit tex. in l. si ita sit scriptum. §. si sub conditione. de lega. 2. & in l. is qui.& in l.is potest. de acqui.hæred.quod etiam tradit in d. consi.51.colum. 1. eod. volum. 2. Ego circa huiusmodi priuilegium animaduertendum puto diligenter; quia contra illud faciunt quamplura, ex quibus redditur penitus dubitabile.quod vt facilius intelligatur,præmittendum est
4 † magnam esse differentiam, inter repudiationem, & renunciationem, vt habetur post alios per Corn.in consi.272.col.2. vol. 3. repudiatio est recusatio iuris iã delati,quod quis per liberam voluntatem, si velit acquirere põt.d.l.1.§. decretalis. de successo.edi.& intelligitur fieri sub conditione,quatenus,scilicet, ius delatũ existat, vt toto ti.C.de repud.hæredi. facit tex.in l.inter diuortium.& in l.inter stuprum. §.diuortium.de verb.signi.vbi repudiatio fit sponsæ,cum qua iam est spes contrahendi matrimonium,cum inter eos intercesserint sponsalia; & sic quodam modo delatum ius ad perficiendũ matrimoniũ. Vbi ergo ius nullum delatum est hæreditatis acquirendæ,in ea non dicitur proprie priuatio.l. qui autẽ.§.1.quæ in fraud.cred.& l.si sponsus. §. si maritus. el 2. de donatio. int.vir.& vxor.& per Dec.in d.l.1.nu.22. C. de pact. Renunciatio vero est iuris iã acquisiti,vel etiam acquirendi ex causa de præsenti, spontanea refutatio. & sic in totum est contraria repudiationi; quia cadit in iure quæsito, & etiam in iure acquirendo, vbicumque aliqua spes de præsenti competit. & isto casu dicitur donatio, quæ in repudiatione non potest considerari, vt colligitur ex traditis per Paul. de Cast. in consi.135.colu.2.ver.& si dicatur.nume. 3. vol.1. & ideo dicitur contraria;quia in repudiatione post acquisitionem non licet repudiare.l.sicut.de repud.hæred.l.si te bonis.C. de iure delibe. Corne.in consi.61.col.pen.vol.4.& Bello.
5 consi.15.n.7.† Et ideo prohibitus repudiare non prohibetur renunciare; & econtra Calc.in consi.25.post nu.18. Nec obstãt tradita p Cyn.Bal.& Ale.in d.l.sicut.vbi dicitur,ꝙ inter renũciationẽ, & repudiationẽ hęreditatis non est differentia;quia procedit,qñ renunciatio fieret sine pacto, vel conuentione;quia in effectu diceretur repudiatio hæreditatis eidem renunciando; secus si per pactum; quia tunc sunt contraria, & ita sentit Rui. si bene consideratur, in consi.170.colum.3.in princi. vol.1.Hoc ita præmisso,contra nostrũ priuilegiũ faciũt infrascripta.Et primo facit, quia renunciari põt iuri iam acquisito, vt cum quis rem habet pro derelicto. §.hoc amplius.in fi.Insti.de rer.diuis.l. 1. & 2.& toto tit.pro derelicto.l.si quis. §. differen-
6 tia vbi Bar.& Docto.de acq.possess.† Ergo iuri,ẽt acquirẽdo,poterit renunciare, qđ facilius ammittitur.l.fin.& ibi Bar.& alij. C.de acqui.posse.l.sin autem dominicam. cũ ibi nota.de pact. & l. quod autem.quę in fraud.cred.& Paul.de Cast.in cõs.112. in prin.vol.1.facit etiam,quod dicere solemus remisionẽ fieri, tamquã donationẽ, vt per Io.And.in c.statutum.§. si quid autem,in ver.remisio de rescript.in 6.& facit tex.in l.fin.C.ad leg. Falci.& in l. sed si ego.ad Velleia.in c.exigit.đ censi. & not. in c.gemma.de sponsali.quia remisio habet se per modum acquirendi. arg. l. qui actionem.de reg. iu. sed defendendo priuilegium, & consequenter communem opinionem, dici potest, quod argumentum procedit, quantum ad hoc, si agatur de prędiudicio tertij;nam isto casu facilius renunciatur iuri acquirendo, quam iuri acquisito. sed quantum ad præiudicium ipsius renunciantis nulla est differentia inter ius acquirendum, & acquisitum,prout declarat Paul.de Castr.in d.consi.112. Sed dices per hoc non tolli argumentum, per quod probatur, quod sicut renunciari

nunciari

nunciari potest iuri acquisito, ita etiam iuri acquirendo: & procedit arg. quo ad prę iudicium renunciantis, de quo nos agimus. Ad hoc respondeo, quòd renunciatio, quam quis facit habẽdo rem pro derelicto, est tacita, resultans interpretatione iuris ex eo, quòd quis rem habet pro derelicto, vt dicitur per Glo. in d. §. hoc amplius. de rer. diu. nos vero agimus de expressa renunciatione iuris de futuro,
7 quæ ideo locum habere non potest; † qa tale ius per legem non est considerabile, vt patet in successione ab intestato, cuius spes non dicitur esse in rerum natura, viuo eo, de cuius hæreditate tractandum veniret, vt per Paul. de Cast. in consi. 394. colum. 2. in fi. ver. sed nunquid quæritur. vol. 1. nec potest haberi pro derelicto, qđ est ab se abijcere illud, vt non sit amplius in numero rerum suarum. d. §. hoc amplius. tamen, quia interuenit iuramentũ, ex priuilegio ipsius sustinetur ita, vt si postea ius superueniret, nihil prodesset, cum regressus non detur de priuatione ad habitum. l. quęritur. §. si venditor. de ędi. edi. l. huius. de euictio. c. quã periculosum 7. q. 1. & ius semel amissum non recuperetur amplius. l. fi. de euict. l. stipulatio de dote. de iure dot. l. si specialibus. eo. tit. cum similibus.

Secundo facit contra dictum priuilegium, secundum Bolognet. in d. l. 1. col. 3. post nu. 7. C. de pact. tex. in l. 1. §. 1. a quibus prouo. non li. vbi ex sola renunciatione amittitur ius appellandi sine partis prę sentia: ergo simpliciter valet renunciatio citra pactum, vel conuentionem iuris de futuro. sed ille tex. nihil facit; quia intelligo, quòd ibi renunciauerit in iudicio, & sic iudice præsente; aliàs si extra iudiciũ, talis renunciatio non tenuisset, prout ibi dicit Glo. in ver. perdidit. præterea illud ius appellandi renuncianti competebat de præsenti, non autem de futuro; ex quo introducta causa, & contra eum lata sententia, poterat appellare. Certum est autem, quòd iuri de futuro renunciari potest, dummodo competere posit ex causa de præsenti; secus si cõpetere posit etiam ex causa de futuro, iuxta theoricam Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 6. quæs. de verb. oblig. in l. post emancipationem. §. 1. de liber. lega. & in l. qui cũ tutoribus. de admini. tuto. Tertio adducitur per eundem Bologne. tex. in l. denique. §. si quid minori. de mino. & in l. nihil. §. omnibus. de lega. 1. & in l. quoties. C. de fideico. in quibus iuribus probatur, quòd per simplicem consensum inducitur renunciatio citra pactum legati, vel fideicõmissi sub conditione relicti; & valet talis renunciatio. Sed his & similibus responderi potest, quòd ideo valet renunciatio; quia ius competere poterat ex causa de præsenti, nimirum ex causa testamenti, vel codicillorum; quia iuri de futuro renunciari potest, dummodo competere posit ex causa de præsenti, vt supra dictum fuit: sed vbi ius de futuro nullo modo competeret ex causa de præsenti, renunciatio non valeret, nisi interueniret iuramentum, vt in casu nostro. præterea illi, qui consenserunt videntur non simpliciter renunciasse; ex quo consensus præstitus fuit illi, in cuius fauorem renunciabatur, qui consensum acceptauit, & sic non fuit facta renunciatio citra pactum, vel conuentionem, per prædicta. Nec obstat, quòd ille consensus
8 est permisiuus; † & cõsensus permisiuus non inducit pactum, secundum Bal. in d. l. 1. C. de pact. colum. 3. in sexta oppositione; quia intelligo verum, quòd non inducit pactum expressum; sed bene tacitum pactum inducit; ex quo est duorum consensus: & in ipso, inquam, consensu, licet permisiuo, inest obligatio, scilicet, de nõ
9 contraueniendo, cum, † Quod semel approbatum est, amplius non posit reprobari, l. Nesennius. de nego. gest. c. quod semel. de reg. iur. in 6. Ergo est pactum, & non simplex renunciatio: quia alias reuocari posset, si simpliciter cõsentiret, vt per Bar. in l. postquam liti. in antepen. quæst. C. de pact. & ex his constat, quod sustineri potest nostrum priuilegium; quia cum sicut communiter concluditur, non valeat

renun-

renunciatio iuris de futuro, citra pactum, vel conuentionem: tamen, quando interuenit iuramentum, sustinetur; quia Deus, cui iuratur, recipit pro omnibus, quorum interesse posset in futurum illam renunciationem. Et huiusmodi iuramentum seruari potest sine detrimento salutis æternæ: ergo seruandum est. c. cum contingat. de iureiur. fateor tamen; quod dicta communis opinio non probatur iuribus, quæ adducuntur per Docto. quia loquuntur in repudiatione; non autem in simplici renunciatione. Et quidquid sit de huiusmodi opi. quia res est modicæ vtilitatis, vlterius non insisto. cogita tamen.

S V M M A R I V M.

1 *Actus per metum factus non est ipso iure nullus; sed tenet mero iure.*
2 *Exceptio metus semper potest opponi.*
3 *Exceptio præsupponit actus validitatem.*
4 *Metus interueniens in actu iurato reddit illum ipso iure nullum.*
5 *Metus interueniens in spiritualibus reddit actum ipso iure nullum.*
6 *Iuramentum metu præstitum obligat iurantem mero iure.*
7 *Metus non excludit consensum.*
8 *Minor qui iurauit per metum, si læsus sit vltra dimidiam, non amittit beneficium legis. 2. C. de resc. vend.*
9 *Voluntas libera non dicitur, quando metus interuenit.*
10 *Matrimonia debent esse libera.*
11 *Libere dicitur fieri, quod fit sine alterius contradictione, & impedimento.*
12 *Iustus metus qui dicatur.*
13 *Metus iustus quando dicatur, est in arbitrio iudicis.*
14 *Metus minor requiritur in mulieribus, quàm in hominibus.*
15 *Risus non est indicium consensus.*
16 *Asserentis dicto standum est in foro pænitentiæ.*
17 *Protestatio metus debet fieri publice, si possit; non autem in occulto.*
18 *Iuramentum coactum non obligat mero iure.*

PRIVILEGIVM CX.

CEntesimum, & decimum
priuilegium est; quia tu
1 scis, quod † regulariter
actus per metum initus, &
celebratus tenet ipso iure;
quia rescinditur per actionem, Quod me-
tus causa, vt toto. ti. quod met. cau. vel per
2 exceptionem ipsius metus, † quæ semper
potest opponi. l. metum. §. sed quod præ-
tor. quod met. cau. l. si mulier. in fi. prin. eo.
3 tit. Grat. lib. 1. respon. 71. in fi. † quæ exce-
ptio præsupponit actus validitatem mero
iure, cum alias non esset opponenda: vt
pulcre per Craue. in consi. 322. colum. 6.
4 versi. in qua re. † Tamen si metus interue-
nerit in ipso iuro apposito i actu, actus q-
dem dicitur ipso iure nullus, vt in Auct.
sacramenta puberum. ibi Nullius momē-
ti. C. si aduers. vend. & ibi omnes. & sequi-
tur etiam Grat. in d. respon. 71. num. 11.
vide Gram. consi. 91. num. 4. Et videtur
esse ratio; quia iuramentum est quid spiri-
tuale: & ideo in illo metus dicitur exclu-
5 dere consensum, † & reddit actum ipso
iure nullum. c. cum locum. & ibi Gl. Abb.
& Doct. de sponsali. & est communis opi.
vt testatur Grat. lib. 2. respon. 38. colum.
2. num. 8. & quod metus reddat iuramen
tum ipso iure nullum, est Gl. singularis in
c. 1. §. item sacramenta. in ver. quærimo-
niam. de pace iuram. firman. item, quod
excludat consensum patet in metu reuerē
tiali, vt probat tex. in l. penu. de furt. quem
ad hoc citat Aret. in consi. 14. colum. 6.
ver. præterea: nam ibi non dicitur consen-
tire furto, qui ob magnam verecundiam
prohibere furtum non potuit, vt libertus
patrono. & idem in metu reuerentiali scri
bit Ruin. in consi. 170. colum. 5. num. 18.
volum. 1. & vbi metus, vel coactio inter-
cedit, consensus locum non habet, vt in-
quit tex. in cap. cum locum. de sponsa. sed
vbi non est consensus, ibi iuramētum nul-
lum est; quia non operatur, neque obligat
citra consensum, l. fi. C. de non num. pecu.
Bal. & Salyce. in l. 1. C. commod. Aret. cons.

24. col.

24.colum.2. ver. nec obstat iuramentum. Et dicit Bauer.in tract.de virtu. iuramē. nu.103.ver.quinquagesimo quinto.huius modi iuramentum procedere cum pecca to,id est,metu qui incutitur cum peccato.& ideo non debet obligare iurātē per ipsum metum; quia esset vinculum iniq. tatis:quod esse non debet.c.quanto. de iu reiur.cum similibus.Et quia metus in spi ritualibus reddit actum ipso iure nullum dixerunt Domini de Rot.deci.203.in an tiq.incip.Nota,quòd resignatio,quòd be neficij resignatio,facta per metum,nō tenet ipso iure.Et hoc nostrum priuilegiū ponit etiam Ant.de Petru.in repe.l.1.nu. 279.vers.trigesimus sextus effectus. de iureiur.pro quo vltra prædicta facit tex. in l.nihil consensui.de reg.iur. vbi metus est omnino contrarius consensui; & ideo illum comprobare est contra bonos mores vt ibi dicitur,sed iuramentum per metū præstitum comprobare esset contra bonos mores;ideo dicendum videtur,quòd non valeat,neque teneat ipso iure.& propterea sicut refert Corne.in consi.11. colum.6.in fin.vol. 3. Capra sæpe consuluit ab huiusmodi iuramento non esse necessariam absolutionem per d.Aucte. sacramenta puberum.& prædicta videntur ꝓcedere,etiam si fuerit renunciatum exceptioni metus;quia non proinde purgatur metus : ex quo enim fuit in actu,dicitur etiam esse in renunciatione ipsius metus. l.fi.§.idem quęsitum & ibi Bar. de condi. indebi.facit,quod not. Bart.cum quo trā seunt alij,in l.nemo potest de lega.1. vbi dicit,quod renunciatio exceptionis simulationis facta incontinenti non valet; qa si contractus fuit simulatus, ita etiam renunciatio fuit simulata. quod & tradit Ruin.in consi.105.in princ.vol.1.His tamen minime obstantibus, in contrarium se habet communis opinio, quod immo iuramentum,quamuis metu præstitū, obliget iurantem ipso iure; & ex consequen ti iuramentum quo ad hoc,nullum contineat priuilegium,vt habetur ꝑ Gl. vnic. in c.Abbas.de his,quæ vi metusue.caus.fi. & in c.ad audientiam.eo.ti.& ita etiā dicit Fel.in c.2.de iureiu.& in c.si vero.col. 3.super Glo.in ver.iuramentum. eod. tit. quia metus nō excludit consensum.l.si mulier.quod met.caus.c.merito.15.q.1. cum alijs per Fel.adductis in d.c.2. Et qđ iuramentum,quamuis per metum præstitū, obliget iurantem,& validet actum, super quo interponitur, tradit Ruin. in consil. 105.col.2.vol.1. supra allega. vbi voluit, quod validet donationem factā tyranno. Et ideo dicitur,quòd si spoliatus per metū iurauit non repetere res ablatas, illas petere non poterit; quia voluntas coacta voluntas est, l. si mulier. §. si metu. quod met.caus.ita dicit Alex.in consi.93. num. 5.vol.5.vbi tamen limit. in prelato iurāte non repetere res Ecclesiæ sibi ablatas; quia tale iuramentū est cōtra bonos mores.quamuis ergo iuret per metum, dicit consentire; quia metu etiam imminente poterat non iurare:sicut in simili dicit de seruo,qui si heres institutus est,potest nolle adire, quamuis dominus eius metū incutiat, vt not.ī l.si quis mihi.§.iussum.de acqui.hered.& in l.cum proponas. C. de hered.inst.Nec obstat,quod metus in spi ritualibus faciat actum nō tenere ipso iure,quia procedit,& est verum solum in illis casibus, in quibus lex prohibet metum interuenire:nam tunc propter legis resistentiam actus ipso iure non tenet: vt probatur aperte in c.cum. contingat. ibi Sine vi.de iureiu.in c.quamuis. ibi Non vi. đ pact.ī 6.& ī c.licet mulieres.ibi Nō vi, nec dolo.de iureiu.ī 6.& ita declarat Ab. in d.c.cum contingat.col.2.in 3. not. vbi dicit se hoc semper tenuisse.& quāuis dicta iura loquātur,quando interuenit uis; tamen comprehendunt etiam metum, q est effectus violentiæ.l.1. quod met. caus. Et ideo in casu d.Auct.sacramenta puberum. iurm metu interpositū est nullius momēti;quia dr interpositum super actu, id est,super contractu inualido, & a iure reprobato;prout intelligit Glo. in versic. contractibus.in princ. & ita etiam refert Fel.in d.c.2.de iureiur. qui transit cū di-

cto Abb.in d.c.si vero. Gram.ↄs.91.nu.4. & 5. & ꝙ quando iurm interponitur per metum super actu a iure reprobato, nõ obliget inrantẽ, videtur tenere Rui. in cõsi. 170.col.5.nu.18.vol.1.vbi dicit, ꝙ ita tenent cõiter Legistæ: subdit tamen indubitanter esse concedendam absolutionẽ, dato ꝙ obliget. quod ẽt tradit Corn. in consi. 278.col.5.in prin. in 4. parte. vbi loquitur in metu reuerentiali, prout loquitur Rui. Et pro dicta opi. ꝙ iuramẽtum non obliget, bñ concinunt, quæ dixi in priuilegio 83.nu.44. quatenus ibi retulimus iuramentum non supplere plures defectus.

8 † Et ideo minor iurans, quamuis perdat bñficium. l.2.C.de rescin. vend. ẽt si sit læsus vltra dimidiã, vt ibi per Bar. & Doct. per Abb. in cons. 71. col. pen. par. 1. Sozi. consil. 48. in fi. vol. 4. & per Crau. in cons. 7. col. 2. in fi. tñ si vltra lęsionẽ interuenit quoq; metus, quãuis læsio nõ fuerit excessiua, ei succurrendum est, vt habetur per Pau. de Cast. in cons. 174. col. 1. vol. 1. cõsi. 259. col. 3. ver. sed aduertendum, & cõs. 455. col. 3. post nu. 6. vol. 2. Aret. cons. 24. colu. 2. post medium ver. in contrarium. Corn. in cons. 11. col. 6. cum alijs adductis per Crau. in cons. 11. num. 12. nec mirum; quia duplex vitium magis inficit actum. Videmus, ꝙ incertitudo personarum nõ vitiat ipso iure legatum. l. si quis seruum. §. si inter. de lega. 2. incertitudo tñ rerum, & personarum illud vitiat, & quidem ipso iure, l. si quis plurib. de reb. dub. Rui. in consi. 103. col. 3. vol. 1. Vbi ergo lex ꝓhibet in actu metum interuenire, si interueniat, etiam iuramento intercedente actus est ipso iure nullus: quod sine dubio procedit de iure ciuili, prout supra tactum fuit, & hoc ẽt prius voluit Paul. de Cast. in d. cons. 455. vbi vult, ꝙ secus sit de iure canonico; quia, s. obligat quo ad Deum, ẽt si metus interueniat, ex quo inest consensus: & propterea secundum eum requiritur absolutio. & in hanc sententiam magis communiter videntur inclinare Doc. si bene animaduertantur; & ita ego etiam teneo. Hoc ita verum esse existimo, si intelligamus iura superius adducta, videlicet, c. cum contingat. c. quamuis, & c. licet mulieres. loqui de vi, cui nullo modo resisti põt, iuxta declarationem l. 2. quod met. causa. & declarationem Azo. in rub. quod met. cau. quia tali casu non obligat ipso iure; sed si intelligantur de vi cõpulsiua, tunc certum est iurm obligare, vt supra dictũ fuit, & tenet etiam Alba. in cõs. 77. nu. 17. Ex supradictis iam satis aperte colligitur solutio ad illud, quod dictum fuit de resignatione beneficij, quæ redditur ipso iure nulla, si metus interueniat: nã procedit, quia lex vult, ꝙ omnino proficiscatur ex libera resignantis voluntate, & metum cessare, & sic propter resistentiam legis actus ipso iure annullatur.

9 † Et quando metus interuenit, non dicitur esse libera voluntas, vt per Staphi. de liter. grat. & iust. ti. de varijs mod. vaca. in secũdo vers. incip. Modo pro declaratione. & Rebuff. in sua Pract. benefi. fol. 490. & 493. secundum magnã impresionem. In illis itaque casibus, in quib. absolute libera voluntas à iure desideratur, si metus interueniat reddit actum ipso iure nullum. patet vltra resignationem beneficij in matrimonio in quo si metus interueniat, est ipso iure nullum, vt per Grat. lib. 2. respon. 38. col. 2. ver. his sic præsuppositis. & resp. 48. nu. 12. & Boer. cons. 20. nu. 42. vbi testatur de cõ

10 muni; quia † matrimonia debent esse libera. l. Titia. cũ ibi nota. de verbor. oblig. Corn. consi. 41. col. 2. post litteram D. vol. 2. facit tex. in c. cum locum. c. requisiuit. & ca. gemma. de sponsali. idque patet in voto; quia in uouendo voluntas debet esse libera. c. integritas. 32. quæst. Item in ꝓmissione dotis. l. si mulier. §. si dos. quod metu. cau. & in plerisque alijs casibus, in quibus libera voluntas requiritur. de quibus per Glo. in c. 2. de his, quæ vi metusue cã fi.

11 † Libere autem dicitur fieri, quod fit sine alterius contradictione, & impedimento. Glo. in l. reprehendenda. C. de insti. & substi. cuius meminit Guid. Pap. quæst. decis. 549. idem tradit in c. reprehensibilis. de appella. & libere etiam fieri dr,

quod fit fine alterius licentia, & voluntate. Dec. in c. quæ in ecclesiarum. col. 2. nu. 3. de constit. Crau. cons. 122. nu. 4. & cõs. 230. col. pen. in fi. Nec ẽt obstat, ꝙ metus reuerentialis videatur excludere consensum; quia respondetur esse verum, quantum ad hoc, vt non videatur sibi præiudicium intulisse; cum si libere consensisset, non potuisset contra patronum agere pro re sibi furto subtracta: tñ dicitur consensisse, licet ille consensus non fuerit; quia vt supradictum fuit, consensus, seu voluntas coacta, voluntas est, d. c. merito. 15. q. 1. quem tex. dixit meliorem de iure Dec. in l. velle non creditur. de reg. iu. Non obstat, ꝙ metus sit contrarius consensui; quia est verum, prout metus opponitur spontaneo consensui; non autem prout opponitur consensui simpliciter, secundum Glo. in d. l. nihil cõsensui. de reg. iur. Ex supradictis ergo colligitur ad suprascriptam conclusionem, quòd, scilicet, iuramentum præstitum per metum obliget iurantem, mero iure non procedere de iure ciuili, quando interponitur super actu a lege reprobato: imo etiam & de iure canonico, si fuerit interpositum: in quo libera debet esse voluntas, vt si quis adigatur contrahere matrimonium, metum incutiendo, cũ certa muliere, & iuramentum extorquendo: nam in tali casu, etiam de iure canonico, non obligat iurantem; quia est contra bonos mores metu aliquem compellere, & astringere iureiurando ad contrahendum matrimonium. Et ideo putarem, quòd posset propria auctoritate, nulla petita absolutione, venire contra proprium iuramentum, c. inter cætera. & c. in malis promissis. 22. q. 4. & ista sit prima limitatio. Circa quam est obseruandum, quòd metus debet esse iustus, vt actus intelligatur metu factus, vt habetur in d. Auten. sacramenta puberum. C. si aduers. vend.

12 † Metus autem iustus intelligitur, qui sit probabilis, & non vani hominis; sed qui merito in homine constantissimo cadat, vt inquit iurisconsultus in l. metum. la 2. quod met. caus. & sic non sufficit omnis metus; sed metus maioris mali. l. metum. la 1. eod. tit. tradit Abb. post Io. And. in c. fi. de appella. quia vani timoris nulla est excusatio, vt in reg. vani timoris. de reg. iur. in 6. & sequitur Dec. in l. in omnibus causis. post princ. de reg. iur. vbi dicit, quòd debet esse talis, qui cadat in constantem virum, vt nunc quoq; dicebamus: de quo etiam in c. cum dilecti. quod met. caus. & in l. 2. C. de his, qui per met. iud. non app. Grat. lib. 2. respon. 43. num. 2. cum alijs allegatis per Dec. in d. l. in omnib. causis. & Feli. in d. c. 2. colum. 1. ver. adde aliud. de iureiuran. Et dixit Roman. quòd electio redditur inefficax, si non fuit petita confirmatio eo, quia electus dubitauit à superiore eam nõ obtinere, cum vana fuerit ista suspicio. ita dicit in consil. 332. in prin. vbi etiam subdit, ꝙ metus, vt dicatur iustus, debet instare de præsenti; & sic tempore iuramenti, secundum Barto. & Bald. in l. metum la 3. per illum tex. quod

13 met. caus. in prin. & l. metum. C. eo. † Obseruandum tamen est, quòd an & quando dicatur iustus metus, in arbitrio iudicis consistit, secundum Glo. in l. interpositas. in ver. cruciatum. C. de transa. per tex. in l. 3. ex qui. cau. maio. cum alijs congestis ꝑ Gram. decis. 18. num. 19. & 20. decis. 103. 56. cons. 91. circa prin. in ciui. Corne. in consi. 41. col. 3. in prin. volu. 2. & Gratu. in d. respon. 38. nu. 12. lib. 2. qui quidem iudex debebit considerare qualitatem metus, & personarum, vt in dictis locis habe-

14 tur. † Nam minor metus in mulierib. requiritur, q̃ in hominibus, vt ꝑ Rui. in ɔsi. 98. col. 10. vol. 1. & cõs. 170. col. 4. in fi. eo. vol. Alba. in cons. 77. & ibi cõcord. Boer. decis. 100. vbi allegat Gl. in c. cũ locũ. de sponsali. & alia quam plura. Et ꝓpterea dicere solemus, ꝙ mulieres facilius confitentur delictum, si minentur de tortura, vt inquit Gram. in consi. 50. nu. 1. in ciui. Est ẽt obseruandum, quòd quamuis quis ridendo iuraret, non propterea diceretur spon-

15 te iurasse, si metus instaret; † quia risus nõ est indicium consensus, vt per Abb. antiqu. in c. super hoc. & ibi Io. And. But. &

Imol.

Imol. de renuncia. & ideo non dicitur ratificari maleficium commissum ex eo, quod quis de illo lætatur, & ridet, vt alios allegando dicit Natta in consil. 493. numero 11. licet alias faciat præsumptionē consensus, vt per Rolan. de Curt. inter consi. Calca. consi. 64. col. 4. in fin. sic videmus ex contrario, quòd mestitia, & lamentatio non inducit dissensum, vt per Corn. in consi. 82. col. fin. vol. 1. licet alias huiusmodi sint signa consensus, vel dissensus respectiue, vt l. si quis instructis. ad munici. hodie incipit, Eius qui. §. Celsus. ex quo per exteriora indicantur interiora. l. si tamen. de ędili. edict. Quomodo autem probetur metus, habes per Alci. in tracta. præsump. reg. 3. præsump. 7. & aliquid per Craue. in consi. 49. & consi. 114. vbi late, quādo metus abesse præsumatur. & de multiplici metu tradit Dec. in consil. 42. in 3. dubio.

Secundo limi. supradictam conclusionem, quòd iurm, metu præstitum, obliget iurantem, non procedere quo ad Deum, & sic in foro pęnitentiali, quando. s. nō habuit animum se obligandi, quod in dubio
16 præsumitur. Ab. in c. si vero. de iureiu. † de quo statur eius simplici dicto, & assertioni, secundum Glo. in c. significasti. el 2. in ver. credendum. de homicid. & nota. per Io. And. Card. Abb. & Feli. in d. c. si vero. de iureiu. post nu. 7. si vero habuit animū se obligandi, dicitur obligatus; & contrauenien do absque legitima causa, peccat mortaliter, secundum diuum Thomam in Secunda secūdæ, quæstio. 79. arti. 7. Ratione metus non ita acriter iniungitur pęnitentia, sicut si venisset contra iuramentum libere præstitum. Abb. in c. verum circa medium, post Glo. ibi. de iureiur. vbi dicitur, quod non seruans iuramentum metu extortum non punitur, tamquam pro directo periurio. Si ego velit vitare peccatum obtinere procuret absolutionem: nam talis absolutio non solum ad hoc sibi proderit; sed etiam poterit se in iudicio defendere, vel etiam agere: quod absque absolutione facere non posset, obstante sibi exceptione iuri, vt colligitur ex traditis per Paul. de Cast. in d. cōsi. 455. col. 3. post nu. 6. vol. 2. Crau. in cons. 11. nu. 12. & Ro. in consi. 511. incip. Iurat quis metu.

Tertio limita. non habere locum, si iurans prius protestatus fuisset de metu; quia tunc nō obligaretur iuro, vt per Imol. in d. c. si vero per tex. in ca. 1. quod metus caus. & in l. q. aliena. §. Celsus. de acqui. hæred.
17 † Talis tn̄ protestatio palam fieri dēt: aliàs si clam firet, nihil adiumenti afferret, vt per Crau. in consi. 120. nu. 3. qui loquitur, qn̄ protestatio potuit palam fieri: aliàs enim & clandestina protestatio iuuat, ut per Dec. in d. l. in omnibus causis. nu. 11. de regu. iur. Felin. in d. cap. si vero. in quarta limitatione.

18 Quarto † & vltimo limita. quando non esset simpliciter metus; sed præcisa coactio, & vis maior, cui nullo modo resisti pōt; quia a pcisa coactione qlibet excusatur. c. in sacris. qd̄ met. cau. ca. præsbyteros. 50. distin. & c. constat. 1. q. 1. pro hoc facit illa trita parhæmia, quod Necessitati omnia parent; quia legē non hēt. Glo. in l. 1. de offi. consu. l. 1. C. de oper. libert. Gram. cons. 100. nu. 17. in ciui. & Corn. consi. 12. col. 2. Nec dicat q. s. quod nemo pręcise cogi posit ad iurandum; quia sicut quis cogitur præcise ad renunciandum beneficium: quo casu talis renunciatio est nulla ipso iure, vt supradiximus; & probatur per tex. in Clem. multorum. §. sane. de pęn. & in c. sollicite. de resti. spolia. ita potest cogi ad iurandū, licet difficilius. quod videtur etiam sentire Felin. in d. c. si vero. in fin. de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum generale quo ad omnia, tantum valet, quantum speciale quo ad specialia.*
2 *Procurator generalis potest etiā facere ea, quæ mandatum speciale requirunt, si sint in consequentiam rei generalis.*
3 *Iuramentum non comprehenditur in mandato generali*
4 *Mandatum generale cum libera dicitur speciale mandatum.*
5 *Verbum, Expresse, exponitur pro, Specialiter.*

6 *Procurator vt posit respondere positionibus, requiritur speciale mandatum.*
7 *Exceptio ad regulam, illam non ampliat.*
8 *Procurator quomodo iurat in animam constituentis.*
9 *Procurator vt faciat incidere dominum in periurium, requiritur mandatum in indiuiduo.*
10 *Mandatum, in quo iuramentum continetur ipsius domini constituentis, an sit speciale.*
11 *Iuramentum habet vim specialis expressionis.*
12 *Testis non potest iurare per procuratorem.*
13 *Iudex debet animaduertere testem, quo vultu, quo colore, & an trepidanter deponat.*
14 *Verbum seu pronomen Ipse, denotat personalitatem.*
15 *Procurator habens speciale mandatum potest respondere positionibus partis, ipsa etiam contradicente, & reclamante.*

PRIVILEGIVM CXI.

1 CEntesimum decimum primum priuilegium est: † nam quamuis tantum operetur mandatũ generale, quo ad omnia, quàm speciale quo ad specialia. l. Lucius. de fund. instrũct. l. grege. de leg. 1. l. Iulianus. de leg. 3. l. si duo. de admi. tu. Specul. in ti. de acto. uer. quid si pater. Ancha. in consi. 3. Alexan. in cons. 133. colum. 1. volum. 6. Corn. consi. 111. in fin. vol. 3. & consi. 146. col. 2. vol. 4. cum similibus cumulatis per Tiraq. de legib. connubiali. l. fin. Gloss. 7.
2 nume. 89. † Item quamuis procurator generalis in consequentiam, & incidenter possit ea, quæ speciale mandatum requirunt, vt per Bar. in l. cum procurator. in princ. de damn. infect. & in l. indebitam. cum concordantijs traditis per Alex. in d. l. cum procurator. Tamen in mandato generali non comprehenditur mandatum, vt procurator possit iurare quamuis veniat in consequentiam; vel incidenter sit
3 iurandũ. † Sed requiritur speciale mãdatum vt iurare valeat. l. procurator cũ libera. & l. ꝓcurator tutorũ. de procurato. Ita voluit Bar. in l. qui bona. §. si alieno. & ibi etiam Alex. de damno infect. Rui. in consil. 169. col. 3. post nu. 6. vol. 1. Bauer. in tractat. de virtu. iuram. nu. 95. Grat. lib. 2. resp. 104. nume. 19. & lib. 1. respon. 96. nu. 17. Anto. de Petru. in l. 1. ver. trigesimusquintus effectus nu. 269. de iureiu. Spe. in ti. de procur. §. 1. col. 4. ver. primo in iuramenti delatione. Glo. & Doct. in c. qui ad agendum. §. procurator. de procu. in 6. & Craue. in consi. 238. post num. 3. & hoc vsque adeó verum est, vt etiam si procurator fuerit coniuncta persona constituẽtis, adhuc non possit deferre iuramentum, nisi habeat speciale mandatum. l. nec filius. & ibi Bal. C. de reb. cred. nec etiam iusiurandũ in litem proponere, vel subire valeat. Bar. in l. vulgo. per illum tex. de in lite. iura. Ias. in l. exigendi. C. de procurat. colu. 3. ver. quarto fallit. & versi. decimo quarto limita. Et iura supra primo loco allegata
4 pro eo probant; † quia loquuntur in habẽte generale mandatum cum libera: quod est idem, quod habere speciale mandatum. l. nam nocere. vbi Glo. de pact. d. cap. qui ad agẽdum. in fi. de procurat. in 6. per Sozi. Ias. & alios. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. de iureiuran. §. procurator. Alexan. in d. cons. 133. volum. 6. Grat. lib. 2. respon. 159. num. 7. & Rui. in consi. 27. post prin. vol. 1. Et quod iuramentum præstari possit per procuratorẽ, si ad hoc habeat speciale mandatum; vltra supradicta, habetur etiã in c. fi. de iureiu. in 6. Sed videtur, quod habere mandatum cum libera, non sufficiat; quia non est specialiter ad iurandum, secundum Ias. in l. scire debemus. de verb. obli. sed requiritur mandatum in indiuiduo ad iurandum de veritate, vel de calumnia, per tex. in d. l. iusiurandũ, qđ ex cõuẽtione. §. ꝓcurator. ibi Si idipsum nominatim mandatũ sit. & ita Ias. videtur ibi illum intelligere. col. 4. Sed ego respondeo, quod quidquid ibi ille dixerit in d. §. procurator. agitur de speciali mandato; quia si quis habeat generale mãdatũ cũ libera, vt ibi dicit Gloss. iuramentum deferre potest, & dominus ratum habere dẽt. põt tñ id ipsum nominatim mandari: nõ tñ est necessariũ: & adhuc in tali casu diceretur specialiter mandatum de

iurando

iurando;non aũt in indiuiduo: cum enim plures sint species iuri, non ad vnam magis,quàm ad aliã,referri põt,quãuis nominatim dictum sit de deferendo,vel subeundo iuro, cum oĩa iuramenta cõplectatur. Nec obstat dictio,Nominatim,quia exponitur,idest specialiter l. 2.de lib.& posthu.
5 & l.hæres seruum.cũ Gl. de euicti. † sicut dr̃ de verbo,Expressé, quod pro Specialiter accipitur, secundũ Dec. in consi.10. col.4.in medio. Quinimmo etiã nominatim fieri dicitur, quod verbis generalibus cõprehenditur, sm̃ ea quæ scribit Bar. in l.filiusfam.col.vlti.de donati. per tex. in l. Titius.in princi. de libe.& posthu. quod ideo contingit; quia ita postulat subiecta materia.Concludo ergo,quod satis est habere mandatum generale cum libera, vel mandatum ad iurandum simpliciter,vt iurari posit:quemadmodum etiam satis est, vt posit deferre : sicut scribit Craue. in consil.272. colum. 2. in princip. Et ideo si constituerem procuratorem ad omnia, excepto quod non posit respondere positionibus, quod requirit speciale mandatum,vt per Sozi.in consi.55.vol. 1. posset iuramentum deferre, vel iurare; quia talis exceptio ampliat mandatum, & illud declarat,vt includantur alia, quæ mandatum speciale requirunt,vt est iurare,vel iuramentũ deferre, vt post alios tradit Ale. in l.fi.quod quisque iu.& in consi. 36.col. 1.vol.6.& Dec.in c.consultationibus.in fi.
6 de offi. deleg. Et † quamuis exceptio non soleat ampliare regulã,quæ fit ad illam restringendam, vt per Gozad. in consi. 82. nu.16.nec faciat cõprehendi ea, quæ alias comprehendisset, non facta exceptione.l. generali.§.vxori.vbi not. Bar.de vsufru.legat.& in l.Lucius §.pluribus.ad Trebelli. Tamen dico,quòd hoc non procedit, qñ aliàs exceptio esset inepta, prout in casu pñti,nisi mandatum intelligeretur generaliter in requirentibus speciale mandatũ; quia alios vtiq; facit comprehendi, & ampliat ipsum mandatũ, in casibus non exceptuatis,similib.excepto;quamuis aliàs propter sui generalitatem dictos casus non comprehendisset, vt per Cagn. ita declarantem in his terminis nostris. in l. 1. nu. 30.de reg.iu.Sed contra supradictam cõclusionem,vt.s. ad iurandũ vel deferendũ iuramentũ requiratur speciale mandatũ, videtur facere; quia immo in his casibus, in quibus res sine iuramento non posset expediri, generale mandatum deberet sufficere; ex quo in consequentiam videtur contineri, vt supra dicebam allegãdo Bar.in d.l.cum procurator.de dam.infect. Sed dicendũ est,quòd ea, quæ veniunt in consequentiam, quamuis necessariam ad actum expressum;quoniam illa non dicũtur expresse;sed tacite venire, cum nudis verbis non comprehendãtur, vt est tex.in l.sicut certi.C.de testam. milit.& ibi Are. & Ias.col.3. ver. notandum etiam ex hoc textu. iuramẽtum diceretur tacite venire. quod esse non potest; quia de iuramento facienda est expressa mentio. Vel dicas, quod allegata in contrarium procedunt, quando omnino actus expediri non potest:sed in casu nostro, puta in procuratore ad litem, posset lis expediri absque eo, ꝙ iuraretur,vt patet in iuramento calumniæ,quod tacite remitti põt : vt post alios nobis scriptum reliquit Dec.in l.expressa. de reg.iuris.& Maran.in suo Specu. dum agit de iuro calumniæ: ergo non venit in mandato;sed opus est, quòd de eo fiat expressa mentio. & sic remanet indubitata conclusio,quod procurator habens speciale mendatum ad iurandum, vel iuramentum deferendum,poterit iurare, vel deferre, & similiter, quando habebit generale cum libera. Et notandum est, quod ipse habebit iurare in animam constituentis, siue dicat, Iuro in animam domini mei;siue Iurat dominus meus ꝑ me, vt est Gloss. in cap. tibi domino. 63. distinct. sequitur Alexand. in consil. 149. numero 9. volum. 5. & ita tradit Bald. & idem Alexand. in d. l. qui bona. §. si alieno. de damno infect. & communiter Doct. in l.2.§. fin.C.de iuram.calu.& Cotta in suis memoralibus,in vers.procurator põt.Et dicta cõclusio videtur procedere

generaliter in omni iuramento prestando per procuratorem, vt, scilicet, requiratur speciale mandatum; vt colligitur ex traditis communiter à scribentibus in d. §. si alieno. & nuncupatim à Roma. in suo singula. 8. & Bauer. in suo tract. de virtu. iur. in loco supra citato, qui subdit, quòd ad hoc, vt ligetur anima principalis, nō sufficit generale mandatum cum libera, &
9 sic speciale mandatum; † quia ad faciendum incidere principalem in pœnam periurij, requiritur mandatum omnino speciale in indiuiduo: vt probat Couar. lib. practi. quæst. c. 20. ad fi. Sed in contrarium facit; quia videtur sufficere speciale mandatum ad faciendum incidere dominum in pœnam. l. nam & nocere. de pact. & c. q. ad agendum cum ibi not. per Gl. Fran. Geminia. & alios. de procurat. in 6. quinimo procurator facit dominum incidere in pœnam, si ipse, inquam, dominus scit, & patitur; quamuis non habeat speciale mandatum, secundum Dec. in l. culpa. nu. 4. de reg. iur. Sed dicendum est, quòd hæc procedunt in pœna temporali, in qua bene sufficit speciale mādatum, aut patientia scientis domini: quæ pro speciali mandato habetur; sed nos loquimur in pœna spirituali, quæ afficit animam. & ideo cum agatur de maiori præiudicio, necessarium est in indiuiduo mādatum, vt quis incidere posit in periurium, argum. l. 1. §. sed & si quis. de Carb. edi. & c. vbi periculum. de electi. in 6. Notandum tamen, quòd si quis constitueret procuratorem cum facultate iurandi affirmatiue, vel negatiue, prout melius procuratori ipso visum fuerit; tale mandatum non valebit. & ita memorie mandauit Catelli. Cott. in suis memorali. in ver.
10 procurator potest. in fine. † Sed hic quæro, quid, si constituens in ipso procurationis instrumento iurauerit simpliciter, an procurator intelligatur habere speciale mandatum, vt propterea posit iurare? ego non inuenio hoc per aliquem tactum: puto tamen, quòd procurator po-
11 terit iurare; † quia cum iuramentum in aliquo actu interponitur, habet vim expresi, ita, vt vbi requiritur q̄dquam specialiter agi, nec sufficiat gn̄aliter, si fiat generaliter cum iur̄o, satis sit, ac si specialiter esset actum, sc̄d'm Bald. qui hoc dicit expresse menti tenendum, in l. 1. in secunda quęst. & ibi etiam Salyce. col. fi. commod. per l. cum pater. §. filius matrem. de leg. 2. Ang. in l. senium. C. qui testam. face. pos. Rom. in l. 1. §. si quis ita. col. 6. ver. secūdo allegatur. & ibi quoq; Alex. col. 3. ver. secundo inquantum Bartolus. de verb. obl. Aret. in consi. 33. col. 3. ver. & benefacit. sub nu. 17. Sozi. in cons. 147. ad fi. vol. 1. Et Tiraq. qui prædicta, atque alia allegat. de legi. connub. l. fi. Gl. 7. num. 182. Ias. in l. si conuenerit. col. 3. vers. vltimo facit. de iurisd. omn. iud. Sozi. iuni. in consi. 136. col. vlti. nu. 26. vol. 1. Et propterea, si constituens diceret, q̄ omnia facere posset, quæ ipsemet constituens faceret, si personaliter interesset (prout in similib. instrumentis procurationum plerunq; legimus) & iuraret; tūc talis procurator diceretur habere speciale mandatum in omnib. illud requirentibus; & consequenter ad iurandum. & ita ego credo esse tenendum. Quinimo dico, q̄ etiam absq; iur̄o per dictā clausulam, Quòd oīa facere posset, intelligeret̄ habere speciale mandatum, vt per Abb. in c. intelleximus. nu. 11. de iud. & in cons. 18. col. 5. in medio. parte 2. & pulcre Rim. iun. Insti. q̄b. alie. lic. vel nō. §. 1. nu. 152. & seq. quod intelligit Paul. de Cast. in conf. 335. ad fi. vol. 1. q̄n in tali mandato gn̄ali est expressus aliquis casus, q̄ mandatum speciale req̄reret: tunc. n. talis clausula operaret̄, vt extenderetur ad alios casus similes illi exp̄sso. aliàs in mādato gn̄ali hm̄ōdi clausula nihil operat̄, sc̄d'm eū. Cū itaque in mandato gn̄ali est adiectum iur̄m, p inde est ac si sp̄aliter mādatū esset; & iō extenderetur ad oēs casus requirentes speciale mādatū; & cōsequenter ad iurandum. cogitabis tn̄. Supradicta conclusio, q̄ iurari posit p procuratorē hn̄tem sp̄ale mādatū, limitatur plurib. modis. Et
12 primo † limitatur, vt nō p̄cedat in teste, qui

qui non poterit iurare per procuratorẽ; sed personaliter iurare debet. ca. licet ex quadã. ibi, Proprio iuramento & ibi scribentes. de testi. & ista est communis opi. sicut ẽt refert Viui. in ver. iuramentũ potest. & procedit ẽt in testibus egregijs, & in dignitate constitutis, vel aliàs impeditis iurare apud iudicẽ; quia in his debet mittere ad domum ipsorum iusiurandũ l. ad personas. de iureiu. quod nõ esset necessarium, si possent iurare per procura-
13 torem. & vr̃† esse ratio manifesta; quia iudex dẽt animaduertere, quo vultu, & trepidatione loquitur, & quo colore. l. 1. §. ideoq; diuus. & ibi Gl. de testib. & latius per Bauer. in tracta. de virtute iuramen. post nu. 101. & 102. quamuis Rom. secundum eum contrarium notauerit in singula. octauo. incipiente, An iur̃m. Tu autem aduerte; quia ista ratio non cõcludit, quo ad iuramentum generaliter; quia iurari potest, etiam citra præsentiam ipsius iudicis, vt patet in egregiis ꝑsonis, ad quas iudex mittit iusiurandum. neq; dicatur ꝙ iudex ad illas accedat; quia hoc dictũ iniustũ est, vt inquit Imperator in l. iubemus. §. omnes. in fi. C. de episc. & cler. sed prædicta ratio procedit solũ quo ad depositionẽ, quæ dẽt fieri propterea viua voce, & nõ in scriptis, vt habetur in ca. a nobis. vbi Ab. qui matrimo. accusa. pos. Grat. li. 1. resp. 12. n. 75. quia, scilicet, iudex videat quo vultu, colore, & trepidatione loquatur, ad effectũ vt illi plus, vel minus fidẽ habere possit. & ꝙ testis debeat viua voce deponere ex causa ꝑdicta cõcludit Roma. in cõs. 204. col. 2. vbi dicit esse casum in d. §. ideoq; diuus. q̃uis Bar. tenuerit cõtrarium in l. Theopõpus de dote præleg. & ideo vr̃ opi. Ro. in d. singula. 8. satis ꝓbabilis, quatenus vult testẽ posse iurare ꝑ ꝓcuratorem: a qua etiam non videtur dissentire Cur. iun. in l. admonendi. nu 362. de iureiur. Posset tamen dici, quod prædicta ratio conueniat, etiam quo ad iuramentum; quia solent homines nonnulli ꝑ quam timidi, ob religionem iurisiurandi quando ad iurandum accedunt, plurimũ expauescere, nonnulli etiam ex contrario temere nimiumq; audacter iurare: vt habetur in l. quæ sub conditione. in prin. de condi. insti. & ideo per se ipsum quisque iurare debet. Quæ ratio cessat in testibus egregijs, dignitate nobilitateque pollentibus; quia præsumuntur pro veritate iurare, & nulla animi affectione ad testimonium ferendum moueri, arg. eorum, quæ not. Petr. Gerard. in sing. 30. & Rom. singu. 723. vbi dicitur, quod pro nobili præsumitur. & ideo non habent testes nobiles necessario iurare coram iudice, immo nec etiam deponere; sed ad eos debet mitti notarius ad examen accipiendum, vt ꝑ Rom. in sing. 782. Petrus Gerard. in sing. 11. ad fi. & aliquid per Alcia. de præsumptio. reg. prima, præsumptio. 48. vbi multa de nobilitate. Habebit ergo locũ cõmunis ratio generaliter in alijs testibus, qui coram iudice per se ipsos iurare debebũt vt ipse animaduertat, an timiditate, vel audacia iurent, vt deinde animi sui motũ testibus fidelioribus applicare posit, cum testibus, nõ testimonijs, iudex credere debeat. d. l. 3. §. idem diuus. de testi.

Secundo limita. non procedere, q̃n statutũ requireret formaliter propriũ iur̃m; quia tunc nõ posset iurari per procuratorem, q̃uis ad iurandũ haberet speciale mãdatum. Glo. in c. vt circa. de electio. in 6. cum alijs per Viui. allegatis in d. ver. iuramentum põt. & in ver. testis nõ. & ideo si statutum diceret, in causa iurandum esse per ipsum creditorem, non posset iurari
14 per procuratorem; † quia illud pronomẽ Ipsum, denotat personalitatẽ, vt est apud Glo. in §. fuerat. versi. in ipsa. Inst. de acti. tradit Gra. lib. 1. resp. 28. col. 1. in fi. & sequen. vbi tamen vr̃ aliter sentire, quando statutum huiusmodi aliã habuisset interpretationem ab vsu, & cõsuetudine. & ita forsitan posset intelligi Anto. de Petr. in repe. l. 1. num. 274. de iureiur. vbi dicit, ꝙ quamuis statutum caueret debere iurari propria manu: tamen iurari posset per procuratorem, specialiter constitutum ad iurandum. & ibi dicit quamplura, quæ

de verbo ad verbum quasi retulit Bauer. in d. tracta. de virtu. iur. & si alius de alio
15 mentionem nõ faciat, sicut etiam † posset pariter iurari per procuratorẽ, & responderi positionibus partis aduersę, qñ ad hoc haberet speciale mandatum; quãuis ipse faciens positiones vellet iurari, & responderi per principalẽ, secundum Bar. quem Doct. communiter sequuntur in d. l. qui bona. §. si alieno. nu. 15. de damno in fect. & habẽt in Pedem. decis. 113. ĩ prin.

SVMMARIVM.

1 *Pater potest assignare partem filiis, inter ipsos bona diuidendo, & talis diuisio tenet.*
2 *Pater potest diuisionem, quam fecit, inter filios reuocare.*
3 *Limita non pcedere, quando in diuisione apposuit iuramentum.*

PRIVILEGIVM CXII.

Centesimum decimum secũdum priuilegium est: nam tu scis, q̃ pr̃ aliquando cogitatione futuræ successionis assumit sibi officiũ quasi arbitratoris in diuidendo bona inter liberos, vt inter eos post eius obitum non oriatur discordia. Prudenter enim facit pater, si intra domum studeat terminari controuersias, vt in simili dicit Roma. in consi. 68. col. 2. vers. his tñ non refraganti-
1 bus. & ideo assignat † vnicuiq; portionẽ suam: quod facere potest. l. ex parte §. intestato moriens. fami. ercisc. & talis diuisio inter eos seruari debet l. quoties. l. filij. & l. si cogitatione. C. famil. ti. declarat quoque Bar. post Gl. in d. l. quoties. & ibidem Bal. & Pau. de Cast. idem Bal. in Auctẽn. quod sine. C. de testam. Et procedit, etiam si testamentum esset minus sollemniter factum, vt legitur apud Capr. in consil. 33.
2 columna secunda, in princ. † Et hoc est verum, nisi per ipsum patrem talis diuisio fuerit reuocata: quod similiter facere potest; quia vim vltimæ voluntatis obtinet, quæ semper mutari potest, d. l. filij. C. famil. ercis. l. si quis in principio. vbi nota. de lega. 3. Glo. in l. si ancillam. §. si pater pro suo. l. pen. §. si pater. pro hærede. Sozi. in consi. 4. col. 2. vol. 1. cum alijs adductis
3 in Pedem. decis. 125. † Tamen, si in huiusmodi diuisione interuenerit iuramẽtum patris diuidentis, vsque adeo seruari dẽt, vt nullo modo reuocari possit; quia p iuramentum efficitur irreuocabilis, sicut & donatio. vt per scribentes in l. si donatione. C. de collat. Soz. in consi. 107. volu. 3. Ruin. consi. 96. nu. 8. vol. 5. Paris. consi. 33. volum. 3. Natta in consi. 273. & ista est cõmunis opin. vt testatur dicta Pedem. decis. 125. col. 3. vers. 2. ante nu. 6. Alexã. in consi. 181. vol. 5. & Duran. in tract. de arte testan. ti. de libe. instituend. vbi ponit hoc pro cautela, plura allegando, caut. 2. Et ex hoc sequitur, quòd iuramentum facit ius acquiri filijs, quod aliàs non acquireretur vt late per Corn. in consi. 228. colu. 1. & 2. vol. 4. Tu autem animaduerte; qa ista opi. quãuis communis, non videtur vera; quia hæc diuisio facta per patrem, vt supra dictum fuit, sapit speciẽ vltimæ voluntatis, non autem donationis. Primo, quia fit cogitatione futuræ successionis inter filios de eius hæreditate, in qua succedere dẽnt l. si cogitatione. C. famili. ercis. Secundo quia huiusmodi diuisio fit aut in testamẽto, vt l. quoties. & l. si. eo. ti. aut in codicillis, vt l. ex parte. §. intestato. simili titu. licet ipse non negem, quòd fieri posset in quali bet alia, etiam non sollemni voluntate, vt in dictis locis notatur. Tertio; quia p hac diuisione non competit euictio. l. cum pater. §. euictis. de lega. 2. per quem text. ita dixit Gloss. penul. in dicta l. si cogitatione, cum tamen in donatione secus sit, quãdo incipit a promissione, vt not. in l. 1. C. de iure doti. & Institu. de donatio. §. aliæ autem vbi Gloss. in versiculo venditionis. Vltimo istam opin. probat textus in l. si filia. §. si pater. famil. ercis. vbi potius supremi iudicij diuisionem videri, Papinianus existimauit, quàm simplicem donationem. Cum itaque, sicut ex supradictis

dictis patet, sapiat vim vltimæ voluntatis, quæ sui natura reuocabilis est, l. si quis in principio testamenti. vbi notatur. de legat. 3. & l. 4. de adimen. lega. per iuramentum non fit irreuocabilis; quia reuocari poterit, licet pater reuocando efficiatur periurus, vt d. l. si quis in principio. & dixi supra in priui. 75. Cogita tamē; quia istud non inuenies apud aliquem tactum.

SVMMARIVM.

1 *Iudex seu officialis non potest emere bona stabilia in loco sui officii.*

2 *Iuramentum validat contractum officialis ementis bona stabilia in loco sui officii, & infra de veritate.*

3 *Iudex non debet esse nimium gratiosus, vel facilis, ita nec nimis difficilis, aut durus.*

4 *Renunciari non potest iuri prohibitiuo introducto principaliter ob publicam vtilitatem.*

PRIVILEGIVM CXIII.

1 CEntesimum decimum tertiū priuilegium est; † quia tu scis, quòd iudices non possunt emere regulariter bona stabilia in loco suæ iurisdictionis, tam per se, quam per interpositam personam: & si de facto emant, non tm̄ rem emptam amittunt; sed in quadruplum condēnantur. l. non licet. & l. qui officij. de contrah. emptio. l. principalibus. si cert. pet. l. eos. C. simili ti. & l. vni. C. de cōtra iudi. Corn. in consi. 127. col. 3. in prin. vol. 2. Simile fere videmus in emente rē Ecclesiæ, vt rem emptam restituat cum omni medij temporis incremento, & pretium, quod impendit, amittat, vt in c. si qs presbyterorum. in fi. & §. quia vero Leonis. de reb. eccles. alienan. vel non. ibi cadant quidem mox pretio.
2 † Tamen, si in contractu interuenerit iuramentum, officialis, vel iudex emptor poterit dicta bona stabilia per ipsum empta retinere, ex priuilegio iuramenti, vt voluit Ant. Butr. in c. cum contingat. de iureiur. refert & sequitur Bauer. in suo tracta. de virt. iuram. col. 6. versi. vigesimo. Sed circa huiusmodi priuilegium animaduertendum puto; quia non vr̄ verum. & contrarium tenet Bar. in l. si quis pro eo. ver. quarto dixi, ꝙ prohibetur. nu. 10. de fideius. vbi dicit, ꝙ licet seruandum sit iurm̄; tn̄ contractus nō sustinetur, vt ibi per eum: nam poterit vēditor, habita prius absolutione a iuro, rē venditam recuperare, sicut ex eius dictis colligitur. Et ista opinio suadetur satis cōcludenti consideratione: nam ꝙ officiales prohibiti sint emere in loco eorum iurisdictionis, introductum est principaliter ob publicam vtilitatem, propter. l. timorē i subditis. vt l. vni. C. si rector proui. & l. vni. C. si quacunque prædi. potesta. nam plerique subditorū compellerentur, ēt inuiti, vendere: ꝙ non est ferendum. l. inuitum. C. de contra. emp. & l. nec emere. C. de iure delibe.
3 † Item in emendo iudices efficerentur nimium gratiosi, & faciles, vel ex contrario difficiles, & duriusculi in iustitia administranda: quod similiter esse non debet. arg. l. nec quidquam. §. 1. ver. circa aduocatos. de officio proconf. & l. obseruandum. de offic. præsid. & rursus, ne per hanc occasionem emendi nascatur causa subornationis. quæ omnes rationes respiciunt principaliter fauorem publicum, vt dicit Cur. iun. in additi. ad Alex. in d. l. principalibus. si cert. peta. & ideo iuramentum circa confirmationem istorum cōtractuū nihil potest operari, vt dicit Bar. in l. si quis pro eo. supra allegat. in secundo membro suæ distinctionis. & Gram. in consi. 16. nu. 5. in ciuil. & hoc ne sit in potestate ipsorum iudicum facere quidquam contra publicam vtilitatem, vt probat tex. in l. iurisgentiū. §. pen. & fi. de pact. & not. per Bar. in l. Seius, & Augerius. ad legē Falcid. & istam opinionē sequitur ēt Dec. ampliando d. l. principalib. pro qua vltra supradicta optime facit; qa stante prohibitione legis, res non dicitur esse in cōmercio nostro. §. 1. Insti. de inut. stipula. & ibi Glo. & scribentes. & late per Fabia. de Monte. in suo tracta. de emptio. & vēditio. in quarta quęstio. principali. in prin. ergo iurm̄ nihil operatur, vt voluit

Bar.

Bar.in d.l.si quis pro eo.in nono membro. & sequitur Bauer. in d. tract. de virt. iur. post nu. 45. quod procedit, si dictis legi-
4 bus renunciaretur; † quia renunciari non potest iuri prohibitiuo, introducto ob publicam vtilitatem principaliter, l.nemo potest. vbi omnes scribentes. de legat. 1. Alexand.in consi.95.in fine. volu. 1. cum alijs, quę adducuntur per Gozad.in cons. 61. nu. 16. simile videmus in venditione rei ecclesiasticæ, quæ cum non sit in commercio hominum; sed in dominio Christi.cap.cum ex eo.& ibi Glo.in ver. Christi.de electio. in 6. cum notatis per Alex. in consi. 101. col. 2. nu.4.& 5.vol.6.ideo non firmatur iuramento prelati iurantis non contrauenire, si sollemnitates à iure requisitæ non interuenerint, vt per Aret. in consi.114.nu.23.Ex prædictis igitur patet, quod etiam si interuenerit iuramentum officialis, vel venditoris; tamen contractus inter eos celebratus non valebit, vt supradictum fuit tamen, dato quod valeret, deberet de facili dispensari, secundum Guid. Pap. quæst. 224. vbi allegat Barto. in d. l. si quis pro eo. in princ. ibi Quarto dixi de fideius. Istud autem, quod dictum est officialem emere non posse in loco suæ iurisdictionis, limitatur per Docto. multis modis, in d.l.principalibus.& ibi præcipue Ias.Dec.& alij. si cert. petat. per Guid. Pap. quæst. 195. vbi limit. in officiali perpetuo, & Pedem. decis.144. Ego ad eos me remitto; quia non est præsentis speculationis.

SVMMARIVM.

1 *Creditorum maior pars concedere potest inducias quinquennales ad soluendum debitori, aliis recusantibus.*

2 *Creditor cum iuramento non tenetur concedere inducias quinquennales.*

3 *Princeps non potest remittere iuramentum parti acquisitum.*

4 *Maior pars creditorum dicitur respectu quantitatis, non personarum.*

PRIVILEGIVM CXIIII.

1 CEntesimum decimum quartum priuilegium est: † nam tu scis, ꝙ si creditores plures vnius debitoris, non cōcordant in dando inducias quinquennales ad soluendum debitori, ipse potest cedere bonis, vt l.fi.C.qui bon. ced.poss. si tamen maior pars conuenerit, illas dare poterit, cęteris pro minori parte recusantibus non attentis; quia illi tenentur consentire maiori parti, & stare præfatæ concesioni quinquennalium induciarum, vt d.l.fi.& l. maiorem. cum ibi not.de pact.& per Rom. in singula.99.& singula.583. quia iniusta contradictio aliquorum non debet impedire iustam voluntatem aliorum, vt eleganter in simili proposito inquit idem Roman. in consi.
2 439.in princ. † Tamen si vnus ex creditoribus habeat eundem debitorem sibi obligatum cum iuramento, non poterit ad dictas inducias quinquennales concedendū compelli. & consequenter in huiusmodi casu maior pars non poterit concedere inducias prædictas.ita voluit Bald. in ca. constitutus in 2. col. de rescrip. vbi dicit ita debere intelligi, & limitari d.l.fi.supra allegatā.& sequitur Bauer.in suo tract.de virtu.iuram.nu.34. ver. vigesimo primo. & Anto.de Petruc.in repet.l. 1. nu. 237. versi. vigesimus quintus effectus.de iureiuran. Et huius dicti ratio est satis manifesta. Nam non solum ipsi creditores non possunt remittere iuramentum in præiudicium alterius creditoris habētis sibi debitorem obligatum cum iuramento, qui
3 denegat consentire; sed † nec etiam princeps sæcularis in pręiudicium illius. vt p Alex.in consi.205.in fi.volu.2. & in consi. 132.nu.7.& nu.11.vol.6.& Brun. in cons. 46.Quinimmo, nec ipse Papa absque legitima causa hoc facere potest in præiudicium tertij, vt dico infra in priuilegio 122.& facit tex.in c.nouit.de iudic.sed in cōtrarium videtur tex. in l. Imperatores. quę est l.fi.ad munic. vbi princeps dicit se

gratiam

gratiam facere iurisiurandi ei, qui iurauerat se ordini decurionum non interfuturum. sed dicendum est, quòd ibi Imperator, dum dicit, se facere gratiam iurisiurandi, intelligi debet quantum ad vinculum temporale; quia ille iurans non efficitur infamis. Præterea in casu illius legis ille iurans, non erat obligatus iuramento; quia erat cōtra bonum publicum; ex quo iurauerat se subtrahere ab onere publico: vt per Abb. in c. peruenit. el. 1. in fi. de iureiuran. & ideo si quis iuraret nolle tutelam, vel curam alicuius suscipere, obligaretur, vt per Archid. in c. sicut. 11. q. 1. vbi dicit quem posse cogi ad tutelam, curam, & dignitatem. & habetur in Sūma Ang. in versi. iuramentum quinto. §. sextus est. Item in contrarium facit tex. in l. fina. qui satisd. cogan. vbi iurans sistere in iudicio non videtur esse periurus, si à principe remittatur iuramentum; quia ex concessa sibi causa dicitur deserere iuramentum: sed dicas respondendo eodem modo, quod intelligitur quo ad vinculum temporale. vel dicas secundum Glo. ibi, quòd immo non obstante remissione, seu dispensatione principis, incurrit periurium, licet re-
4 mittatur. Et notandum est, † quòd hic maior pars creditorum, dicitur respectu maioris quantitatis debiti; non autem numeri ipsorum creditorum: vt inquit expresse text. in d. l. maiorem. de pact. & habetur per Aret. in consi. 126. col. 1. in prin. & consi. 157. in princip.

SVMMARIVM.

1 *Præsens, & tacens in iudicio præsumitur consentire.*
2 *Præsens, & tacens in iudicio, non præsumitur remittere iuramentum testibus, qui examinantur non iurati.*
3 *Testis non iuratus, nihil probat.*
4 *Iuramentum remitti potest per partem, cui iuratum est.*
5 *Pars censetur remittere exceptionem contra testem, si non protestatur.*
6 *Iudex quidquid agit partibus præsentibus, & non contradicentibus, facit eisdem præiudicium.*
7 *Præsens, & tacens censetur consentire actui ad sui fauorem; aliàs secus.*
8 *Iuramentum calumniæ cur tacite remitti potest remissiue.*

PRIVILEGIVM CXV.

Centesimum decimum quintum priuilegium est; quia tu scis, † quod præsens, &
1 tacens in iudicio præsumitur consentire. l. cum ostendimus. §. fina. de fideiuss. & nominato. tuto Ias. in repet. l. admonendi. col. 8. post medium versi. confirmantur prædicta de iureiuran. c. fina. circa fin. simili tit. de iureiur. in 6. & cap. 2. de accusatio. Doct. in c. quoniam contra. col. 19. de probat. & in cap. intimasti. col. 2. de appellat. Barto. & Docto. communiter in l. quæ dotis. per illum tex. soluto matrimon. vbi Ias. enumerat decem & septem casus, in quibus tacens habetur pro consentiente, si præsens est actui; & septem casus contrarios, in
2 quibus non præsumitur consentire. † Tamen, si testis, me præsente & tacente, absque iuramento examinatur, non videor consentire, vt proinde eius depositio valeat: vt per Io. And. in c. nuper. de testi. & Barbat. in c. super eo. col. 8. de officio delegat. & ita refert, & sequitur Bauer. in tract. de virtu. iura. nu. 41. Facit, quod voluit Natta in consi. 489. nu. 8. & 9. vbi dicitur, quod quando est approbata fides alicuius, non est necessarium iuramentū. fallit si partes iudicialiter approbauerūt; quia iuramentum est necessarium. Et hoc notandum est pro ampliatione. l. solam. cum simili. C. de testi. vbi dicitur, quod † te-
3 stis non iuratus nihil probat, neque præiudicat parti contra quam deponit. Abb. in d. cap. nuper. in vlt. no. Circa huiusmodi priuilegium aduertendum est; quia nō videtur trāsire sine difficultate. Et contra
4 illud facit: nam tu scis, † quod iuramentum, quod concernit fauorem iurantium tantum,

tantum, potest remitti per eos quibus iuratur, vt per Io. And. in cap. 2. de sponsa. Bar. in l. 1. §. & post operis. de noui oper. nunc. ergo poterit iuramentum ipsis testibus remitti, vt per Roman. in consi. 20. nu. 4. Abb. & alios. in c. tuis. de testib. quia, vt dixi, iuramentum præstitum ad mei fauorem, & commodum; possum remittere. & probatur in c. præterea. supra alleg. tradit Bar. in l. cum stipulatus sim. à Proculo. de verb. oblig. Rui. in consi. 212. in princ. vol. 1. Facit, quod vult Bald. in cap. ergo. circa fin. argum. illius tex. de iureiur. vbi dicitur, quod dominus potest relaxare iuramentum vassalli, & ipsum absoluere à vinculo iuraméti. Facit etiam, quod voluit Ioan. And. in additio. Specula. in 4. par. in tit. de iureiuran. §. sequitur. in additio. incip. ibi in § ad hæc. vbi dicitur, ꝙ si pater veniens ad mortem, & habens duos filios, fecit illos iurare de non diuidenda hæreditate infra decẽ annos, mortuo patre, poterunt sibi ipsis inuicem remittere iuramentum; quia cum respiciat illorum fauorem, possunt eidem renun-
5 ciare. hoc stante, sic argumentatur: † quãdo agitur de exceptione habilitante testem, quę per ipsam partem tolli potest, & de ea non protestatur, censetur illam remittere, vt patet in exceptione domesticitatis, inimicitię, & similium, vt per Bald. in l. si quis testibus. col. fina. versic. dubitatur hic. C. de testi. hæc enim regula est, quod exceptionem non opponens, cum possit, censetur eidem renunciare, l. si seruum. §. non dixit prætor. de acquir. hęred. l. vnica. §. sin autem ad deficientis. C. de caduci. tolle. q̃ iura ad hoc adducit Crauet. in consi. 87. nu. 4. Et dictum Bald. in allegata. l. si quis testibus. sequitur Felin. in c. cum oporteat. col. 3. ver. modo aduerte. de accusat. & in c. præsentium. col. 2. versi. quinto fallit. de testi. & hoc maxime videretur sine aliqua dubitatione procedere, si esset præsens, ad effectum vt deberet consentire, vel contradicere, & protestari, per ea quæ tradunt Innocent. & Abb. in c. vestra. de locat. Felin. in cap. non ne. ver. fallit septimo, & vltimum. 18. de præsumpt. vbi volunt, quod in tali casu præsens, non contradicendo, præsumatur cõ-
6 sentire. † Accedat etiam, quod regulariter quidquid iudex agit, partibus præsentibus & non contradicentibus, dicitur ingerere eisdem præiudicium, vt per Abb. in d. c. quoniam contra. post nume. 27. de proba. & melius in d. c. intimasti. col. 4. ante nume. 3. de appellat. & ideo dicitur, quod si iudex, vel arbiter dixerit in sentẽtia, vel laudo; Visis actis, petitione, vel compromisso in nos facto, partibus præsentibus, & intelligentibus; talis assertio probabit actus in præiudicium ipsarum partium, vt per Corn. in consi. 125. & cõs. 245. col. 2. vol. 2. quamuis aliàs talis assertio non probet, vt per Abb. in d. cap. quoniam contra. nu. 26. & per Aret. in consi. 157. col. 2. in principio. Cum ergo iudex, parte præsente & non contradicente, testem non iuratum ad examen admittit, dicitur eidem inferre præiudicium, ita, vt amplius contradicere non possit. Sed his minime refragantibus, tenendum est nostrum priuilegium tamquam verum; quia iuramentum in teste est de forma substantiali; cum sine iuramento quis non dicatur testis examinatus in forma iudicij, vt dixi supra in priuileg. 30. in prin. Confirmatur istud; quia, vt alibi diximus, de iuramento est facienda expresa mentio: & ideo per tacitam interpretatam renunciationem, resultantem ex præsentia, & taciturnitate videntis testem examinari absque iuramento, nõ intelligitur remissum, ita, vt de nullitate opponi non possit. & ideo crederem, quod si pars remitteret expresse omnes exceptiones sibi competentes aduersus testes, non propterea intelligeretur remisisse exceptionem sibi competentem ratione defectus iuramenti, non præstiti; quia de illo expressa mentio fieri debet, iuxta ea, quæ dixi in priuilegio. 22. & priui. 75. pro hoc adduco dictum Bald. in Auctẽ. si quis in aliquo documento. col. 1. C. de eden. vbi dicitur, ꝙ licet pars ꝯsentiat publicationi testium;

testium;si tamen testes nõ fuerunt rite & recte examinati,& recepti,talis consẽsus non prçiudicat.& rõ est, qa deficit ordo iudicij: qui quidẽ ordo cũ sit publici iuris,priuatorũ consensus nihil operatur.& sequitur Ias.in repeti.l.admonendi. colu. 12.ad fin. de iureiur. & pro singulari reassumit Pet.Gerard.in suo singul.36.Facit etiam;quia cum agatur de præiudicio ipsius partis,non potest dici, quod tacendo habeatur pro consentiente, vt scribit Bar.in d.l quæ dotis.sol.mat.vbi dicitur,
7 ꝙ † quando quis est præsens actui,& non contradicit;tunc dicitur consentire,quãdo ille actus gerĩt ad eius fauorem, per l. qui patitur.mandati.& sequitur etiã Gozad.in consi.98.col.2.in fi.ver.his nõ obstantibus.Nec obstat, quod iuramentum per partem remitti potest;quia procedit, quantum adhoc,vt iuramento non obstãte fides afferenti adhibeatur;non autẽ, vt valeat dictum testis,ac si in figura iudicij esset examinatus;quia hoc fieri nõ potest, cum iuramentum in testibus fit de forma substantiali,vt supra dicebam, & requiratur in eis ob publicam vtilitatem,vt,scilicet,deponentes metu periurij veritatem dicant, & a falsitatibus penitus se abstineant.Vel respondeo, ꝙ licet remitti possit expresse;non tamen potest remitti tacite;cum de eo facienda sit expressa mẽtio, vt supra referebam. Quinimmo dico, ꝙ nec expresse remitti potest, vt propterea dicatur testis examinatus in forma iudicij;quia hoc introductum est de iure publico,vt dixi.& patet in simili i iuramẽto calumniæ, quod expresse remitti non potest;licet tacite possit:vt per Dec.in l. expressa nocent. de reg. iur. Maran. in suo Specul.in 6.par.principali.versic. primus actus.dum agit de iuramento calumniæ. & Marsi.in singula.252. Cur autem tacite remitti possit,nota.per Abb.in ca. tuis quæstionibus.nu.6.de testi.

SVMMARIVM.

1 *Accessorium sequitur naturam sui principalis amplia vt nu.seq.*
2 *Iuramentum non sequitur naturam principalis dispositionis,cui apponitur.*
3 *Vsuræ sunt omni iure prohibitæ.*
4 *Promißio vsurarum dupliciter fieri potest,expreße,& velate.*
5 *Dolus,quanto est latentior,tãto est punibilior.*
6 *Fraus præsumitur,quando clam actus celebratur.*
7 *Iuramentum de soluendis vsuris, non obligat, quando continet turpitudinem, tam ex parte recipientis vsuram,quàm dantis.*
8 *Iuramentum est de iure diuino.*
9 *Iuramentum non potest esse acceßorium ad actum.*

PRIVILEGIVM CXVI.

Centesimum decimũ sextũ priuilegiũ est:nã tu scis tritam illam regulã, quæ est
1 in ore omniũ, quod† Accessorium sequitur suum principale,seu illius naturã.l.cũ principalis.de reg.iu.c.accessorium.simil.ti.in sexto cum vulgaribus.Et ideo dicitur,quod sublato, aut cassato principali, censetur quoque cassatum, aut sublatum accessorium;& cum non valet dispositio principalis,non valet etiam accessoria.d. l. cum principalis.& l.nihil dolo.§. cum principalis.de reg.iur.vbi per Dec.habẽtur cõcor.Bauer.in suo tracta.de virtut. iuram. versi.trigesimo septimo.nu.53.Anton. de Petru.in repet.l.1.ver.trigesimus primus effectus.nu.256.de iureiuran.& Anto. de Gabriel.in tit.de iureiurand.concl.quin-
2 ta.in princip.† Et procedit etiam si accessorium sit preciosius,& dignius suo principali,vt l.etsi non sint.§.pecuniam.de auro & argen. legat. Bartol. in l. 1.& 2.de
3 pecul.legat.† Tamen si principalis dispositio sit iurata, & sic ad eam accesserit iuramentum, quamuis ipsa fuerit annullata, aut sublata; non tamen erit annullatum, seu sublatum iuramentum, quamuis sit illius accessorium. & sic ex priuilegio ipsius iuramenti, accessorium non sequitur naturam sui principalis. Gloss.fin.in cap.cum non deceat. de electi.

cti.in 6.& in Clem.dudū.de sepul.in fi.in ver.pacta.Pedem.deci.35.nu. 6. & patet exemplū in promisione vsurarū, quæ licet non valeat;† cum vsuræ sint omni iure
4 prohibitæ,vt dicit Alex.in consi.49. vol. 4.& nota.in l.cunctos populos.C.de summa Trini.& fide Cathol.& per omnes.in rub.& c.1.de vsur.Gra.lib.1.respō.57.in prin.& resp.87.n.7.& li.2.resp.49.nu.31. per Corn.in cons.19.in prin.vol.3.& illas permittentes exerceri sint excommunicati,vt per eundē Corne.in cons.235.circa prin.vol.2.Tamen iuramentū,in tali promisione adiectū,obligat iurantē, ita, vt omnino vsuras soluere teneatur.c.1.& ca. debitores.de iureiu.Cagn.in d.l. cū principalis.de reg.iu.& Alex.in consi.38.vol. 3.& Ant.de Gabri.in d.concl.5.nu. 2. & in ti.de clausul.concl.10.nu.4. Sed cōtra istud obstat non mediocriter;quia si promisio vsurarum est reprobata omni iure & tali promisioni lex resistit, est nulla ipso iure.Clement.1.de vsur.& l.nō dubiū. C.de legi.Bar.in l.cum lex.de fideius.ergo iurm in tali casu nihil operatur, tamquam præstitum contra legis resistentiā, & contra bonos mores.c.non est obligatorium.de reg.iur.in 6.& ita expresse in terminis nostris scribit Gra.lib.2.resp.11.colu.fi.nu.34.& 35. Secundo vrget in contrarium;quia immo sublato actu, seu dispositione principali, corruit etiam iuramētum,tamquam accessorium,ita expresse legitur & notatur apud Mas.in cōs. 20. ad fi.& cons.125.nu.27.& 35 & idem habetur per Bal.i l.1.col.3. ver. quæro vtrū iuramentum.C.de inssi. dona. declarat et Alexan.in consi.137.col.3.vol.6. & Rui. in consi.132.in fi.vol.1. & consi.135.col. antepenult.eod.vol.Et Anto.de Gabriel. in d.concl.5.n.5.& seq.ti.de clausulis. Verum tamen non discedendo a dicto priui
5 legio, respondendum est ad primum,† q illud procedit; quia erat facta promisio de soluendis vsuris expresis,id est, ad rationem quinque pro centenario: prout in his terminis loquitur Grat.in d. respons.11.secus si promisio fuisset velata de soluendis vsuris, quemadmodū declarat Bauer.in d.suo tract.de virtu.iurā.nu. 109.quia tunc iuramentū super tali promisione appositum erit seruandum,vt d. c.debitores.de iureiu.Ideo autem, quando promissæ sunt nominatim vsuræ, non valet talis promisio,nec iuramentū obligat; quia patitur vitium formæ: expressa enim nocent;non expressa non nocent.vt per eundem Bauer.dicitur. & tradit quoque Anto.de Petru.in repet.d.l.1.ver. trigesimus septimus effectus.nu.280. de iure iu.Ceterum circa huiusmodi declarationem puto esse animaduertendum; quia non videtur posse procedere; sed repugnare plurimum textui in c.1.& in c. debitores.de iureiu.in quibus locis expresse agitur de promisione soluendi vsuras,& de iuramento super tali promisione interposito. & ita d.c. debitores. intelligit Anchar.in cons. 200. prout eum quoque refert Natta in cons.497.post nu.5 quòd inquam,loquatur de vsuris,scilicet, apertis;non autem de velatis. Præterea videtur posse dici, quod minus deberet tenere iuramentum in promisione vsurarum paleatarū; quia quamuis non sit vsura formalis,sufficit,quòd sit intentionalis:& q̄uis non fiat contra verba legis, quando vsura est paleata; fit tamen in fraudem legis,dum saluis verbis,ipsius sententia circumuenitur.l.contra legem.cum l.seq. de legi.vbi Bal.quęrit,quis magis puniatur, an faciens contra legem expresse,an p dolum,& fraudem?& respondet,† q quanto
6 dolus est callidor,& latētior,tanto est punibilior.l.2.§ penu.de his,qui sunt sui vel alie.iu.& dixit idem Bald.in consi.9.col. 3.vol.1.quod ficta ęquitas est duplex iniquitas, & hinc dicimus, quod qui facit actum,etiam per legem prohibitū in publico,videtur esse in bona fide. Craue. in consi.6.nu.118. sicut ex contrario præsumitur fraus,quando quis facit actum clādestine,& in occulto,secundum Bar. in l. Barbarius.col.1.in fi.de offi.prætor. vnde videtur,quod siue iuratū fuit de soluendo vsuras expressas,siue velatas, & non apertas,

tas, nihil intersit, cum talis promissio sit prohibita odio fœnus exercentium. vt per Rimin.iun.Inst.quib.alie.lic.vel non. in princ.nu.227.vbi multa adducit. Certum est autem, quod quando iuramentum est interpositum contra legem, quæ emanauit in odium certarum personarum, vt in casu nostro, non obligat iurantem, vt per Abb.in c. super eo.numer. 4. de vsur. Hoc autem militat in vtroque casu, siue fuerint vsuræ expressæ, siue velatæ, aut paleatæ. Et hoc eo magis concludendum videtur; quia huiusmodi promissio est contra bonos mores naturales: quod patet; quia vsura est contra legem naturæ, vt dicit Bald.in rub.C. de vsur. cuius dictum sequitur Corne. in consi.159.col.pen.vol. 3. hoc idem dixisse videtur Abb. in rub. de vsur. vbi dicit, quod vsura est vitium contra naturam rerum; quandoquidem pecunia germinat pecuniam, quæ naturaliter non est apta germinare; cum sit tantum omnium rerum mensura, & æstimatio, vt l.1 de contrah.empt. Et dixit Arist. in 1. Polit.& in 5. Ethic. allegatus per Bal.in d.rub. de vsur. quod proprius vsus pecuniæ, & principalis est eius consumptio siue distructio; quia est inuenta ad commutationes faciendas. & ideo secundum se est malum pro vsu pecuniæ mutuatæ pretium recipere; quia hoc est vendere bis, vel vendere, quod non est. si igitur est malum vsuram exercere (si, pro quia) non expedit iuramentum de illa soluenda obseruari. cap. in malis promissis. de regul.iur.in 6. Ceterum his non obstātibus, non est recedendum à supradicta communi sententia, & declaratione, quæ communiter recipitur: quidquid dixerit Ancha.in d. consi. 200. cuius opin. circa intellectum d. cap. debitores. est contra communem Doctorum intelligentiam, existimantium loqui de vsuris velatis, & paleatis: quinimmo etiam si admitteremus loqui de expressa, & aperta vsurarum promissione; ideo tamen eo casu seruandum est iuramentum; quia seruari potest sine detrimento salutis æternæ; si pro re licita vsuras promiserit. & sic ex parte sua nulla turpitudo subsit, iuxta ea, quę leguntur, & notantur per Abb. & alios in cap.
8 super eo. de usur, † ubi tunc iuramentum præstitum de soluendis vsuris seruandum non est, quando tam ex parte dantis, quā recipientis turpitudo subest: vt quia pro opere illicito illas acceperit; vel quia induxerit dantem ad fęnerandum, aliàs non fęneraturum: vt ibi late per eum. nu. 4. & 22.q.4 per tot. Non obstat, ꝙ iuramētum non videtur adstringere iurātem ad obseruandum malam promissionem; quia ex prædictis colligitur solutio; quoniam negatur, ꝙ ex parte iurantis sit mala promissio licet secus ex parte recipientis, cū promittens nullum peccatum comittat, vt per Guid. Pap. q. 581. & omnia superiora, tendentia ad ostendendum improbitatem vsurarum, procedunt respectu illas exercentium, quibus nullo modo licet vsurariam prauitatem committere, etiam si inde sequeretur bonum; cum nullus potest peccatum committere, seu cooperari vt committatur, ad effectum cuiuscumq; boni obtinendi, seu mali euitandi ab alio, d.c.super eo.de vsur.vbi Gl.in uer.dispensationem.dicit nota.argu. quod prætextu boni malum fieri non debet.c.non est putāda.1.q.1.c.j.22.q.2.c.forte.14.q.5.& c. quod ait.14.distinctio.& ibi Glo.& c.nō magno. ne cleri. uel mona. quod non sic est ex parte recipientis, cum recipere mutuū sub usuris ex rationabili causa liceat; ut dictum est, & not. per omnes in d.c.super eo. Ex his uidetur inferri posse, quod siue iurans promiserit soluere usuras expresse, siue uelate; utroque casu semper teneatur, nisi pro opere illicito eas soluere iurauerit. Nec obstat, ꝙ talis promissio patitur uitium formæ; quia est uerum ex parte dantis ad usuram, quia illi prohibitum est; non autem recipientis. quod patet in præcepto Decalogi, Non fęneraberis. de quo Deuteron. 23. Non fęneraberis fratri tuo. fateor tamen, quod exercens usurā expresse, & explicite, magis delinquit quàm si uelate ad usuram daret, propter

apertam legis reſiſtentiam. nec eſt uerum illud, ꝙ in contrarium ſupra dicebamus in caſu noſtro, quòd ſcilicet, dolus quanto latentior, tanto eſt magis punibilior; quia non procedit in his, quæ ſunt omnino illicita, vt eſt vſura; quia Magis delinquit, qui palam facit, quàm qui clam: vt volunt ſcribentes in §. ex maleficijs. Inſtit. de actio. & patet in vſurario manifeſto, qui ſubijcitur multis pœnis: quibus tamen non ſubijciuntur non manifeſti: de quibus late in Summa Ang. in ver. vſura. 2. vbi enumerat vndecim pœnas, quas per te ipſum videre potes. Præſuppoſita tamen opinione Bauerij, cuius ſupra meminimus, quòd iuramentum de ſoluendis expreſſe, & explicite vſuris, non obliget iurantem, ego illam limitarem non procedere, quando partes conueniſſent de ſoluendis vſuris, quæ tamen in veritate non eſſent vſuræ; tunc abſque aliquo dubio iuramentum obligaret iurantem, tamquam interpoſitum ſuper re licita. nec intereſt, quòd nominauerint illas vſuras; quia partes non poſſunt facere vſuram eſſe, vbi in rei veritate nulla eſt; & ſic delictum, vbi non eſt. Roman. in conſi. 113. col. 2. verſi. quinimmo. Ange. in conſi. 22. in fi. & cõſi. 403. Craue. in conſ. 48. nu. 7. & latius in conſi. 262. col. 1. in fin. & ſequenti. Nunc autem, vt reuertamur ad priuilegium noſtrum, ex prædictis aperte colligitur, quòd quamuis aliàs acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis; non tamen iuramentum, quamuis acceſsio ſit, ſequitur naturã diſpoſitionis cui accedit: vt diximus manifeſte probari in promiſsione vſurarum: quæ quamuis nulla ſit, iuramentum tamen ſuper ea præſtitum non eſt nullum; ſed obligat iurantem. & cum iſto priuilegio tranſeunt omnes. Ego tamen ſemper dubitaui ſuper his; & arbitratus ſum Glo. pręalle. & Doctores, non bene dicere, quatenus volunt, iuramentum eſſe acceſſorium ad actum, ſeu diſpoſitionem, ſuper qua in-
9 terponitur. † Cum enim iuramentum ſit de iure diuino; quod patet dum dicitur, Redde domino iuramenta tua; de quo Matthei. c. 5. & c. & ſi Chriſtus. de iureiuran. Bologn. conſi. 31. col. 3. ver. præterea dato. & Dec. in conſi. 151. in ſecundo du-
10 bio, vbi hoc tenent, † non videtur, ꝙ debeat eſſe acceſsio ad rẽ profanam, qualis eſt promiſsio, & contractus hominum, vel quilibet alius humanus actus, argum. text. in §. ſi quis in aliena tabula. Inſti. de rer. diui. & facit optime Glo. in c. apoſtolicos. 12. q. 2. vbi ædificium factum in alieno ſolo de pecunia, vel de rebus Eccleſię, non cedit loco; cum tamen regulariter contra. §. ex contrario. Inſti. de rer. diuiſio. Nec obſtat, quod digniora accedant rebus minus dignis, d. l. etſi non ſunt. §. perueniamus. de aur. & arg. lega. vt ſupra dictum fuit: nam reſpondetur, quod illud procedit; quia eius rei cauſa adiectum fuerat: vnde tamquam acceſsio cedit principali, quamuis ſit dignior: quod in iuramento contingere non poteſt, quod eſt digniſsimum omnium rerum profanarũ, reſpectu ſpiritualitatis; & quia eſt de iure diuino, & nulli poteſtati hominis ſæcularis ſubiacet. & propterea etiam accedẽte hominis voluntate, alterius rei non poteſt eſſe acceſsio, ita, vt illius naturam ſequatur; ex quo eſt penitus diuerſa ratio. l. ſi is. à contrario ſenſu. C. de præd. mi. Nec obſtat, quod annullato, ſeu ſublato contractu intelligatur annullatum, vel ſublatum etiã iuramentum; quia hoc procedit quantum ad hoc, vt ex eo iuramentum probari non poſſit; ex quo ius ciuile poteſt in certis caſibus remouere fidem, & auctoritatem ſcripturæ, quæ ab illo depẽdet. Sed quod iuramentum nõ obliget in certis caſibus, nec ius ciuile facere poteſt, nec ad ipſum hoc pertinet ſtatuere: vnde ſi alijs modis poſſet probari iuramentum fuiſſe præſtitum, poſſet iurans ad illius obſeruantiam compelli, vt alibi dixi. faciunt notata per Abb. in c. cum cõtingat. circa vlt. char. de iureiur. dum vult, quod ſi ex forma ſtatuti requiratur, quod de contractu rogati ſint duo notarij, & vnus tantum ſit rogatus, quod, ſicut per inſtrumentum illius non probatur contractus, ita etiã iuramentum

non

non probabitur: de quo et per Rui. in con
1 sil. 137. in princ. vol. 1. & tamen si aliunde iurfm probetur, poterit iurans compelli ad illius obseruantiam. & sic quo ad iuramẽtum, non est verum, quòd annullato contractu intelligatur annullatum iuramentum. Cogitabis tamen super his.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit laudum obseruari efficio iudicis, & ibidem an iure actionis.*
2 *Quod extenditur etiam ad conexa, & dependentia.*
3 *Laudum non extenditur ad non deductum in compromisso.*
4 *Iurans obedire mandatis Superioris, intelligitur, si fuerint iusta.*
5 *Episcopus iurans seruare consuetudinem intelligitur de iusta.*
6 *Confirmatio priuilegiorũ intelligitur de iustis.*
7 *Mandatum intelligitur qđ est licitũ, & iustũ.*
8 *Iurans super positionibus intelligitur de iustis.*
9 *Dispositio qualibet intelligit debet in casu de iure licito, & promisso.*
10 *Iurans stare laudo de iure ferendo potest contra uenire, si aliter fuerit laudatum.*

PRIVILEGIVM CXVII.

Centesimum decimum septimum priuilegium est; quia quamuis compromissum factum pacto nudo nullam producat actionem, etiam si interueniat iuramentum, vt in Aucten. decernit. C. de arbit. & in §. quia vero. ex quo sumpta est ĩ Auct. đ iudici. & hoc
1 de iure ciuili. † Tamen de iure canonico poterit iudicis officio iurans cõpelli ad illius obseruantiã, vt dicit ibi Bal. & Paul. de Cast. & Ab. in c. quintauallis, in quarta differentia. de iureiur. Corse. in rub. eiusdem ti. Et Bauer. in suo tracta. de virtu. iuram. ver. quadragesimus secundus effectus. nume. 58 & Anto. de Petru. in repeti. l. 1. post nu. 185. de iureiu. Tu autem aduerte; quia immo ex quo Deus, & canones mandant iuramenta seruari, vt patet in cap. etsi Christus. de iureiu. competit etiam actio de iure canonico; quamuis ipse Bal. contrarium voluerit in d. Aucten. decernit. & ita tradit Abbas. in cap. per tuas. post nu. 13. de arbit. & sequitur etiam Maran. in suo Spec. in sexta parte principali. versi. secundus actus principalis. dum agit de appell. num. 253. Amplius dico, quòd, prout nos efficacissimis iuribus, & rationibus manifestauimus in priuilegio decimonono, et de iure ciuili propter iuramentum interpositum in compromisso competet actio; quanto magis igitur competere debebit de iure canonico, quo competit etiam ex pacto nudo; vt habetur in c. 1. de pact. & per Corn. in cons. 259. col. 3. in prin. vol. 1. Et ista est magis cõmunis opi. vt testatur Alci. in rub. de verbor. oblig. nume. 12. in rub. C. de pact. & lib. 5. paradox. c. 3. neque hoc sine ratione; quia æquitatem maxime intuetur, quæ dictat opere præstã dũ, qđ verbis est promissum. ca. tertio. de pact. Concludo igitur, ꝙ iure actionis qs potest compelli ad obseruantiã laudi, vel saltem officio iudicis, secũdum magis cõmunẽ opinionem. quod non solum procedit, quo ad negotium principale conten-
2 tum in compromisso; † sed etiam in depẽdentibus ab eo ex priuilegio iuramẽti, vt per Alex. in consi. 48 nume. 10. volum. 7. vbi tamen dicit esse verum, si de illis fuit cogitatum, licet non dictum. Ego tamen idem credo, quamuis non interueniat iuramẽtũ; quia extẽditur adhuc ad cõnexa, & dependentia. Bart. & Bald. in l. neque scriptura. C. de compensatio. Gozad. consil. 98. col. 5. nu. 17. nam Connexorum idẽ est iudicium. l. proinde si seruum. ad leg. Aquil. l. Lucius. la 2. §. Paulus respondit. & ibi Bar. de admi. tut. c. trãslato. vbi late Feli. de const. Paul. de Cast. in consi. 4. in fin. vol. 1. Aret. consi. 29. col. 12. Alex. con-
3 sil. 96. colum. fi. vol. 2. non † tamen extenditur ad id, quod non est deductum in compromisso. c. examinata. de confirmatione vti. vel inuti. quia omnis virtus laudi ab illo dependet. l. non distinguemus. §. de officio, de arbitr. l. si de meis. in princip. & l. si cum dies. §. plenum. & per Cor.

in conf. 293. col. 3. vol. 3. & ideo dicitur, quòd coram arbitro non habet locum re conuentio quia non extenditur vltra cõpromissum. ca. cum dilectus. de arbitr. Et dixit Roman. in consi. 155. col. 2. nu. 4. per tex. in d. capit. examinata, quòd laudum non potest emologari, seu ratificari in eo, quod non fuit comprehensum in compromisso, & sic non fuit de illo cogitatũ. quod procedit, ẽt si ratificatio expressa, & iurata interueniret, vt per Paris. in consi. 24. nu. 157. vol. 2. quinimo tale laudum in eo, quod non est deductum in compromisso, est nullum, vt per Corn. in conf. 83. col. 3. volu. 4. Et propterea dicitur, quòd ea, quæ post factũ compromissum superuenerunt, non intelliguntur in illo comprehensa; neque laudum ad illa extenditur: vt per Rom. in conf. 108. & per Paul. de Cast. in consi. 126. vol. 1. vbi dr̃, ꝙ non extenditur ad ea, quæ non erant in rerum natura tempore compromisi. & ad idem facit, quod voluit Gozad. in consi. 32. nu. 7. vbi dr̃, ꝙ iuramẽtum non extenditur ad ea, quę de nouo accidunt. Et ꝙ compromissum, vel laudũ non extendatur ad ea, quæ postea superuenerunt, voluit ẽt Corne. in conf. 52. col. 2. vol. 2. & conf. 63. col. 2. eod. vol. facit etiam, quod in simili habetur per Rui. in conf. 83. aliàs 84. nu. 5. vol. 4. vbi dr̃, ꝙ non põt sequi condemnatio de delicto nõ comprehenso in inquisitione, per l. habebat. in prin. de instit. & not. Bar. in l. denunciasse. §. qui tamen. de adulteri. Et redeundo ad nostrum priuilegiũ, inquantum diximus propter iuramentum compelli iurantem ad obseruantiam laudi per actionem, vel officium iudicis, secundum ea, quę supra diximus, limita nõ procedere, quando laudum esset iniquũ, quod contingit, cum continet magnã lęsionem, vel enormem, vt inquit Paul. de Cast. in consi. 70. col. 1. vol. 1. vel, vt magis communiter concluditur per scribentes, quando continet enormissimam lęsionem vltra dimidiam satis notabiliter; qa tunc quis non tenetur stare laudo, etiam si iuratum fuerit; quia isto casu censetur per dolum laudatum; qui quidem dolus, quo ad rescisionẽ actus, æquiparatur dolo ex proposito, secundum magis communem opinionem; de qua in Pedemo. decis. 41. nu. 2. Et ꝙ in tali casu non teneatur stare laudo, etiam si fuerit compromissum iuratum, legitur apud Bar. in l. societatem. §. arbitrorum. pro soc. Hos. Butr. & Imol. in c. quintauallis. de iureiur. Dyn. in reg. scienti, in 6. & est ratio; quia iuramẽtum intelligitur, si iuste arbitratũ fuerit. l. si libertus. de oper. libert. l. si lege locat. l. hęc vẽditio. de contrahenda emp. & d. c.
4 quintauallis.† Videmus, ꝙ si qs iurauit parere mandatis Superioris, intelligiẽ quatenus mandata fuerint iusta; vt no. in c. pu nobis. de dol. & con. & no. ẽt in c. ex tenore. de sent. excõ. Gl. in l. non vñ. § qui iussu. de reg. iu. & in c. 1. in ver. vestro, quod met. causa. Et iurm recipit omnes qualitates, quas habet ille actus, super quo interponitur tam quo ad cõmuniones, quàm quo ad limitationes, & subauditiones, vt dicit Abb. in c. quemadmodum. col. 7. de iureiur. & facit tex. in l. fi. C. de nõ num. pecu. & in l. fi. qui satisd. cogan. & quod no. Bar. in d. l. societatẽ. §. arbitrorum. col. 9. ver. quæro, quid si est iuratũ super cõpromisso. vbi dr̃, ꝙ iuramẽtum habet in se illam cõditionem præambulam, quam hẽt pactum, s. de nõ veniẽdo contra, si ęquum arbitratus fuerit. d. c. quintauallis. de quo etiam per Oldra. in conf. 109. & Ang. in conf. 188. Sicut ergo laudum sine iuramẽto adhibito in compromisso habens, seu continens enormissimam læsionem rescinditur; ita quando cum iuramento, & istam esse communẽ opinionem testatur Ias. in l. quidam cum filium. col. 8. de verbor. obl. Sozi. conf. 220. vol. 2. conf. 283. & conf. 289. eod. vol. Et Fel. in c. si diligenti. de foro cõp. & in c. fi. de maior. & obed. d. Pedemon. decis. 51. aliàs iuramentum esset iniquitatis vinculum: quod esse non debet; quia vt dictum fuit, iuramentũ intelligitur secũdum naturam compromissi, si æquum fuerit laudum. Et ideo videmus, quòd si ego iuraui; cras tibi decem soluere,

soluere, intelligitur nisi interim a te fuerim liberatus per acceptilationem, vel nisi prorogaueris mihi terminum.c.1.de iureiuran.item si iuraui tibi dare dotem,intelligitur,si nuptiæ subsecutæ fuerint.l.stipulationem.de iure doti.l. in rebus. & l. non enim.eo.ti.Sic intelligi debet,si laudum fuerit iustum. facit, quod nota. per Inno.in c.cum dilecti.de maior.& obed.
5 vbi dicitur, ꝙ † episcopus iurans seruare statuta,seu consuetudines, quas hactenus antecessores sui seruauerũt,intelligit qua tenus dictæ cõsuetudines sint laudabiles, & honestæ.de quo habetẽt in c.1.de iure iu.in 6.Et per Marſ.in conſ.10.num. 54.
6 † Et similiter generaliter confirmatio priuilegiorũ intelligitur tantum de iustis. c. 1.vbi Bal.ti.per quos fiat inuest.Spec. in tit.de instr.edi.§.nunc aliqua.verſ. quæro videamus.Cyn.& Bald.in l.cum oportet in prin.C.de bonis,quæ liber.Bal. & Iaſ. in l.omnes populi.de iusti.& iu.Alexa. in consi.59.vol.1.& Dec.in consi.538.num.
7 12.† Et mandatũ generale ad capiendum possesionem bonorum Sempronij,intelligitur de bonis a nullo possessis; quia nũquam procuratori intelligitur mãdatum; quod sit illicitum.Natta in consi.538. n.
8 15.† Et iuramentum super positionibus non censetur præstitum super positionibus impertinentibus, & non admisibilibus, cum ad talia non referatur, iuxta notata per Bal.in l.pen.ad fi.C. de transa. & Iaſ.in l.si duo.§.si Iulianus.col.3.de iu reiu.& Rom.in sing.506.incip.Iurat quis
9 de cõsilio.†Et est generale,quòd quęlibet dispositio intelligi debet in casu licito,& permisso,argu.notato.in l.cum pater.§.rogo.de leg.2.Gozad.conſ.1.col.12.Gra.li. 2.reſp.115.nu.21.& Dec.in d.consi.538. nu.12.Facit quod alibi dicitur, ꝙ dispositio quantumuis generalis debet restringi ad causam æquitatis, & honestatis,& ne sequatur absurdum.l.2.C. de condi.insert.l.Cęsar.de public.l.aliud.§.absurdũ de reg.iur.l.vt gradatim.§.sed si lege. de mune.& hono.c.etsi Christus.de iureiur. & c.iurabunt.12.q.1.absurdum enim esset,& per iniquum, quòd iuramentũ obgaret,non obstante iniquitate laudi propter enormissimam læsionem, vel per dolum ex proposito;ex quo in iuramento ipso iustitia præcipue requiritur, vltra iudicium,& veritatem. c. animaduertendum.
10 32.q.2.cum vulgaribus.† Secundo limit. nostrum priuilegi.vt non procedat, quando in compromisso fuisset dictum, quòd arbitri, vel arbitratores deberent de iure laudare:nam laudando contra, vel pręter ius,venirent contra formam compromissi:& sic laudum esset nullum; ex quo omnis potestas ipsius dependet a compromisso,d.l.non distinguemus.§.de officio de arbitr.cum alijs supra allegat.vnde quando iurans promisit se seruaturum laudum intellexit de laudo valido; non autem de inualido,& nullo.& quod in tali casu iurans non teneatur stare laudo,quamuis iurato, tradit nũcupatim Corn.in cõſ.146. in primo dubio.vol.4.

SVMMARIVM.

1 *Vxor pro marito intercedere non potest.*
2 *Mulier iurans præsumitur certiorata de Velleiano senatusconsulto.*
3 *Iuramentũ extenditur ad ignorata de iure.*

PRIVILEGIVM CXVIII.

Centesimum decimum octauum priuilegium est:†nam
1 tu scis, quod mulier pro marito intercedere nõ potest; etiamsi sit certiorata de beneficio senatuscõsulti Velleiani. l.1. & toto titul. C. ad senatuſconſ. Velleian. Authen.si qua mulier.eodem titulo Pau. de Castro in consilio 41. volumine. 1. & consilio 8.volumine 2.Tamen si in intercesione fuerit adhibitum iuramentum, efficaciter obligatur,vt per Bauer.in suo tracta.de virtut.iuramen.nume.61. & ibi concordantiæ. tradit quoque Afflict.
2 decisio.311.† Et est aduertendum; quia quando mulier iurat, præsumitur certiorata de dicto beneficio Velleiani,

vt scribitur per Felin. in cap. si diligenti. col. 3. in fi. ver. in dubio non præsumitur. n.18. de for. comp. vbi dicit hoc vsque ad eo verum esse, vt etiamsi constaret de cõtrario, id est, non fuisse certioratam non tamen restitueretur: non ergo importat vere certiorationem, nisi quo ad effectũ; quia mulier propter iuramentũ non iuuatur dicto beneficio, ne incidat in periurium. Ego de hoc dixi in sexagesimo tertio priuilegio: dicas, vt ibi; quia non re-
3 peto. † Ex prædictis colligi põt recte dici iuramentũ extendi ad incogitata, & ignorata, videlicet ad importantiam, & virtutem senatusconsulti Velleiani, quam mulier ignorat, vt per Paul. de Cast. in l. fi. in fi. ad senatusconsult. Velleia. & dicam latius in proximo seq. priuilegio.

S V M M A R I V M.

1 *Dispositio nulla inueniri potest, quæ trahatur, vel extendatur ad incogitata.*

2 *Iuramentum extenditur etiam ad illud, quod fuit ignoratum. & quomodo intelligatur.*

3 *Iuramentum non extenditur ad ignorata, quãdo agitur de damno vitando, & sumus in minore, muliere, & rustico.*

4 *Iuramentum extenditur ad incogitata in specie, si fuit in genere cogitatum in his, quæ sunt facti.*

5 *Clausula, Ex certa scientia facit, quod iuramẽtum comprehendat etiam ignorata.*

PRIVILEGIVM CXIX.

Centesimum decimum nonũ priuilegium est; quia tu nõ ignoras regulam esse tutis-
1 simam in iure, † ꝙ nulla dispositio inueniri potest, quæ trahatur ad incogitata, & incognita, l. cum Aquiliana. & l. qui cum tutoribus. §. 1. de transact. l. Paulus. §. Pomponius. de legat. 3. & habetur per Grat. lib. 2. respon. 111. nu. 26. Et ideo dicitur, quod refutatio, seu quietatio generalis, nõ extenditur, ad relictum dotis, de quo non fuit cogitatum, & quod ipse refutans ignorauit. ita Capr. in consi. 29. col. 2. in fin. vbi allegat text. in d. l. cum Aquiliana. & nota. per Barto. in l. Aurelio. §. Caio. de liberat. lega. idem in generali liberatione dixit Ange. in cõs. 185. aliàs 194. & Gozad. in cõs.
2 94. nu. 5. † Tamen si in ipsa dispositione fuit additum iuramentum, comprehenditur etiam illud, quod fuit ignoratum, & incogitatum, vt per Bar. in Auctent. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & per Bauer. in suo tract. de virt. iura. ver. decimus septimus effectus. nu. 29. Sed contra hoc facit; quia iuramentum non extenditur ad id, in quo deficit consensus. l. fina. C. de nõ nu. pec. Guid. Pap. q. 227. Corn. cons. 241. col. fi. vol. 2. & cõs. 11. col. 6. vol. 3. ergo nec ad ignorata, & incogitata. Sozi. in consi. 25. nu. 13. vol. 4. quia circa illa deficit consensus: nam ignorans nõ applicat animum ad id, quod ignorat. l. mater decedens. de inoff. test. l. si is ad quem. & l. hæres institutus. de acquir. hæred. Et quod iuramentum non extendatur ad ea, quæ nõ sunt verisimiliter cogitata, tradit Fed. de Sen. cons. 62. nu. 2. Arẽ. in cons. 24. col. 1. in pr. & cons. 33. col. pen. in medio. Dec. in cõsi. 180. col. fi. in fi. Calca. cõs. 25. n. 32. Gram. consi. 25. col. 2. n. 7. in ciui. Gozad. in consi. 32. nu. 5. & alibi sæpe per Doctores. Sol. nostrum priuilegium procedit, & intelligitur, quo ad ea, quæ sunt iuris: quæ q̃uis ignorentur; tamen ad illa iurm extenditur, vt per Alex. in cons. 133. col. pen. in fi. vol. 5. Paul. de Cast. in consi. 70. vol. 1. quem refert, & sequitur Dec. in cõsi. 350. nu. 6. & cons. sequen. n. 8. Exemplum est in muliere iurante, & renunciante senatuscõsulto Velleiano, quę perdit beneficium restitutionis in integrum, quamuis ignorauerit importantiam Velleiani. & sic iuramentum extenditur ad illud, quod per mulierem fuit ignoratum; contraria vero procedunt in his, quæ in facto consistunt: quæ si ignorentur, ad ea iuramentum non se extendit. ita dixit Paul. de Castr. in cõsil. 122. col. 3. num. 4. vol. 2. & Bauer. in loco supra allegato. Imol. tamen in c. cum contingat. pagin. 30. de iureiur. & refert etiam Corne. in consi. 11. colum. 6. vol. 3.

videtur

videtur velle, q iuramentum non extendatur etiã ad ignorata de iure. in quo patet non bene dicere, arg. l. leges sacratissimæ. C. de legi. posset tñ saluari opi. Imo. in ignorantia iuris per se valde dubij; qa æquiparatur ignorantiæ facti alieni: vt c. cum dilectus. secundum vnam lecturam. de consue. & per eundem Corn. in consi. 381. col. pen. in littera. R. vol. 2. & in cõs. 147. col. 2. vol. 2. Ex hoc colligitur prima limitatio ad nostrum priuilegium, vt nõ procedat, scilicet, in ignorantia iuris per se valde dubij; quia ad illud non extenditur iuramentum.

Secundo limitatur nostrum priuilegiũ
3 notabiliter, † non procedere quando ageretur de damno vitãdo, & essemus in muliere, minore, & rustico; quia in similibus personis iuramentum in tali casu non extenditur ad ius ignoratum; secus si tractaretur de lucro quærendo, vt per Paul. de Cast. in consi. 377. col. 2. nu. 2. vol. 2. tunc enim nec eis parcitur, cum potuerunt cõsulere peritiores. l. si emancipata. & l. quãuis. vbi Paul. de Cast. C. de iur. & fact. ign. Sed & qđ diximus, errorem iuris non nocere mulieri, minori, & rustico in damnis vitandis, intelligi debet procedere tantũ in casibus per legem expressis, vt per Roma. in consi. 125. col. 2. in prin. cum enim hoc sit contra regulas iuris, secundũ quas ignorantia iuris non solet excusare, l. regula. de iuris & facti ignor. si aliquo casu contingat regulam ipsam limitari, hoc expresse caueri conuenit. l. præcipimus. in fi. C. de appellat.

4 Tertio † inquantum dictum est, q iuramentum non extenditur ad ignorata, & incogitata, quando in facto consistunt, intellige, & declara verum esse, si non fuerũt cogitata, nec in genere, nec in specie; quia tunc iuramentum non extenditur. sed si aliquo modo fuerunt in genere cogitata, licet non in specie; tunc iuramentum ad illa extenditur; quia talis in genere cogitatio sufficit ex priuilegio iuramenti, vt habetur per Alex. in consi. 14. nume. 18. & seq. volum. 6. & Natt. in consi. 480. nu. 22. cum pluribus sequent. Tu autem aduerte; quia circa hoc nullũ videtur versari priuilegium iuramenti; quia quãdo de aliquo cogitatum est in genere, sufficit, & ad illud extenditur dispositio; licet non fuerit cogitatum in specie. l. qui iure militari. de testa. mili. l. sub prætextu. C. de trãsact. & Bar. in l. si de certa. C. eo. vbi dr, q transactio in genere, quando non potest restringi, salua ratione recti sermonis, extenditur ad incogitata: quod tñ non procedit, quando subesset aliquis error. d. l. sub prætextu. la. 2 sm vnum intellectum. item nec qñ res fuissent occultatæ; & paciscentes de eis non habuissent notitiam, vt in l. tres fratres. & ibi Bar. de pact. & in alijs iuribus supra allegatis. Item non procederet ĩ actionibus realibus, quas partes ignorant sibi cõpetere, per l. non solum. §. 1. de liber. lega. cum alijs relatis per Ias. in d. l. sub prætextu. col. 1. C. de trans.

5 Vltimò. † limi. non procedere, quando aliquid ratificaretur ex certa scientia, & iuraretur; quia tunc, quamuis ius vel factũ ignoraretur, ad illud tamen iuramentum se extenderet. & in tali casu diceretur affectata ignorantia. cap. humilis. de maior. & obed. per quem tex. ita dicit Paul. de Castr. in consi. 216. colum. 2. versic. super tertio. volum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Testis in causa propria nemo esse potest.*
2 *Nemo fungitur vice duarum personarum.*
3 *Iudex in causa propria nemo esse potest.*
4 *Iudex quis esse non potest in causa, in qua fuit testis.*
5 *Iuramentum facit, quod quis sit testis, & iudex in causa propria.*

PRIVILEGIVM CXX.

CEntesimum, & vigesimum priuilegium est valde quidem mirabile; licet pauci ad illud animaduertant:
1 nam tu scis, quod † nemo potest esse testis in causa propria. §. sed

neque hæres. Instit. de testamen. l. nullus.
de testi. l. omnibus. C. eo. Item non igno-
2 ras,† quòd quis non pōt fungi regulariter
vice duarum personarum, c. 1. & 2. quarta.
q. 3. Et hinc puto dici, quòd eligere de-
bens pauperem ex dispositione testatoris,
vt distribuat eleemosinam, non potest eli-
gere seipsum. l. si mādauero. §. si tibi. mād.
per quem text. ita dicit Capr. in consi. 54.
col. penult. ad fin. Et similiter non potest
quis esse iudex à quo, & iudex ad quem;
quia esset fungi vice duarum personarum
incompatibilibus; vt per Corn. in consi.
89. vol. 2. in prin. & pariter iudex, qui in
contractu mulieris debet interponere de-
cretum ex forma statuti, vltra consensum
duorum consanguineorum, nō potest fun
gi officio iudicis, & supplere defectum
consanguineorum, secundum eundem
Corn. in cōs. 167. col. 2. in pr. vol. 2. Item
3 optime tenes, † quòd nemo potest esse iu
dex in causa propria. l. 1. C. ne quis in sua.
ca. iud. l. extat. quod met. caus. l. si quis in tā
tam. C. vnde vi. not. per Bar. in l. 1. §. nun-
4 ciatio. de noui oper. nunci. † Et tandem,
quod quis non potest esse iudex in causa,
in qua fuit testis, vt per Aret. in consi. 20.
5 in fi. † Tamen in omnibus illis casibus, in
quibus de iure communi, vel municipali
standum est iuramento partis, vt in iura-
mento litis decisiuo; tūc ipsum iurm̄ facit
iurantem esse testem, partem, & iudicem
in causa propria: habetur in l. 1. in princ.
qua. re. acti. non dat. & per Grat. libr. 2.
respon. 10. nume. 33. Quod autem dica-
tur iudex, patet; quia eius iuramento stā-
dum est, nec ab eo potest appellari, vt in
iuramento delato a parte parti, de quo
dixi in priuilegio 102. Et hoc est verum,
quo ad personam iurantis, & eum qui de-
tulit iuramentum; non quo ad alias: vt l.
sed si possessori. §. final. de iureiurand.
quod itē fungatur vice duarum pluriūue
personarum, ostenditur; quia iurans est
pars & testis, vt per Crauet. in consi. 203.
nume. 6. per tex. in l. fina. C. de fideicom-
miss. & facit etiam tex. in cap. fina. de iu-
reiurand. c. ex insinuatione. de procurat. &
in c. in omni negotio, secundum intelle-
ctum Abb. ibi. de testi. vbi iurans habetur
loco testis. & ideo qui non admittitur in
testem, non potest in supplementum iura-
re, vt nota. per omnes in l. admonendi. de
iureiur. quia talis probatio per iuramen-
tum est priuilegiata, & irregularis, cum
quis sit testis in causa propria; sicut dictū
est contra d. l. fi. C. de fideic. & l. Theopō-
pus. de dot. prælega. & per Craue. in consi.
287. col. fina. ad fi.

SVMMARIVM.

1 *Testis potest incontinenti corrigere suam depositionem.*
2 *Iuramentum facit, quod testis etiam ex interuallo possit corrigere suam depositionem.*
3 *Incontinenti quando aliquid dicatur fieri.*
4 *Testis non potest corrigere suam depositionē, quando fuit acceptata per partem.*

PRIVILEGIVM CXXI.

Centesimum vigesimum pri-
mum priuilegium est sum-
mopere notandum, & me-
1 moriæ mādandum: † Nam
q̄uis testis possit incōtinen
ti corrigere suam depositionem. c. præte-
rea. de testib. cogen. Rom. in cons. 59. col.
fi. nu. 12. Gram. consi. 79. col. 2. in ciuili.
tamen postquam deposuit, & discessit ab
examinatione, non admittitur amplius ad
suū dictū corrigendū; quia timor est sub-
ornationis, vt in Auct. qui semel. C. de
proba. & in §. quia vero. in Aucten. de te-
sti. & in c. fraternitatis. simili tit. de testib.
2 † sed si testis, qui aliàs esset notæ, & proba-
tæ vitæ, & famæ, discessisset ab examina-
tore; & melius cogitans reuerteretur ad
iudicem, & diceret se velle corrigere suā
depositionem; quia errauit in deponen-
do; deberet audiri, & posset corrigere,
dummodo iuraret, quod neminem fuis-
set allocutus: nam hoc sibi credendum
esset. ita voluit singulariter Bald. in d.
capit. præterea. colum. 2. de testi. cogen.
Aret.

Aret.in c.per tuas.col.4.ver.super articulo autem.de testi.& per Marsil. in consi.1. col.fi. & memoriæ commendauit Cotta, vt patet in suis memorali. in ver. testis regulariter,quod vt dixi, & est valde notandum.Et quia diximus,ꝙ testis incontinenti potest suam depositionem corrigere,
3 † quæro non inutiliter, quando dicatur incontinēti corrigere? Respondeo,quòd in hoc variè fuerunt opiniones: nā aliqui tenent, ꝙ intelligatur incontinenti, dum tamen testis ad extraneos actus non diuertat. Alexan. in consi. 54. colum.3. nume. 14.volum. 7. Glos.in d. cap. præterea. in ver.incōtinēti.Ias.in l.quidquid astringēdæ. colum. fin.de verb. obligat. Gramm. in d.cons.79. cum cōcordantijs congestis ꝑ Ant.de Gabriel. in ti. de criminalibus, cōclus.271. col.2. ver.in proposito autem. quod intelligitur, si nō est dimissus ab examinatione,vt per Alci.in tract. præsump. reg.2.præsumpt.29. nume.2. post Bal. ab eo allegatum in l. lecta.si cert. peta .& est communis opin. vt refert Viui. in versi. Testis statim.Sic in simili dicitur facta defensio incontinēti,quæ facta est in rixa antequā diuersum sit ad extraneos actus, vt Grat.lib.1.resp.105.nu. 25. quia ista dictio, Incontinēti,excludit omnem dilationem,vt idem Grat.scribit lib. 2. resp.28. nu.5. Alij vero dicunt incontinenti semper intelligi, antequam testis loquatur cū parte,secūdum prædictam Glo.in allegato.c.præterea.Capreo.decis.142. nu.9. Aretin.in d.l. quidquid astringendæ.col. 2.versi.ex isto.vbi testatur de communi.& idem in cap.per tuas.colum.2.versi.si vero testis.de testi.Alci.in loco supra allegato, cum alijs, quæ cumulantur per eundem Anto.de Gabr.vbi supra: qui dicit hanc opi.esse veriorem, & magis cōmunē eam, ampliādo procedere,etiam si locutus fuisse cum aliquo, a quo potuisset instrui: quod est mirabile,si verum est. Tertij dicunt, incontinenti esse intelligendum semper ante publicatam attestationem. Alij rursus hoc esse positum in arbitrio iudicis,vt per eundem Anton.de Gabr.vbi supra: sed, vti dictum est,secunda opi.est magis communis, & tenenda. Et redeundo ad nostrū priuilegium limitatur
4 † non procedere, quando depositio ipsius testis fuisset acceptata per partem; quia tunc non posset corrigere, seu reuocare, nisi probato errore; & sic de errore ipso non staretur eius assertioni, cum iuramento,vt tradit post alios ab eo allegatos Marsil.in singula. 315.vbi dicit hoc fuisse dictum Bald.in l.Gallus.§.1.de liber.& posthum.quod etiam refert, & sequitur Alex. ac Ias. in d. l. quidquid astringendæ. de verb.oblig. Simile videmus in confessione facta præsente parte, & acceptante, quæ probat, nec potest reuocari prætextu erroris, vt per eundem Bal.in d.l.Gallus.§.1. Alex. in consi.45. nu.5. vol. 1.& per Gram.in consi.17.num.11. in ciui.& hoc, nisi pariter de errore doceatur, vt ꝑ eos,& Grat.lib.2.respon.37. col.2.nu.10. vbi concordantiæ.Secundo limi. non habere locum,qn̄ contra testem volentē corrigere, militaret aliqua præsumptio in cōtrarium,ꝙ,scilicet, fuisset subornatus; qa non deberet admitti,ꝑ ea,quæ diximus late in priuilegio primo,num. 22.& rursus in priuileg.4.nu.30.

SVMMARIVM.

1 *Papa est verus successor Petri, & Vicarius Christi.*

2 *Omnes appellant ad Papam,& nemo ab eo appellare potest.*

3 *Papa non potest dispensare in præiudiciū tertii.*

PRIVILEGIVM CXXII.

Centesimū vigesimū secundū priuilegium est: nam,vt inquit Bauer. in suo tractat. de virtu.iuram. nume.106. cum duobus sequent.quamuis Papæ data sit suprema potestas, vt quodcumque ligauerit super terram, vel absolauerit, intelligatur ligatum & absolutum in cælis: vt habetur Matth. cap. 16.&

16.& cap.aliorum.9.quæsti. 2.cap. quodcumque ligaueris. 24. q. 1. & cum dixit quodcumque, nihil excepit: ideo nec nos excipere debemus. cap. solite. de maiorit. & obed.ad fin. & licet hoc Petro dictum fuerit, vt in dictis locis habetur; tamen in
1 telligitur etiam dictum Papæ, † qui est verus successor Petri: vt dicit Specul. in ti. de leg. §. nunc ostendendum. ver. octauo & nono. & Dec. in l. qui per successioné. de regu.iur. quinimmo est Deus in terris, & Vicarius eius, vt per Bal. in l. fi. C. senté. rescin. non poss. Paul. de Cast. in consi. 66. col. 1. in fi. vol. 1. & per Dec. in cap. 1. super Glo. in ver. ab omnibus. de constitut. Gozad. in consi. 1. colu. 8. post nume. 27. facit. tex. in c. Adam. & in c. mulier. 30. quæst. 5. dicitur etiam legatus Dei. cap. accusatio. in fin. 2. q. 7. & in cap. sicut. 7. q. 1. Appellatur quoque summus sacerdos, vt in d. cap. accusatio. & in cap. de his. distinct. 5. tradit Bologn. in cons. 75. Et alibi habetur, quod Christi, & Papæ dicitur idem esse tribunal, secundum Innoc. in c. quanto. de transla. præla. & ibi etiam Host. per
2 tex. in c. 1. & 2. eo. ti. † ita vt omnes ad eum appellent, & nemo ab eo appellare possit. c. cuncta per mũdum. 9. q. 3. & per Gram. in cons. 72. vbi late nu. 16. vsq; in fin. in ci ui. & Roman. in consi. 521. in princip. Et ideo dicitur, quod illud, quod Papa confirmat, nemo infirmare potest. dixit Bald. in l. præscriptione. cap. si contra ius vel vti. pub. cuius dicti meminit Rui. in consi. 41. colum. 2. post num. 5. vol. 1. & alibi rursus habetur, quod ipsius auctoritas est maior auctoritate Sanctorum. c. 1. & c. de libellis. 20. distinctio. & habet omnes dignitates, & omnem potestatem, quam habent oés Patriarchæ, vt dicit beatus Bernard. & habet plenitudinem potestatis c. propo suisti. 82. dist. c. q se fecit. 2. q. 6. & ipse deponit Imperatorem, vt c. ad apostolice. de re iudi. & habetur etiam de prædictis per Guid. Pap. q. 589. nu. 5.

Tamen tanta est uis ac priuilegium iuramenti, vt Papa non possit, sine iusta, ac legitima causa absoluere aliquem a iuramento; quia talis obligatio est de iure diuino. c. etsi Christus. de iureiur. Corn. con. 60. col. fi. vol. 2. & dixi in priuileg. 116. nu. 9. & hoc procedit, siue iuramentum respiciat obligationem acquisitam Deo, siue homini, vt per Bauer. in loco supra cita-
3 to; † quia Papa non potest dispensare in præiudicium tertij, vt notant Docto. in c. quæ in Ecclesiarum. de cõstit. & in c. 1. de proba. ergo multo minus in præiudicium Dei. Hoc tamen est intelligendum procedere, & verũ esse in iuramento assertorio; qđ si continet aliquid de præterito, vel đ præsenti, iam transiuit in quandam necessitatem, & incommutabile factum. Glo. in l. 2. de ꝓbat. & ideo super eo non videtur, ꝙ Papa possit dispensare; quia esset directe contra ius diuinum. Ideo auté dixi in quandam necessitaté transire; quia quãdo iuratur super eo, quod respicit præteritũ tempus, vel præsens, vt contingit proprie in iuramento assertorio, ipso iure inest verum, vel falsum iurasse. l. cum in secundo. de iniust. rupt. & irrit. fa. test. l. cum ad pręsens. si cert. petat. per quæ iura ita dixit Signor. in consil. 106. circa fin. ergo impossibilis videtur dispensatio, vel absolutio, vt non intelligatur incurrisse periurium, si falsum iurauit, argum. l. in bello. §. factę. de capti. & post limi. reuer. sed in iuramento promissorio de futuro, seu etiam confirmatorio obligationis respicientis tractum temporis in futurum: quia potest contingere, vt interpositum sit super aliquo, quod potest esse illicitum, ex aliqua ratione, vel causa, Papa potest dispensare, vel absoluere. & in his terminis procedit, quod scribit Roma. in consi. 12. colum. 1. in fi quatenus ibi vult, Papam super iuramento posse dispésare, naturali ęquitate suadente. & sic facit ex cã, & nõ cõtrariatur pręcepto diuino: de quo in d. c. & si Christus. đ iureiu. sed solũ interpretatur, quod facere põt vt per Abb. in d. c. quę in ecclesiarum. vbi ẽt alij de const. late per Gozad. cõsi. 51. col. pen. in fin. & seq. quinimmo non solum Papa; sed etiam episcopus dispensare potest, qñ

iusta

iusta causa subest, vt no. Inno. in c. debitores. de iureiur. vbi dicit, q episcopus in iuramento dispensat, si dolo, vel metu, vel vi extortum sit. c. cum contingat. de iureiu. & c. 1. & 2. 15. q. 6. imo inquit, ex causa potest dispensare in iuramentis licite præstitis, c. nos sanctorum. 15. q. 6. & ideo subsistente iusta causa, poterit episcopus commutare, & interpretari, secundum Anto. de Butr. in cap. quanto. de iureiur. & iusta causa dispensandi diceretur, quando recipiens iuramentum versaretur in turpitudine, vt per Abb. in c. 1. in vlti col. ver. hęc puto. de iureiuran. & in c. ad nostram. el 3. eo. tit. col. 1. ver. sed hic aduerte, in dubio tamen non præsumitur, q Papa velit derogare iuramento, quando de illo non est facta mentio. c. constitutus. vbi no. de rescript. & habetur per Rui. in consi. 208. col. 7. post nu. 14. vol. 1. Si tamen iuratum esset super re licita, absque dolo, vel metu, deberet efficaciter, & præcise obseruari; nec absolutio peti posset. c. quamuis. de pact. in 6. vbi Archid. Ioan. And. & alij, Ang. in l. si quis pro eo. in prin. de fideiuss. Alex. in consi. 42. col. pen. vol. 1. & in consi. 51. vol. 3. Dec. in consi. 151. col. 7. & ista est magis communis opi. Docto. in c. cum contingat. de iureiur. & ita refert Bologni. in cons. 31. col. fi. ver. vlterius non habet. & in tali casu Papa non potest concedere absolutionem, nisi esset probata enormissima læsio, vt per Sozi. in cons. 15. col. 3. in fi. vol. 1. sequitur Grat. lib. 2. respon. 93. ad fi. nu. 21. Et est ratio, quia iuramentum semper seruari debet, quando absque detrimento salutis æternæ fieri potest, d. c. cum contingat. Et hæc satis ad hoc nostrum priui. Si plenius scire cupis, an & quando Papa dispensare possit super iuramento, vide late apud Io. de Selua. in suo tracta. de iureiur. in quarta parte, per tot. Docto. in cap. quanto. de iureiur. vbi Glo. 1. & Gl. in c. auctoritatem. 15. q. 6. Gozad. in consi. 51. col. 7. ver. item super vsuris.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus, vt Iudæus, non tenetur seruare fidem Christi.*

2 *Iudæus non tenetur ad ea, quæ statuta sunt de iure canonico.*

3 *Iudæus tenetur obseruare iuramentum.*

4 *Iudæus potest esse testis contra Christianum in multis casibus.*

5 *Iuramentum inuentum est, vt maior fides hominum dictis adhibeatur.*

6 *Iuramentum suppletorium nõ defertur Iudæo.*

7 *Donatio vltra quingentos aureos sine insinuatione, quamuis iurata, non valet inter Iudæos.*

PRIVILEGIVM CXXIII.

CEntesimum vigesimum tertium priuilegium est: † nã
1 licet Iudæi non teneantur, quatenus Iudæi, seruare fidem Christi. c. sicut Iudęi.
2 de Iudæ. l. dies sabathi. C. † eo. nec ad ea, quæ statuta sunt de iure canonico: quod patet in matrimonio, quia illud contrahunt in gradu prohibito per ius canonicum, & seruant pręcepta legis Mosaycę, vt habetur in c. gaudemus. §. fi. de diuor. & in c. de infidelibus. de consangui. & affi. & no. per Abb. in c. fi. qui fi. sint legitimi. nec iudicantur secundum canones, vt per Sozi. in cons. 66. col. antepen. consi. 11.
3 col. 2. & consi. 70. colu fi. volu. 1. † Tamen vsq; adeo magnum est priuilegium iuramenti, vt si Iudęi quoq; iurauerint, teneãtur illud obseruare, c. mouet. & ibi Glo. in ver. sociat. 22. quęst. 1. Inno. in c. etsi Christus. & ibi Abb. de iureiur. Imol. cons. 1. col. 4. ver. item non vř, cum alijs per Bauer. adductis in tract. de virtu. iura. num. 110. qui ponit hoc priuilegium. & multos ẽt concordantes congerit Ant. de Gabrie. in tit. de donatio. conclus. 3. nu. 26. & sic iuramentum facit, q etiam Iudæi propter illud efficaciter obligentur. facit qđ voluit singulariter Ruin. in consi. 204. col. 4. in princip. vol. 1. vbi dicitur, quòd non solum fideles iuramento adstringuntur; sed etiam infideles. Et istam opin. tamquam veriorem, sequitur Dec. in l. pactũ. col. 4. in fi. & sequen. C. de collati. vbi dicit, q si Iudęus non obligaretur iuramẽto, non posset esse in iudicio, in quo iurat

de

de calumnia: nec etiam posset esse testis,
4 vt ibi per eum. † & tamen videmus, ꝙ potest esse testis contra Christianum, in causa hæresis, vt in cap. contra. de hæret. in 6. Item potest esse testis in testamento, & in contractibus inter viuos, vt per Bald. in l. cũctos populos. C. de summa Trin. & fide Catho. & late per Bologni. in cõs. 42. col. pen. vbi dicit allegando Imol. in consi. vlti. ꝙ Iudæus potest esse testis contra Christianum, quando res aliter probari non potest: item & quando non sunt examinati ꝓ Christiano alij testes in contrarium, qui sint idonei, & honesti; & cum Iudæorum dictis fides adhibeatur, vt colligitur ex Glo. in d. c. mouet. in ver. Laban. intelligi-
5 tur mediante iuramento, † quod inuentum, est, vt alterius dicto fides adhibeatur, c. si peccatum. 22. qu. 1. & c. & si Christus. & c. & si episcopus. in princip. de iureiuran. si enim fides adhiberetur hominibus absque iuramento, non esset opus iurare, secundum Bar. in l. Lucius. in fi. de fideius. Et istam partem, quòd Iudæi obligentur iuramento, tenuit Roma. in l. qui superstitis. de acquir. hæred. Corn. in consi. 45. col. 3. vol. 1. & eam ẽt amplecti videtur in cons. 107. vol. 3. Et Feli. in d. c. cum sit. ver. septimo limita. nu. 32. de foro compe. & in c. fi. nu. 4. de Iudæ. & Bologni. in d. consi. 42. Contrarium tenuit idẽ Rom. in consi. 155. ad fi. in hoc sibi ipsi parum constans: nam ibi vult, ꝙ ideo Iudæus nõ obligatur iuramento, quia iuramentum est inductum propter periculum interitus animæ, c. si vero. & c. cum contingat. de iureiur. sed istud non cadit in Iudæo, qui est perditus, vt in c. ita quorundam. de Iudæ. & Papa non compellit Iudæos quo ad illa, quæ respiciunt salutem animæ, vt ibi per eum. Istam quoq; opi. tenet Sozi. in cons. 65. col. 9. vol. 1. & alij quamplures relati per Anto. de Gabrie. in d. ti. de donat. conclus. 3. nume. 25. & propter hanc rationem Iudæus, quamuis iurauerit, non efficitur fori ecclesiastici, nec coram eo conueniri potest; vt habetur per Anchar. in cap. peccati. in 6. quæst. de reg. iur. in sexto. & refert Dec. in d. l. pactum. C. de colla. col. 5. in princip. de quo ego dixi in priuil. 67. nume. 39. dicas, vt ibi. Hac etiam ratione Iudæus non dicitur esse sub protectione Papæ, vel Ecclesiæ; quia dici solet, De his, quæ foris sunt, nihil ad nos. c. multis. 2. quæst. 1. cap. gaudemus. de diuor. Corne. in consi. 235. col. 2. in princip. volum. 2. vbi propterea dicit, quòd illos Ecclesia non excommunicat; quia perditi sunt; & quia excommunicatio est medela animæ, c. cum medicinalis. de sent. excom. in sexto. & c. audi. 11. q. 3. & idem Corne. consi. 19. colu. 1. in fin. volu. 3. & quòd iuramentum Iudæi non consideretur, nec habeat illum obligare, voluit idem Sozi. in consi. 66. colum. antepenul. & pen. vol. 1. Rui. consi. 159. col. pen. & fi. volum. 1. & Dec. sibi contrarius in c. 1. nu. 27. in secunda lectura. de const. prout refert Rimi. iun. in §. 1. nu. 277. In-
6 sti. de dona. † & hinc dicimus, quòd Iudæo non defertur iuramentum in supplementum semiplenæ probationis, vt per Marsi. in singul. 41. vbi concordan. & Natta in consi. 620. in prin. Quid igitur dicen dũ? Ego credo primam opinionẽ esse verisimam, & magis communem; quia quãuis in Iudæis non cadat consideratio salutis animarum; tamen ex alio debent cõpelli ad obseruantiam iuramenti, nimirũ propter iurisiurandi religionem conseruandam, ad quam etiam infideles astringebantur, vt patet in l. qui iurasse. & toto ti. de iureiur. & quia etiam habet formã iuramenti, & ad ecclesiam pertinet, ne ea, quæ diuini iuris sunt quale est iuramentum, a quoquam paruipendantur, argu. l. ita vulneratus. ad legẽ Aquili. faciunt tradita per Guid. Pap. quæst. 63. vbi dicitur, ꝙ Iudæus per iudicem ecclesiasticum puniri potest ex eo, quòd fecit turpem sonum ante imaginem Virginis Mariæ: & licet ibi punitus fuerit per laicum; tamen non negat, quin iudex ecclesiasticus posit temporalem præuenire. & dixi in d. priui. 67. facit etiam; quia Papa tenetur defendere ius diuinum vsq; ad sanguinem, cap.

sunt

ſunt quidam 25.q.1. Nec eſt verũ, quod iuramentum inductum ſit propter periculum animæ ſicut dicebat Roman. ſed vt maior fides hominum dictis adhibeatur, vt ſupradictum fuit: quæ ratio cõcludit etiam in iuramento Iudæi, & aliorum infidelium, in quibus ratio Rom. conſiderari non poteſt, vt de ſe patet. Nec quidquam facit, quòd Papa non compellat Iudæos, quo ad reſpicientia ſalutem animarum; quia fateor: ſed dico, quòd eos compellit; quia agitur de præiuditio religionis iuriſiurandi: quod præiudicium in eo verſatur, ſi iuramentum negligitur, & non obſeruatur (quisquis ille ſi qui iura re præſumit) Item compellit eos propter prẹiudicium tertij, ne ſit melioris conditionis, quàm Chriſtianus, vt per Cone. in conſi. 19. col. 4. vol. 3. & eodem modo reſponderi poteſt omnibus alijs, quæ adducta ſunt in contrarium, & quæ adduci poſſent. Et quamuis ego credam hanc opinionem, quam teneo, eſſe iuri conſentaneam, tamen reperio, quod Maran. in ſuo Specu. in tertia parte principali. num. 51. ponit hanc diſtinctionem, quã dicit eſſe veriſsimam. & de mente Paul. de Caſt. in conſil. 90. col. fi. volu. 2. Nam inquit; Aut Iudæus contrahit cum alio Iudæo; & tunc ſi contractus eſt inualidus & nullus, procedit iſta ſecunda opi. quod iuramentum non ligat Iudæum, nec firmat contractum. & hinc videmus non valere donationem inter maritum, & vxorẽ
7 Iudæos, vt per eum ibi. † hinc etiam non valet donatio vltra quingentos aureos non inſinuata, nec inter Iudæos firmatur iuramento, vt per Rim. iun. in §. 1. nume. 275. Inſtit. de donatio. vbi concordan. Aut contrahit Iudæus cum Chriſtiano; & procedit prima opi. quod Iudæus tenetur ſeruare iuramẽtũ non propter periculum animæ, quia de ea non eſt curandum; ſed ne Chriſtianum decipiat, & ne ſit melioris conditionis Chriſtiano, vt ꝑ eundem Maran. Accedat etiam; quia ſic contractus claudicaret: quod eſſe non debet. l. 1. C. de reſcinden. venditio. quæ omnia tamquam vtilia ſunt memoriæ cõmẽdanda.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus, & procedit etiam ſi rei renunciauerit.*
2 *Iuramentum impedit reſtitutionem fieri ſpoliato, ſi renunciauit cum eo ſpolio.*
3 *Limita. non procedere, quando iurauit ante ſpoliationem. & inibi quomodo hoc procedat.*

PRIVILEGIVM CXXIIII.

Centeſimum & vigeſimum quartum priuilegium eſt: nam tu ſcis, quod ſi clericus fuit ſpoliatus beneficio & deinde illud ſponte renunciauerit; ſi poſtea velit agere poſſeſſorio recuperandæ, non obſtabit ſibi exceptio ſpontaneæ renunciationis, vt per Innoc. in cap. ſuper hoc. de renunciat. quia preſumitur, quod talis renunciatio fuerit
1 facta metu, & potentia ſpoliatoris. † & Spoliatus eſt ante omnia reſtituendus. l. ſi quis ad ſe fundum. ad legẽ Iu. de vi. pub. l. cum fundus. & l. colonus. de vi, & vi arm. c. in litteris. de reſti. ſpoliat. c. reintegranda. 3. q. 1. Bar. & Docto. in l. iuſte poſsidet
2 de acqui. poſſ. † Tamen ſi quis in dicta renunciatione adiecerit iuramentum, vel promiſit mediante iuramento non agere, nec petere reſtitutionem; ex priuilegio iuramenti, quod impedit veniri contra; nõ poterit recuperare poſſeſsionem a ſpoliatore; quia talis promiſsio tenet propter iuramentum, & facit, quod obſtat exceptio iuriſiurandi. ita dicit Rot. in deciſ. 428. incipiente, Nota, quòd exiſtenti in antiq. & deciſ. 501. incipien. Si agenti interdicto. in nouiſ. Deciſ. Tholoſ. 492. Abb. in c. ſollicite. de reſti. ſpoliat. Alexand. in cõſil. 93. vol. 5. Capici. deciſ. 69. nu. 7. & ſequen. Rebuf. in ſua Pract. benef. in 3. parte. tit. de vi in reſignatione adhi. nùme. 7. Anto. de Petru. in repe. l. 1. poſt nu. 157.

de

3 de iureiurando. † Istam conclusionem seu priuilegium limitatur non procedere, quando iurm fuisset prestitū ante spoliationem; quia non obstaret, vt habetur per Ioan. And. in c. 2. de ord. cog. & alios relatos per Gramma. decis. 85. hoc tamē intelligo, & sublimito non procedere, quando aliàs illud beneficium habuisset per dispensationem, vt quia retinuisset cū alio incompatibili; quia non esse restituendus; siue iurasset, siue non, vt per Roman. ita concludentem in consi. 499. col. 1. vers. 3. ad idem. Et videtur posse dici rationem esse; quia taliter detinens non dicitur canonice detinere; quia illud dicitur proprie canonice obtineri, quod est a iure confirmatum, & corroboratum. ca. postulasti. de cler. excom. mi. quinimmo detinens ex dispensatione duo beneficia curata sine legitima causa, non est tutus in foro conscientiæ, vt per Ioan. Andr. in c. de multa. de præben. quia omnia bona Ecclesiarū sunt Dei. c. cum ex eo. de elect. c. cum secundum Apostolum. in prin. & ibi Ancha. num. 4. simili tit. de præben. Paul. de Cast. in Auctem. decernimus. per illum tex. nu. 3. C. de sacros. Eccles. cum notatis per Alexand. in cons. 103. colum. 2. nu. 4. & 5. volum. 7. & ideo si illius possessionem amittat, non debet sibi restitui; quia non debet fieri restitutio illi, qui illegitime, seu saltem minus canonice rem detinet, arg. c. de hoc. cum ibi not. per Abba. de Symoni.

SVMMARIVM.

1 *Sequestratio est omni iure prohibita.*

2 *Sequestratio facta tollitur per iuramentum. & quando procedat.*

3 *Sequestratio expirat post triennium*

PRIVILEGIVM CXXV.

1 Centesimum vigesimū quintum priuilegium est. † Nā quamuis sequestratio regulariter sit omni iure prohibita. l. vni C. de prohib. sequest. pec. cum notatis per Docto. In l. si fideiussor. §. fin. qui satisd. cogantur. & toto ti. de sequest. posse. tamen in multis casibus permittiur vt per Spec. simili tit. de seq. po. per tot. & titu. de execut. sentent. §. nunc dicendum. vers. quid si ab ea. & p Bertachi. in suo repert. in vers. sequestratio. & per Aufre. decis. Tholo. 477. plura tamen concurrere debent, vt locum habere posit: de quibus per Guid. Pap. q. 246. Quando igitur contingit sequestrationem fieri posse, plures sunt modi illam tollendi, & inter alios est ipsum iuramentum per quod tollitur sequestratio, iurando rem ipsam non dilapidare, vel iudicio sistere, vel aliter prout opus est iurare. Et consequenter iuramentum habet hoc pri
2 uilegium, vt per † illud tollatur sequestratio, vt dictum est. de hoc habetur Gloss. quæ reputatur singularis, in l. 1. §. omnes. in versi. iuratorie. C. de assert. tol. & est tex. in c. penul. de donat. int. vir. & vxor. vbi etiam Glo. in vers. quam potest. est ēt Glo. in c. ex parte. el 1. vbi Abb. de verb. signifi. nam ibi dicit Abb. quod illa Glos. extendit Auctem. generaliter. C. de epi. & cleri. ad omnes casus, in quibus quis tenetur fideiubere. Intellige tamen predicta sibi locum vendicare, si persona, cōtra quā est factum sequestrum, sit aliàs persona honestæ conditionis, & famæ, ac minime suspectæ fidei: aliàs secus; quia non satis esset iuramētum, vt in simili distinguit Barto. in l. vsufructu. C. de vsufr. & patet exēplum in l. fi. C. de ord. cogni. vbi ille, qui dicebatur seruus, non reuocat sequestrū contra ipsum factum; quia erat suspectæ fidei, & non omnino honestæ conditionis, cnm de eius statu ageretur. Item procedunt prædicta, quando aliam satisdationem quis non inuenit; tum; quia in subsidium ad iuramentum peruenitur; tū etiā quia regulariter sequestrum tollitur per satisdationem cum fideiussore d. l. fin. & l. litibus. C. de agri. & cens. lib. 11. l. si fideiussor. § fin qui satisd. cogan. Roma. in cons. 312. num. 3. & Docto. communiter in d. l. vni. C. de prohib. seq. pec. Notādum est
3 tū, quod † elapso triennio a die facti sequestri

questri non erit opus cauere; quia expirat post triennium, vt habetur per Barto. in d. l. litibus. & sequitur Grat. lib. 1. respon. 28. nu. 14.

S V M M A R I V M.

1 *Probatio fieri debet in termino dato ad probandum.*
2 *Iuramentum præstitum in termino facit, depositionem testis factam extra terminum censeri in termino.*
3 *Finis trahitur ad suum principium.*
4 *Testis qualitas, & conditio spectatur de tempore iuramenti; non autem depositionis.*
5 *Probatio non potest fieri extra terminum datum ad probandum, & probatum habendum.*
6 *Probatio non potest fieri extra terminum, datum a lege.*
7 *Terminus legalis semper censetur esse peremptorius.*

PRIVILEGIVM CXXVI.

1 Centesimum vigesimum sextũ priuilegium est; † quia tu non ignoras, quòd probationes sũt regulariter faciẽdæ in termino dato ad probandum, per ea, quæ dicit Specul. in titu. de dilatione. §. fina. versic. item quid si datus. & Bald. in l. in contractibus. §. illo. C. de non nume. pecu. aliàs enim, si fiunt extra terminum, sunt nullæ, argum. tex. in l. scire oportet. §. consequens. de excusat. tuto. cap. præsentium. §. testes. de testi. in 6. Aretin. in cap. quoniam contra, col. 8. & 10. de probat. & in c. fraternitatis. col. 14. de test. & Felin. in c. licet causam. de probat. & facit, quod not. Barto. in l. fina. in fi. quod vi aut clam. vbi dicitur, quòd actus extra horam gestus non valet, & procedit etiam in causis summarijs, vt per Roma. in consi. 225. ad fine. & consi. sequen. ad fin. & est generale, quòd actus debet fieri congruo tempore; alias redditur nullus. l. qui superstitis. de acquiren. hære. & Bar. in l. qui ante calendas. de verb. obl.

2 † Tamen iuramentum habet huiusmodi priuilegium, quòd quamuis ipsi testes sint examinati post terminũ, si tamen intra terminum iurauerunt, eorum depositio, & testimonium sustinetur; quia ipsa depositio retrotrahitur ad tempus iuramenti, secundum Roman. late disputantem, & ita cõcludentem in consi. 443. col. 3. Abb. in d. c. licet causam. col. 6. dicuntur enim tunc recipi, cum iurant. idem Abb. in c. significauit. in vltimo nota. de testi. quia iuramentum dicitur esse initium, & examina-
3 tio finis. † & ideo debet trahi ad suum principium, secundum Roma. in d. consi. 443. per l. 3. §. scio. de mino. cum alijs ibidem allegatis. quod & prius voluit Bar. in l. damni. §. Sabinus. de damno infect. vbi dicitur, quod depositio trahitur ad diem iuramenti; quia initium est spectandum. d. §. scio. & ideo dicitur, quod si testes iurauerint in die feriata, licet postea die iuridica examinentur, nihil probant. Alex. in consi. 46. nu. 6. & 10. vol. 6. at ex contrario, si iurauerint in die iuridica, recte probãt, quamuis die feriata examinentur, vt per Abb. in c. 1. circa fi. de ferijs. & per Guid. Pap. q. 215. nu. 3. quia iuramentum tamquam initium spectari debet. Videmus enim, quòd si testis dicat aliquem fuisse occisum die tertia Iunij, licet vere occisus fuerit in die octaua, quia in illa perierit; non deponit falsum, si dicta die tertia mandatum fuit de occidendo. tex. est in c. periculose. de pęnit. distinct. 1. quem ad hoc tamquam singularem allegat Roma. in consi. 301. col. 2. ver. tertio probatur. nu. 7. quia Initium est attendendum. & similiter stante statuto, quod liceat occidere animalia ĩ hortis reperta, si ego repererim porcũ in horto meo, & velim occidere; si aufugiat, & occidam extra hortum, iuridice occidisse dicor; quia initium est inspiciendum. ita Marsi. in singul. 225. & latissime idem distinguendo tradit in l. fi. nu. 209. vsque ad fi. de iurisd. omn. iud. & pluribus quoque exemplis cõprobat Corne. in consi. 159. volum. 2. Et hinc dici-
4 mus, † quod in consideranda qualitate testium

stium spectatur tempus iuramenti; non autem tempus quo deposuerunt, vt not. in l. 3. §. duę. de Carbo. edi. Alexand. in l. qui iurasse. §. fin. de iureiurand. & in cons. 78. col. pen. ver. & circa. vol. & in l. 1. C. de testamen. Dec. in consi. 163. nume. 21. Gramm. consi. 36. in fin. in ciui. & consil. 41. col. 2 num 8. eod. volum. Marsi. in singula. 113. late Ias. in 2. §. qđ diximus. si quis. cautio. Signor. diffuse distinguendo in consi. 19. & Craue. cons. 254. colum. 2. in fi. Sed contra huiusmodi priuilegium videntur vrgere quàmplurima. primo in contrarium videtur facere Glo. in l. 3. in prin. in vers. inimicus. de testi. vbi Gl. circa fidem testium, animaduertendum esse inquit, an aliàs testis odiosus sit vbi iurat, & testificatur: quasi vero tempus depositionis; non etiam solius iuramenti debeat inspici: prout nuncupatim dicit alia Glo. in l. 3. §. duæ in ver. non eadem. de Carboni. edi. vbi dicitur, quòd tempore redditi testimonij fides testis inspicitur: ergo non attenditur tempus iuramenti. Secundo videtur obstare, quia confirmās trahitur ad tempus confirmati; non econtra, l. si fundus. in prin. de pigno. l. fin. C. ad Maced. per quam reg. ita in terminis disputando, & consulendo concludit Sign. in cons. 19. colum. 3. in fi. quòd, scilicet, iuramentum, quod dat robur dicto testis trahitur ad tempus depositionis; non ecōtra pro quo & tertio accedat; quia depositio non habet necessariam consequentiam ad ipsum iuramentum. quod patet; quia quis non cogitur deponere, eo quia iurauerit; sed compellitur deponere ad veritatem inueniendam: ergo non trahitur ad tempus iuramenti. l. pen. quæ res pigno. l. 1. & l. potior simul cum. §. si colonus. qui potio. in pigno. habea. l. 3. §. 1. & ibi Barto. de minor. 25. an. Quarto contra nostrum priui. facit, quod voluit deci. Tholo. 4. vbi dicitur, quod famulus qui tempore iuramenti manebat cum domino, est idoneus testis pro domino, si tēpore depositionis discesserat; quasi circa testis qualitatem sit attendendum tempus depositionis; non autem iuramenti. Ad idem & quinto facit, quod scribit Bald. in l. si mater. C. ne de stat. defunct. vbi vult, quòd vltima qualitas attendatur & propterea infert, quod si tempore iuramenti testis erat inimicus; tempore autē depositionis amicus, dicatur reconualescere tempus iuramenti; quia inhabilitas non annullabat ipso iure; sed erat opus exceptione. Idem quoque secutus est Ruin. in consi. 188. in fin. volum. 1. per not. in d. l. si mater. Sed prædictis non obstantibus, arbitror non esse discedendum a nostro priuilegio, quia verum est, quod attenditur tempus iuramenti in consideranda testium qualitate, & an sint in termino examinati, per ea, quę dicta sunt ad illud cōprobandum: quibus non potest modo aliquo responderi; cum tamen in contrariū allegatis facillime respondeatur. Nō obstant igitur primo Glo. in d. l. 3. in princ. de test. & Glo. in l. 3. § . duæ. de Carb. edi. quia quamuis fides testium inspiciatur tēpore redditi testimonij: tamē dico, quod tunc dicitur redditum testimonium cum recipitur iuramentum ipsorum; non autem cum deponunt: vt supra dicebamus, allegando Abb. in d. cap. significauit. in vlti. not. de testi. Non obstat secundum de confirmatione, quod trahatur ad tempus confirmati; non econtra; quia respondetur, prædicta procedere in ratificatione, quæ retrotrahitur; non autem in confirmatione, quæ differt a ratihabitione: nam confirmatio fit a superiore, & ratihabitio a pari, vt per Nattam in consil 636. nume. 81. & nume. 173. Nec est verum, quod in casu nostro iuramentum proprie confirmet dictum testis; sed illud validū facit; quia sine iuramento nullum esset. l. iurisiurandi. C. de testi. alioquin diceretur iuramentum confirmatorium: quod est falsum, cū sit iuramentum assertorium veritatis dicendæ, vt not. in l. admonendi. de iureiurando. Non obstat, quod depositio non habeat necessariam consequentiam ad iuramentum; quia respon. verum esse quatenus est in fieri; sed quatenus

tenus est in facto esse, vtique habet necessariam consequentiam ad ipsum iuramentum: nam sine eo nulla est, & inefficax. d. l. iurisiurandi. C. de testi. Non obstat quartum de auctoritate Decis. Tholo. 4. quia aut est falsa, aut procedere potest in depositione fauorabili, veluti in probando innocentiam, argum. not. per Marsi. in sua Pract. §. opportune. num. 15. quatenus ibi vult per domesticos probari innocentiã. Non obstat dictum Bald. in d. l. si mater. quia non est verum; cum etiam testis inimicus, nouiter & de recenti reconciliatus, non sit idoneus testis, nec probet, vt p Marsi. in singu. 107. in fi. & Dec. in cap. 1. colu. 3. ver. non obstat prædictis. de iudi. Nec rursus obstaret, si diceretur, quòd supradicta reg. quòd, scilicet, finis trahatur ad suum principium, procedit per viam fictionis; & fictio non habet locum neque inducitur in præiudicium tertij l. debitoribus. de separati. not. in l. si socer. in prin. solut. matri. in l. hrs a debitore. de fideiuss. & tradit Corn. in consi. 159. in fi. volu. 2. quia non procedit, quando principium est potius, & dignius suo fine; quia tunc non trahitur per fictionem; sed ex natura principij, a quo finis dependet.

5 Hoc † priuilegium limitatur duobus modis. primo, vt non procedat, quando esset datus terminus ad probandum, & probatum habendum; quia non solum deberet iurari intra terminum; sed etiam probari aliàs, probatio esset nulla, vt per Aufrer. decis. Tholos. 116.

6 Secundo † limitatur procedere in termino probatorio, dato ab homine, id est, iudice, arbitrio ipsius, secus, si terminus datur a iure communi, vel municipali, vt per Bald. in rubr. C. si ex fal. instrum. in fi. quia in tali termino debet quis producere testes, ita, quòd iurent, deponant, & pbent. nec sufficit, quòd iurent: nam in tali termino legis, vel statuti iudex nihil supplet; nec potest mora purgari, nisi de impedimento doceatur, vt per Bal. in l. diffamari. col. 1. in fi. C. de ingen. & ma. Et est

7 † ratio; quia terminus legis semper est peremptorius. l. facta. §. si quis bonorum. ad Trebelli. Bal. in l. tempora. C. de tempori. & repar. Calcan. consi. 16. nu. 62. Craue. in consi. 179. post num. 2. & ita fuit aliàs conclusum Bononiæ, vt testatur Petr. Beninten. in Bononi. concl. 11.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum impedit opponi omnes exceptiones contra instrumentum, quod declaratur.*

2 *Exceptio, quæ compatitur cum sententia, potest opponi etiam in illius executione.*

3 *Iuramentum tollit exceptionem Dolo facis, &c.*

PRIVILEGIVM CXXVII.

1 Centesimum vigesimum septimum priuilegium est; † quia iuramentum in instrumento appositum facit, quòd contra illud nulla potest opponi exceptio; qa diceretur venire contra proprium iuramentum, & efficeretur periurus, vt habetur per Bar. in l. eum qui. § fi. de iureiu. & ibidem quoque Ias. quod intelligunt procedere, & verum esse, si per talem exceptionem veniretur modo aliquo contra iuramentum; secus, si exceptio se compatiatur cum eo; quia tunc poterit opponi, vt ibi per eos. & sequitur consulendo Gra

2 ma. in cons. 11. num. 4. in ciui. † Sic in simili dicimus, q̃ quando exceptio non refragatur, nec repugnat sententiæ; sed aliunde prouenit, non prohibetur opponi in ipsius executione: quinimo etiam, contra tres conformes poterit opponi, quamuis aliàs minime posset, vt pulcre per Sozi. iuni. in cons. 45. colum. antepen. volum. 1. quia se compatitur cum sententia; prout ibi colligitur. quod & prius voluit Guid. Pap. q. 319. Si ergo exceptio refragatur iuramento, ita, vt contra illud quocunq; modo veniatur, non poterit opponi ob-

3 stante iuramento. Et ideo † dicitur, quòd impedit exceptionem doli contra eum opponi posse; quia aliquid petit, quod restiturus est; cum aliàs absque iuramento

illam

illam posset opponere; ex quo immediate,& directe venit contra iuramentum, l. in condemnatione.§. dolo. de reg.iur.ca. dolo.eo.tit.in 6. cum concordantijs relatis per Anto.de Petru.in repe.l.1.hoc priuilegium attingentem.ver.quadragesimus tertius effectus.nu.289. de iureiur.& Bauer.in tract.de virtu.iura.in sexagesimo sexto effectu. Quod autem dicatur venire,& refragari iuramento huiusmodi exceptionem opponens,patet in c.debitores.de iureiur. vbi debitor tenetur soluere, ex quo iurauit;licet statim repetere possit:vt tradit Bar.in l. 2.in sexta. questio.prin.de iureiur.& Gozad.consi.69.col.2.nu.6.

SVMMARIVM.

1 *Iudex dicitur habere dignitatem.*
2 *Notarius dicitur exercere vile officium.*
3 *Iuramentum facit,vt magis credatur notario, quam iudici.*

PRIVILEGIVM CXXVIII.

Centesimum vigesimũ octauum priuilegium est: nam tu scis iudicem esse prestantioré notario, vel tabellione,
1 † qđ patet; quia iudex dr̃ habere dignitatem. Gl.in l.qui furere. de stat.homi.
2 † & tñ notarius dicitur exercere vile officium.& ideo non potest esse decurio;& sic pdit nobilitatem. l.vniuersos.C.de decurio. & l.2. C. de tabula.lib. 10.& per Guid.Pap.quęst.90.constat aũt digniori regulariter magis esse credẽdũ, vt l.3. in prin. & §. ideoq; diuus.ver.sicut non semper.de testi.& per Brun.in tract. crimi.de indi.& tortu.in 4.q. secũdę par. nu. 8.
3 † Tñ tanta est prerogatiua iuramenti,vt ipsi notario magis credatur,quàm iudici,propter iuramentũ,quod prestat, in initio absumpti muneris,de fideliter exercendo suum officium,in his, s. quę pertinent ad eius officium,veluti circa scripturas,& actus iudiciales ab eo factos,per ea quę habentur in c. qm̃ contra. de proba. Feli. in c. dilecti. de maiori. & obe di. in prin.& per Gram.in consi.64.col.4.num. 18.in ciuili.& tradit Folleri. in sua Practica crimi. in prima parte secundę part. ver.fiat relatio. post nu.12.& ibi habes simile de nuncio,vt illi credatur ratione iuramentis cum aliàs eidem nõ crederetur, tanquam vili personę, vt p And. de Iser. relatum p Maran.in suo Speculo. in sexta parte.prin.dum agit de citatione, nu.43. & per Calca.in consi.121.col.fi. Dec.in c. cũ parati. de appella. Ias. in §.quadrupli. nu.19.& ibi ét Ange. Insti. de actio.Lanfran.in d.cap.qm̃ contra.in prin.num. 30. Alci.in tract.presump.reg. 3.presumptio. 14.per tot. Istud priui. ego intelligo procedere, vt, s. magis notario credatur,quã iudici,solum in his, quæ pertinent ad officium notariatus, non etiam quo ad alia, vt per Gram. in consi. 70. in ciui.nam in indifferentib.potius standum esset iudici, quam notario,tanquam digniori, per supradicta. Quinimo tanta est auctoritas,& præstantia iudicis,vt aliquando eius assertioni standum sit, quãuis actum libere facere non possit,secundum Alex.in l.sciendum.col 7.de verb.obli. cum alijs allegatis per Gozad.in consi. 2.post nu.10.quod est valde singulare propter ea quæ habentur in l.si quis forte.de Castren.pecu.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum supplet defectum sollemnitatis.*
2 *Minor non potest alienare immobilia sine legitima causa,& absque causa cognitione.*
3 *Iuramentum non supplet defectum sollemnitatis, quando actus est prohibitus fauore tertiæ personæ.*
4 *Iuramentum non supplet sollemnitatem formalem.*
5 *Iuramentum non supplet defectum sollemnitatis probatoriæ.*
6 *Sollemnitas probatoria est introducta principaliter ob publicam vtilitatem.*
7 *Testium vsus est necessarius ac publici iuris.*
8 *Probatio illa vera dicitur, quæ fit per testes,& instrumenta.*

Iura-

9 *Iuramentum an suppleat sollemnitatem prohibitoriam.*
10 *Iuramentum non supplet defectum sollemnitatis in actu, qui est ipso iure nullus.*
11 *Iuramentum non supplet defectum sollemnitatis respectu rei, vel materiæ.*
12 *Obligari quis potest ad seruandum actum contra publicam formam celebratum.*

PRIVILEGIVM CXXIX.

1 CEntesimum vigesimum nonum priuilegium est; † q̄a iuramentum supplet defectū sollemnitatū in actu interuenire debentium. Bart. in l. si quis pro eo. col. fi. ver. octauo prohibetur. de fideiuss. Aret. in cons. 24. col. 2. in prin. Bauer. in suo tracta. de virtu. iuram. in effectu. 30. sequitur Pedem. decis. 75. nu. 7. & dixit Grat. lib. 2. resp. 121. nu. 14 ꝙ quāuis regulariter sollemnitas extrinseca non præsumatur, vt l. sciendum. vbi oēs nō. de verb. obl. l. quæcunq;. §. fi. de publici. tamē fallit, q̄n interuenit iuramentum; quia facit eam præsumi: quod tamē est quid minus, quàm omnino eam supplere. Exempli gratia, tu scis, † ꝙ minor non potest alienare immobilia sine causæ cognitione, & ꝙ subsit cā legitima, veluti ęs alienum. l. ob æs. C. de prædi. mino. vel ꝙ aliter creditoribus satisfieri non possit. l. magis puto. §. non passim. de reb. eo. item, ꝙ interueniat auctoritas tutoris, vel curatoris, tot. ti. C. de aucto. tuto. item ꝙ interueniat decretum iudicis competentis. l. si q̄dem. C. de prædi. mino. de quibus omnibus habetur seriatim per Corn. in consil. 109. in prin. vol. 3. & consi. 207. in princ. eo. vol. Tamen dicitur, ꝙ si in alienatione rei immobilis minoris interuenerit iuramentum, talis alienatio ex priuilegio iuramenti sustinebitur, quamuis dictæ sollemnitates, vel aliqua ipsarum non interuenerit; quia iuramētum supplet illius, vel illarum defectum, vt per Gramm. in consil. 128. nu. 12. in ciuili. tradit Ant. de Pet. in repeti. l. 1. num. 249. de iureiur. Corne. in consi. 104. vol. 3. vbi loquitur in contractu roborato iuramento ipsius minoris, in quo plures sollemnitates deficiebant. & dicit per iurm̄ interpositū super obseruantia contractus suppleri illarum defectib. idem quoq; voluit in cons. 249. col. pen. in prin. eo. vol. vbi vult iuuari contractū, qui a iure positiuo ex varijs causis irritat. itē patet in contractu minoris, celebrato absque curatore; cum iur̄o ipsius minoris: quod validatur non obstante defectu sollemnitatis, id est, auctoritatis curatoris, secundum Gl. in Auctten. sacramenta puberum. vbi Iason. col. 7. testatur de communi. C. si aduer. vend. & sequitur Craue. in cons. 7. nu. 16. Potest etiam poni exemplū in insinuatione, cuius omissio non vitiat contractum, in quo requiritur; quia iuramentū supplet defectum talis sollēnitatis, vt late dixi ī priuilegio sexagesimo tertio. Alia etiam possent proponi exempla, quæ omittuntur. Concludo igitur, ꝙ iur̄m supplet defectum sollemnitatis omissæ, vt satis ex prædictis patet & vr̄ posse dici rationem esse; quia huiusmodi sollemnitates sunt iuris positiui, cui faciliter derogari potest arg. l. quoties. l. rescripta. & l. fi. C. si cont. ius, vel vtili. pub. & quod no. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu. & per Corn. in d. consi. 249. Hoc nostrum priuilegium multipliciter limitatur, & restringitur.

3 † Et primo limi. non procedere, q̄n contractus, vel alius actus absque sollemnitatibus esset prohibitus fauore tertij, vt dixi in 22. priuilegio, in vndecima limi. nu. 34. & habetur per Glo. in l. fi. §. filijs. in ver. voluntatem. C. de bonis, quæ libe. & dicit hanc esse communem opi. Curt. iun. in consi. 152. & alios concordantes adducit Anto. de Gabrie. in ti. de iureiur. conclus. 5. nu. 39.

4 Secundo limi. † non procedere in ꝯtu, nullo respectu sollemnitatis formalis; q̄a talis sollemnitas per iuramentum non suppletur, vt per Corn. in consi. 36. col. 4. ad fin. vol. 1. exemplum in stipulatione, in qua requiritur pro forma, quòd præcedat interrogatio, & sequatur responsio;

alias non valet. l. 1. in princ. vbi omnes. de
verb. obli. Certe, si hęc forma non fuerit
obseruata, quamuis sit interpositum iura-
mentum; stipulatio tamen non valebit tam
quam stipulatio; quia talis sollemnitas for
mæ non potest suppleri per iuramentum:
ita tradit Barto. in l. si pro eo. in 8. q. nu-
me. 14. de fideiuss. & latius declarando pro
sequitur Abb. in c. cum contingat. post nu
me. 27. versi. septimus casus. de iureiur. &
ita etiam limi. Bauer. in d. tracta. de vir-
tu. iuram. post nume. 44. Idem patet in te-
stamento, in quo si requiratur pro forma,
quòd interuenire debeant duo proximio-
res consanguinei, vt in testamento mulie-
rum cauetur in multis locis; tunc tale iura
mentum non supplet defectum istius sol-
lemnitatis, vt colligitur ex traditis p Cor
ne. in consi. 154. vol. 3. vbi iuramentũ mu-
lieris asserentis se non habere ꝓximiores,
non facit, quòd qui adhibiti sunt, sufficiãt
ad sustinendum testamentum, si proximio
res non erant; quia sic facile fieret fraus le-
gi. & hoc quòd iurm̃ nõ suppleat defectũ
sollemnitatis formalis, quomodo accipiẽ
dum sit, declarabo statim in proximo se-
quenti priuilegio.
5 Tertio limita. non vendicare sibi locũ
iu sollemnitate probatoria: vt quia statu-
tum diceret, quod in certo contractu ad
hiberentur tres testes: nam si aliquis con-
traxerit cum interuentu duorum testium,
& iurauerit, nihil prodest. & ideo statu-
tum dicitur comprehendere hunc contra
ctum, quamuis iuratum, vt dixi in vigesi-
mo secundo priuileg. versic. decimo limi.
& facit Glo. in l. nullum. §. denique. de re-
pud. Calca. consil. 25. col. 4. in fin. & Corn.
in consi. 121. col. antepe. vol. 2. simile vide
mus in testamento, in quo requiruntur de
sollemnitate probatoria septem testes, se-
cundum quorũdam opi. in l. nemo potest.
de leg. 1. quam ibi Rip. nu. 35. dicit susten
tabiliorem. & illam videtur tenere Corn.
consi. 7. col. 2. vol. 4. nam si quinque, vel sex
tantum testes fuerint adhibiti, & testator
iurauerit, talis voluntas tamquam testa-
mentum nõ sustinebitur. Et potest duplex
6 assignari ratio. † prima quia talis sollemni
tas ꝓbatoria est introducta principaliter
ob publicam vtilitatem; licet in consequẽ
tiam respiciat quoque vtilitatem priuato
rum. & ideo eidem partes renunciare nõ
possunt l. nemo potest. de lega. 1. l. ius pu-
blicum. de pact. ita voluit Bart. in l. si quis
pro eo. in septimo membro. de fideiuss. &
similiter circa secundam quæst. princip.
in qua concludit generaliter, quod quan-
do actus est nullus & nullitas est inducta
ratione publicæ vtilitatis principaliter, nõ
firmatur. iuramento, per cap. si diligenti.
in fin. de foro compe. l. 2. & l. quemadmo-
dum. C. de agri. & cen. lib. 11. & ita tenent
communiter Legistæ: idem quoq; firmat
Alexan. in consi. 95. in fin. volum. 1. Sozi. in
consi. 97. vol. 1. Gozad. in cons. 16. nume.
14. not. in ca. in causis. de offi. delega. & in
c. 1. de libel. obla. Abb. in c. ex tenore. nu. 3.
7 de concess. præben. † Certũ est enim, quod
testium vsus est necessarius, & pro commu
ni vtilitate introductus. l. 1. in princip. de
testi. Glo. in Aucten. vt sine prohibi. matr.
§. quia vero. in versic. senatusconsulto. quæ
dicit, quòd propterea non valet pactum,
quod non possit probari solutio, nisi per
scripturam: cũ sit communis vtilitas testifi
candi; & cõsequenter pactũ videatur con
tra publicã vtilitatẽ. l. quoniã. C. de hęreti.
& §. & licet. in Auct. de testi. c. tuæ. de cle-
ri. pereg. & cap. quamquam. 14. q. 2. & ca.
si diligenti. de foro compet. & tradit Rui.
in consi. 188. col. 3. num. 9. volum. 1. & pro
pterea dicitur, quòd etiã hæretici possunt
esse testes in testamento; item & monaci
seu religiosi, vt per Guid. Pap. q. 317. quia
probandi facultas est amplianda, vt l. gene
raliter. C. de reb. cred. in princip. & alibi
cauetur probationibus renunciari non
posse; quia sunt introductæ ob publicam
vtilitatem. casus est in l. fin. C. si cert. pet.
& ibi Bald. sequitur Calca. in consil. 77.
col. penul. num. 19. Et prædicta procedunt
multiplici de causa: primum ne fraudes
fiant, vt patet in testamentis. §. 1. Insti. de
testam. secũdo, vt maior fides adhibeatur.
l. 3. §. eiusdẽ. de testi. Signor. consi. 17. in fi.

Tertio quia quod fiat à pluribus, vel corā pluribus, maiori nitit̄ auctoritate l. si quis. §. cogentur. de eden. & in Auct. de defen. ciui. §. 1. Quarto vt veritas patefiat, & negata per alios veniant in lucem, vt in Aucten. de testib. in princ. Non conuenit igitur his de causis vtilitati publicæ derogare, & consequenter per iuramentum hanc sollemnitatem probatoriam supplere. potest etiam alia assignari ratio; quia quando ex forma legis communis, vel municipalis aliquid probandum venit per testes, ideo tunc iuramentum non supplet defectum illius sollemnitatis probatoriç, quia secundum Doctores magis communiter, non est probatio; sed potius releuatio ab onere probandi. l. sed & si possessori. §. fi.
8 de iureiur. † Illa enim dicitur vera probatio, quæ fit per testes vel per instrumenta, secundum Bald. in Aucten. sed nouo iure. in fi. C. si cert. pet. & per Dec in rub. de ꝓbat. Et quod huiusmodi sollemnitati probatoriæ renunciari non posit, vltra prædictos Docto. ponit etiam Anto. de Petru. in l. 1. nume. 132. de iureiuran. Contra istam limi. videtur tenere Imol. in c. cum contingat. in septima quæst. princ. de iureiur. vbi videtur velle, quod de iure canonico iuramentum suppleat defectum sollemnitatis probatoriæ; quia in isto casu iuramentum seruari potest sine dispendio salutis æternæ. Non obstat, quod his, quæ introducta sunt principaliter ob fauorem publicum, renunciari non potest; quia in proposito negatur, quod vsus testium introductus sit fauore publico principaliter; sed dicitur introductus ob priuatam hominum vtilitatem: vt inquit Felin. in capit. 1. de probation. licet secundario in eo quoque versetur fauor publicus: quinimmo in his, quæ respiciunt rem publicam, veluti census solutionem, potiora sunt monumenta publica, quàm testes: & ita senatus censuit. l. census. de probatio. ergo quo ad testium vsum non necessario ius publicum attenditur. Præterea etiam si versaretur in hoc publicus fauor; adhuc tamen propter iuramentum non deberet attendi, sed omnino iuramentum ipsum seruari conueniret. patet: nam videmus, quod ea, quæ ędibus affixa sunt, alienari prohibentur ob publicam vtilitatem, ne, scilicet, ciuitas deturpetur. l. cetera in prin. & §. item quæri. §. pe. & fi. & l. senatus. de leg. 1. & l. nutu. ad fi. de leg. 3. iuncta. l. præses. de offi. præsi. & tamen, si iuramentum intercesserit, alienatio tenet, & iuramentum seruari debet de iure canonico; quia non vergit in dispendium salutis æternæ eius obseruantia. c. cum contingat. de iureiuran. & c. quamuis. de pact. in sexto. neque hoc à iure canonico reperitur improbatum, quod, scilicet, res affixæ ædibus non possint alienari. Item patet in instantia vltra triennium, quæ de iure ciuili prorogari non potest, vt l. properandum. C. de iudi. & tamen cum iuramento poterit prorogari; quia iuramentum seruari potest. & ita concludit Imol. in d. cap. cum contingat. Quid igitur dicendum? Puto istas opin. concordari posse: nam si agimus de sollemnitate probatoria, prout congruit cum iure diuino, secundum quod omnis probatio in ore duorum, vel trium testium consistit. c. in omni. de testi. cap. cum esses. & cap. relatū. de testam. & tunc talis sollemnitas per iuramentum non poterit suppleri, vt si in actu vnus tantum testis interueniat, vel si agatur de fide adhibenda instrumento notarij, in quo ex forma statuti aliqua sollemnitas desideratur: veluti, quod subscribatur per duos notarios: nam in his, & similibus iuramentum non supplebit defectum sollemnitatis probatoriæ; quia ista probatio est contra dispositionem iuris diuini, secundum quod, vt diximus, duorum, vel trium testimonium requiritur, nec conuenit vni testi fidem adhibere, vel instrumento, quod obtinet vicem vnius testis. & ideo in his iuramentum nihil supplere pōt, vt de instrumento nuncupatim concludit Corne. in consi. 32. volum. 3. Si vero agimus de probatione seu eius sollemnitate, prout vltra ius diuinum requiritur, veluti de probatione

facienda per tres, uel quattuor testes: & tunc si duo tantum interuenerint vna cũ iuramento, solemnitas probatoria supplebitur per ipsum iuramentum; quia talis sollemnitas non respicit vtilitatem publicam, nisi respectu duorum testium, & defectus alterius testis solum respicit priuatorum vtilitatem. & hoc dico verum, præterquam si hoc statutum asset ob aliquam iustam causam, vt tres deberent adhiberi, veluti: quia in similibus solerent fraudes fieri, & ad eas remouendas statutum fuisset, quòd deberent tres adhiberi: nam in tali casu iuramentum non suppleret defectum sollemnitatis probatoriæ, si statutum faceret mentionem de iuramento: quod posset equitate naturali suadente, iuxta tradita per Roma. in cons. 12. & quæ scripsi supra in octuagesimo tertio priuile. idem dico in instrumento, in quo requirerentur tres, quattuor, vel quinque testes: prout cauetur in Regno Neapo. nam si cõficeretur instrumentum cum quattuor testibus, adhibito iuramento, ita demum per ipsum suppleretur sollemnitas probatoria deficiens, videlicet, quinti testis, si de iusta causa ita statuendi nihil appareret; aliàs secus. Nec prędictis repugnat decisio Corne. in d. consi. 32. supra allegat. quia aduertendum est, quòd Corne. loquitur in instrumento, in quo ex forma statuti requirebatur subscriptio duorum notariorum: quod vtique erat ius positiuum seu de iure positiuo; ex quo talis sollemnitas aliàs de iure non requiritur, & probatio illa resultans ex dicto instrumento erat contra, vel præter dispositionem iuris diuini; de quo in d. c. in omni. de testi. Ego autem loquor in instrumento, in quo agitur de defectu numeri testium vltra ius diuinum, qui potest suppleri per iuramentum. nec mirum, quia instrumentum in quo duo, vel tres testes scribuntur, videtur esse de iure diuino, vt legitur apud Hierem. cap. 32. de quo dixi in priuilegio 33. nu. 22. & ideo videtur, quòd faciliter per iuramentum talis defectus suppleri posit; quia non discrepat à iure diuino, cuius censura duo, vel tres testes tantum requiruntur, vt sæpe dixi. cogitabis temen.

9 Quarto lim. † secundũ Baue. in d. tract. de virtu. iuram. post nu. 44. quando ageretur de sollemnitate prohibitoria. de cuius limi. veritate patet ex his, quæ dixi in priuileg. 63. & rursus priui. 100. dicas, vt ibi; quia non repero.

10 Quinto limita. † non habere locum, quando actus esset ipso iure nullus; quia non firmaretur iuramento. ita dicit Baue. vbi supra post nu. 43. & idem quoque voluit Rip. in l. 1. §. si quis ita. nu. 23. de verb. obli. de quo alibi diximus.

11 Sexto † limi. vt non procedat, quando actus est nullus ratione rei, vel materiæ. vt per Abb. in c. cum contingat. nu. vigesimo. de iureiuran. Pedemon. deci. 170. nu. 23. & ideo dicitur, quòd si fuerit alienatum feudum sine decreto, quamuis interuenerit iuramentum; tamen talis alienatio non sustinetur; quia iuramentum contra legem feudorum non supplet defectũ sollemnitatis omissæ, & sic ratione rei, vel materiæ alienatæ. Bal. in consi. 8. vol. 3. sequitur Anto. de Petruc. in repe. l. 1. num. 112. de iureiuran.

Septimo intellige nostrum priuilegiũ non procedere, quantum ad hoc, vt actus valeat non seruata sollemnitate, etiam si interueniat iuramentum; quia vere actus non valet. & ita procedit, qđ scribit Roma. in cons. 402. in princ. quatenus voluit, quod sollemnitati prohibitoriæ constitutionis ẽt de partium consensu renunciari non posit: quod vult procedere, etiam si principaliter fauore priuatorum emanauerit: nam intelligitur, vt actus vere non valeat, tamquam sic gestus. tamen si partes promiserunt per pactum nõ venire contra, prout communiter fieri solet, nec dicere de nullitate, obligabuntur vigore pacti, & maxime, si iuramentum intercessit, vt per Ang. in cõs. 200. incip. A. & B. cõtraxerunt. sequitur Alex. in consi. 96 ad fi. volum. 6. quod est valde notandum. &

12 videtur esse ratio; † quia quis potest se obligare

obligare ad seruandum actum contra publicam formam celebratum, vt pulcre per Grat. lib. 1. resp. 16. nu. 25.

Vltimo intellige verum esse priuilegium, & procedere, si sponte fuerit iuratum; secus, si per vim, & metũ, vel per dolum ex proposito: nam in his casibus iuramentum non operatur validitatem actus, saltem quin possit peti absolutio à iuramento: vt colligitur ex traditis per Corne. in d. consi. 11. colum. antepen. volum. 3. & ibi concordan.

SVMMARIVM.

1 *Forma non seruata actus vitiatur.*
2 *Formę nihil addi, vel detrahi potest.*
3 *Iuramentum supplet defectum formę. & infra per totum de veritate.*
4 *Antecedens qui vult, vult etiam consequens necessarium.*
5 *Iuramentum non supplet; sed inducit.*
6 *Iuramentum non supplet defectum formę substantialis.*
7 *Iuramentum non supplet defectum formę introductę ob fauorem publicum.*

PRIVILEGIVM CXXX.

Centesimum & trigesimũ priuilegium est: nam tu scis, 1 quod † forma non seruata actus vitiatur, & est ipso iure nullus. l. non dubium. C. de legib. l. qui Romæ. §. 1. de verbo. oblig. l. cõstitutionibus. ad municipal. c. Pisanis. vbi not. de resti. spoli. c. iudex. 10. distinct. Ancha. consi. 6. col. 2. in fi. Felin. in c. cum causa. nume. 23. de re iud. & in cap. cum dilecta. nu. 42. & nu. 58. de rescrip. cum simil. & procedit etiam si sit omissa leuis forma, secundum Porti. in procem. Insti. col. 5. in fi. & sequen. quia forma est indiuidua, vt notatur in l. si veritas. C. de fideicom. cum simili. allegatis per Dec. in con-
2 sil. 532. nu. 5. † & nihil ei addi, vel detrahi põt, secundum Bal. in l. si col. secunda, ver. ex hoc colligitur. C. de suis & legi. hæred. sequitur Ias. in l. si vnus. C. de testam. Grat. lib. 2. respon. 52. nu. 33. & formæ renunciari non potest. l. quidam decedens. de admi. tut. Signo. consi. 155. col. 2. ad fi. & Calca. consi. 25. col. 14. & si milies partes sunt in concordia, quod forma non seruata habeatur pro expressa, & perinde ac si fuisset adhibita; talis conuentio nihil operatur, vt per Imol. in l. quidquid astringẽdæ. de verbo. oblig. Gozad. in consi. 40. col. 1. ad fi. sed adimpleri debet in forma specifica; non autem per æquipollens, vt per Bal. Alex. & omnes. in rub. de libe. & posthu. & in c. 1. de offi. delegat. in 6. late per Tiraq. de vtroq. retract. ti. 1. §. 1. Glo. 21. nu. 10. & 11. & tit. 2. §. 4. Glo. 6. nu. 31. cum plur. sequen. & per Anto. de Petr. in repe. l. 1. nu. 238. cum pluribus sequen. de iureiur. Marsi. cons. 18. nu. 1. cons. 62. nu. 2. cum nonnullis sequen. & alibi sæpe per
3 Doctores. † Tamen si in actu fuerit interpositum iuramentum, in quo non fuerit obseruata forma, sustinetur ipsius priuilegio; quia supplet defectum illius, ex quo habet vim expressi, & clausulæ Omni meliori modo. l. cum pater. §. filius matrem. de leg. 2. Et ideo dicitur, quod quamuis de forma transactionis sit, vt fiat super re dubia, vt declarat post alios Bologn. in l. si quis maior. nu. 72. C. de transa. & probat in l. 1. & in l. post rem. de transa. tamen si fuerit facta super re clara, & in ea fuerit adiectum iuramentum, sustinebitur vt pactum; non autem vt transactio, vt dixi in priuileg. 98. nu. 9. ver. & primo, quia transactio. Tu autem nunc aduerte; quia quãuis Doct. transeant communiter cum huiusmodi dicto seu. priuilegio, vt patet ex his, quę ibi dixi: tamen non videtur esse verum, nec aliquo modo procedere posse; quia tunc iuramentum diceretur supplere defectum formę in aliquo actu, quãdo, non obstante illius omissione, actus in suo esse remaneret: nam sicut sublata forma, actus corruit, l. si quis legato. de fals. l. Iulianus. §. si quis rem. ad exhiben. ita eadem retenta per supplementum iuramenti debet actus remanere, d. §. si quis rem. à contrario sensu. & hoc vt contrario-

rum sit eadem disciplina. l. quemadmodum. cum vulgaribus. de acquiren. poss. & cum Doctores dicãt formam subesse per iuramentum subauditam, & suppletam, necessario volunt, quòd sit etiam transactio;
4 † quia Qui vult antecedens, vult etiam necessarium consequens. l. 2. vbi omnes. de iurisd. omn. iud. Sozi. in consi. 134. col. 4. vol. 1. & Aret. in consi. 156. col. 9. cum simil. sed in casu nostro non est trãsactio; quia non sustinetur tamquam talis; sed tamquam pactum, vt omnes dicunt: ergo non supplet defectum formæ. Vnde
5 ego puto, quòd † iuramentum potius inducat nouam formam, quàm quòd illam supplere habeat, quia vbi formæ actus aliquid additur, vel detrahitur, dicitur recedi ab illa specie, & noua, inquam, species inferri, vel induci. l. in conuentionibus. de verb. oblig. l. 1. §. fi. cum ibi nota. de prætori. stipula. Signor. consi. 90. colum. 7. nu. 29. & vbi dispositio reformatur circa formam, & substantiam ipsius, dicitur noua dispositio. Crauet. in consi. 223. nu. 6. cum pluribus sequen. & Natta in consi. 527. in princ. & ideo dicitur, quòd alterata forma testamenti per contractum diuisionis dicitur res haberi ex nouo iure, & ex titulo diuisionis, non autem ex testamento, vt per eundem Craue. in consi. 24. col. fi. in prin. Concludo igitur contra omnes, quòd iuramentum non supplet defectum formæ; sed solum nouam formam inducit. quod etiam demonstratur apertius persistendo in eodem exemplo transactionis: nam partes non agebant præcise facere transactionem, nec illius formam supplere; sed solum pacisci eo modo quo de iure fieri permitteretur. & ideo attenditur contractus, qui rei gestæ conuenire potest, & qui valet induci, vt not. in l. 2. si cert. peta. & hinc videmus, quod in d. §. filius matrem. inducitur noua species vltimæ voluntatis, sicut hic inducitur noua species conuentionis ob non seruatam formam à iure in transactione requisitam cogita tamen. Cæterum præsupposita communi conclusione, & ex consequenti retento priuilegio supradicto, quod iuramentum, scilicet, suppleat defectum for-
6 mæ, † declarando limitatur non procedere in forma substantiali, quæ non suppletur per iuramentum. Exempli gratia, tu scis, quod emptio, & venditio non potest esse sine pretio; quia est de forma substantiali intrinseca ipsius contractus, iuxta nota. per Docto. in l. sciendum. de verb. obli. facit tex. in §. pretium Insti. de empt. & vendi. Certe si partes vellent facere emptionem, & venditionem absque pecunia numerata, dando rem pro alia re, & super tali conuentione iurarent, nihil agerent; quia talis sollemnitas seu forma substantialis non potest remitti, vel suppleri per iuramentum, vt per Aret. in c. in tuis. de testibus.

7 Secundo † limita. procedere in forma respiciente principaliter fauorem ipsarũ partium; quia talis forma potest non solum suppleri per iuramentum; sed etiam de consensu partium pœnitus omitti. & valet actus, vt per Abb. in cap. fina. §. his autem. in secundo nota. de offic. delegat. & in cap. super quæstionum. §. verum. eo. titu. sequitur Gozad. in consi. 40. post nu. 5. secus, si forma respiciat principaliter fauorem publicum, vt fraudes, scilicet, euitentur, & in odium alterius: vt patet in renunciatione. l. de his. de transa. de quo dixi in priuileg. 100. Quando ergo est forma, cui per partes renunciari potest, censetur renunciatum, si fuerit à partibus præstitum iuramentum, vt per Bald. in l. 1. col. 2. de legi. & Gozad. in d. consi. 40. nu. 6. quæ omnia sunt notanda.

Vltimo limit. non procedere, quando partes omnino intenderent facere actum iuxta formam traditam à iure communi, vel municipali; quia tunc si actum fecerint, ea non seruata, ex quo aliter facere noluerunt; quamuis in actu iurauerint, non propterea validatur; quia videtur deficere consensus in actu, & iurm non firmat actum in quo deficit consensus. l. fi. C. de non nu. pecu. ita notabiliter tradit Rui. in consi. 64. col. pen. vol. 1.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pactum legis commissoriæ in pignoribus reprobatur.*

2 *Pactum legis commissoriæ quid sit, & quo modo concipiatur.*

3 *Iuramentum validat pactum legis commissoriæ in pignoribus.*

PRIVILEGIVM CXXXI.

Centesimum trigesimum primum priuilegium est:nā tu scis,ꝗ licet valeat pactū legis commissoriæ in contractu vēditionis,vt l,1.& tot.
1 ti.de lege commis.† tamen in pignoribus est reprobatum. l. fin. C. de pact. pignor. Craue.in consi. 242. colum. 2. circa prin-
2 cip. † Et dicitur fieri , quando debitor, qui mutuam pecuniam accepit, super pignore paciscitur , quod si infra certum tempus non soluit acceptam pecuniam , res pignori data intelligatur creditori vendita pro eadem pecunia mutuata, vt habetur per Glo. in l.si fundus.§.fi.in ver. æstimandum.de pignori. & in l. 1. C. de pact.pignor.& vsque adeo dictum pactū legis cōmissoriæ in pignoribus est reprobatum , vt non valeat vlla consuetudo in contrarium,secundum Bal.in l. 1. C. quæ sit long.consue.& in cap.1.de feud. dat.in
3 vi. leg.com.† Verumtamē si in tali pacto fuerit adiectum iuramentum , valebit , vt in cap.significante.de pigno. Fed.de Sen. consi.127.& Guid. Pap.quæst. 6. vbi tamen potius sentit contrarium, dum vult, quod firmatur quo ad obseruantiam iuramenti ; non quo ad contractum : sed bene hoc tenet in singu. 477.& idem quoq; firmat Ant.de Petru.in repe. l.1. nu.146. de iureiu.& alij quamplures allegati per Tiraquel. de vtroq; retractu.ti.2. §.finis. nu.121.ex quibus patet istam esse communem opi. prout etiam de communi testatur Gozad.in consi.61.col.2.ver.septimo: licet Corn.perfunctorie tamen , tenuerit contrarium in consi.133.colum. 2.in princip.vol.1. & videtur esse ratio secundum quosdam ; quia licet hoc videatur esse introductum ex æquitate iuris ciuilis,ne uēditores pignorum decipiantur,d.l.fi.C.de pact.pigno.tamen quia talis æquitatis variabilis est,c.non debet.de consanguini.& affini. nam in quibusdam casibus permittitur,vt per Abb. in d. c. significante. super Glo.in ver.commissoriæ. & per Anto. de Petru.in repe. d.l.1.vbi supra ; vbi dicitur , quòd potest valere , quando est factū ex interuallo,vt l.Titius.de pigno.acti.& l. quamuis.de soluti.& per Corn. in consi. 266.colum. penul.in princip. volu.1.item quando esset dictum , quòd pignus esset emptum iusto pretio,vt per eundem Ant. de Petru. dicitur quod per iuramentum tale pactum validatur. quia non habet perpetuam causam prohibitionis, ex quo ex eadem æquitate iuris ciuilis in quibusdam casibus huiusmodi pactum toleratur,vt supra dictum fuit. ad hoc faciunt, quæ not.Gl. in cap.tua fraternitas de spōsa duorum.& in c.ex litteris.de matrimo. contract.contr.interd.eccle.quæ facit differentiam,an prohibitio habeat perpetuā causam nec ne.prout etiam not. Imol. in c.cum contingat.circa secundam quæstio. prin.de iureiu.& ego etiam alibi dixi. Et notandum (quamuis incidenter) quòd ex pacto legis cōmissoriæ transfertur ipso iure dominium,si concipiatur formaliter,secundū formam a iure traditam; nec sufficit actum fuisse , quòd si res vendita displicuerit , res sit inempta;& sic per verba directa,vt voluit Ruin.in consi.32.nu. 15.vol.1.

SVMMARIVM.

1 *Carceratus iniuste potest aufugere impune de carceribus.*

2 *Limita quando iurasset non aufugere seu non discedere; quia discedendo efficeretur piurus.*

3 *Possidens immobilia non debet carcerari.*

4 *Mendacium non licet dicere , etiam vt mors euitetur.*

5 *Malum non est faciendum , vt sequatur bonum.*

6 *Malus in duobus minus est tolerandum.*

7 *Veritas nullo modo est omittenda.*
8 *Periurium non committitur, quando affuit iustum impedimentum.*
9 *Donatio facta contemplatione periculi, cessat periculo cessante.*
10 *Praesumitur in dubio pro officialibus.*
11 *Sententia praesumitur rite lata.*
12 *Spoliatus auctoritate iudicis non restituitur, nisi causa cognita.*
13 *Arbitrium iudicis non potest reprehendi, vel quid iudici arbitranti imputari. & quomodo procedat, infra declaratur.*
14 *Pupillus apud quē educari, & manere debeat, iudex arbitratur.*
15 *Iudex prouidere debet, ne scandala sequantur.*
16 *Iudicis auctoritas facit licitum, quod alias est illicitum.*
17 *Iudicis auctoritas facit cessare omnem suspicionem, & metum.*
18 *Sequestratio facta a iudice praesumitur processisse ex iusta causa.*
19 *Citatio, etiam si habeat praesumptionem iniustitiae; tamen cessat, quando emanauit a persona circumspecta.*
20 *Contractus non reputatur vsurarius, quando est celebratus a personis contrahentibus circūspectis, & honestis.*
21 *Personae probitas facit cessare suspicionem falsi, item & praesumptionem calumniae. nu. seq.*
23 *Iudex multa facere potest ex eius mero officio, quae fieri ad instantiam partis prohibentur.*
24 *Iudex potest moueri ex aliqua confessione facta viua voce, quāuis non reducta in scriptis.*
25 *Praesumitur factum, quod est faciendum.*
26 *Iudex potest sine indiciis homines carcerare.*
27 *Actus attribuitur ordinanti; non autem exequenti.*
28 *Praeceptis superiorum est obediendum.*
29 *Sequestratio nulliter facta non reuocatur, quādo de nouo esset facienda.*
30 *Iudici asserenti standum est in re sibi cōmissa.*
31 *Clerici secundum communem vsum loquendi dicuntur non subditi.*
32 *Clericus falsum deponens coram iudice laico punitur a suo iudice ordinario, scilicet, ecclesiastico.*
33 *Appellatio inuenta est ad tollendū grauamina.*
34 *Appellatio reponit appellantem in eo statu, in quo erat tempore litis contestatae.*
35 *Homo sibi ius dicere debet.*
36 *Iudex dicitur a iure dicendo.*
37 *Iudicibus, & officialibus iniuste exequentibus resistere omnibus licet. & nu. 68.*
38 *Iudex procedendo ordine non seruato dicitur tollere ius partis.*
39 *Princeps solus tollit ius partis.*
40 *Iudex procedendo contra formam iuris facit iniuriam parti.*
41 *Defensio est de iure naturae.*
42 *Iniuria facta vni de familia, dicitur facta omnibus.*
43 *Quilibet potest iuuare offensum non solum in persona, sed etiam in rebus.*
44 *Sequestratio est omni iure prohibita.*
45 *Declaratur lex. aequissimum. de vsufr.*
46 *Iudex non debet facere perquisitionem rei furto subtractae ī domo illius, qui est bonae famae.*
47 *Sequestratio non est facienda etiam si timeatur de scandalo, quando constat de possessione alterius.*
48 *Possessio sua etiam praedoni est manutenenda.*
49 *Vitricus praesumitur odio habere priuignum.*
50 *Credulitas iusta facit quem a dolo excusari.*
51 *Doctor errans in iure praesumitur esse in dolo.*
52 *Spoliatus indebite potest per coniunctos & amicos resistendo sibi ius dicere.*
53 *Qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet.*
54 *Causa qualibet iniusta, etiam & bestialis excusat a dolo.*
55 *Dolus non praesumitur in parum versuto, & callido.*
56 *Factum de facto, de facto etiam reuocari debet.*
57 *Dolus praesumitur, quando exceditur modus in agendo.*
58 *Praesumitur quis esse talis, qualis habitu īcedit.*
59 *Plus est facere aliquid quā curare, quod fiat.*
60 *Dolus praesumitur in eo, qui tacet, quod dicere debet.*
61 *Praeceptis iniquis Superiorum non est parēdū.*
62 *Rescriptum obtentum inaudita parte est nullū.*
63 *Iudex, qui videt sententiam nullam; nō debet illam executioni demandare.*
64 *Iudex, qui ex forma statuti tenetur sequi consilium sapientis, non tenetur illud sequi, si sit iniustum.*
65 *Executor mixtus dicitur is, cui commissa est executio non discusso negotio.*
66 *Executor mixtus tenetur vocare partem.*
67 *Incōtinēti dicitur aliquid fieri arbitrio iudicis.*
69 *Informatio omnis capta per curiam, non citata parte, est nulla.*
70 *Querela intentata, cum certa qualitate, ea non probata corruit vna cum processu.*
71 *Dispositio inducta respectu certae qualitatis cessat remota qualitate.*

Violentia

72 *Violentia non dicitur posse committi per inermem contra plures armatos.*

73 *Verbum auferre, vel Apprehendere potest intelligi cum violentia, & sine.*

74 *Probatio dubia interpretatur contra probantem.*

75 *Dispositio, quæ se habet ad plura non infert necessario vnum.*

76 *Verba in dubio intelligi debent, ne sonent in delictum.*

77 *Processus factus contra clericum, non precedē te diffamatione, est ipso iure nullus.*

78 *Confessio est nulla, quæ est facta super processu similiter nullo.*

79 *Testes examinati in turba, & non in secreto non probant.*

80 *Præsumitur pro iudice quo ad iustitiam, non quo ad ordinem.*

81 *Arbitrium iudicis debet esse conforme cum iure communi.*

82 *Iudex sequi debet regulas iuris communis.*

83 *Arbitrium debet esse boni viri arbitrium.*

84 *Aequitas in arbitrio iudicis seruari debet.*

85 *Liberum arbitrium numquam continet, vt turpe aliquid fieri possit.*

86 *Iudex non potest sine indiciis aliquem torquere, etiamsi habeat amplum arbitrium.*

87 *Arbitrans plus debito dicitur esse in dolo.*

88 *Nemo facere debet, cuius contrarium esset postulaturus.*

89 *Iudicis auctoritas interponi debet, iuris ordine seruato.*

90 *Decretum iudicis interpositum in contractu minoris sine causæ cognitione, est nullum.*

91 *Præsumptio vincitur per legitimam probationem.*

92 *Præsumuntur in sentētia omnia solemnia præcessisse, nisi de contrario appareat per inspectionem actorum.*

93 *Solemnitas in instrumentis antiquis non præsumitur, quando de contrario constat per legitimas probationes.*

94 *Mala fides post triginta annos non potest allegari, nisi ex rei gesta qualitate aliter appareat.*

95 *Carcerari nemo debet sine præcedentibus indiciis.*

96 *Præsumitur ex præterito in futurum*

97 *Exitus acta probat.*

PRIVILEGIVM CXXXII.

CEntesimum trigesimū secun
1 dum priuilegium est: † nā
tu scis, quod iniuste carce-
ratus potest impune aufu-
gere a carceribus, vt voluit
Barto in l. vis eius per illum tex. C. de pba. Alex. in consi. 144. vol. 2. late Tiraqu.
in tract. de vtroq. retra. in præfa. nu. 68. &
per Clar. lib. 5. sententiarum. § fi. q. 21. ver
sic. tertio autem modo. vbi testatur de cō
muni, & patet exemplo beati Petri Apo-
stoli, qui vt legitur in actis Apostolorum
per Angelum Domini fuit a carceribus
liberatus, in quibus per Herodem iniu-
stissime detinebatur. quod factum mini-
me fuisset, si non licuisset. Quinimmo si
sic carceratus iniuste promisit redire ad
carceres ad effectum, vt relaxaretur, nō te
neretur redire; quia Licet fraudem frau-
de repellere. l. viro. solut. matr. cum alijs
allegatis per Ant. de Petr. in repe. l. 1. ver
sic. trigesimus octauus effectus. nu. 281. d̄
iureiu. & per Sign. in consi. 174. vbi dr̄, q
si iniuste carceratus dedit fideiussores, vt
se liberaret a carceribus, talis fideiussoria
obligatio non tenet. facit tex. in l. qui in
carcerem. quod met. cau. & quod notatur
in c. dominus. de secund. nupt. Et dicitur
iniuste carceratus in ciuilibus, si quis d̄ fa
cto, ex solo iuramento, nulla præcedente
causa suspicionis, vel non facta fide de de
bito, fuerit carceratus, vt per Rom. in cō
silij 320. item si fuerit pupillus, vel minor:
prout voluit idem Roman. in consi. 120.
item in criminalibus dicitur iniuste car-
ceratus, quando nulla præcedunt indicia
nisi fuerit timor fugæ, vt nota. per Marsil.
2 in sing. 93. vbi concord. † Tamē si carce-
ratus iniuste promisit ad carceres redire,
& iurauit, tenetur seruare iurm, & sic re-
dire, vt per Bauer. in suo tract. de virtu. iu
ramenti, in sexagesimo effectu. & habetur
in decis. Tholo. 422. per Are. in l. decem.
col. fi. de verb. oblig. Lucā de Pen. l. 2. col.
1. C. de incol. lib. 10. vbi dicit, quod nō re
deundo peccat. pro quo facit tex. in c. cū

delicti.de accusat.& habetur quoque per Anton. de Petru.in repe. d.l.1.num.196. Et quamuis prædictæ auctoritates loquãtur, quando quis fuit carceratus pro causa ciuili:tamen illa carceratio erat iniusta

3 † ex quo possidens immobilia non debet carcerari l.ob æs alienum.C. de actio. & obli.& c.2.de pigno. Et de iniusta huiusmodi carceratione loquũtur præfati Docto.& tamen volunt, quod iurans teneatur redire ad carceres: quinimmo idem videtur concludendum in criminalibus

4 etiamsi ageretur de vita hominis: † quia si non licet ad mortem euitandam mendacium dicere,vt patet per tex.in c.ne quis.& c.seq.22.q.2. multo minus erit licitum iurare falsum. pro quo est etiam optimus tex.in c.1.23.q.1.& hoc eo magis verum esse suadetur;quia tale iuramentum seruari potest absque dispendio salutis æternæ: ergo seruandum.c.si vero. de iureiu. facit etiam ad corroborationem supradictæ opin.quia videmus, quod si quis ad mortem inique condemnatus existat, potest omittere,seu remittere appellationem;& ex hoc tacite consentire,vt contra ius, & iustitiam occidatur l. 1.ad fi. de quæs.l. diui.de poen.quia quis potest omittere propriam defensionem; & consequenter præbere causam iniquę sententiæ.c.nõ est nostrum.22.q.5 & patet in martyribus, qui vltro & gaudentes se offerebant morti in manibus impiorũ.d.cap.1. 23.q.1. Item patet;quia iura volunt in multis casibus nullam dari defensionem. l. si qui adulterii,C.de adult.& l.2.C. de fals. moner.& per Bal.in l. executorem. C. de execu.rei iud.col.antepen,idem Bald. & Saly. in l. addictos.C.de appel.& in l.addictos.C.de Epis.aud.& Abb.in c.1.colum.2. de caus. poss.& proprie.in quibus locis præfati Docto.volunt posse denegari defensionẽ, quando notorium est nullam defensionẽ competere.Facit,quod not.Barto.in l.absenti.de poenis.& quod habetur in c. consuluit.& in c.proposuisti. de appell. & in c.cum sit eod. ti. vbi in notorijs non admittitur appellatio:prout in alijs quoque permultis casibus: de quibus per Maran. in suo Specul.in sexta parte princ.dũ agit de appellatione. nume. 167. vbi cumulat quadraginta tres casus,in quibus denegatur appellatio. Item patet in defensionibus inductis de iure ciuili,etiam propter causam naturalem,vt per Glo. & Bald.in l.si accusatoribus.C.de accus.& idẽ Bald. in l.1.§.Offilius colum.antepenul.ne quis eum, qui in ius vo.est. vi exi. Accedat etiam;quia mendacium semper est peccatum,c.super eo.de vsur.& per diuum August.in libro, quem scribit contra mendacium . & Arist. in 3. Ethyc. ergo multo magis periurium , quod committi videtur in non redeundo . ergo nunquam faciendum;

5 † quia Non sunt facienda mala vt sequatur bonum : multo minus igitur ne sequatur malum. Abb.in c.non magno ad fin.ne cleri.vel mona.& nullibi in iure canonico permittitur peccatum,vt p Abba.in c.vigilanti. colum. fin. de præscrip. & in c.cum contingat.de iureiuran.& dicit Glo. in l. vt vim , in ver.omni iure.de iusti.& iur.quod in foro conscientię non potest quis euitare peccatum,etiam se defendendo . & cum iurans ad carceres redeundo pati possit damnum,quo ad corpus;& non seruando iuramentum patiatur detrimentum in anima;sequitur,quod potius debeat ad carceres redire,quàm peierare;

6 quia illud minus malum est . Et † in duobus malis minus est tolerandum, cap. duo mala.13.dist.c.notaui.ead dist.l. quoties nihil sine captione de regul. iur.& l.2.C.de Carb.edict.Abb. in cap. vt clericorum mores. colum. 2. de vit. & honest. cler.Grat.lib.1. respon.1. nu.12. Et ideo dicitur,quod si in dispositione sint aliqua verba,quæ secundum vnam interpretationem essent omnia impropriãda,& secũdum aliam non;tunc ea interpretatio capienda est, quæ minorem impropriationem facit; quia De duobus malis minus est tolerandum,seu eligendum.ita Corn. in consi.4.colum.2.in littera.I, volu.2.& in consi.119.colum.3.in littera,G.eo.volum.& Grat.lib.1.resp.9.col.14.in princi. versi.

ver.sexagesimo primo. Postremo facit; quia iniusta carceratio ex causa ciuili,quę contingit in possidente immobilia, respicit offensam consideratam a iure ciuili,& consequenter reus in se defendendo tractat de defensione sibi competente de iure ciuili; cui potest renunciari illam non opponendo. l. si seruum. §. non dixit prætor. de acquiren. hæred. l. vni. §. sin autem ad deficientis. C. de cad. toll. Craue. p hęc iura in consi. 87. num. 4. Cæterum his minime refragantibus, contraria sententia verior est, & receptior in criminalibus, quando carceratio erat iniusta, & imminebat periculum mortis; quia tunc non tenetur redire, etsi se reuersurum iurauerit. Glo. est communiter approbata in Clem. pastoralis. § notorium. in ver. per violentiam. de re iudi. etiam singularem dicit Abb. in c. si vero. de iureiur. hoc idem voluit Bal. in rub. de vit. & honest. cleri. col. 2. & idem Abb. in supradictis locis. & in c. sicut el 3. de iureiur. Ias. in l. si duo patroni. §. fi. col. penult. de iureiur. Marsil. in sing. 177. Curt. iun. in l. admonendi. num. 169. de iureiur. cum multis similibus adductis per Couar. lib. 1. variarum resolutio. c. 2. num. 7. ver. 3. ex prima huius capitis radice. Pedem. decis. 66. nu. 3. & iterũ num. 12. quia nemo tenetur seruare iuramentum, vbi quis propterea ex illo, quòd obseruat, se ingerit in euidens periculum mortis, per tex. in c. si non licet. 23. q. 5. & cap. vlt. 22. q. 4 Rip. in suo tract. de peste. par. 2. vol. 1. Quinimo subdit Couarru. ꝙ hoc vsque adeo verum est, vt etiam si reuertatur, grauiter peccet; quia sui ipsius homicida est. & certum est, ꝙ taliter iurans, non reuertendo dicitur quodammodo se defendere a periculo mortis: & secundum Doct. communiter ad sui defensionem non solum erit licitum non redire ad carceres, de quibus agimus, sed etiam interficere hominem in foro conscientię; quia hoc permittitur omni iure, & signanter de iure canonico, vt patet in cap. dilecto. de senten. excomm. in 6. ibi omnes leges, omniaque iura permittunt. & c. significasti. de homicid. Marsi. in consi. 4. nu. 4. & procedit etiam, in clericis, vt habetur in Clem. 1. de homic. quod tamen non pmitteretur, si fieret cum peccato: vt habetur p Doct. in l. vt vim. de iusti. & iu. vbi signanter Bologn. num. 64. ad idem facit Glo. notabilis. in ca. non dicatis. 12. qu. 2. quæ dicit religiosum posse facere eleemosinam de bonis monasterij morienti fame, si commode licentia sui superioris haberi non potest. si ergo per actum alias sibi illicitum potest quis subuenire vitæ alterius, fortius per actum licitum potest propriæ vitæ subuenire. & pro dicta Glo. facit, qđ voluit Sanctus Tho. 2. 2. qu. 66. art. 7. vbi dicitur, ꝙ licet alteri furtum facere, si aliter prouidere non potest, vt subueniat existenti in extrema necessitate. nec mirum; quia tempore necessitatis omnia sunt cõmunia. c. sicut hi. 47. dist. & ideo non committit furtum, nec peccat mortaliter, qui tempore extremæ necessitatis cibum, vel vestitum, & huiusmodi furatur, vt non pęreat, eo quòd non contrectat rem inuito domino. facit. c. discipulos. de consecrat. dis. 5. si ergo p actus primo aspectu illicitos licitum est subuenire vitæ proximi, multo quidem rationabilius erit licitum subuenire vitæ propriæ. Nec iuramẽtum huiusmodi obligat iurãtem, cum directe vergat in dispendium propriæ salutis corporis sicut non obligaret, si tenderet in dispendium salutis alterius. c. 1. 22. q. 4. c. si non licet. 23. q. 5. & Gl. in c. si vero. in ver. salutis. de iureiur. Amplius dico, ꝙ etiam si quis esset iuste carceratus, & condemnatus ad mortem, non teneretur illam expectare, nec facere id, propter quod mors sequatur; quia hoc nullo iure cauetur; ex quo patet, ꝙ quis non tenetur manere in loco, vnde ducatur ad mortem, & sic in carceribus, vt habetur in summa Angeli. in ver. fugere. §. 1. & ibi additio in verbo Mortem. Non obstant in contrarium adducta. & primo, quòd non liceat mendacium dicere ad mortem euitandam, & ex consequenti nec periurium; quia procedit in iuramento assertorio, seu in assertio

ne

ne cõtinente aliquid de præterito, vel de præsenti: quo casu non debet mendacium dici, vel falsũ iurari metu alicuius pœnę;
7 † cum veritas non sit modo aliquo omittenda, & vtilius sit permitti scandalum, quàm ꝙ veritas omittatur, vt per Inno. in c. nisi. col. 3. in prin. nu. 6. de renunc. quia Veritas omnia vincit. ca. consuetudo. & cap. seq. 8. distinct. & est super omnia amplectenda, & amanda, vt inquit Sozin. in consi. 8. in prin. vol. 1. & Aretin. in consil. 15. in prin. & per huiusmodi assertionem iuratam, seu simplicem, immediate venitur cõtra veritatem si falsum iuratur; sicut verum, si secundum veritatem quid affirmetur. & sic a principio inest verum, vel falsum iurasse. l. cum in secundo. de iniust. rup. & irrit. fact. testamen. & l. cum ad pręsens. si cert. petat. Et cum sumus in iuramento assertorio, non est quærendum de illius obseruantia, sed solum an sit verum, vel falsum iuratum: debet ergo verum iurari, ne Deus offendatur, qui est ipsa veritas. secus est in iuramento promissorio; quia posito, quòd a principio teneret (cuius tamen contrarium omnino verius est) tamen non formaliter est contra veritatem, idest, non directe statim quòd iuratum est, aut simpliciter promissum, veritas peruertitur; sed ex post facto non redeundo diceretur effici periurus: sed quia ex iusta causa non tenetur redire, nempe ne iniusta condemnatio exequatur, periurium committi non potest; quia non obligat iuramentum, quando est contra bonum animæ delinquentis. l. si vnus. §. pacta. de pact. c. si peccauerit. 2. quæst. 1. & c. nouit. de iudi. & hoc est, quod in effectu voluit Couarru. in loco supra citato. Non obstat, quòd quis possit omittere propriam defensionem non appellando; quia est verum, & procedit, tacito modo omittendo appellationem: sed expresse hoc fieri non potest, vt per Bald. in l. omnem. nu. 3. C. quorum appellatio. non recipi. vel si possit prout voluit Abbas in c. interpositas. §. ille denique. in primo nota. per illum tex. de appellatio. super quo non insisto; procedit in appellatione à sententia lata super rebus nostris, non etiam à sententia corporis afflictiua; quia huiusmodi appellationi renunciari non potest, cum contineat inseparabiliter vtilitatem publicam, quæ versatur in ciuibus conseruandis, arg. l. 1. solu. matrim. l. quos prohibet. de postul. Anton. Butr. & Abbas. in c. si diligenti. de foro competenti. Bald. in l. penult. in quarta opposi. & ibi etiam Pau. de Cast. C. de pact. per tex. in l. de die. de pact. dot. Gozadinus late distinguendo in consi. 88. colum. penult. in fin. & seq. Non obstat, quòd quis possit se vltro offerre morti, dicto cap. 1. 23. quæst. prima; quia procedit in illis personis, quæ fuerũt martyrio consecratę; secus in alijs, vt dicit Bolognet. in loco supra allegato. Non obstat, quòd mendacium semper est peccatum; quia procedit in mendacio assertorio, vt supradictum fuit; prout non obstat, quòd minus malum sit offendere corpus, quàm animam; quia in non obseruando iuramentum, minus malum eligitur: imo eligitur illud, in quo nihil mali inest; ex quo periurium non incurritur, etiã non obseruando. nec propterea anima offenditur, quæ tunc vel maxime offenderetur, cum sui ipsius homicida fieret: vt dicebat Couarru. atque etiam alium homicidam faceret, in quo est offensio plurium animarum, & corporis ipsius volentis seruare iuramentum. Non obstat illa Glo. in d. l. vt vim; quia communiter reprobatur, vt ibi notat Bologne. post alios. Concludo igitur ex prædictis omnibus, quòd iniuste carceratus si iurauit ad carceres redire, & sibi imminebat periculum mortis, non tenetur suum ipse adimplere iuramentum. ex quo colligitur, quòd secus dicendum est, quando est iuste carceratus; quia tunc tenetur redire, Abb. in c. si vero. num. 8. & in c. sicut. nume. 4. de iureiuran. præterquam si facto alterius superioris impediretur; quia non redeundo, non efficeretur periurus. cap. venientes. de iureiur. & tradit Io. Andr. in regu. in malis. de reg. iur. in 6. quia intelligitur

telligitur tale iuramentum, si faculcas sit; scilicet, reuertendi. c. querelam. & c. bre-
8 ui. vbi no. de iureiur. † Et impedimentum iustum, & imposibilitas impedit commissionem periurij, vt dicit Abb. in c. significante. in 2. nota. de pigno. & ali. cau. Vbi tamen impedimentum cessaret, teneretur reuerti, & consequenter iuramentum seruare, per ea, quæ dicit idem Abb.
9 in cap. ex litteris. num. 1. de spons. † Nam videmus in simili, quòd donatio facta cōtemplatione periculi, cessat periculo cessante, vt per Paul. de Cast. in consi. 384. num. 2. volum. 7. & Alba. in consi. 65. Ex prædictis omnibus, vt iterum repetam colligitur clara, & indubitata conclusio; ꝙ ab iniusta carceratione licet se vindicare, & liberare, veniendo etiam contra ꝓprium iuramentum; quia in tali casu non committitur periurium, quando, scilicet, imminet periculum mortis. Sed quid dicendum, quando quis iniuste carceratus reperitur ex causa ciuili: veluti posidens immobilia, vel nihil omnino debens, aut aliter de facto in carceribus mancipatus; an posit venire contra proprium iuramentum, si relaxatus iurauit ad carceres redire? & ex dictis supra in principio huius priuilegij videtur esse dicendum, ꝙ non, sed quòd omnino debeat suum iuramentum obseruare, & sic ad carceres redire. Tamen ego contrarium dico, & concludo verius esse, quando, scilicet, esset notorie iniusta ipsa incarceratio, veluti ob defectum iurisdictionis iudicis, quo casu licitum est etiam ei resistere, vt per Glo. in l. non videtur. §. qui iussu. de regu. iur. & Bal. in l. vt vim. in septima quæst. de iusti. & iu. quia tunc non dicitur iudex, sed priuatus, & ei non debet parere. l. 3. de offi. præsi. & no. in l. fi. de iurisd. omn. iudi. vel quia non seruaret ordinem iudiciarium, sed procederet de facto ad incarcerandum sine aliqua causę cognitione: quo casu similiter eidem resisti potest; cum iudex dici non posit, qui non adhibet causæ cognitionem. c. forus. de verb. signifi. Et est conclusio ab omnibus approbata per tex. in l. deuotum. C. de metatis, & epidemi. lib. 12. & c. dilecto. de senten. excommu. & dicam infra latius. idem quando constaret de iniustitia ex notorio facti permanentis; quia liceret pariter ei resistere: vt hæc omnia habentur in l. vt vim. de iusti. & iu. vbi hoc tradunt Docto. ergo etiam erit licitum non obseruare iuramētum; quia non solum agitur de tuitione rerum suarum, sed etiam personæ; cum incarceratio, quamuis fiat ad custodiam, tamen ingerat pœnam in effectu personæ incarceratę. cui dicitur etiam inferri iniuria propter infamiam facti, quam irrogat secundum Bal. & Paul. de Cast. in l. 1. C. de in integ. rest. pend. appell. & Alexan. in consi. 17. volu. 1. constat autem, quòd vbi agitur de salute corporis, licitum est venire contra proprium iuramentum, ca. si non licet. 23. qu. 5. cum alijs supra allegatis. quinimo etiam pro sola tuitione rerū, licitum est occidere etiam in foro conscientiæ. ca. significauit. de pœnit. & late defendendo tradit Bologn. in d. l. vt vim. post num. 64. de iust. & iu. ergo erit licitum multo facilius venire cōtra propriū iuramentum ratione rerum, & personæ. Et ꝙ vbi est maxima offensa, vel læsio respectu rerū, liceat venire contra propriū iuramentum, patet in Aucten. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. cum ibi not. per Docto. quatenus concludunt, ꝙ vbi est enormisima læsio, licet venire contra proprium iuramentum. Nec obstat, quòd talis offensa videtur considerata a iure ciuili, & similiter eius defensio, & quod illi potest renunciari; quia respondetur procedere respectu formæ; quæ vbi non obseruatur, offensio est de iure ciuili; secus respectu materiæ; quia tunc offensio dicitur trahere originem a iure naturali, vel gentium, vt no. in d. l. vt vim. & propterea cum eodem iure naturali, vel gentium sit licita defensio, erit quoque licitum venire contra proprium iuramentum, cum nō obliget ipsum iurantem, tanquam contra bonos mores præstitum, & nutritiuū peccati. Concludo igitur ex prædictis, ꝙ si

iniuste incarceratus ex causa ciuili, iurauit ad carceres redire, & incarceratio erat iniusta modis de quibus supra, non tenebitur redire. Et ex hoc videtur posse resultare decisio vnius quæstionis, super qua ego habui de facto consulere. Quidam Clericus in sacris constitutus, habẽs neptem ex sorore in pupillari ætate constitutam, cum duceretur per curiam ad carceres, vt in sequestrum poneretur, illã exemit de manibus familiæ eiusdem curiæ, promittendo, & iurando se illam ducturum ad curiam. & hoc ne duceretur publice per dictam familiam; quia hoc sibi ad ignominiam reputabat, prout ceteri homines faciunt, Ita dicente Corne. in consi. 295. colum. 2. volum. 3. inquirebatur, seu procedebatur contra dictum clericum ad pœnam iuris, eo quod incidisset in edictum; de quo in ti. ne quis eum qui in ius voca. est vi. exi. Consului ipsum ad aliquam pœnam non teneri. Et quia allegationes, quas tunc feci, satis pertinent ad nostram materiam, de qua agimus, illas hoc loco subijciendas putaui, vt omnes intelligant, qui hæc nostra aliquãdo lecturi sunt, me honestissimam defensionis causam suscepisse. Quæ autẽ tũc scripsi, hæc sunt.

Contra Diaconum Bernardinum de Lia ciuitatis Poten. plura sunt reueren. Vicarie. quæ innuere videntur illum esse puniẽdum ex eo, quod Catherinam eius neptem pupillam, & in pupillari ætate cõstitutam exemerit, & vindicarit de manibus curiæ, & familiæ laicalis magni. Capitanei eiusdem ciuitatis, sub prætextu, ꝙ indebite; & minus iuste illam cęperit, seu captam sequestrari voluerit. Primo facit quia præsumitur, quòd Capitaneus ex iustis & rationabilibus causis executionem huiusmodi fecerit, per regulam generalẽ
10 quæ dicit, quod † Pro officialibus præsumitur, vt late per Alcia. in tracta. præsumpt. reg. 3. præsump. 15. & hinc dicit, quod
11 † præsumitur sententia rite, & recte lata. c. cum inter. de re iudic. Corne. in consil. 210. colum. 2. volum. 4. Dec. in consi. 375. Gramma. decis. 24. nume. 7. Aret. in cons. 62. & cons. 68. colum. 2. in fin. & facit tex. in l. Herennius. §. Caio. de euictio. in l. 2. C. de offic. ciui. iud. & in c. in præsentia. de renunciatio. quia iudex in pronunciãdo semper habet præsumptionem pro se, vt non fallat, neque fallatur: prout inquit Natta in consi. 525. num. 41. Et hinc est,
12 † quòd spoliatus auctoritate iudicis, nõ restituitur nisi causa cognita, an iuste fuerit spoliatus, nec ne, propter præsumptionem, quam iudex pro se habet: vt post alios tradit Crauet. in cons. 302. nu. 3. & similiter alienatio facta ab Ecclesia præsumitur facta ex iusta, & legitima causa propter auctoritatem Superioris, id est, iudicis, vt per Specula. in titu. de emp. & vendi. §. nunc videndum. el 7. ver. breuiter. & Bald. in l. plerumque. §. fin. de publica. & l. cum hi. §. si prætor de transactio. & est generale, quòd in dubio præsumitur quid factum ex iusta causa, vt per Cyn. in l. fi. C. si contra ius, vel vti. pub. Innoc. & Docto. in c. quæ in Ecclesiarum. de consti tut. Cum itaque Diaconus Bernardinus hoc scire debuerit, non debebat dictam pupillam per violentiam vindicare, vel eximere, vt fecit. & sic videtur puniendus
13 Secundo facit; quia † iudici in his, quæ eius arbitrio commissa sunt, nihil imputari potest, cur sic faciat, præsertim, quia ꝓsumit, vt dixi moueri ex iusta causa. Pau. de Cast. in consi. 299. colum. fin. volum. 2. allegat Innoc. in cap. qualiter. de accusati. Crau. in consi. 287. colum. 7. versic. postremo. Cum ergo Capitaneus ad sequestrationem dictæ pupillę processerit propter allegatas suspiciones per Iulium Casolam victricum contra Antonium de Vrso eiusdem pupillæ tutorem nõ potuit iure merito reprehendi; & ex consequen-
14 ti nec eidem inferri violentia; † qa apud quem pupilla manere debeat, in eius arbitrio positum est Paul. de Cast. in l. si paterno. nume. 3. C. de nego. gest. vbi in terminis dicit, quod iudex arbitratur an pupillus alendus sit apud victricum. & not. in cap. cum locum. de sponsali. Alexa. pariter

riter in terminis in consi. 161. colum. fi. nume. 9. vol. 5. Sozi. in consi. 193. colu. 1. nu. 2. volum. 2. Nec interest, quod tutor fuerit datus a iudice; quia stantibus suspicionibus allegatis, quod pupilla præmatura nimis, ꝙ contra voluntatem suorum consanguineorum, quæreretur per tutorem nuptui tradi, & in matrimonio copulari, & etiam, quòd eius vitæ insidiaretur ob spem futuræ successionis, debuit sequestrari. l. 1. & ibi Glo. loquens de tutore testamentario dicit, quòd ex causis remoue-
15 ri possit. vbi Pupill. educ. quia † ad officium iudicis pertinet prouidere, ne scandala oriantur, iuxta not. in l. æquissimum. in prin. & ibi Bal. de vsufru. Tertio facit
16 contra eundem; quia † auctoritas iudicis facit licitum, quod aliàs est illicitum. l. 1. §. idem Pompo. quod fals. tut. au. l. interdictum. & l. nouissime. eod. titu. l. qui autem §. apud Labeo. quæ in frau. cred. & l. si stipulatus. §. si lancem. de solut. & And. de Isern. in const. Regni. incipiente Appella
17 tionum tempora. colum. 3. † Et alibi dicitur, quod iudicis auctoritas excludit omnem suspicionem doli. Curt. iun. in consi. 127. nume. 4: item omnem metum, & violentiam. vt dicit Barto. in l. frater a fratre. vers. tertio quæro. de cond. indeb. Gram-
18 ma. consi. 131. ad fin. in ciui. † Quamuis ergo ista sequestratio pupillę aliqua ex causa potuisset videri illicita, & iniusta: tamen, quia fuit facta a iudice, & persona circumspecta, prout de eius circumspectione constat in processu, debuit reputari licita, & iusta. Abba. in ca. nisi in primo not. de pręben. vbi per illum tex. dicit, ꝙ actus, qui aliàs prima fronte pręsumitur iniustus, & tamē certo casu iustificari potest, si gestus est a prouidis uiris, non pręsumitur iniquus; immo iustus, & in casu possibili gestus: & subdit hoc facere ad notata per Innoc. in c. pręterea. de dilat.
19 vbi dicit, quòd † licet citatio prima fronte habeat iniustitiam in se, licet possit aliquo casu iustificari; nihilominus propter primam pręsumptionem iniustitię nullius est momenti: nam illud dictum limitari potest secundum eum, nisi iudex sit valde circūspectus, & honestus, ita, quod verisimiliter non fecisset illam citationē in casu a iure improbato. & pro hoc adducit eundem Innoc. in c. 1. de cleri. pe-
20 regri. † Sic contractus non reputatur vsurarius, si celebretur a prouidis, & honestis personis. Natta in cons. 498. nu. 26. consil.
21 525. nu. 45. & cōs. 556. nu. 3. † Alibi dicitur, ꝙ probitas personę facit cessare pręsumptionem falsitatis in instrumento, vt
22 per Bal. in l. 2. C. de fals. Item, quod † facit cessare pręsumptionem calumniæ. vt not. Ale. in l. properandum. §. sin autē alterutra. col. 3. n. 14. C. de iudic. inferēdo ꝓpterea, quod excusabitur ab expensis. & idem vult Gram. decis. 60. nu. 13. & similiter multa legalitas personę potest operari, quod etiam fratri carnali, vt nostro vtar sermone, tamquam testi fides per iudicem adhibeatur, vt refert Corn. in consil. 172. colum. 8. in fin. volum. 2. Et generaliter bona qualitas personę habet pro se multas pręsumptiones, & priuilegia cōtra regulas iuris communis; de quibus habentur aliqua per Gram. in consi. 35. post nu. 44 in crimin. Consequens est ergo, vt idem in isto Capitaneo dicamus, qui tam quā iudex dicitur bonus vir, l. continuus §. cum ita. de verb. obl. Glo. in l. penul. de procur. Paris. de Put. in tract. sindicat. in ver. per sindicatores. nu. 25. & Afflict. decis. 371. nu. 9.

23 Quarto † Iudex multa facere potest ex eius mero officio, quę fieri ad instantiam partis prohibentur, vt per Bald. in l. ampliorem. in princip. colum. 2. C. de appellat. cuius dictum pro mirabili refert Roma. in consi. 479. & ideo potest se informare super diffamatione delicti a personis absque eo, quod iudicialiter examinētur ita Gramma. decis. 34 nume. 7. quod etiam in iudicando refert se obseruasse Marsi. in consi. 5. in princip. Item potest se informare de consuetudine, vt per Bartol. in l. lege Iulia. de testamen. & per Aretin. in consi. 13. in secundo dubio, in princip. Item de stylo Barto. in l. 4. de testibus

&

& ibi addi. Boer. in consil.8.nu.17. Item de interesse actoris, super quo etiam arbitratur. Aret.consi.83.colum.5. in prin. Natta in consi.510.colum.2.in fi.& consil.536.num.6. Afflict.decis.83. nume. 6. & decis.16.in fi.& est tex.in l.fi.C.de iur. domi.impe. & in l. si quod ex Pamphila. & ibi Bart.de leg. 1.Gramm. consi.35.colum.fin.num.quinto in ciui. Item generaliter de omni notorio, vt per Crauett. in consil.104.colum.3.num.9. & multa habentur per Alex.in l.dies cautioni.§. hoc autem iudicium.a nu.22. vsque ad num.

24 32 de damn.infect.† Et alibi dicitur, ꝙ iudex potest moueri ex aliqua confessione, facta sibi viua voce, & non redacta in scriptis, nec apparente ex processu, & valet eius sententia.ita Bald.in l.fi.C.de manumis.vind. Felin. in cap. cum venerabilis.colum. 15.de exceptioni. vbi etiam dicit, quod iudex potest moueri ex aliqua scriptura sibi cognita, & in actis non deducta.idem dicit Alexan. in l. ait prætor. §.1.colu. tertia. de re iud. & generaliter iudex potest multa facere; quia non sunt sibi ligatæ manus, vt inquit Grammat. in consi.41.colum.tertia, nume.10.cum pluribus sequentibus.in ciui.cum itaque Capitaneus potuerit habere informationē a testibus examinatis extraiudicialiter, & oretenus captam de imminentibus peri-

25 culis ipsi pupillæ. † quod fecisse credendum est, cum esset faciendum.l.final. C. de alime.pupil.præstan. Bartol. in l. cum seruum.de verbo.oblig. Abbas in consil. 46.col.2.vers.item cum pater. & consi.54. colum.secunda.in fi.par.1.Calcan. consil. 23.colum.secunda.& Corn.in consi.102. colum.penultima ad fi.volum.1.& consil. 110.col.fi.in prin.eod. volum. non debuit illi Diaconus Bernardinus resistentiam

26 facere, nec pupillam eximere. † Quinto adducitur; quia iudex potest sine indicijs homines carcerare, nec propterea aliquā poenam incurrit. Marsil.in singula.93. Ergo multo facilius pupillam huiusmodi sequestrare propter suspicionem futuri scandali. Maran. in suo Speculo in sexta parte princi.in primo membro dum agit de citatione.num.60.vbi dicitur, quod in criminalibus semper procedit ad citationem de persona. Sexto facit; quia cū Diaconus Bernard. sciuisset ordinationem Illustrissimæ dominæ Comitissæ factam præfato Capitaneo; cui fuerat ab ea iniunctum, vt incontinenti se conferret ad domum tutoris, & pupillam inde ad se adduceret, non debuit resistentiam facere; quia resistendo Capitaneo dicebatur

27 resistere eidem dominæ Comitissę; † quia actus attribuitur ordinanti, non exequenti.l.pater ex prouincia de manumis.vin.l. vnum ex familia. §. si de falcidia. & ibi Barto.de lega. 2.cap. in litteris. de rescri. Roman.in consi.366.in princ.cum similibus congestis per Crauet. in consi. 122.

28 n.3. Iam vero non ambigitur, Superiorum præceptis, & iussionibus esse obediēdum, vt scribit Bal.in l.minime.C.de appellat.vbi dicitur, ꝙ iudex a quo, parere debet iudici ad quem, tamquam suo superiori, & qui non obedit superiori morte moriatur.inquit tex.in ca.2. de maior. & obed.& procedit, etiamsi præceptum sine causæ cognitione emanauerit; quia adhuc est obediendum, vt per Alexandr. in consi.140.nume.6. volum. 6. vbi dicit, ꝙ pręceptum factum sine causę cognitione in his, quę pertinent ad pręcipientis officium, valet: sed in casu nostro munus fuit D.Comitissę curare, ne sequerentur scandala circa dictam puellam, stantibus suspicionibus allegatis, argum.notat.per Bald. in d.l ęquissimum.de vsufruct.& in l ordi

29 narij. C. de rei vind.† Quinimmo si sequestratio facta fuisset, quamuis nulla, nō tamen esset reuocanda; quia de nouo fieri deberet.l.fin.quod met.caus. Bart. in suis quęstion.in q.6.Angel.& Alexan.in l. si finita.de damn.infect.Dec.in cap. cum cessante.de appella. Craue.in consi.46.num. 7.& consi.65.colum.secunda.in fin.& sequen.& Cott.in suis memoralibus in versic.creditor faciens.ergo nec a principio impediri.nec Diaconus Bernardinus potest allegare aliquam ignorantiā dictę ordina-

dinationis; quia in facto probatum est, quod Capitaneus voluit illam eidem ostende-
30 re, & nihilominus † standum erat eius assertioni de dicta commissione, vt per Roman. in consi. 59. colu. 4. refert & sequitur Gramm. consi. 13. n. 14. in crimi. Nec obstat, si pro parte Diaconi Bernardini dicatur, quod tamquàm clericus non est subiectus. cap. per venerabilem. de elect. cap. cum non ab homine. de iudi. & per Bald. in l. de quibus. ver. sexto quæritur. de legi.
31 † quod etiam maxime verum est secundum communem vsum loquendi, vt dicantur clerici non subditi, vt per Sign. cō sil. 21. col. 3. ver. decimo probat ita, vt cō prehendantur a statuto loquente de non subiecto, vt ibi per eum. & Paul. de Cast. in l. vt inter diuinum. col. 2. C. de sacrosa. Eccles. & late Plot. in consi. 108. in princ. num. 11. cum sequen. inter consilia crimi. pluri. Doct. quia respondetur, quòd quamuis clerici singulares non dicantur subditi, tamen generaliter Ecclesia, quæ est in territorio D. Comitissæ, dicitur esse sub illius protectione. & ideo, quod fit in Ecclesia, non dicitur fieri extra eius territorium. Bald. in l. plerique. de in ius vocan. Bart. in l. cunctos populos. C. de summa Tri. & fid. Cathol. & hac ratione, largo tamen modo, dicuntur subditi. & eos subditos appellat Anch. pater veritatis, in consil. 60. Præterea, quamuis diceretur non subiectus, nihilominus puniri debet, tamquam offendens personam iudicis secula-
32 ris: † sicut dicitur de clerico falsum deponente corā eo, qui punitur a suo iudice, secundum magis cōem opinionem, vt post alios testatur Bossi. in sua Pract. in tit. de fals. nu. 110. & Maran. in suo Spec. in sexta parte principali. ver. duodecimus actus nu. 4. Septimo facit; quia quando iudex aliquid iniustum facit, proditum est reme-
33 dium appellationis, vel recursus: † ad hoc enim inuenta est appellatio, vt quis a gravamine sibi illato releuari possit ca. suggestum. & c. cum speciali. § porro. de ap-
34 pellat. † nam appellatio reponit partē in eodem statu, in quo erat tempore litis cō testatæ. l. ita demum. de procurat. tradit Paul. de Cast. in l. iudices. col. 2. in fi. C. de iudi. Abb. in c. pastoralis. nu. tertio. de except. late Craue. in cons. 220. nu. 6. Cū ergo Diaconus Bernardinus haberet remedium iuris ordinarium, non debuit recurrere ad remedium facti extraordinarium
35 præsertim, † quod Nemo sibi ius dicere debet propria auctoritate. l. 1. C. ne quis in sua cau. iud. l. extat. quod met. cau. l. si quis in tantam. C. vnd. vi. & per Barto. in l. 1. §. nunciatio. de noui oper. nunc. Octauo, & vltimo contra eūdem Diaconum Bernardinum facit; quia ipse promisit cum iuramēto, vel sub fidei præstatione, quod dictam pupillam eius neptem duceret ad curiam, seu ad D. Comitissam: quod cum non fecerit, periurus est, vt per Host. in c. querelam. ne prælat. vic. sua. & Abb. in ca. querelam. de iureiu. vbi propterea dicit, quod est priuādus beneficio, quod habet. pro quo etiam tex. in capitul. 2. & ibi per Docto. de rescrip. & in capit. cum quidē. de iureiur. & in casu nostro si non habet beneficium, est priuandus ab ordine, cap. cum non ab homine. de iudic. quia est infamis. l. si quis maior. C. de transact. Et nihilominus cum iuramentum seruari possit absque dispendio salutis æternæ, seruari debet; & propterea compelli per vos, & officium vestrum ad satisfaciendum iuramento, & dictam pupillam præsentandam & ducendam in manibus curiæ sæcularis, ne perseueret in periurio, argum. l. qui restituere. de rei vend. Contrariam partem tenendo, quod immo licuerit dicto Diacono Bernardino dictam pupillā eximere, ostenditur sequentibus fundamentis. Præmitto tamen in primis, quod
36 † Iudex dicitur a iure dicendo l. penultima. de iustit. & iur. cum ergo ius non dicit non dicitur esse iudex. cap. iustum. 23. quæst. 2. & not. Gl. in c. cum æterni. in ver. iudex. de re iudic. in 6. sed reputatur priuata persona. Cardin. in Clement. 1. §. fin. de celebrat. miss. vbi habetur, quod iudex dicitur procedere tāquā priuatus, quādo procedit sine causæ cognitione. & illud di-

ctum refert,& sequitur Felin.in cap.dilectus.de rescrip. Dec. in l.factum à iudice. & ibi tex.de reg.iu. Oldrad.consi.227.co.1.in fin.quinimmo dicitur violentiam facere Gloss.in ca.fin.de iuramen.calu. in 6. Gram.consi.150.nu.38.& 41. in ciuili.& Crauet.consi.302.num.4. Hoc præmisso, primò adducitur; quia vt in facto probatum est, Capitaneus processit ad executionem nulla præcedente causæ cognitione, nullaue capta prius informatione super suspicionibus propositis per D. Iulium Casolam Dominæ Comitissę, cui, cùm nihil probatum fuisset, nihil ipsa quoque mandare potuit. l. hęc autem. §.1.quib.ex caus. in posse.ea. Innoc.in c.solent. de sent. excom. Ergo licuit Diacono Bernardino dictam eius neptem vindicare, & eximere; quia Vnicuiq; licet vim vi repellere. l. vt vim. ff. de iustit.& iu.& in l.1.C.vnd.vi. † Et,
37 quòd liceat vnicuique facere resistentiā officialibus, & iudicibus iniuste exequentibus, probat tex.in l.omnes.la 1. in fin.C. de decur.lib.10.cum multis relatis p Maran.in eius disputatione.1.nu.22. ver.sexto quia quando & per Gram. in consi.51. in prin.in ciui. Et ratiò est; † quia cū iu-
38 dex procedit iuris ordine non seruato, dicitur tollere ius partis. Glos. in capit.statu tum. de hęreti. in 6. † Tollere autem ius
39 alterius; est solius supremi principis. vt not. in capit.constitutus. de religi. domi. quem tex. ad hoc allegat Gramm. consil.84.in ciui.vbi loquitur in prorege Regni Neap. quòd non potuerit iuris ordinem prætermittere: quāto minus ergo potuit Capitaneus, seu Domina Comitissa? faciunt, quæ scribit Craue.in cons.302.in prin.supra allegato.

40 Secundò facit; quia † Iudex procedendo contra formam iuris, dicitur facere iniuriam parti, vt instit. de iureiurand. in princip. dicitur quasi delinquere. Institu. de obligat.quę ex quas. delict.nascun.in prin.& facit litē suā tā in exequendo, q̄ in iudicādo,& ꝓcedēdo, vt p Ang.in cons.276.ad fi.sed iniuriā ꝓpulsare est omni iure permissum, cū modera-
41 mine tamen inculpatæ tutelæ; † quia defensio est de iure naturæ. d. l. vt vim. vbi omnes.de iusti.& iur.& per Marsi.in consil 4.nu.quarto, cum sequen. & non potest tolli etiam per ipsum Imperatorem; maxime si a iure naturæ procedit text. not.in Clementina 2. in §. ceterum. de re iud. & per eundem Marsi.in consi. 25. nume.48. cum pluribus sequen.immo est vnicuique affluenter, & copiose danda: vt inquit Paul.de Castr.in l.omnes. C. de Episc. & cleri.facit tex.in l.fin.& ibi Glo.C.de leg. vbi non valet sententia principis sine citatione lata, etiam in causa ciuili.quod clarius tenuit ibi Bal.dicens, quod non interueniēte citatione potest opponi de nullitate ēt contra principis sententiam. quod etiam sequitur Abbas in capit.1. de caus. possess.& proprie. Cum ergo pupilla, tam grauiter offenderetur, sine eius culpa quæ ętatis est annorum octo in circa, vt est probatum in processu, dicebatur offendi,& affici iniuria Diaconus Bernardi-
42 nus eius auunculus; † quia Iniuria facta vni ex consanguineis dicitur facta omnibus. l. isti quidem. quod met.caus. l. prima, & secunda. de liber. caus. l. lex Cornelia. vbi Bartol.de iniur. Alexan. consil. 24.colum.7. volumine secundo & Bal. in l.prima, colu. secunda. C. de rapt. virg. quòd liceat etiam clericis resistere, & propulsare iniuriam proximi sui, etiam vsque ad necem, probatur in cap. Maximianus. 23.q.5.& cap.qui potest. quanto magis licebit auunculo, cui dicitur facta iniuria. Videmus, quòd quando agitur criminaliter de iniuria, consanguinei, et attinentes non sunt idonei testes; secus si ciuiliter agatur.ita dixit post multa Nata in consi.537. nume.60. & Crauet. con. 41.nume.tertio; quia vt dixi, iniuria, quæ fit vni de familia, dicitur facta toti familię. Licuit igitur Dicacono Bernardino tamquam coniuncto pupillam eximere. l.
43 1.C.quan.lice.sin.iud.se vind. † Quinimmo dicit Bartol.in l.si quis in seruitute.in fin.de furt. quòd quilibet potest iuuare offensum non solum in persona, sed

etiam

etiam rebus: & idē tenet in l. prohibitū. C. de iure fis. lib. 10. vbi dicit, quod amici & coniuncti possunt absque aliqua conuocatione iuuare offensum. & idem dicit in l. vt vim. vbi etiam Bal. & alij, & habetur late per Maran. in d. eius disputat. 1. nu. 27. Dec. in capi. 1. colum. quarta. de offic. delegat. & in l. culpa caret. de regu. iu. Tertio pro eodem facit; quia certi iuris
44 est, quod † Sequestratio est omni iure ꝓhibita. l. vni. C. de prohi. seq. pec cū nota. per Bart. & Docto in l. si fideiussor. §. fideiussor. qui satisd. cogan. & tot. tit. de sequestr. posses. Quamuis ergo Capitaneus diceret, quod sequestrationem facere volebat ad bonum finem, ne sine licentia consanguineorum pupilla nuptui traderetur tam immature & tenella; vel ne forsitan necaretur, non propterea hoc facere debebat absque causæ cognitione, & partis citatione; & tanto magis, quia in pupillari ætate non potest esse matrimonium. ca. puberes. & cap. continebatur. de desponsimpube. & per Crauet. in consil. 101. col. 2. in medio. & si intra illud tempus cōtrahatur, non erit matrimonium, sed sponsa
45 lia. cap. vnico. de despon. impub. in 6. † Et in his terminis procedit dispositio. d. l. æquissimum. de vsufruc. statuentis ad sequestrationem deueniri propter scandalum euitandum; quia intelligitur prius habita causæ cognitione, id est, quod sub sit scandalum: vt communiter volunt Doctor. relati per Dec. in consi. 366. colum. vlt. nu. 13. quia de scandalo non est standum eius assertioni. arg. notat. in l. si forte per illum tex. de castre. pecul. notat. in l. si donatione. C. de collat. & tradit in terminis Gozad. in consi. 10. nu. 43. debuit itaq; sibi prius constare de suspicionibus allegatis, sicut cōstare debet, quod partes sint ad arma, & rixam paratæ, priusquam ad aliquam sequestrationem procedatur. Paris. in consi. 41. col. 4. & 5. volu. 1. & consi. 168. colum. 2. nume. 14. volu. 4. Quinimmo dico, quod stante bona fama Antonij tutoris, & materteræ dictę pupillæ, quæ probata est in processu, non debuit tam præcipitanter ad aliquam sequestrationē conuolare, argum. eius, quod dicunt Doctor. in §. feræ igitur. Instit. de rerum di-
46 uis. † vbi dicitur, ꝙ iudex non debet facere perquisitionem rei furto subtractę in domo illius, qui sit bonæ conditionis, & famę: ergo nec istam pupillam sequestrare, cum in dubio non sit præsumendū ma-
47 lum. l. merito. pro socio. cum vulga. † Amplius dico vnū valde notabile in hac materia sequestrationis, quod quamuis sibi aliqualiter constitisset solum ad informationem ipsius curiæ de periculo, & suspicionibus allegatis; tamen ex quo sibi constabat de quasi possessione tutelę ipsius Antonij, non debuit ad sequestrationem procedere. Ias. in l. quidam æstimauerunt. col. tertia, post num. 4. si cer. peta. idem Iason & Alexand. atque alij in l. si super. C. de transact. Papien. in sua Pract. in libell. de form. sequest. num. 3. Curt. sen. consilio
48 60. & Guid. Pap. q. 578. Et est ratio; † qa possessio sua etiam prædoni est manutenenda, l. si deserta. C. si propter publi. pensi. capit. licet episcopus. de concessio. præben. Calcan. consi. 78. in fin. & Marsil. in singula. 195. Quinimmo, nec ipse princeps potest possessorem sua possessione priuare, vt post Aretin. & alios voluit Grammat. in consilio 86. colum. 3. nume. 12. in ciui. Et præmissa procedunt sine vlla dubitatione; quia in casu nostro suspiciones fuerunt allegatæ per Iulium Caso
49 lam vitricum dictę pupillæ, † qui illam tamquam priuignam pręsumitur odio habere. l. quarta. de inoffi. testamen. l. 1. & ibi Gloss. vbi pupi. educa. vnde non debuit tam faciliter credi eius assertioni, l. 1. in princ. de eo per quem. fact. capi. is autem 22. quæst. secunda. sed potius aliquē dolum suspicari, vt in vitrico astruit
50 Crauet. in consi. 142. num. 18. † quamuis aliàs credulitas colorata faciat aliquem excusari, ita, vt de dolo non teneatur, vt per Paul. de Castr. in d. l. 1. § dolum. de eo per quem fact. er. nume. 5. & in l. Titio fundus. de conditio. & demonstration. & per Nattam in consi. 598. post nu. 6. tamē

hoc procedit, quando verisimiliter erat credendum. & ita loquitur Paul. de Cast. in d.l. Titio fundus. & Corn. consi. 65. col. 2. in littera. G. volum. 1. Sed quis mehercle credere habet victrico, vt aliquid ad commodum priuignæ excogitet cuius perniciem potius desiderare præsumitur. d.l. 4. de inoffic. testam. Præterea, quæ dicta sunt de credulitate, vt habeat quem a dolo excusare, procedunt in homine simplici, non autem in versuto, &
51 callido, & † (quod magis est) legum doctore, qui propterea cũ in re errauerit tã vulgari in dolo fuisse præsumitur. l. 2.
52 vbi omnes. quod quisqu. iu. † Quarto facit; quia cum Antonius tutor pupillę de facto per dictam sequestrationem esset sua quasi possessione tutelæ spoliatus, potuit per se, & per coniunctos, & amicos auctoritate propria sibi ius dicere; & ex consequenti pupillam recuperare. Paul. de Cast. in consi. 399. colum. 3. volum. 1. quem in terminis nostris allegat Crauetta in consi. 18. columna tertia, nume. 8. vbi etiam dicit, quod nihil refert, an quis spolietur à iudice, vel a parte; cum semper liceat rem ipsam recuperare, vt ibi per eum, qui loquitur in fortioribus terminis: nam ibi iudex causa cognita tutelam decreuerat matri transeunti ad secunda vota: & cum tutor testamentarius auctoritate propria pupillam vindicasset de manibus victrici & matris, consuluit, quod hoc sibi facere licuit, tamquam indebite per iudicem spoliato: ergo multo quidem iustius potuit hoc facere Diaconus Bernardinus, tamquam coniuncta persona: quamuis etiam si fuisset extraneus; si aliter resisti non potuisset, nihilominus eximere valuisset. l. tertia in principio. de furt. & late Maran. in d. disputatio. 1. num. 27. & supra etiam demonstratum fuit, vbi etiam diximus, quòd nec etiam princeps supremus potest aliquem sine causæ cognitione spoliare. quibus addo Affli. decis. 361. nume. 24. & num. 35. quod procedit quoque in simplici detentore; qui priuari non debet sua detentione iuris ordine non seruato. Bald. in consilio 366. volumine tertio. item & in illis causis, in quibus ex forma statuti proceditur summarie simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij; quia adhuc debet adhiberi causæ cognitio, vt per Ias. in consi. 162. volum. 4. Non debuit igitur Capitaneus talem executionem facere, si nolebat à Diacono Bernardino pupillam eximi,
53 & vindicari; † quia Qui non facit, quod debet, non recipit, quod oportet. inquit Ias. in l. huiusmodi. § qui seruum. nume. 6. de legat. 1. Quinto accedat; quia præsupposito citra veritatis præiudicium, quod hoc non licuisset fieri præfato Diacono Bernardino; tamen cum habuerit iustam causam credendi, quod sibi liceret ex supra deductis, & ex infra etiam deducendis non videtur fuisse in dolo. Bald. in consilio 243. volum. 4. Anton. Butr. siue alius inter eius consi. in vltimo consi. vbi plura allegat. Quinimmo ignorantia iuris per se dubij, & probabilis causat non solum iustam excusationem, sed etiam titulum, & bonam fidem, quę propterea sufficit ad præscribendum; quia talis error æquiparatur errori facti. iuxta l. Celsus. de vsucap. & est tex. in cap. cum dilectus. de consuetu. & late Corne. in consilio 127. colum. 9. volum. 2. vbi propterea dicit, quod probabile dubium iuris causat de facili bonam fidem. & idem tradit in cõsilio 147. colum. 2. eod. volum. Stante igitur probabili dubio iuris excusari debet;
54 quia est regula vulgata, † quod quælibet causa, etiam iniusta & bestialis excusat à dolo. l. 1. vbi Glos. de abige. Corne. consil. 205. col. 2. & sequen. volum. 2. Marsil. consi 7. nu. 25. consi. 11. num. 10. & consi. 2. nume. 14. & alibi sæpe. Ergo facilius excusarent ipsum tot iustæ, & verisimiles causæ, de quibus iam dictum est, & inferius etiam dicetur. Gramm. consi. 58. nu. 2. in ciuil Facit, quod scribit Bar. in l. non solum. § sed vt probari. de noui oper. nũc. vbi dicitur, quod ad euitandum accusationẽ ita, quod de delicto non puniatur, sufficit

esse tale quid probare, ex quo appareat illud delictum potuisse licite fieri. Accedat etiam, quòd Diaconus Bernar. est idiota,
55 simplex, & parum callens: ex † qua qualitate præsumitur abfuisse dolus. Natta in
56 consi. 586. Sexto facit; † quia executio, seu sequestratio de facto facta per Capitaneum, de facto etiam debuit reuocari. Marsil. in singula. 195. Roman. in singula. 766. Gramm. consil. 86. nume. 3. & nume. 17. consil. 84. & sequen. & consil. 150. nume. 10. in ciuil. ad idem Bald. in l. si pacto quo pœnam. C. de pact. Felin. in consil. 49. colum. penultima nume. 16. quia quod fit de facto dicitur nullum. Innocent. in capit. cum venissent colum. quarta. de restitut. in integr. ergo potuit de facto eximere. Neque dicatur, quod hoc pertinebat ad ipsum Capitaneum, scilicet, reuocare; quia sicut supra diximus, nihil interest an iudex, vel priuatus
57 spoliet, vel procedat iuris † ordine nō seruato: & sicut ille tamquam priuatus egit, ita iste tamquam priuatus reuocauit. iuxta illud Comicum, Par pari referto. & facit text. in l. sed & partus. §. quæri poterit. quod met. caus. quia sicut alibi dicitur, Melius est præuenire, quàm post exitum vindicare, Clementina prima. de homicid. Bartol. & Bald. in l. 1. C. vnde vi. Bald. in l. 1. C. quando lice. sin. iudic. se vindi. Glo. in §. recuperando. in fin. in ver. & lapides. Institut. de interdict. Septimo est aduertendum; quia d. Capitaneus excessit fines suæ commissionis; & propterea dicitur, quod quidquid gessit dolo gessisse præsumitur. l. per diuersas. & l. ab Anastasio. C. mandat. quod autem excesserit suam commissionem, patet: nam sibi mandatum fuit, quod nomine dominæ Comitissæ se conferret ad domum tutoris, & inde faceret accedere ad eandem dominam Comitissam præfatam Catherinam pupillam. in qua commissione plura veniunt consideranda. primo; quia nomine Superioris, id est, dominæ Comitissæ debuit ad dictam tutoris domum accedere, & non proprio nomine, nec tanquam officialis, & Capitaneus, prout fecit: nam recte considerauit Dom. Comitissa hoc de iure minime conuenire, & contra bonos mores esse, vt pupilla tam tenella duceretur capta per curiam, & tam graui afficeretur ignominia, iuxta ea, quæ dicit Corn. in cons. 295. col. 2. vol. 3. ꝙ autem proprio nomine accesserit, patet; quia stipatus, & associatus a tota eius familia ad locum accessit: ergo præsumi-
58 tur ꝓprio nomine accessisse; quia † Quis talis præsumitur, qualis incedit. c. sicut iudex. de senten. excomm. & præsumitur talem quis habere animum, qualia sunt eius facta. Rom. cons. 96. Secundo, non debuit eam ducere, sed taliter agere, ꝙ pupilla D. Comitissam adiret hoc enim erat honestius, & laudabilius: nam poterat significare voluntatem eiusdem dominæ Comitissæ, cui pupilla, & sui omnino paruissēt.
59 † Et certum est, ꝙ plus fuit eam ducere, quàm curare, vt iret, prout habebat in mandatis. l. si hęres. vbi Ias. num. 2. de leg. 1. Tertio considerandum est, ꝙ quamuis sibi mandatum fuisset, ꝙ incontinenti suā commissionem, & ordinationem exequi deberet, tamen debuit aliqualiter insinuare dictę D. Comitissę dictam ordinationem, seu rescriptum non esse de iure exequendū, non capta prius aliquali informatione super expositis, & cum partis cita-
60 tione, & † cum hoc non fecerit, sed penitus tacuerit (voluit enim fauere Iulio Vitrico eius clientulo) pręsumitur fuisse in dolo. l. creditor. de distract. pignor. Paul. de Cast. consi. 411. col. prima, ad fi. volum. 1. & Alex. in consi. 14. colum. fi. & consil.
61 95. volum. 5. † quia iniquis Superiorum pręceptis non est obediendum, neq; parēdum, sed replicandum, pręsertim si alium in Superiorem recognoscant. Mara. in d. disputat. 1. nu. 19. & Crau. in cons. 115. nu.
62 15. † Quod vero dictum rescriptum fuerit ipso iure nullum patet; quia processit ab ea, inaudita parte: & iure cautum est, ꝙ nec supremus Princeps, nec Papa potest inaudita parte cognoscere, nec aliquid statuere: tex. est in ca. 1. & ibi Abb. dicit esse

menti tenendum. de cauſ. poſſ. & proprie. & tex. in l. meminerint. C. vnde vi. quia hoc eſſet tollere defenſionem, quã nemo poteſt tollere, Clement. paſtoralis. de re iudic. & ſupra etiam diximus, & in terminis, ꝙ reſcriptum inaudita parte non teneat, voluit Ancharan. in conſi. 92. & conſil. 153. & ideo impeditur eius executio, vt dixit Innocen. in capit. in cauſis. de re iudic. & in capit. cum ex litteris. de in integrum. reſtitut. Felin. in capit. Eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtit. & Alex. in l. ſi. C. de legi. non ergo debuit illud exequi, ſed refutare, vt dixi. facit quod ſcribit Feli. in capit. poſtulaſti. num. 34. de for. compe

63 tent. † vbi dicitur, ꝙ iudex, qui videt ſententiam nullam, non debet illam exequi, ſed refutare, iuxta tex. in l. reſcripta. C. de preci. Imper. offer. Ad idem facit, quod notat Glo. in capit. paſtoralis. §. quia vero. in ver. etſi ſciat. de offic. delegat. vbi dicit, quòd merus executor ſi ſcit ſententiam latam auctoritate falſarum litterarum, vel per falſa inſtrumenta, vel per dolum aduerſarij, non debet illam exequi: quod intelligo ſi iſta ſine dolo, vel calumnia obijciantur, ſed debet remittere ad Superiorem, vt in capit. de cætero. vbi eſt etiam bona Glo. de re iudic. & in capit. ſi quando de offic. delegat. & in l. fin. C. ſi ex falſ. inſtrumen. & in l. ſi prætor. §. Marcellus. de iudic. & ita dicit eſſe in iure expreſſum Ancharan. in conſil. 113. Dixit etiam Paul. de Caſt. in Auten. quæ ſupplicatio. C. de preci. Imper. offeren. quod Florentiæ ſeruatur, quòd dato libello nullitatis per iudicem inhibetur, ne ꝓcedatur ad executionem actus, ſcilicet, nulli. per l. qui prior. de iudic. & tradit Sozin. in conſil. 78. volum. 3. Dixit quoque Aretin. in conſil. 56. quòd ſi ſententiæ nullæ facta ſit executio, reuocatur tamquam attentatum. & alibi etiam ad propoſitum ſcribit Sozin. in conſil. 24. col. 1.

64 & 2. volum. primo. † quòd iudex, qui tenetur ex forma ſtatuti ſequi conſilium ſapientis, non tenetur illud ſequi, ſi ſit iniuſtum: imo tenebitur in ſindicatu, quoniã ſequendo malum conſilium, non excuſabitur, vt per Bar. in l. ſi conuenerit. de re iudicata. Et hoc eſt ſine aliqua dubitatione verum in caſu noſtro; quia ſumus in Doctore, qui cum teneretur hoc ſcire, nullo modo excuſatur. Doc. in l. iuris ignorantiam. C. qui admitti. Cum itaque per prędicta ſatis conſtet, ipſum Capitaneum talem ſequeſtrationem, ſeu executionem minime facere debuiſſe, concluditur conſequenter, quòd licuit Diacono Bernardino eidem reſiſtentiam facere, & pupillam neptem eximere. Quinimo dico, quòd quamuis ſibi mandatum fuiſſet, quòd incontinenti deberet ſe conferre ad domum tutoris, & exequi: tamen adhuc dico, quòd debuiſſet prius adhibere aliqualem cognitionem, cum non eſſet me-

65 rus executor, ſed mixtus: nam † quando aliqua executio alicui committitur, non diſcuſſo prius negotio, tunc dicitur mixtus executor, qui propterea habet cauſæ cognitionem. Glo. in d. capit. paſtoralis. §. quia vero. in verſi. & ſi ſciat. de offic. delegat. Bartol. & Doctor. in l. à Diuo Pio. de re iudic. Felin. in capit. final. de præſumpti. quia quando datur poteſtas executori circa actum, qui poteſt eſſe præiudicialis parti, nec delegans adhibuit cauſæ cognitionem ſuper executione fienda; tunc mandatur non ſolum ſimplex executio, ſed etiam cogni-

66 tio † ita, quòd tenetur partem vocare, & audire eius exceptiones. ita ſpecialiter, & expreſſe ſcribit Abb. in conſil. 34. colum. penult. in medio in 2. par. vbi dicit eſſe tex. expreſſum in l. & ſi non co-

67 gnitio. C. ſi contra ius vel vti. publi. † Nec obſtat dictio, incontinenti; quia erat intelligenda, et accipienda eius arbitrio, ita, vt poſſet etiam ſuperſedere per tres, vel quinque dies, & vltra quouſq; de iuribus partium cognoſceretur, vt per eundem Abb. in capitulo an ſit deferendum. de appellat. Paul. de Caſt. in l. fin. C. de errore cal-

68 cu. † Octauo facit; quia cum Diaconus Bernardinus ſciret pupillam infantiæ proximam, & minime doli capacem, de iure

re

re non potuisse per Capitaneum, & eius curiam capi de persona, vt l.neque impuberes.& ibi Bartol.C. de in ius vocan.putauit sibi licere, prout vere licuit, illi resistentiam facere, & eam de manibus familiæ vindicare; Nono confirmatur; quia præsupposito etiam, quòd dicto Capiteneo constitisset de suspicionibus allegatis, & hoc etiam in ipso rescripto asſereretur; adhuc tamen huiusmodi executio, & sequestratio fieri non debuit;
69 † quia omnes informationes captæ parte absente, vel non citata, sunt nullæ, capit. inter quatuor.de maior. & obedient. & Clementina pastoralis. de re iudic. quia Vbi non datur dicendi, vel reclamandi copia, ibi omnia gesta corruũt, l. fin. C.de bon. vacan. lib. 10.& Natta in consi. 02. nume. 28. Decimo facit attingendo merita processus, quòd porrecta est querela contra Diaconum Bernardinum, vt per vim, & violentiam abstulerit dictam pupillã eius neptem. Tunc sic
70 argumentatur:† quando intentatur quærela, seu accusatio cum certa qualitate; tunc nisi illa qualitas deducta probetur, querelãs succumbit. Bartol. in l. 1. §. ait pretor ne quid in flum. pu. l.pretor ait.§. docere. vi bonor. rapto. in l. prima. de incend.ruin & nauf. in l. denunciasse. §. quid tamen.de adulter. latissime Corn.in consi.197.volum.2.Corse. in suis singulari.in versic.qualitas.Felin.in cap.examinata.de iudi.Calcan.consi.25.post nume.14. Marsi.in singul.187.& consi.7.nu.60.Carrer.in sua Pract.crim.in prin.post n.165. ver.quòd in criminalibus. Boer. consi.8. nu.15.Alcia.de præsump.reg.3 præsump. 2.Dec.in c.licet causam.nu.24.de probat. Natta plura cumulans in consilio 581.in primo dubio,& Crau.consi.6.num.72.& alibi sæpe per Doct.Et procedit etiam, si illa qualitas non esset aliàs necessaria, vt per Grat.alios allegantem li.2.respon.59. num.29. Super hoc tamen non me firmo; quia Bar.in d §.quid tamẽ. videtur aliter dicere. & eum sequitur Corne. in consi. 33.colum.10.ver.dico autem.vol.4. Procedit tamẽ sine dubio in his qualitatibus, quæ dispositionem habent alterare, siue simus in ciuilibus, siue in criminalibus, vt in casu nostro, quia omnino sunt probandæ, vt per Signor. in consil. 140.sed ista qualitas, quod per vim, & violentiam Bernardinus pupillam neptem exemerit, non est probata: ergo querelans succum-
71 bit. sic in simili videmus, quòd † dispositio inducta respectu certæ qualitatis, remota qualitate dispositio cessat.l. peculiũ. §.quadrigæ. de lega. 2. l. quod tamen.§. quadragæ. quibus mod. vsus. ami. l. si id quod pro socio l. in delictis.§.si extraneus.de noxali.l.emãcipatũ de senato.in l. ingenuum. de stat.homi.& l.3.in princ.de nego.gest.& ratio est, quia censetur, quod dispositio emanuerit propter illam qualitatem. Abb. in consil.115. colum. secunda, in fin. par. 2. sic, quando deducitur in iudicio aliquid conditionaliter, debet conditio ipsa liquidari; alias non auditur agens.l.hoc iure.de verbo.oblig.Gramm. consi.166.nume.6.in ciui.quòd autem dicta qualitas non sit probata patet; quia ꝓbandum erat, quòd cõuocatis hominibus, vel cum armis exemerit,& violentiam in
72 tulerit; † quia, solus & sine armis contra tot homines armatos, non potuit violentiam committere. l. si criminis. C. de vi pub. tradit Gramm. consil. 43. in crimi. Nec cõtrarium probant testes examinati per curiam; quia solum deponunt, quòd dictam filiam per manum aprehendit, & abstulit, ita, vt amplius non esset in conspectu familiæ. ita præcise deponunt,
73 & sic nihil obstant; † quia apprehendere, & auferre potest esse sine violentia, vt per Angel. in l.postquam.ĩ fi.de peti.hær. vbi dicit se semel euasisse accusatum de rapina: nam cum testes deponerent, quòd viderunt rem auferri de manibus accusantis, non probabatur ex dictis verbis rapina: nam cum verbum, Auferre, habeat duplicem intellectum cum violentia, & sine, vt habetur ibi, & in l. cum
74 multi.eodem titu.& in l.qui vas.de furt.† dubia probatio, trahibilis ad plures sen-

 sus,

sus, debet contra producentem interpretari; quia probatio debet esse concludens, & maxime in criminalibus. l. fin. C. de pro
75 bati. c. in præsentia. simi. ti. de proba. † & cum dictum verbum se habeat ad plura, non infert necessario vnum. l. non hoc. vn de cogna. Aret. consil. 23. colum. 3. in fin. versic. secunda ratio est. & Marsi. consil. 21. num. 1. Et ideo dixit Crauet. consil. 68. nume. tertio, quòd non sufficit dicere beneficium esse de iure patronatus; sed debet exprimi, quod sit laicorum, vel clericorum, cum ius patronatus se habeat ad plura. facit etiam pro prædictis vulga-
76 ris regula, † quòd In dubio verba debent intelligi, ne sonent in delictum; & sic in meliorem partem, argum. l. merito. pro soci. habetur per Dec. in consi. 189. colum. 2. in fin. & in l. consilij. num. 12. de regu. iur. Craue. in consi. 9. num. 20. Marsi. in consi. 2. in princi. & Alcia. de præsump. reg. 3. præsum. 1. & alibi sæpe. Vltimo facit; quia circumscriptis omnibus, quæ tamen verissima sunt; dico, quod etiã si deliquisset, quod est manifestissime falsum per supradicta; tamen adhuc ex processu agitato in vestra curia non potest cõdem-
77 nari ad aliquam pœnam; quia † processus est ipso iure nullus, cum non pręcessit aliqua diffamatio contra ipsum Diaconũ Ber. sine qua omnis querela, & inquisitio est nulla. Gram. vot. 3. nu. 31. & consil. 38. nume. 12. cum pluribus sequen. Grat. lib. 2. respon. 45. nume. 20. & resp. 59. nu. 7. & resp. 74. nu. 7. eo. lib. & procedit etiã si crimen probaretur per testes; quia adhuc nõ posset sequi condemnatio, vt habetur per Grat. in præallegatis resp. & quamuis loquantur in inquisitione, idẽ tñ est in querela, vt per Ang. in sua pract. crimi. in ver.
78 hæc est quædam inquisitio. † Et cum non subsistat querela, nulla est quoque confessio, quæ super illa emanauit, tamquam carens fundamento. c. cum Paulus. 1. q. 1. c. 3. de presbyt. non bapti. l. opus. & l. si prius. loca. & l. nam origo. quod vi aut clam. Et quòd talis confessio sit nulla, probat tex. in l. fin. de consti. pecu. quem ad hoc dicit valde singularem. Gram. consi. 81. nu. 9. & tradit Bossi. in sua Pract. in tit. de confes. nu. 38. & 39. vbi subdit procedere, etiam si essemus in delicto notorio. Et stãtibus prædictis certum est, quod nulla potest sequi sententia condemnatoria, vt per Roma. in consil. 100. nume. 1. Accedat etiam, quod fuerunt examinati duo testes laici contra clericum, & de familia ipsius Capitanei querelantis: quibus quanta fides sit adhibenda, relinquitur vestræ conscientiæ arbitrandum, & cum in eodem instanti fuerit porrecta querela, & testes
79 examinati, † videt̃ resultare p̃sumptio, ꝙ fuerint examinati in turba, & nõ in secreto, quo casu etiam nihil probant. l. nullum. & l. si quando. vbi Bar. & alij. C. de testib. Canonistę. in c. 2. & c. venerabili. simili. ti. de testi. Lanfran. in c. quoniam contra. in ver. testium. col. 3. de proba. nam quando quis eodem instanti omnia fieri procurat, videtur esse in dolo Paul. de Cast. in consi. 174. col. 2. in fi. vol. Accedat quoque, ꝙ d. Capitaneus, post querelam expositam, numquam comparere curauit, & proinde præsumitur calumniasse. Abb. in c. super eo. in fi. de off. delega. Gram. consi. 92. nu. 3. in ciui. Concludo igitur ex prædictis omnibus Diaconum Bernardinum esse de iure absoluendum. Solum superest, vt adductis in contrarium respondeamus. Et quauis ex prædictis satis colligatur respõsio; tamen ad maiorem declarationem singulis respondendum putaui. Non obstat primum, dum dicebatur pręsumi officialem processisse ex iustis causis; quia respondetur, quòd habet locũ, quando proceditur iuris ordine seruato, & sic iudicialiter; aliàs, secus. Abb. in c. conquerente. de resti. spolia. per illum tex. & ita nuncupatim tradit Crauet. in consi. 73. ante nu. 11. & post Angel. etiam scripsit Gram. consi. 86. col. 1. in fi. nu. 4. in ciui. & Corn. in cõs. col. pe. vol. 4. in casu autem nostro nullum ordinem fuisse seruatum satis ex pręd ictis colligitur; ex quo de informatione nihil constat, neque de citatione partis; immo pro parte Diaconi Bernar. probatum

cotra-

80 contrarium.† Secundo respõdetur, quòd quamuis aliàs pro iudice præsumatur: tamen hoc intelligitur quo ad iustitiam; non quo ad ordinem processus, respectu cuius non præsumitur, nisi quatenus ex illo apparet d.c. quoniam cõtra. de proba. Signo. in consi. 155. colum. 2. nu. 4. Nat. in consi. 525. nu. 40. & dicam etiam infra. Tertio procedit, quando iudex facit actũ iudicialem, non autem extraiudicialem. l. ab ea parte. de proba. Rui. consi. 69. col. 5. vol. 1. Non obstat secũdũ, dum dicebamus quod in arbitrarijs iudex non potest reprehendi, cur sic faciat; quia respondetur quòd si hoc simpliciter & absolute intelli-
81 gatur, est manifeste falsum: debet † ergo intelligi, dummodo illud arbitrium conformetur cum ipso iure communi: non. n. debet esse arbitrium bestiale, sed boni viri, regulatum secundum æquitatem iuris. Roma. in consi. 376. colum. 3. circa princ. & propterea dixit Bal. in l. fin. C. de pæn.
82 iud. qui mal. iud. quòd † iudex debet sequi regulas iuris, & non propriam cõsciẽtiam, quæ legibus aduersatur. & idem tradit Alex. in consi. 218. colu. pen. volum. 2. Marsi. consi. 15. & ideo dicitur, quod iudex in arbitrarijs debet ferre suum arbitrium de cõsilio peritorum: quod ego interpretor, secundum leges. Anto. de But. in c. vt debitus. de appella. Mars. cons. 18. colum. 10. cons. 20. col. 10. cons. 42. col. 1.
83 & cons. 63. col. fi. † & Arbitrium dẽt esse arbitrium boni viri, id est, iudicis; qa bonus vir dicitur iudex. Affli. decis. 371. nu. 9. Paul. de Castr. in l. vir bonus. iud. solui. Corn. in cons. 76. col. 1. post litterã C. vol. 1. & sunt cõuertibilia bonus vir, & iudex sicut æquum & bonum, vt per Parid. de Put. in suo tract. sindica cuius supra iterũ feci mentionem. Et quod arbitrium debeat conuenire cum iure communi, late deducit Dec. in ca. ne innitaris. col. 1. post medium. de constituti. & in c. de causis. colu. 2. de offi. deleg. & † in tali arbitrio æqui-
84 tas seruanda est, etiam quod libero alicuius arbitrio aliquid committatur. Bal. in cons. 177. col. 2. post medium. volu. 1. Et similiter dicitur, quamuis quis habeat amplam, & liberam potestatem: tamẽ debet intelligi cum bona fide, vt per Corn.
85 in consi. 54. colu. pen. & fi. † quia per liberum arbitrium nunquã intelligitur, vt fieri posit aliquid turpe. nec intelligitur remissus ordo iuris, vel sollemnitas, vt pulcre per Calc. in cons. 51. col. 3. nu. 7. & ali
86 bi dicitur, † quod iudex vigore cuiuscunque ampli arbitrij sibi concesi circa maleficia, nunquam poterit inquisitũ torquere sine legitimis indicijs precedentibus. Gram. consi. 64. in princ. & per tale arbitrium debet intelligi, vt iudex facere debeat, quod in suis rebus faceret, vel sibi fieri vellet. Bar. in l. 1. solu. matr. quod dictum refert Dec. in l. in personam. §. 1. de
87 reg. iur. † Et ideo si quis plus debito arbitretur, præsumitur esse in dolo. Alex. in l.
88 si superstite. post nume. 3. C. de dolo. † Et nemo debet facere id cuius contrarium esset postulaturus. l. pen. C. de solut. l. si ea lege. C. de usur. l. si rem & pretium. de peti. hæred. quæ iura ad hoc allegat Sig. in consi. 21. col. 6. vers. ex quo arguitur. cum itaque istud arbitrium fuerit contra formam iuris ciuilis & naturalis; quia processit ad executionem facti, nulla præcedente citatione, nemo sanæ mentis dixerit hoc arbitrium fuisse boni viri, id est, iudicis. Non obstat tertium, quòd auctoritas iudicis facit licitum aliàs illicitum; & quod actus debeat reputari licitus, si sit fa
89 ctus a persona circumspecta; † quia respõdetur, quod procedit, quando auctoritas interponitur secundum ius, & ipsius ordine seruato; aliàs non. Abb. in c. cõsultationibus. col. 2. de iure patrona. Maran. in d.
90 disputa. 1. ad fi. Hinc dicimus, † quod decretum iudicis interpositum in contractibus minorum, vel mulierũ sine causæ cognitione est nullum Ioan. de Imol. in consil. 98. num. 6. Ancha. consi. 330. colum. 3. vers. concludendum. Corne. consi. 98. col. 2. vers. secundo videtur. in littera D. volu. 1 Cotta in suis memoralibus, in versi. decretum continens. Afflict. decis. 87. nu. 4. Iaco. Machei. Bonon. in Patroci. 33. n. 8.

Corne.

Corse.in suis singula.in ver.minor.Alcia.
de præsump.reg.3.præsumpti.10.& Grã
ma.cõs.137.nu.3.in ciui.quòd procedit,
nisi aliter appareat ex actis,& scripturis,
vt tangit Corn.in cons.65.col.2.volum.
1.Et quamuis propter circumspectioné
Capitanei aliàs præsumeretur, quod act°
fuisset licitus, iuxta nota. per Imol. in l.si
quis cum aliter. de verbo.obliga.tamen
ex quo de contrario apparuit, & constitit
per probationem factam in contrarium
per fidem Notariorum, talis præsumptio
91 nihil operatur; † quia vincitur per legiti
mam probationem.l.fi.in prin.quod met.
cau.l.nuptura.in fi.de iur.dot.l.si chyroga
phum.& l.cum de indebito.§.1. de pro-
ba.c.is qui fidem.de sponsalib.Corne.con
sil.85.col.1.vol.2.& cons.124.col.fi.in lit-
tera D.vol.3.& Natta in consi.631.num.
92 26.pro quo facit optimum simile:† nam
quamuis aliàs in sententia præsumantur
omnia sollemnia præcessisse, vt per Grã.
in cons.115.nu.9.in ciui. & per Ab. in c.
cũ inter. nu.22. de sent. & re iud. tamen
non procedit,quãdo ex in spectione acto
rum de contrario apparet.Abb. in consil.
92.par.1.Rui.in cons.63.col.5.volum.1.
Nat.in cons.526.nu.4.& consi.540.num.
93 17 Sic quamuis † solemnitas extrinseca
in instrumentis antiquis decem annorũ,
præsumatur,vt not.in l.sciendum.de ver-
bo.obli.Affli. decis.251. in fi.decis.107.
& decis.345.Porti.Inst. de inuti. stipu.§.
scriptum.col.2.Ias.in l.qui in aliena. n.9.
de acquir.hæred.& nu.34.Fel.in ca.1. in
3.nota.de iud.Alcia. de præsumptio. reg.
3.pręsumptio.10.post nu.7.& nu.10. ta-
mẽ intelligitur,nisi de cõtrario appareat
per probationem in contrarium, quod non
interuenerit;quia tunc cessabit dicta prę-
sumptio, vt late per Craue. in consil.290.
col.7.ver.quo casu.Rui.in consi.41.num.
94 18.vol.1.Alibi item habetur,†quod quã
uis mala fides post triginta annos nõ pos-
sit allegari.l.fi.vbi Bart.C.vnde vi.Abba.
in c.si diligenti.de præscriptioni. Afflict.
decis.240.nu.3.tamen quando ex actis, &
gestis causæ absque aliqua allegatione ap
paret,de ea semper allegari potest. Paul.
de Cast.in cons.81.vol.2.Sozi.consi.1.nu
me.8.volum.3.consi.46.nu.31.volum.4.
Gram.decis.79.in fi. Craue. in tracta. de
antiqui.tempo. in quarta par. sectio.inci.
Materia ista,nu.20.Affli.in d.decis.107.
Natta in consi.572.col.fi.num.30.Et rur-
sus quamuis decretum iudicis faciat ces-
sare præsumptionem enormis læsionis, &
consequenter doli:tamen vbi constat de
læsione,dicta præsumptio cessat, secundũ
Imol.in d.l. si quis cum aliter.de verb.ob
lig.sequitur Corne.in consi.124.colu.fin.
ad fin. vol. 3. Cum itaque dicta præsum-
ptio resultans ex circumspectione iudi-
cis cesset,tum,quia contra iuris ordinem
processit;tum etiam,quia contrarium ꝓ-
batum fuit per dictam notariorum fidé
potuit merito reprehendi, & eidem fieri
resistentiam.Non obstat quartum, quod,
scilicet, iudex multa facere potest, vt su-
pra dicebamus;quia intelligitur,dummo
do seruet formam iuris, quam inferior a
principe nunquam potest prætermittere,
vt supra late demonstrauimus. Non ob-
stat quintum, quod iudex potest sine indi
cijs homines carcerare;quia est verum, si
sit timor fugæ.l.ait prætor.§. si debitorem
& quod ibi notat.de his,quę in fraud.cre
dito. Alexan.consi.64.volum.3.nam pro-
pter fugę suspicionem aliquid permitti-
tur,quod aliàs non permitteretur, vt per
Paul.de Cast.in l.si longius.§. si filiusfam.
nume.3.de iudi. Item procedit, quando
delinquens reperiretur in fragranti crimi
ne.l.1.C.de rapt.virgi.l.si quis in seruitu-
95 te.de furt. † alias sine indicijs nemo dẽt
regulariter carcerari.Dec. in consil.189.
in fi.Natta in consi.594.nu.14.& Bossi.
in sua Practi.ti.de captura.in princ.Grã.
consi.30.in prin.in crimi. In casu autem
nostro nullus erat timor, quod res nõ pos
set reparari,pręsertim subsistente bona fa
ma dicti tutoris,& materterę,quę proba-
ta est in processu,quod,scilicet,de pręte-
rito bene se habuerunt, pro vt etiam de
præsenti,circa gubernium dictę pupillę:
96 † ex quo idem pręsumendum erat de
futu-

futuro. l. sed & Iulianus. §. proinde.el. 2. ibi Intelligendum ab initio. ad Macedoni.cap.scribam. de præsumpt. Curt.iun.in consi.6.post nume.6.Craue.consilio 192. nume. 19.Abb.in consi. 17. in fi. & consi. 36.col. 2. par. 2. Calca. consi. penul.post nu. 21. & in his terminis id astruit Corn. in consi. 198.colu.fi.in littera I.cum duabus sequen. volum. 1.consi.83.in princ.& consi.175.col.pen.vol.3.& dicitur, quòd obseruantia secuta declarat ambiguitaté, quæ in præcedentibus esse poterat.l.minime.& l.si de interpretatione. de legi.c.di-
97 lectus.de accusatio. † quia, vt est trita par phæmia, Exitus acta probat.l.aut facta.§. euentus.de pœni. l. rem non nouam. §. fi. C.de iud. Præterea procedit, capta aliquali informatione, vt ipse Mars.ait in d.sing.
93. Non obstat sextum, dum dicebatur, quòd d. Capitaneus executus fuit ordinem dominæ Comitissæ; quia ex supra late deductis constitit sibi, vel constare debuit, quòd dictum rescriptum, tamquã iniquum & nullum, non erat exequẽdum. & ideo licitum fuit sibi de iure resistere. Non obstat septimum; quia respon. cum Maran. in d. disputatio. prima. in fine. quòd procedit, vbi iudex agit, vt iudex sed cum agit de facto, ad remedium facti est recurrendum.& ita quoque concludit Roma.in consi 320.in fi. Non obstat vltimum de iuramento; quia multipliciter respondetur. Primo, quòd iuramentum nõ valuit; quia captura illius pupillæ erat iniusta, vt satis ex supra dictis patet: vnde, quemadmodum si fuisset carcerata iniuste, & Diaconus Bernardinus iurasset eam redituram ad carceres, ad effectum vt relaxaretur; non deberet redire; ex quo agitur de pœna corporali; cum carcer sit mala mansio, & inferat effectualiter pœnam corpori, licet regulariter de iure ciuili detur ad custodiam; ita non debet nunc repræsentari; quia facilius potest tolli carceratio fienda, quàm iam facta, argumen. l. patre furioso. de ijs, qui sunt sui vel alie. iur. & ibi Gloss. quæ adducit concordan. Quod autem non obligauerit iurantem, patet; quia præstitum fuit contra bonos mores: nam valde repugnat bonis moribus, vt puella proxima infantię minime doli capax, & honestissimæ conditionis possit retineri in carceribus: ergo iuramentum non obligat. cap. non est obligatorium.de reg.iur.in 6. & quia ista pupilla non poterat ita in ius vocari defectu ætatis, Diaconus Bernardinus illam eximendo non incidit in pœnam illius edicti, Ne quis eum qui in ius vocatus est vi existimat, vt expresse probatur in l. 2.in fi.d.ti. ne quis eum qui, &c. Præterea ex alio istud iuramentum non tenuit, neque obligauit ipsum Diaconum Bernardinũ; quia præstitum fuit per iracundiam: cum enim ipse plurimum ægreferret neptem sic per curiam duci, verisimile est graui ira percitum fuisse; & exinde quasi abalienatum mente iurasse se facturum, quod etiam fuisset impossibile adimplere. constat autem iuramentum calore iracundiæ præstitum non obligare iurantem, secundum Ioan.And.in cap.sicut ex litteris. de iureiurand. facit Glo. in cap. dudum. de conue.coniu.quæ dicit, quod calor iracũdiæ non obligat, quia videtur abesse consensus; & iuramentum requirit deliberatam intentionem, quæ in isto Diacono Bernardino esse non potuit, vt quilibet sani capitis iudicaret. Postremo dico, quod ex alio non valuit iuramẽtum; quia fuit præstitum iudici laico, tamquam superiori in actu executionis persistenti: ergo non valuit, cum ita non potuerit iurare sine licentia vestra. capit. nullus. 22. quæst. 5. & nota.in cap.1.de iureiuran.ex quibus omnibus concludo præfatum Diaconum Bernardinum, iure mediante, debere absolui.& nota, quod quamuis Vic. Poten. iudicauerit per iniustitiam contra prædictam consultationem: tamen postea per remedium appellationis fuit ab Archiepiscopo Acheruntino reuocata, & idem Diaconus Bernardinus absolutus, & sententia fecit transitum in rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *Minor sine curatore non potest esse in iudicio.*

2 *Processus factus cum minore validatur, quando iurauit contra illum non venire.*

3 *Minor agens per procuratorem constitutum cum iuramento dicitur agere tamquam maior.*

4 *Minor, qui iurauit nō venire contra processum, poterit tamen appellare.*

PRIVILEGIVM CXXXIII.

1 Centesimum trigesimum tertium priuilegium est: nam tu scis, quod minor sine curatore non potest esse in iudicio; aliàs iudicium est nullum. l. 2. C. qui legi. perso. stan. in iud. l. properandum. in fin. C. de iud. no. Glo. & Docto. in l. cum & minores. C. si aduers. rem iudi. & l. si præses quasi desertam. C. quomodo & quando iud. in quibus locis volunt, quod minor, siue habeat curatorem, siue non, dicitur indefensus, si ipse solus comparuit absque curatore: & ideo iudicium cum eo agitatum est nullum, vt per Abb. in consi. 45. in fi. par. 2. & Bologni. in consi. 36. col. 2. in medio. & consi. 37. colum. antepenult. ver. venio nunc ad sententiam. & procedit etiam, secundum Bal. in d. l. cum & minores, si curator comparuerit in omnibus actis, præterquam in vno, veluti in litis contestatione. & sequitur Bologni. in d. consi. 37. vbi supra. pro quo videtur tex. in l. 2. quib. ex caus. in possessio. eat. vbi is defendere videtur, qui in nullo deteriorem causam aduersarij sui facit, & qui durat defendere. Et ideo dicitur, quod quando minor citatur, vt legitime compareat debet comparere cum curatore; aliàs non dicitur legitime comparere. l. si minor. 25. ann. & ibi Gloss. in ver. inueniat. de bon. aucto. iud. possiden.

2 † Tamē si minor compareret in iudicio, & medio iuramento promitteret, & se obligaret non venire contra iudicium, sententiam, vel processum; tunc iudicium validaretur ex priuilegio iuramēti. & ita pro cautela tradit Ias. in Aucten. sacramēta puberum. C. si aduer. vend. & consequēter per iuramentum taliter præstitum limitatur totus titu. C. qui legi. perso. stand. in iud. non ha. & ideo dicit Saly in eadē Authen. sacramenta puberum. col. 5. ver. nunc prosequendo. quod talis minor, qui sic iurauit, non poterit petere restitutionem in integrum; si fuerit læsus per illum tex. qui extenditur ad iudicia. & idem quoque ante eum voluit Bar. & Bald. ibi quia hoc videtur fauorabile animæ, qui versatur in obseruantia iuramenti. facit decis. Tholos. 45. & sequitur Anto. de Petr. in repe. l. 1. versi. septuagesimus est effectus. nu. 334. de iureiuran. & concordan. adducit Anto. de Gabrie. in ti. de minori. concl. 5. nu. 12.

3 Supradicta conclusio † seu priuilegiū ampliatur procedere, etiam si minor ageret in iudicio per procuratorem ab eo constitutum cum iuramento; quia censetur agi iudicium per maiorem. & ideo in tali casu non posset petere restitutionem in integrum. Barto. in l. minor. in princ. de mino. Bertran. consilio 87. col. 1. vol. 1. Gramm. consi. 61. colum. 2. in ciui. cum alijs allegatis per Anto. de Grabrie. in d. conclus. 5. ver. septimo amplia. nume. 17. vbi hoc intelligit verum in causis ciuilibus; secus in criminalibus. allegat Guid. Pap. consilio 130. & Bald. in l. 1. colum. 14. versicul. sed pone minor videns. C. de confe. & dixi etiam de prædictis supra in priui. 83. nu. 40.

4 Limitatur † autem, & declaratur primo, quod quamuis iurauerit non venire contra; tamen poterit appellare, secundū Boer. decis. 92. & alios complures relatos per eundem Anto. de Gabrie. vbi supra. nume. 12. licet Cur. iun. voluerit contrarium in d. Aucten. sacramenta puberum. in 15. q. C. si aduer. vend. & pro hac limi. facit, quod in simili habetur in c. petitio. de iureiurand. vbi iurans non esse contra aliquem, intelligitur illicite, secus si legitime, & licite, id est, iure permittente; prout

prout in casu nostro fieri contingeret per appellationem legitime interpositam, quã ius ex legitimis causis permittit. Glo. in l. qui restituere. de rei vend. & cap. pastoralis, de appella. ad idem facit Gloss. in cap. illud. 31. quæst. 1. vbi si quis iurauit non cognoscere carnaliter aliquam meretricem, quam postea in vxorem duxit; eam citra periurium poterit cognoscere; quia legitima intercedente causa hoc facit. quod etiam voluit Gloss. in cap. quod prædecessor. 15. quæstio. 3. alioquin si intelligeretur renunciatum appellationi, vel recursui, vel alio iuris remedio, daretur iudici occasio inique sententiandi, vt dicam in simili, infra in priuilegio. 136. vbi videndum. Ad idem facit quod tradit Guid. Pap. quæstio. 427. vbi iurãs attendere testamentum, & disposita in eo, non prohibetur detrahere quartam Trebellianicam. facit etiam tex. in c. ad hæc. de app. vbi iurans stare iudicio Ecclesiæ potest appellare, si excedat limites iuramenti.

Secundo limita. vt non procedat, quando alias processus, vel sententia esset nulla ex alia causa, quam ex interuentu minoris, puta ob formam non seruatam in procedendo, vel quia sententia contineret expressum iuris errorem: nam in his, & similibus, stante nullitate processus, vel sententiæ, minor posset venire contra, non obstante iuramento; quia intelligitur de sententia, & processu valido: vt consulendo concludit, & determinat Corne. in cons. 146. vol. 4. in princ. & ibi concordan.

Tertio limitando declaratur procedere; dum tamen iuramentum sit præstitum secundum formam prædictam ita, vt respiciat promissionem de futuro. sed si minor aliquid faceret de præsenti: puta responderet positionibus medio iuramento, non propterea processus sustineretur: vel saltem, dato quòd valeret, competeret restitutio in integrum, secundum Barto. in consi. 101. incip. Gerardus Tuderti. & pro notabili, memoriæ commendauit Gerard. in singula. 66. & concordan. allegat Anto. de Gabrie. in d. tit. de minori. conclus. 5. in prima limita. nume. 15. & in criminalibus, quòd non valeat actus, qui geritur de præsenti cum iuramento, ueluti confessio, tradit alios allegando, Grat. lib. 2. respon. 52. nume. 10. & Marsi. in consi. 26. ante nume. 10. Et pariter non validaretur nec sustineretur per iuramentum generaliter præstitum; sed necesse est iurare, secundum formam prædictam, vt voluit Paul. de Cast. in repe. d. Auten. sacramenta puberum. quem ibi refert Ias. col. 21. cum plur. sequen. C. si aduers. vend. Item non sustineretur per iuramentum assertorium iurando se maiorem, vt dixi in priui. 83. nu. 35. cum plu. sequen.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit rem non esse integram.*

PRIVILEGIVM CXXXIIII.

1 Centesimum trigesimũ quartum priuilegium est; † quia iuramentum facit rem non esse integram, vt colligitur ex glosella interlineari in l. si pecuniam. in princip. in ver. necesse habeas. de condi. ob caus. quatenus ibi vult, ꝙ iurans necesse habet implere, quod iurauit: & sic non posit pœnitere, cum res non sit integra. idem etiam voluit Imo. in l. 2. §. pen. de don. & Corse. in rub. de iureiur. col. 8. ver. secundũ priuilegiũ. Et hinc est, ꝙ vbi reperitur iuramentum interpositum, mora contrahitur ipso iure, & impedit illius purgationem, vt dixi in priuilegio. 47. & 48. quia, scilicet, res non est integra, cum iuramentum secum trahat executionem. Hinc etiam illud, quòd si promisi litigare coram iudice non meo, prorogando illius iurisdictionem, & iuraui; mihi non licet poenitere, vt l. si conuenerit. de iurisd. omni. iudic. & dixi in priuilegio. 74. nume. 165. cum pluribus sequen. & istud priuilegium quoque

refert,

refert, & sequitur Anto. de Petru. in repeti.l.1.nume.207. cum pluribus sequen. de iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta per inquisitum potest ex interuallo excusari.*
2 *Limita quando iurauit dicere plenam ac meram veritatem.*
3 *Confessio contra se ipsum præsumitur vera.*
4 *Plenum dicitur, quod non recipit additamentum.*
5 *Merum dicitur, quod caret omni mixtura.*

PRIVILEGIVM CXXXV.

1 Centesimum trigesimũ quintum priuilegium est: † nam tu scis, quod confessio facta per inquisitum, quando fatetur delictum, potest ex interuallo excusari, & dici, quod fuerit factum ad suam propriam defensionem, cap. cum dilecti. & ibi Felin. colum. 1. versic. per istum tex. de accusatio. Bald. in cap.1.§.item si vasallus.si de inuesti.feu. contro. fue. & ibi etiam And. de Iser. Barto.in l. si quis reus.colum.pen.de pub. iud. Alexan. in consi. 366. incipien. Viso processu inquisitionis formatæ.colum. vlti.volum. cum alijs allegatis per Foller. in sua Pract.crim.in versi. & si confitebuntur.nume. 130. Dec. Aquen.& Moderni. in l.vt vim.de iust.& iur.vbi Bologne.nu. 51. dicit istam opinio. esse verissimam, & tenendam.

2 Tamen,† si confitens à principio,& sic tempore confessionis, iurauit dicere plenam ac meram veritatem, non poterit postea talem cõfessionem excusare; quia veniret contra suum proprium iuramentũ: nam verum esset dicere, quod plenam,& meram veritatem non dixisset tunc, cum confessionem fecit, vt dicit Bossi. in sua Pract. in titu. de confess.nu. 32.per tex.in d.c.cum dilecti.& ibi Aret.nume.3.quod est valde notan. Et potest esse ratio non solum,quia illa prima confessio præsumi-
3 tur vera, ex generali regula, † quæ dicit confessionem contra se factam semper veram esse præsumendam l. cum scimus. §. sin autem, C. de agrico.& cens.lib.11.& l. non putauit.§ si quis sua. de bonor.possess. contra tab. sed etiam quia si nunc vellet addere, declarando quod fecit ad sui defensionem, illa confessio non diceretur
4 fuisse plena; † ex quo. Illud dicitur plenũ, quod non recipit additionem, vel diminutionem, vt per Nattam in consi. 501. nume. 54.vbi concordan.& ideo plenum dicitur compromissum, quod factum est de omnibus controuersijs. & ideo si vna intelligeretur excepta, non diceretur plenum. l. si cum dies. §. plenum. de arbi. & plena proprietas appellatur, quæ cum vsufructu coniuncta est. §. fi. Insti. de vsufru. & l.si extraneo. de vsufr. Et plenus annus dicitur, qui completus, & perfectus est; non cui aliquis dies desit. l. ad rem publicam.de mune.& honor. Et plena potestas est,quæ nulli necessitati subiecta est, nullisque iuris publici regulis limitata. dixit Bal.in l.si aquam.C.de serui.& aqua. Grã. in consi.100.nu.32 in ciui.& plenam fidẽ testatoris exhibet,qui solida,id est, sine diminutione legata persoluit.l.fi. C. ad leg. Falc.sic plena debet dici confessio, cui ni
5 hil penitus desit. † Item non diceretur fuisse mera; quia illud dicitur merum, quod est ab omni mixtura separatum, & sic simplex, vt per Aretin. in consi. 20. colum.1.versic.tertio premitto.& consilio 129.in princip. Ange.in l. si sic. de lega.1. & per Docto. in l. imperium. de iurisdi. omni.iud.& Corne.in consi.35. in princ. volum.1.quando enim confitens vult adijcere ad sui defensionem fecisse, iam constat confessionem non esse meram; quia permiscetur qualitas. quod sit factum delictum ad sui defensionem, quod videtur notandum pro positionibus quibus ex forma statuti pure, & simpliciter est respondendum.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum impedit reductionem laudi ad arbitr.um boni viri.*
2 *Læsio in laudis consideratur arbitrio iudicis.*
3 *Renunciari potest exceptioni doli.*
4 *Renunciatio nulla inueniri potest, quæ impediat reductionem ad arbitrium boni viri, data enormi læsione.*
5 *Argum. a solitis, & fieri consuetis validum est.*
6 *Laudum continens enormem læsionem reducitur ad arbitrium boni viri, non obstante iuramento, secundum communem opi.*
7 *Iuramentum, quod præstat occasionem delinquendi, non obligat.*
8 *Dolus de futuro remitti non potest.*
9 *Dolus non præsumitur committi, quando non cedit ad vtilitatem committentis.*
10 *Falsitatis suspicio cessat, vbi ex ea nullum reportatur commodum.*
11 *Æquitas ibi non est, vbi est disparitas rationis, & iudicii.*
12 *Iurans non petere reductionem ex causa enormis læsionis an illam petere possit quòd sic.*
13 *Verba potius debent censeri superflua, quàm quòd quis indebite damnum patiatur.*
14 *Ratio diuersitatis, cur iuramentum impediat rescindi contractum venditionis, etiam si contineat enormem læsionem; & tamen non impediat reductionem laudi, data enormi læsione.*
15 *Renunciari cum iuramento enormissimæ læsioni non potest, etiam per maiorem & communis opi.*
16 *Probatio in specie vincit probationem in genere.*
17 *Renunciationes, quæ fiunt de enormissima læsione, fiunt potius de consuetudine, & ad ostendendum confidentiam arbitratorum.*
18 *Dolus, resultans ex enormissima læsione, dicitur verus dolus.*
19 *Vtrum valeat conuentio inter compromittentes, quòd arbitratores possint in totum vel in parte vni dare, & alteri auferre.*
20 *Verba hæc, Videbitur, & Placebit, important arbitrium boni viri.*
21 *Dolus ex proposito si intercesserit in laudo continente enormem, vel enormissimam læsionē, facit, vt possit veniri contra, non obstante renunciatione roborata iuramento.*
22 *Renunciatio de enormissima læsione non obstat, quando laudum est nullum.*
23 *Laudum si fuit approbatum non poterit inualidari prætextu enormis, vel enormissimæ læsionis.*

PRIVILEGIVM CXXXVI.

1 Centesimum trigesimum sextum priuilegium est; † quia secundum magis communem Doctorum sententiā, iuramentum operatur, ꝙ non possit peti reductio ad arbitrium boni viri, data enormi læsione. & sic iuramētum operatur, ꝙ possit renunciari enormi læsioni, secundum Abb. in c. quintaual lis. col. 20. de iureiur. tradit Bauer. post alios in l. si quis arbitratu. de verb. obli. & in suo tracta. de virtute iuramenti. in effectu sexagesimo tertio. & Anto. de Petru. in repeti. l. 1. ver. quadragesimus effectus. num. 285. de iureiur. Et pro hac opinione facit; quia videmus, quòd qñ est læsio vltra dimidiam, quo casu dicitur enormis læsio, vt declaraui in octuagesimo tertio priuilegio, iuramentum impedit, ꝙ non possit opponi talis exceptio enormis læsionis. patet hoc in venditione, in qua venditor iurans, etiam si sit læsus vltra dimidiam, non potest venire contra contractum, l. 2. C. si aduers. vend. & ibi Bar. Bal. & Doct. communiter. in c. cum dilecti. & c. cum causam. de emptio. & venditio. & Docto. in Auct. sacramenta puberum. C. si
2 aduer. vend. fateor tamen † in laudis considerari læsionem arbitrio iudicis, vt nouissime scribit Menoch. de arbitr. lib. 2. centu. 1. casu. 73. Insuper iuramentum tollit beneficium restitutionis in integrum. l. 1. secundum verum intellectum. C. si aduers. vend. & dixi in priui. 96. ergo impedit veniri contra magnam læsionem, ob quam datur in integrum restitutio; non pro minima læsione. l. suo. de in integrum resti. ti. generali. Tertio accedat tex. in c. quamuis. de pact. in 6. vbi si mulier renunciat nihilo recepto, & iurat, non potest venire contra suam renunciationem. & ita intelligunt illum tex. ibi Ioan. And. & Gemini.

Gemini. Si ergo propter iuramentum nõ potest venire contra renunciationem, qñ est læsio in toto; multo minus poterit ve-
3 nire, quando est tantum in parte. † Vltimo ista opinio corroboratur; quia potest renunciari exceptioni doli, & ex consequenti enormi læsioni, quæ resultat ex dolo, etiam absq; iuramento: vt scribit Bar. in l. si quis cum aliter. de verbo. obliga. cuius sæpe meminit Corne. in suis consilijs, vt patet in consilio 214. colum. penul. volum. 3. consi. 179. colum. 2. & consi. 236. colum. 2. volum. 4. & alibi sæpe. Contra huiusmodi priuilegium faciunt quamplura. Et in primis ego considero, quòd Doc.
4 † dicunt nullam renunciationem inueniri posse, quæ impediat reductionem ad arbitrium boni viri, data enormi læsione l. societatem. §. arbitrorum. pro socio. Bal. in l. cum antea. & ibi Paul. de Cast. num. 5. C. de arbi. Dec. in consi. 11. colum. 6. versi. quarto, & consi. 39. colum. penul. in prin. cum multis similibus concordantijs, adductis per Anton. de Gabrie. in titu. de arbi. conclus. 3. & Menoch. de arbitr. libro secundo, centu. 1. casu. 73. Et quamuis nihil dicerent de iuramento, tamen viderentur de illo intellexisse, & cogitasse; & sic dato etiam, quòd renunciatio esset roborata iuramento, ex quo tales renunciationes sine eo fieri non solent; imo consueuit
5 semper in illis apponi: † & Validum est argumentum a fieri consuetis. lege certi condictio. §. si nummos. si cert. pet. lege secunda. de edendo. l. si quis donaturus. de vsufruct. & de illis præsumitur cogitatũ. l. quòd si nollit. §. qui assidua. de ædili. edi. l. 3. §. in commissoria. & quod ibi not. de leg. commis. Et quando intercessit iuramentum; adhuc tamen talis renunciatio non valeat, habetur per Sozi. in consi. 95. vol. 1. vbi concludit, quòd per iuramentum non impeditur reductio ad arbitriũ boni viri, data enormi læsione; quia iuramentum, sequitur naturam actus. l. fi. C. de non num. pecu. l. fi. qui satisd. cogan. vn-
6 de, † cum laudum continens enormem læsionem absq; iuramento rescindatur; debet etiam rescindi cum iuramento. & istã dicit communem opi. Ias. in l. quidam cũ filium. colum. 8. de verbo. obli. & Sozi. in consi. 220. vol. 2. & consi. 283. & consilio 299. eo. volum. Felin. in c. si diligenti. de foro comp. & in c. fi. de maio. & obed. refert Grat. lib. 1. respon. 30. colum 2. idem quoque dicit Io. And. in addi. Specul. in ti. de arbi. §. fi. ver. quid si factum sit compromissum. Oldra. consi. 156. Sozin. iun. consi. 48. colum. pen. volum. 1. Guid. Pap. quæst. 519. Corne. in consi. 177. columna fi. volum. 2. vbi dicit hanc opin. tanquam communem esse tenendam in decisiuis. & communem quoque dicit Abb. in d. c. quintauallis. de iureiur. Curt. iun. in cons. 141. nume. quinto, cum alijs adductis per Anto. de Gabrie. in ti. de arbi. conclu. 3. num. 35. & dixi etiam in priui. 83. vbi ẽt allegaui Grat. idem tenen. lib. 2. respon.
7 118. nu. 18. Et pro hac opinione facit; † q. a tale iuramentum præstaret occasionem delinquendi arbitratoribus; & ideo non obligat: vt per Doct. in d. c. quintauallis. de iureiur. Fed. de Sen. consi. 66. quod ẽt dixit Grat. in d. respon. 30. colum. 5. post nu. 37. & Guid. Pap. in dicta quæst. 519. Quinimo etiam, si concurreret vltra renunciationem hominis dispositio statuti, quo similis reductio prohiberetur, adhuc statuto, & iuramento non obstante, reductio peti posset, vt per Abb. in consi. 44. par. prima; quia in effectu arbitratores in-
8 uitarentur ad delinquendum, † & sic dolum committendum, qui remitti de futuro non potest. l. si vnus. §. illud. de pact. l. cõuenire. de pact. conuen. cum similibus. Et hinc est, quòd ius concedit patri, quòd non teneatur reddere rationem de administratione bonorum aduentitiorum. l. cũ oportet. §. non autem & l. cum non solũ §. proculdubio. C. de bonis, quæ libe. & tamen tenetur de dolosa administratione. reddere rationem, vt d. l. cum oportet. §. fi. prout etiam volunt Bar. Ange. Salyce. & Paul. de Cast. in d. §. non autem. & hoc propter dictam rationem, ne remittatur dolus futurus, & ne detur occasio delinquendi:

quendi:quod iura abhorrent, vt d.l. conuenire.& dixit Paul.de Cast.in consi. 34. colum.secunda in princ. volum. 2. quod Imperator non potest facere legem generalem, vt filius spurius posit heres instituti a patre, licet posit legitimari; quia sic contemnerentur matrimonia, & esset remittere dolum de futuro. Ista tamen ratio mihi non multum concludit; quia nõ est præsumendum malum; & ex consequenti dolus in ipsis arbitratoribus.l.quoties. §. qui dolo. de probati.l. merito. pro socio. & debemus de alijs cogitare, quod de nobis ipsis cogitaremus; præsertim cũ nullum ex laudo emolumentum sint percepturi arbitratores. facit, quod voluit Corne.consilio 217.volum.quarto, ad fi. & Craue. in consilio 8. post nume. 4. vbi
9 dicit, quòd † non præsumitur quis dolum facere circa id, quod non cadit ad sui cõmodum, nec incommodum. facit etiam in simili Corne.in consi. 188.in fi. volum. 3.vbi dicitur, quòd falsitas pro nihilo fieri non solet.quod etiam voluit Marsi.in consi.77.nume.8 & 9.Craue.consi. 75. num. 17.Rube.Alexandri.consi.15.nume. 6.& Mantu.in consilio 71.nu.17. in quibus lo-
10 cis dicunt, quòd † Falsitatis suspicio cessat, vbi nullum reportatur commodum.facit ad idem, quod scribit Bal.noue.in tra cta.dot.in 10.par.colum.6.ver.& sic ex pdictis.vbi dicitur, q dolus non præsumitur in marito confitente dotis receptionem, quãdo erat debitor in parua summa. Cum itaq; tales arbitratores non sint aliquam vtilitatem percepturi ex laudo per eos ferendo, non est præsumendum, quòd in illo versari velint: vt nuncupatim tradit Fed.de Sen.consi.125. ad fin.amplius potest laudum esse iniquum etiam. Præterea cum iste esset dolus præsumptus, resultans ex enormi læsione, dicitur posse remitti. vt dixi supra in priuileg.108.nu.11. Rursus aduertendum; quia talis ratio videtur esse contra tex. in cap. debitores. de iureiuran.vbi iuramentum de soluendis vsuris inuitat ad delinquendum recipiẽtem vsuram; quia illas soluendo facit illum peccare; & tamen tenetur seruare. In hoc tamen non facio magnum fundamentum; quia videtur posse instari in contrarium, quod imo soluens vsuras non facit recipientem peccare; sed potius aggrauare peccatum, quod iam commiserat in recipiendo promisionem de soluendis vsuris: cuius quidem promisionis executio, & consumatiò fit per illam actualem solutionem earundem vsurarum, quæ aggrauat, vel potius significat peccatum iam cõmissum, iuxta illud Iac. Apost. concupiscentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero, cum fuerit consumatum, generat mortem. Magis igitur me mouet prima rõ, q iuramentum de non petendo reductionẽ, ideo non sit seruandum; quia non comprehendit enormẽ læsionem: ex quo taliter iurans intelligitur iurare sub tacita cõdõne, quatenus. s. ęque arbitretur.l.si libertus.de operi.libert. quod ẽt voluit Dy.in c. scienti. de reg. iu.in 6.arg.l. quæro.§. inter locatorem. locati. vbi hoc quoque firmauit Bart. cum alijs allegatis per Corne.in d.consi.179. col.pen.in fi. & seq.vol.2.& habetur in d. c. quintauallis. qa aliàs arbitramentũ, continens enormẽ læsionem, non tenet sine dolo.c. hoc ẽt.1 q. 6.& c.olim el 2.in fi.de priui.scd'm Bal.in Marghari.in ver. arbiter el 1. ver.arbiter dr vir bonus: ergo nec iurm: quod intelligitur secundum eius naturam. d.l.fi.C.de non num. pecu. aliàs diceretur continere iniquitatem: qa nulla æquitas, nulla ẽt rõ suadet, eum in cuius fauorem iuratũ est, pp laudum subsecutum locupletari cum
11 iactura alterius: † vbi enim nulla est rerũ conuenientia, quæ cuncta coæquiparat, & in paribus rationibus paria iura, vel iudicia desiderat, vt habetur in l.fi. C. ad leg. Falcid.nulla potest esse æquitas: & vbi nõ sunt vniuersi pares, ibi ęquitas non est.& dixit Bal.in l.3.C.de dot. promis.q ęquitas nihil aliud est, quàm naturalis ratio. Cum itaque enormis lęsio sit contra iuris pręcepta, vt Insti. de iusti. & iur. §. iuris pręcepta. iam manifeste sequitur, nullam in huiusmodi iuramento versari ęqui-

tatem, sed potius iniquitatem; & ideo non impedire reductionem ad arbitrium boni viri. Concludo igitur, secundum prædictam opinionem, quòd iuramentum non impedit reductionem ad arbitrium boni viri, data enormi læsione, quæ pocedit sine dubio, quando simpliciter iuratū fuit non petere reductionem ad arbitriū
12 boni viri: † sed si iuratum fuit non petere reductionem etiā ex causa enormis læsionis; tunc est maius dubium, an tale iuramētum habeat impedire reductionis petitionem: nam videtur dicendū, quod sic; quia, vt supra dicebam, iuramentum impedit exceptionem enormis læsionis, seu eius allegationem. d. l. 2. C. de rescin. vend. itē cessare videtur illa tacita conditio, quatenus laudū seu arbitramentum sit æquum, ex quo per talem renunciationem videtur data potestas inique laudandi, & sic lædendi vltra dimidiam; & dolus, vel læsio non infertur volenti, & consentienti. l. 1. §. vsque adeo. de iniur. & cap. scienti. de reg. iur. in 7. Sed ego contrarium puto verius, quamuis ex his, quæ communiter scribunt Docto. in d. l. 2. & in Aauthen. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. videatur aliter dicēdum. moueor, quia quāuis per talem renunciationem videar dare facultatem arbitratoribus lædendi vltra dimidiam: non tamen intelligor velle, qđ actu ipso lædant; qa est argumentari de voluntate potentiæ ad voluntatem actûs, contra regulam. l. neque natales. C. de probat. l. penul. C. vnde legi. l. non hoc C. vnde cogna. & cap. in præsentia. de probat. cum similibus. Et ex hoc patet non obstare, dum dicitur, quòd volenti, & cōsentienti non infertur dolus, vel deceptio de quo etiam in l. cum donationis. C. de transf. & in l. 1. in fi. & ibi Bal. ff. acti. empt. & vend. quia licet renuncians velint, ꝙ arbitrator posit lędere; non tñ vult, quod lædat. Præterea dr̄, quòd ēt volētibus pōt inferri deceptio, vel dolus qñ quis calliditate seductus, & sollicitatus est ad aliqd agendū. l. 3. §. si quis volentē. ver. sed si volens. de lib. homi. exhi. & l. 1. §. secūdo. ibi Persuadere. de seruo corrupt. & tradit per hæc iura Rui. in cons. 98. col. 11. in prin. & cons. 170. nu. 19. vol. 1. vnde posset contingere, ꝙ compromittentes fuerint sollicitati, & seducti ad compromittendū libere, & cum renunciationibus, persuadendo eis de laudo ferendo ita, ꝙ esset placiturum; & quod tali spe ducti compromiserint sub eorum confidentia cum prædicta renunciatione: quod ego sæpe de facto fieri obseruaui. Et si dixeris, ꝙ talis renūciatio
13 nihil operabit, rn̄deo, † ꝙ non incōuenit aliquando, ꝙ verba sint potius superflua, quam ꝙ quis indebite damnū patiatur, vt p Gozad. in cons. 88. col. 2. ad fin. Gomes. Insti. de acti. in prin. col. 3. in fi. nu. 10. facit, quod voluit Corn. in con. 11. vbi dr̄, quòd quando agitur de magno præiudicio verba potius tolerantur esse superflua, quam quòd correctionem inducāt; cum aliàs sit secus, iuxta tradita in Authen. Diaconissa
14 C. de epis. & cleri. † Non obstat, quòd iurm̄ impedit allegationem enormis lęsionis; quia respondeo, ꝙ procedit, quando enormis lęsio contingit facto proprio ipsius iurantis, vt quia scit rem valere; & tamen vult vendere pro prètio citra dimidiam: nam in tali casu ei subueniri non debet. argum. l. damnum. de regul. iur. & ca. imputari. de regulis iuris, in sexto; secus, quando facto alterius contingit, vt in casu nostro; in quo facto laudantium læsio causatur: quod fieri non debet; argum. l. non
15 dēt. de regulis iuris. † Ex hac determinatione resultat clarior, & probabilior sententia Doctorum, existimantium non posse renunciari, etiam cum iuramento, enormissimæ læsioni: prout voluit Grat. lib. secundo, respon. 24. Aufr. decis. Tholos. 367. Dec. in consil. 31. nume. 2. consil. 38. consil. 139. 176. 180. 181. 183. 203. 216. 479. 551. & alibi sæpe. Ant. But. consi. 24. colum. 3. in fin. & consi. 45. circa fin. Curt. iuni. consil. 141. Craue. consil. 142. nume. 23. vbi dicit procedere etiam in maioribus; qa nec ipsi medio iuramēto possunt renūciare enormissimę læsioni. &c. ista est communis opi. vt inquit Curt. iun

in conſ. 79. & concordantes adducit Pedem.deciſ.33.& deciſ.41. nu.2.& Anto. de Gabrie.in tit.de iure dot.concluſ.1.nume.8.& 9.vbi loquitur in filia renunciante bonis paternis,& in minore contrahente; quia etiam ſi iurauerint, poſſunt contra proprium iuramentum venire, ſtante enormiſsima læſione. Nec obſtat,quòd plures Doctores relati per eum tenent oppoſitum; quia ad hoc reſpondet idem de Gabrie.in ti.de arbit. concluſ.3. poſt. numerũ 39 concordando opiniones Doctorum; ꝙ opinio Doctorum dicentium poſſe cum iuramento renunciari ſpecifice enormiſsimæ læſioni;puta dicendo,Et iuro non contrauenire etiam ratione enormiſsimæ læſionis; intelligatur, & procedat eo caſu;quo per veras probationes ꝓbaretur, & conſtaret, ꝙ dolus ex propoſito non interceſsit: q̃ probatio tollit illam præſumptionem,quæ reſultabat & oriebatur ex illa enormiſsima læſione, & ideo probatione facta,quòd non interceſsit,ſequitur,quod renunciatio valuerit,quia p̃ſumptio cedit veritati. l. fi. in princ.quod met.cau.l.nuptura.in fi.de iure dot.& c.is,
16 qui fidem.de ſponſa. cum ſimili.† & alibi habetur,ꝙ probatio in ſpecie,ꝓut eſt, qñ probatur ſpecifice dolum ex ꝓpoſito non interceſsiſſe,vincit probationẽ in genere, vt per Alex.in l.ob carmẽ.in addi.ad Bar. de teſti.Gram.conſ.140.col. pen. nu.6.in ciui. Quòd aũt ex illa enormiſsima læſione reſultet præſumptio doli ex propoſito, voluit Bal.in conſ.280.volu.1.imo idem Bal.in conſ.213.eo.vol. dixit, ꝙ cenſetur dolus ipſo iure ꝓbatus.Ego vero circa p̃dicta aduertendum puto;q̃a talis concordia,& intelligentia nõ vr̃ vllo modo poſſe ſubſiſtere; quia dato, ꝙ in inſtrumento reperiatur in ſpecie,& expreſſe renunciatum enormiſsimæ læſioni cum iuramẽ
17 to;ideo tamen valere non debet, † quia cenſetur renũciatum ſeu dictum in inſtr̃o potius de conſuetudine, & ſtylo notariorum,quàm quòd partes compromittentes intellexerint,quid egerint, vt per Barto. in l.ſi de certa.C.de tranſact.& ideo talis clauſula nihil operatur, ſecũdum Abb. & Doct.in c.cum contingat.de iureiuran. in ver.nonus caſus.& ſequitur Grat. libro 2. reſpon.112.colum. 3. nume.19. Et dato, quòd hoc non eſſet verum, poteſt dici,ꝙ talia verba renunciationis de enormiſsima læſione proferuntur a partibus in compromiſſo ad oſtendendum confidentiam, quæ habetur in ipſis laudare debentibus, & vt captent ipſorum beneuolentiam;nõ autẽ, quòd velint enormiſsime lædi, vt ſupra in præcedenti concluſione dicebam. ideo non debent ita late intelligi, prout verba ſonant; quia de verbis facile ſeruitur.& ita voluit Butri.in d.c.quintauallis. de iureiur. Si ergo reperiuntur decepti ſub hac confidentia, æquum eſt eiſdem ſubueniri,argum. c. quanto. & c.veniens. de iureiur. quinimo talis renunciatio videtur in ſe arguere fraudem, per ea quæ dixit Barba.in conſi. 27.col.3.inter conſil.Calca.vbi dicitur,quòd renunciatio facta exceptioni dupli,tripli,vel quadrupli, quæ in effectu importat enormiſsimam lęſionem,arguit fraudem in contractu.& ſic non videtur vera opin. volentium, quod poſsit renunciari expreſſe enormiſsimæ læſioni: & dato, quod poſſet procedere, non ſuffragaretur intelligentia Anto. de Gabrie. nam quamuis probaretur abfuiſſe dolum ex propoſito;tamen adhuc remaneret dolus re ipſa,qui quantum ad inualidandum actum ipſo iure idem operatur, quod dolus ex propoſito, vt late dixi in priuil.83.Nec obſtat, quod dolo præſumpto poteſt renunciari, vt ſupra dicebam;
18 † quia iſte non eſt dolus præſumptus,ſed verus; quia ipſa læſio enormis, vel enormiſsima dolus eſt, vt dicit Bald. relatus per Gramm.in conſi.128. poſt nume.3.in ciuili. Præterea dato, quod eſſet dolus præſumptus, tamen poſſet procedere, quando dolus præſumeretur aliter, quàm per enormem læſionem, veluti per omiſſionem ſollemnitatis non adhibitæ, iuxta Glo. in l. penul. C. de fide inſtrumen. & iur. haſt. fiſ. lib. 10. & tradita per Roma.in conſi. 54. nume. 4. Barba. conſi.6.

volum.4. & consil. 14.volum.2. quia talis dolus non est ita præiudicialis, sicut quando resultat ex enormissima læsione, vt de se patet: vel etiā dato, quòd procederet in dolo præsumpto ex enormi, vel enormissima læsione; deberet intelligi de dolo resultāte ex enormi læsione, facto proprio causata, vt in terminis. l. 2. C. de rescind. vend. non ex læsione causata facto alterius vt supra dicebam. Ex his omnibus concludo non posse renunciari non solū enormissimæ læsioni, secundum magis communem opinionem; sed nec etiam enormi, secundum opinionem, quam supra tenui.
19 Sed hic quæro, † an valeat cōuentio inter compromittentes, quod arbitratores possint vni auferre, & dare alteri in parte, vel in totum, vel in magna parte, sicut ipsis videbitur, & placebit, ita, vt non possit peti reductio ad arbitrium boni viri. Et ista quæstio differt a præcedenti conclusione, vt infra patebit. & circa eam Bal. in sua Marghari. in ver. arbiter el 2. in primo ver. dicit, quòd sic: & ꝙ non poterit peti reductio, quamuis alter ex compromittentibus fuerit multum læsus. idem & latius prosequendo concludit Corne. in consi. 9. columna tertia volum. 1. & latissime in consi. 221. colum. 3. cum pluribus sequen. volum. 2. vbi vult procedere, etiam si fuerit secuta enormissima læsio. nec peti poterit absolutio a iuramēto; sed standum erit tali arbitramento; quia sic partes conuenerunt. Nec obstat, si dicatur, quòd stante enormissima læsione, censetur dolus ex proposito, argum. l. omnes. §. Lucius. quę in fraud. cred. & l. si quis cum aliter. de verb. obl. vt sæpe diximus. & dolus ex proposito futurus remitti non potest; quia esset contra bonos mores; quia idem Corne. respondet, quòd cum partes permiserint arbitratoribus, quod hoc facere possent, videlicet, vni dare, & alteri auferre in parte; vel in toto, non censentur dolose arbitrari; ex quo dolus non infertur volenti d. l. cum donationis. C. de transf. & c. scienti. de reg. iu. in sexto. & in omnem euentum poterit agi actione de dolo, ad interesse. per l. 1. & totum titu. de dolo. Nec etiam obstat, quòd enormissimę lęsioni renunciari non possit, vt supra conclusum fuit, quia pro responsione animaduertendum est, secundum eundem Corn. quòd est maxima differentia inter renunciationem de enormissima læsione, & inter concessionem amplissime datam arbitratoribus de tollendo vni, & dando alteri in parte, vel in toto; quia in primo casu arbitri non habent hoc ex cōsensu expresso ipsarum partium de tollendo vni, & dando alteri, enormissime lædendo: secus in secundo casu, quia hoc habent ex expressa partium concessione. & ideo in primo sunt censendi magis de facili dolosi quam in secundo; quia stant ista simul, quòd partes compromittentes non concedant arbitratoribus, ꝙ aliquid auferant de iure vnius; & tamen promittant non petere reductionem, etiā ex causa enormissimæ læsionis, de ea, scilicet, renunciatione latissime loquendo. & in hoc ista quęstio, vt supra admonui, differt a pręcedenti. Ex dictis igitur Corne. colligitur, quod quando est renunciatum enormissimę lęsioni, & arbitratores enormissme lęserint, censetur dolus ex proposito; secus, quando est data expressa potestas in totum auferendi vni, & dandi alteri; quia non pręsumitur dolus, ex quo ita partes voluerunt. Cogita tamen circa istam differentiam; quia in effectu videtur potius consistere in verbis, quàm in ipsa re; ex quo renūciantes expresse enormissimę lęsioni, in consequentiam cēsentur dedisse facultatem auferendi vni in totum, & dare alteri, sine quo enormissima lęsio consistere non potest: qui enim vult vnum antecedens, vult etiam necessarium consequens, l. 2. de iurisd. omni. iud. Sozi. in consi. 134. colum. 4. volum. 1. & Aret. in consi. 156. colu. 9. & ideo dicitur, quod si iudex pronunciauit Titium commisisse furtū ex hoc, censetur eū condemnasse ad pœnam furti, in statuto cōtentam, vt refert Crauet. in cons. 79. nu. 4. vbi etiam plura similia. Pręterea illa deci

ſio Corn.in d.conſilio 211.deprehenditur
manifeſte minus iuri conſona; quia illa
verba in toto,vel in parte,determinantur
per illa verba, Sicut videbitur, & place-
bit dictis arbitratoribus; quæ verba fue-
runt appoſita in compromiſſo, prout ipſe
20 Corne. dicit: † ſed illa verba important
arbitriũ boni viri: vt de verbo, Placebit,
patet per Bart. in l. Lucius Titius per il-
lum tex.& in l. Tahis.§.ſorore. de ſtatu li.
in l.cum proponas. C. eo. in l.ſi quis arbi-
tratu.de verbor.obl.& in l.ſi ſic.de lega.1.
Bal.in l.volũtas. C. de fideic.Rom.in rub.
de arbi. Abb. in conſi.4.in 2. parte. & de
verbo, Videbitur, habetur per Aret.in cõ
ſilio 94.col.1.in fi. Affli.deciſ.91.nu.4.&
deciſ.371.& Corn.in conſ.239.col.2.vo-
lum.3. Ergo ita demum arbitratores poſ-
ſunt dare, & concedere de iure alterius
in toto, vel in parte, vigore arbitrij ipſis
conceſsi, quatenus æquitati,& iuri conue
niat, ita faciendi ex qualitate negotij,re-
rum,& perſonarum:aliàs ſecus, quia hoc
nunquam bonus vir arbitraretur; & quia
Arbitriũ boni viri debet regulari ratio-
ne;non voluntate, l. fideicommiſſa.§.quã-
quam. de lega. 2.& per Bar.in d.l.ſocieta-
tem.§.arbitrorum. pro ſocio.& cap. quin-
tauallis.cum ibi notatis.de iureiur. ita de-
mum poſſunt vni auferre,& dare alteri,ſi
ſubſit iuſta cauſa faciendi ita, vt ſupra di-
ctum fuit. & in quacunq; lata, & libera
poteſtate cenſetur exceptus dolus futurus,
vt per Bar. in l. procurator cui libera. de
procur.in l. Aurelius §. Caius. de libe.le-
gat.in l.alio.de alim. & cib. leg. & in l. fi-
lius.de donati. vbi propterea dicit,q; non
poterit fieri iniquum. & ita etiam poſtea
reperi ſentire Summam Ang. in ver. Ar-
biter.§.10. Præſuppoſita tamẽ opi. Cornei
pro vera, & ſimiliter opinione illorum,
qui dicunt renunciari poſſe enormiſsimæ
21 læſioni,& multo magis enormi; † limita-
tur non procedere, quando vere interceſ-
ſit fraus, vel dolus partis ex propoſito in
lædendo; quia talis dolus ex propoſito,
tanquam dans cauſam laudo, reddit ip-
ſum laudum ſeu arbitramentum ipſo iure
nullum,aut ſaltem elidit ꝑ actionem, vel
exceptionem doli.l.dolo. C.de inutilibus
ſtipula.& ſemper in tali caſu reductio pe-
ti poteſt, vt concludunt Docto. in ſupradi
ctis locis,& habetur per Grat. lib. 2. reſp.
24.& Ant.de Gabrie. in ti. de arbi. con-
cluſ.3.nu.39.& ibi concordantiæ.
22 Secundo limi.† vt procedat, dummo-
do laudum ſit latum intra fines compro-
miſsi. & ſic dummodo laudum valeat, vt
late conſulendo concludit Corne.in con-
ſi.168.circa fi.vol.1.
23 Tertio † limi. vt non poſsit dici de ini
quitate laudi, quando partes illud appro-
bauerunt.l.ad ſolutionem. C. de re iudi.l.
pen. C. de arb. quia quod ſemel placuit,
amplius diſplicere non poteſt. l.ſi quis te-
ſtibus. C.de teſti.& c. quod ſemel. de reg.
iur. in 6. & ita in terminis tradit limitan-
do prædicta Corne.in conſi.82. colum.3.
vol.1. de veritate tamen huius limi. dicã
infra priui.142.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo etiam indiſcreta excuſat a pœna, & quomodo intelligatur infra nu.8.*
2 *Conſuetudo excuſat a pœna vſurarum.*
3 *Conſuetudo excuſat notarium a pœna falſi.*
4 *Conſuetudo excuſat ab homicidio.*
5 *Conſuetudo peierandi non excuſat a pœna.*
6 *Periurium eſt grauius delictum homicidio.*
7 *Pœna debet commenſurari delicto.*

PRIVILEGIVM CXXXVII.

CEnteſimum trigeſimum ſe-
ptimum priuilegium eſt:
1 nam tu ſcis, † quod conſue
tudo, etiam ſi ſit indiſcre-
ta, & irrationabilis, excu-
ſat a pœna; vt per Anchar. in conſi. 284.
Roman.in ſingula.19. Corne.in conſi.88.
col.2.vol.4.& Gramma.deciſ.58. Et ideo
2 dicitur, † quòd conſuetudo excuſat ab
vſuris; ſi ita in loco conſuetum eſt, quòd
fieri ſoleant, vt late per Crauet. in con-

filio 6.nu.78.& nu.103. Grat.lib. 2. resp. 39 nu.4.& resp. 49.nu.12. & Natta in ɔſ.
3 498.nu.24. † Et similiter consuetudo excusat notarium a falso, vt per Host. Anto. But. & Io.And.in c.2.de fide instrum.sequitur Bal.in c.1.de cogn.feud.& in l.vnica.C.de confes. Alex. in cons. 70.nu.3.& consi.132.vol.1.Ias. in l.1.quod quisq.iu. & in l.singularia.nu.48. si cert.peta.vbi dicit, ꝙ in contingentia facti defendit notarium a falso, qui dixerat in instrumento Numerauit, &c. ex quo de consuetudine notariorum erat illud verbum consuetũ apponi; licet pecunia non esset præsens.
4 † Et consuetudo excusat ab homicidio: vt quando quis alium pugillo interficit ludendo, si ita consuetum sit in loco pugillis ludi: prout hic Senis fieri solet. de quo habetur per Cæpo. in consi.30. & consi. 31. col.5.& per Grat.libro 2.respon. 3 num. decimo. & libro 1.respon.31.nu.38.sicut enim illi qui facit, quod alij passim faciunt, culpa non imputatur.l. quid sit fugitiuus.§.apud Labeonem. de ędili. edi.l.3. in prin.ad Macedo.l.cum duobus. §. quidam.pro socio.ad fi.Corne. in consi.131. col.2.ver. quod etiam demonstratur. vol. 2. ita conuenit illum a pœna excusare, qui facit, quod alij facere solent. Et quòd consuetudo excuset a pœna, est Gl.nota.licet vulgata, in c.cum venerabilis.in Glo.1.in fi. de cõsuetud. & Gram. consi.60.nu.2.in ciui.cum alijs supra allegatis: nam consuetudo illicitum actum licitum censeri facit. traditur per Bald. in l. hac edictali §. illud. de secund. nupt. sequit̃ Grat.lib. 2. resp.11.nu. 7. † Tamen tanta est vis iuramenti, quòd si esset in loco cõsuetũdo peierandi, & sic non obseruandi iuramentum in aliquo casu; non propterea talis cõsuetudo excusaret peierantem a pęna periurij.c.scisma.24.q.1. & põt huius rei ratio assignari; quia periurium est grauissi-
6 mum delictũ: † sunt enim, qui putant grauius esse homicidio, secundum sanctum Thomã in Quolibet.1.q.art.9. & patet ex maioritate pœnę, q̃ grauior ac maior imponitur ꝓ periurio, quã ꝓ homicidio spõte cõmisso.c.prædicandum. 12. q. 2.certũ est autem, ꝙ Vbi maior pœna imponitur, ibi maius dr̃ esse delictum; quia regula
7 est, † ꝙ Pœna debet cõmensurari delicto. Auct. oẽs peregrini. C. cõia de successi. Mars.cons.6.in fi. & cons.10.Quinimo ex quo peierãs vr̃ denegare nomẽ Dei, dr̃, ꝙ tenet secundum locum post idolatriam: vt legitur in Summa Tabie. in ver. periurium num.5. sunt tamen, qui tenent imo grauius esse homicidium: ꝓut tenet post Ricar. ab ea allegatum, Summa Angel. in ver.periurium.§.8.istæ tamen opin.possunt concordari ex his, quæ dicit Antoninus ĩ sua sũma. par.2.ti.10.c.7.§.3.vbi dr̃, ꝙ periurium est grauius, quo ad Deum; homicidium vero, quo ad hominem; quia grauius nocumentum affert. Et ideo verior, & probabilior est ratio; quia cũ periurium sit quid spirituale afficiens animã, non potest consuetudo quidquam operari circa illud, argumen.l.minor autem.de minor. & cap. cum inferior. de maio. & obedi & pro hac opin.& sic pro huiusmodi priuilegio, facit; quod in simili pro singulari nobis tradidit Gerard. in singula. suo 83.ad fi. vbi voluit, ꝙ stante consuetudine blasphemandi in loco quis non excusabitur a pœna. sequitur hoc etiã Grãma.in cons.50.nu.4. & seq.& hoc in casu, & terminis nostris potest confirmari; quia talis regula, ꝙ consuetudo habeat quem excusare a pœna, non comprehendit causam iuramenti, seu periurij causati ex illius inobseruantia, iuxta ea, quæ diximus in priuilegio. 22. quatenus ibi diximus, quòd dispositio generalis non cõprehendit actum iuratum. Non omitto tamen, quòd Innocen.in c.sane. de offic. delega. quem sequitur Bald.in l. de quibus. de legi. dicebat, quòd licet consuetudo excuset a pęna, vt supra dictum est; tamen hoc debet intelligi esse verum in his, quæ non sunt de se mala. & ideo cum periuriũ sit per se grauissimũ malũ, consuetudo peierandi non habet excusare. Sed certe istud dictum Inno. videtur confundi per supradicta: nã quando Doctores dicunt, ꝙ cõ-

suetudo;

suetudo, etiam indiscreta, excusat a pœna loquũtur in his, quæ sunt de se mala; vt patet in vsuris, in homicidio, & similibus. & tñ volunt quem excusari a pœna. & ideo tenenda est ratio præcedens per nos assignata. Cõtra huiusmodi priuilegiũ tenet Ro. in cons. 466. vbi dr̃, ꝙ peierans ꝑpter consuetudinem excusatur a pœna temporali; licet non a gehennali. allegat Gl. in d. c. cum venerabilis. de consuetu. & Gl. in c. denique 4. disti. Et illam Glos. Doctores cõiter sequũtur. prout ipse dicit; nõ enim potest consuetudo excusare a pœna in foro pœnitentiæ, vt per Abb. & alios in d. c. cum venerabilis. & Grat. lib. 2. resp. 3. nu. 11. sed solum a temporali pœna, quæ est sub potestate inducentium consuetudinẽ. Et ex hoc videtur posse dici, quòd consuetudo nihil disponat super iuramento, vel periurio; sed solum circa pœnã ipsius periurij ꝑp consuetudinẽ: quæ pœna est mere tẽporalis. Et ideo vr̃ Ro. opinio esse de iure verior, & n ostrũ priuilegiũ minus iuridicum. cõtra qđ ẽt facere satis videtur illud, quod voluit Ias. in l. 3. §. iurari. col. 4. & sequen. de iureiu. & sequitur Bellon. in consi. 69. num. 6. vbi dr̃, quòd in blasphemante, stante cõsuetudine blasphemandi, hẽt locum pœna extraordinaria; non autẽ ordinaria. & sic in blasphemia, quæ est q̄d spirituale illaqueãs animam, cõsuetudo excusat a pœna, scilicet ordinaria: ergo no-
8 strum priuilerium non est verum: † nam quod dicitur consuetudinem excusare a pœna, intelligitur de ordinaria; non autẽ de extraordinaria, qua puniendi sunt, ne impuniti omnino glorientur in eorum delictis. Nec obstat, quòd non est culpa imputanda ei, qui facit, quod alij passim faciunt, vt supra dicebamus; & sine culpa non est aliquis puniendus; quia procedit in his quæ de se non sunt de genere malorum. & in his terminis loquuntur iura superius allegata, & Corne. in d. consi. 132. volumine secundo. & in consil. 108. volumine primo. & rursus in consil. 28. volu. tertio; secus est in his, quæ sunt de se mala, vt vsuram facere, homicidium committere, & id genus similia; quia cum sint de se mala, fieri nõ debent; & si fiant, faciẽtes culpa non carent, licet quodammodo excusentur propter consuetudinem a pœna ordinaria, vt supra dictum fuit. Ex his, quæ hactenus diximus, facile colligitur nõ esse verum nostrum priuilegium. Ego tamen contrarium concludo, & dico, quòd immo in periurio quis non excusabitur a pœna illius propter consuetudinẽ; quia consuetudo nihil potest super spiritualibus, & concernentibus animam. Nec me mouit, quòd consuetudo disponit solum; quo ad pœnam temporalem, quæ potest esse subiecta consuetudini; quia respõdeo, quòd disponendo de pœna in necessariũ antecedens disponit super periurio, vt nõ ita videatur graue delictum propter existentem consuetudinem in peierãdo, sicut esset absque ea. & hoc iudicare, vel determinare, nullo modo pertinet ad sæculares. cap. decernimus. de iudic. & dixi in priuileg. 24. & facit etiam tex. in capit. gemma. cum ibi nota. de sponsali. Possent tamen istæ opiniones concordari, considerando circa iuramentum dupliciter accipi posse periurium. primo prout periurium est quædam inobseruantia iuramenti, sicut in iuramento promissorio; vel est quędam falsa assertio prout contingit in iuramento assertorio: quod periurium consideratur a iure ciuili. cuius causa imponit multas pœnas: vt de periurio promissorio est tex. cum ibi nota tis, in l. si quis maior. C. de trãsact. & de iuramento assertorio, quale est iuramentum testis, loquitur tex. in l. eos. de falsi. in l. 1. eod. ti. Et circa istum periurium, quia est quædã macula cõsiderata a iure ciuili, põt per ipsum disponi pro libito voluntatis conditorum. alio modo consideratur periurium, prout est offensio in Deum, cuius nomen peierãdo videtur negari, vt supra dicebamus. & sic est peccatum afficiẽs animam peierantis, vt in tali casu. ita considerando periurium prout vere considerat ius canonicum, laici per eorum statuta, vel consuetudines, nihil possunt dispo-

nere: ſed pœna ſemper eſt eadem, nec per conſuetudinem peierandi immutatur. & in his terminis procedit priuilegium noſtrum, cum ſecundum primam conſiderationem debeat intelligi opinio Romani in d. conſi. 466. cogita tamen.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit ſponſalia de futuro tranſire in matrimonium, ſi ſponſa fuerit traducta ad domum.*

2 *Iuramentum præſtitum à ſponſo de matrimonio contrahendo, compellit illum contrahere.*

PRIVILEGIVM CXXXVIII.

Enteſimum trigeſimum octauum priuilegium eſt; † quia
1 iuramentum operatur in ſpōſalibus de futuro, quod ſi ſponſa fuerit traducta ad domum ſponſi, intelligatur ſtatim contractum matrimonium; vt per Anton. de Petruc. in repeti. l. 1. nume. 292. de iureiuran. licet aliud ſit abſque iuramento, vt ibi per eum. Sed quia iſtud priuilegium eſt hodie nullius vtilitatis, ſiue penitus ſublatum propter conſtitutionem Concilij Tridentini, ſeſsione 24. capit. 1. vbi certa forma præſcribitur, obſeruanda in matrimonio contrahendo; ideo ſuper eo nihil dicendum videtur, ex quo locum habere non poteſt: nec taliter poteſt matrimonium contrahi dicta conſtitutione
2 expreſſe prohibente. † Poſſet tamen in caſu iſto iuramentum operari alium effectum, & ſic habere aliud priuilegium; quia ſponſo nolente contrahere, ſeu perducere ad effectum matrimonium abſq; legitima cauſa, poſſet compelli per iudicem eccleſiaſticum ad obſeruantiam iuramenti; & conſequenter ad contrahendum matrimonium, iuxta formam d. cap. Trident. vt per Abb. in cap. de illis. el. 1. num. 4. de deſponſ. impub.

SVMMARIVM.

1 *Multa facta tenent, quæ ab initio fieri prohibentur.*

2 *Captura perſonæ non retractatur, etiam ſi non rite facta ſit, quando eſſet de nouo facienda.*

3 *Iuramentum præſtitum per metum reuocatur.*

PRIVILEGIVM CXXXIX.

Enteſimum trigeſimum nonum priuilegium eſt: nam tu ſcis vulgatū illud dictū,
1 † quod Multa facta tenent; quæ ab initio fieri prohibē tur, l. patre furioſo. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. cap. ad apoſtolicam. de regul. & late per Marſi. in conſi. 19. nu. 7. vbi multis exemplis hanc regulam exornat. Et Natta in conſi. 523. col. 1. Et ideo ſi creditor meus coegit me per metum, vt ſoluerem ſibi illud, quod debebam, licet hoc minime fieri debuiſſet: tamen, quia facta eſt ſolutio, non reuocatur, l. fin. §. fin. quod
2 met. cauſ. † Sic dicimus, quod executio in perſonam, non rite facta, non reuocatur, quando de debito conſtat, vt per multa ſimilia probat Cott. in ſuis memoralibus. in ver. creditor faciens. & Craue. conſ. 46. nume. 7. & conſ. 65. col. 2. in fin. & ſequen. vbi etiam dicit, quod tenuta minus recte facta, non retractatur, quando ſi conceſſa non eſſet, denuo tamen eſſet concedenda. Ange. & Alexan. in l. ſi finita. de damno infect. cum ſimilibus præallegatis. Tamen
3 † ſi promiſi tibi medio iuramento roborare promiſsionem iam factam; & deinde me per metum iurare feciſti, reuocabitur tale iuramentum, petita per me abſolutione, ita dixit Ioan. Andr. in c. ad noſtram. de iureiuran. quia illa coactio ſiue metus videtur eſſe iuſta cauſa abſoluendi; & qa Superior debet auferre occaſionem peierandi. l. 2. C. de indiuidui. tolle. ita no. Ro. in ſingula. 511. incipien. Iurat quis metu. refert ac ſequitur Anto. de Petruc. in

repeti.

repeti.l.1.ver.quadregesimus octauus. nu. 296.de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non probando debitum, nisi per instrumentum, non valet.*

2 *Statutũ non valet, quod debitum non probetur, nisi per instrumentum.*

3 *Probationi facienda per testes an renunciari possit.*

PRIVILEGIVM CXL.

1 Centesimum, & quadragesimum priuilegium est: nam tu † non ignoras, quod non valet conuẽtio, seu pactum de probando solum debitum per instrumentum, aut aliã auctẽticã scripturam: & sic, quod non possit probari per testes, vt per Bar.& Docto. in Auten. iubemus.colum. 2. C. de iudi. Glo. in Auctent. vt sine prohibiti. mat. §. quia vero multam. in versi. senatusconsult. circa med. quam sequitur Imol. in cap. si diligenti. colum.3.de for. compet.cum alijs adductis per Felin.in cap. 2.colum. penul. ad fin. versic. decimo intellige.de probat.
2 vbi testatur de communi. † & idem videmus in statuto, quo si cauetur, ne debitum probari possit aliter, quam per instrumentum; tamen poterit probari testibus, vt per Marsil. in singul.126.& singul. 127. Et est ratio, quia testium vsus necessarius, & pro communi vtilitate introductus. l.1.§.fi.de testi.& dixi supra in
3 priuilegio.129.nu.7.† & ideo probationi faciendæ per testes renunciari non potest; quia introducta est ob publicã vtilitatem. l.fin.& ibi Bal.si cert. pet. Calca. consi.77. col.penul num.19.tamen si in huiusmodi conuentione seu pacto interpositum fuerit iuramentum, substinebitur; quia iuramẽtum ipsum potest sine dispendio salutis æternæ seruari, secundum Specul.in titu. de proba.§.fi.ver.quid si debitor. Imol. & Felin.in d.cap.2. de probat.Alex.in consi. 102.vol.5.& idem tenet hoc priuilegium ponendo, Anto.de Petru.in repet.l.1.ver. quadragesimus nonus.nu.297. de iureiur. Et ratio est; quia non est contra vtilitatem publicam principaliter, sed secundario, vt ibi Felin. inquit nunc proxime allegatus. Tu autẽ aduerte; quia istud priuilegium videtur dubitabile: nam ratio Feli. non vr̃ vera, per ea quę diximus supra in priuileg.129.post nu.7.vbi dicitur, ꝙ testium vsus videtur non solum de iure publico introductus, sed etiam de iure diuino: quo iure in ore duorũ, vel trium stat omne verbum. Et sic videtur, quod quantum ad probandum solutionẽ debiti per duos, vel tres testes, sit introductum non solum de iure ciuili ob publicam vtilitatem, sed etiam de iure diuino, cui renunciari non potest etiam cum iuramento. Præterea dato, quòd principaliter hoc introductum esset fauore priuato; quia tamen in hoc quoque agitur de interesse publico, licet secundario, tamen inseparabiliter, renunciari non potest. Gl.in d.Auctẽ.vt sine prohibi. ma.§.quia vero. in ver.sanatuscõsulto.& Gozad.in consi.88.colum.pen.in fi.& sequen.ꝑ tex.in l.quos prohibet.de postu.quòd autem agatur in tali casu de vtilitate publica, inseparabiliter, licet non principaliter, patet; quia publice interest, vt veritas patefiat, & veniat ad lucem, & quia sæpe homines cum aliena iactura locupletarentur, quod est contra naturalem æquitatem. & propterea videretur, quòd etiam in isto casu potest probatio fieri ꝑ præsumptionem, secundum Bal.in l.1 col. 7.ver.quæro, quid si statutum. C de fideicomm.quem sequitur Dec.in rubr. de ꝓbat col.17.& in consi.54.col. fi.in prin.& Ias.in l.1.C.de milit.testam. Sed dici põt defendendo priuilegium, quòd aut loquimur de sollemnitate numeri testium; & tunc quantum ad numerum duorum, vel trium, dicitur esse de iure diuino; quia in ore duorum, vel trium, &c.quantum vero ad maiorem numerum, dicitur esse introductus a iure ciuili; veluti septem testes in testamentis.l.hac consultissima. C. de testam.& Insti.eo.in prin. ver. sed cũ paulatim.

tim. item numerus quinque testiũ, vt in Codicillis.l.fi.§.fi.C. de codi. & Instit.de fideicommis.hæred.§.& quia prima. item in donatione causa mortis, vt l.fi.C.de dona.caus.mort. & ista solemnitas numeri testium, vt, scilicet; in quibusdam plures requirantur; in quibusdam vero pauciores sufficiant, est introducta, vt dixi, à iure ciuili ad fraudes euitandas, iusta causa existente; quia fraudes fiebant, vt innuit Imper. Inst. de testam. in fine principij, & de fideicomm.hæred. in fi. princ. & huic solemnitati numeri testium non potest renunciari; quia semper agitur de interesse publico principaliter. Aut loquimur de vsu ipsorum testium: & iste est introductus ob necessitatem hominum, vt possint eorum negotia probare per eos, qui interfuerunt. & procedit nostrum priuilegium; quia in hoc non agitur de interesse publico, cum possit fraus non fieri. cogitabis tamen.

SUMMARIUM.

1 *Verba sunt intelligenda secundum mentem proferentis.*
2 *Verba in iuramento intelliguntur secundum mentem deferentis.*
3 *Iuramentum interpretatur per iudicem.*
4 *Iuramentum in foro conscientiæ intelligitur secundum mentem iurantis.*
5 *Iuramentum generale interpretatur, vt minus obliget, quàm sit possibile.*

PRIVILEGIUM CXLI.

Centesimum quadragesimũ primum priuilegium est; quia tu scis regulam esse, quod
1 † Verba sunt intelligenda secundum mentem proferentis, seu loquentis.l. non aliter. de legat. 3. Aucten. præterea. C. de liber. præteri. c. intelligentia. de verb. signifi. c. secundo requiris. de appe. & hinc dicimus, quod verba contra stipulantem sunt interpretanda.l. quidquid astringende. de verbo. obli. & Corne. in consi. 279. col. fi. vol. 4. quia in dubio sunt intelligenda secundum mentem promissoris. l. qui ex pluribus. & l. stipulatio ista. §. eum qui. eo. ti. & §. si de alia. vbi Glo. fina. Insti. de inutil. stipu. & procedit etiam in verbis enũciatiuis. & ideo, si quis dicat debitori, Confiteor te non teneri mihi, inducit liberationem ex voluntate proferentis. l. tale pactum. de pact.
2 † Verumtamen in verbis iuraměti aliter dicendum est; quia eius verba, seu iuramẽtum ipsum est intelligendum secundum mentem, & intentionem eius, qui illud detulit. c. quacumque. 22. q. vlt. Imo. & Abb. in c. veniens. de iureiur. Roma. consi. 301. in fi. allegat d. c. quacũque. Baue. idem tradit in tracta. de virtu. iuramen. in effectu septuagesimo. & Anto. de Petru. in repet. l. 1. versic. quinquagesimus effectus. num. 298. de iureiur. & Couar. in ca. quamuis. in prima par. §. 5. de pact. in 6. Sed contra
3 huiusmodi priuilegium facit: quia † interpretatio iuramenti pertinet ad iudicẽ, vbi est dubium: vt dicit Abb. in c. significãte. in primo nota. de pignor. Et ideo videtur, quod in dubio, secundum mentem iurantis debeat illud interpretari, vt iurans absoluatur, argum. notatorum per Dec. in c. ex litteris. nu. 3. in 3 notabi. de prob. vbi dicitur, quod ĩ pari probatione iudex debet reum absoluere: & si secus faciat, debet exprimere causam; alias tenetur in sindicatu. Sed dicendum est iudicem debere interpretari iuramentum secundum mentem deferentis; quia ipse est, qui petit iurari: & ideo, si secus faceret, teneretur in sindicatu; quia hoc est expressum in iure, d. c. quacũque 22. q. vlti. & facit etiam. l. 3. §. fi. de iureiurã. vbi dicit, quod iurari oportet, vt delatum est. & quamuis iuramenti verba sint intelligenda in dubio secundum mentẽ deferentis: tamen non est discedendum ab interpretatione, quam illi tribuit ius commune. & ideo si quis iurauerit se vsumfructum habere illarum rerum, in quibus vsusfructus propter abusum constitui nõ potest, vsusfructus debebitur oblata cautione: & ideo videri eum rectè iurasse, tex. est in l. sed si possessori.

§. item

§.item si iurauero.vers.sed & si rerum.de iureiurand.

4 Limi.huiusmodi priuilegium † verũ esse, & procedere solum in foro contentioso;secus in foro conscientiæ, & pœnitentiali,& sic quo ad Deum; quia intelligitur secundum mentem iurantis, vt per Abb.in c.ex litteris.nu.6.de sponsali.& in c.litteras.nume.21. de restitut.spoli.& in d.c.veniens.nu.4.de iureiurand. Ioan. de Selua in suo tracta.de iureiuran.in 2 par. quæst.2.

Secundo limi.procedere, & locum habere in iuramento iudiciali,delato a parte,parti prout intelligitur nostrum priuilegium;secus in iuramento extraiudiciali,& voluntario;quia intelligitur iuramẽtum secundum eiusdem iurantis mentem & intentionem, vltra quam per suum iuramentum non obligat, vt per Corne. in consi.234.colum.2.in littera B.volu.2. & ideo iuramentum præstitum in aliquo actu non extenditur ad illud, de quo non est cogitatum;quia iurans nõ habuit hãc mentem se obligandi; aliàs iuramentum esset iniquitatis vinculum: quod non est dicendum.c.quanto. de iureiuran.& iuramentum recipit ciuilem, & ęquam interpretationem, ne quis immoderate lædatur.l.si libertus.de oper.liber.c.veniens & c.quanto.de iureiu.& tradit Bart. in l. societatem §.arbitrorum.pro socio & sequitur prædicta allegando Guid.Pap.q. 427.Et hoc ego crederem verum,nisi iurans adhibuisset dolum in iureiurando obscure;quia tunc propter dolum contra eum fieret interpretatio, ex quo ceptis de non decipientibus iura subueniunt.l.2.§. verba.& l. si decipiendi.ad Velleia.& l. fœminis.C.eo.

Tertio intellige.& declara sibi locum vindicare, quando verba iuramenti sunt ambigua,vel dubia;secus si clara,& aperta;tunc enim non est discedendũ ab aperta verborum significatione,& intelligentia,quæ non indigent interpretatione, l. continuus.de verbo.oblig.l.ille aut ille.§. cum in verbis.de lega.3.l.3.C. de liberi. præteri.cum simili.Videmus, quod licet in interpretandis depositionibus testium verba ita sint intelligenda,vt ad concordiam reducantur,& falsitas euitetur.l. videndum.vbi Bal.de peti.hęred.c.cum tu. de testam.c.periculose.de pœni. distinct. 1.Aretin.in l.si cui. in primo not. de leg. 2.cum similibus adductis p Dec.& alios in l.2.§.creditum.si cert.peta. tamen hoc procedit in cõtrarietate apparenti;secus, si contrarietas fuerit manifesta, vt quia testes determinate sint contrarij: nam tunc non reducuntur ad concordiam. vt not. Bal.Fel.& omnes.in d.c. cum tu. de testi. quia in Incertis,non autem in claris opus est cõiecturis.l.illam.C.de collati.l.ancillæ.C.de furt.c.fi.de verb.signifi. cum alijs statim adductis.

5 Vltimo † intellige non procedere in iuramento generaliter præstito; quia in eo interpretatio fit stricte, vt quantum possibile est minus obliget iurantem, vt per Abba.in c.cum clerici.nu.4. de verb. signifi.quod vtique procedit in foro fori; secus; in foro cõscientiæ,per ea quę dicã infra in priuil.147.

SVMMARIVM.

1 *Laudum non emologatum non potest exequi.*

2 *Emologare est confirmare seu approbare.*

3 *Iuramentum habet vim emologationis.*

PRIVILEGIVM CXLII.

Centesimum quadragesimum secundum priuilegium est;quia

1 tu scis,† quod laudum regulariter, nisi fuerit emologatum a partibus seu confirmatum tacite,vel ex-

2 presse:† nam idem est emologare, quod confirmare,secundum Gofre. in sua Summa.ti.de arbitr.§ effectus,& Grat. libr.2. respon.133. num.3. non potest mandari executioni:vt dicit Abb.in c.per tuas.colum.3.in princ.vers.nota, quod arbitriũ

de

de arbitr. Vbi ergo est emologatum, venit sui natura exequendum. l. cum antea. cum ibi nota. C. de arbit. & Gra. lib. 1. respon. 34. tunc autem est emologatum, cũ est in illud consensum, sicut dictum est: vt quia petita sit illius executio, vel ꝓmissum de illo obseruando, vt habetur per Gozad. in consi. 98. colum. 5. in fin. nu 19.

3 †Tñ si in ꝯpromisso fuerit adiectũ iurm poterit ab'q; aliqua emologatiõe exequi, vt dicit idẽ Ab. in allegato. c. ꝑ tuas. n. 13. quia iuramentum habet vim emologationis, id est, approbationis, vt ex prædictis patet. Et est aduertẽdum, quod talis emologatio seu approbatio dicitur facta ex certa scientia de omnibus & singulis capitulis in laudo contentis; quia iuramentũ habet vim specialis expresſionis, ac si singula capitula per ipsas partes iurantes fuiſſent approbata, & confirmata iuxta teoricam Bald. & Sal. in l. 1. C. commod. & dixi in priuile. 26. & rursus in priuilegio 70. vbi dicitur, quod iuramentum habet vim specialis expresſionis. An tamen hoc sit verum in casu nostro, statim dicã. Istud priuilegium recipit duas declarationes seu limitationes, quas nõ inuenies apud aliquem tactas in isto proposito. Primo igitur limitatur non procedere, quando in aliquo ex capitulis in laudo contentis contineretur enormiſsima, vel etiam enormis læsio; quia illius respectu non censeretur approbatum; ex quo non est præsumendum, quod voluerit enormiter lædi, per ea quæ late dixi in priuilegio 186. Nec obstat, quod censetur specialiter, & expreſſe approbaſſe etiam capitulum continentem enormiſsimam, vel enormem lęsionem; & volenti, & consentienti non infertur damnum. l. cum donationis. C. de transf. l. 1. in fin. & ibi Bal. de actio. empti. & vend. & c. damnum. de reg. iu. in 6. quia respon. & dico animaduertendum eſſe, quòd ista cõfirmatio seu approbatio, resultans ex iuramento apposito in compromiſſo de laudo ex inde secuto, dicitur nasci ex interpretatione iuris; quia iuramentum obligat pręcise iurantem ad obseruantiam promiſſorum. c. ex rescripto. de iureiurã. & est Glo. in l. si pecuniã. ꝺ cõd. cauſ. dat. & dixi latiſsime in priuileg. 74. & quia iuramentum facit rem non eſſe integram, de quo scripsimus in priuil. 134. nam his præsuppositis, ex iuris interpretatione sequitur, ꝙ iurans in compromiſſo, videatur confirmare, & approbare laudum inde ferendum, quia nõ potest venire cõtra illud, nec de iure nec de facto, vt per Gloſſ. & Bal. in l. id quod pauperibus. in versi. ratũ. C. de epiſ. & cleric. & sic dicitur confirmare, & approbare iuris interpretatione. quod etiam patet quia illud, quod confirmatur, debet pręcedere confirmantem, vt notatur per Docto. Insti. de codicil. in princ. licet aliquãdo contra; vt ibidem colligitur. Cum itaque talis confirmatio, & approbatio fiat iuris interpretatione, succedit, quod non debet fieri, quando ex approbatione sequeretur enormis lęsio, & multo magis enormiſsima; quia numquam interpretatio aſſumitur, per quam altera pars remaneret decepta, & in damno, l. 3. §. 1. de arbi. l. sed si pupillus. §. sed si aliàs. de Insti. l. 1. §. magistratũ. de exercit. l. si idem cum eodem ver. nec in potestate. de iurisd. omni. iudic. & l. si quis in conscribendo. circa medium. C. de pact. Crauet. in conſ. 91. nume. 11. & hoc procedit, etiam si resultat nullitas actus, secundum Dec. in l. in contrahenda. nume. 17. de regul. iur. & interpretatio debet eſſe æqua, & bona, ac ciuilis: quę tunc dicitur, cum omnis error excluditur, & nemo decipitur, l. tres fratres. cum ibi nota. & l. qui cum tutoribus. & l. cum aliqua. de tranſ. Calcan. conſ. 25. colum. 11. ad fin. item cum habet prò comitibus bonum, & ęquum. l. in his. de cõdition. & demonstration. idem Calcan. in consi. 48. num. 17. si ergo per talem interpretationem intelligeretur confirmatum laudum etiam in eo, quod cõtineret enormiſsimam, vel enormem lęsionem, eſſet iniqua interpretatio, & penitus inciuilis. Accedat, ꝙ ista confirmatio dicitur facta in genere, non autem in specie de omnibus

bus

bus in laudo contentis: & talis approbatio generalis, & indefinite facta non æquipollet vniuersali, vt omnia capitula intelligantur approbata, quia non est eadem ratio omnium capitulorum, vt est communis doctrina Glo. & Docto. in l. si pluribus. de lega. 2. & Doct. in c. vt circa. de electi. in sexto. & in terminis nostris tradit Corne. in consi. 140. volum. tertio. Nec obstat illud, quod supra dicebamus, iuramentum, scilicet, habere vim specialis approbationis, in singulis capitulis cōtentis in laudo; quia dico, quòd non procedit in casu nostro, ne sequatur, quod iuramentum plura specialia operetur, contra. l. 1. C. de dotis promissio. nam vnum speciale est, quod per iuramentum in cōpromisso intelligitur approbatum laudū. alterum est, quod diceretur approbatum in specie; cum tamen re vera approbatio sit generalis; cum in specie approbari nō potuerint ea, quæ ignorabantur tempore iuramenti. Et doctrina Bald. & Salyce. in dicta lege prima. C. commod. posset procedere, quando fuisset iuratum post laudum de illo obseruando; quia in tali casu approbatio censeretur specialis in singulis contentis in laudo. & quamuis si vnum tantum capitulum contineret, tunc intelligeretur specialiter, & expresse approbatum, iuxta. l. 2. de lib. & posthum. tamē dico, quod talis approbatio diceretur facta vt de laudo ferendo; non vt de laudo sic lato & ideo non intelligi approbatum, si enormem læsionem, vel enormissimam contineat; quia iuramentum habet in se tacitam conditionem, quatenus laudum non sit inique ferendum, per ea quę dixi in d. priuil. 136. nec obstat tex. in l. ad solutionem. C. de re iud. & in l. penu. C. de arbitr. quæ allegaui in fi. d. priui. 136. quia procedunt, quando iniquitas erat intra dimidiam.

Secundo declaratur, & limitatur procedere, si laudum sit validum; quia bene posset à partibus emologari; secus, si esset nullum; quia non posset confirmari, & cōsequenter exequi, vt dixi in d. priuilegio. 77. nume. 63. vbi instrumentum nullum non habet paratam executionem. neque potest dici approbatum laudum tamquā nullum; quia per huiusmodi iuramētum intelligitur approbatum, quod in eo continetur, & quatenus sit validum, l. 4. §. cōdemnatum de re iud. & pluribus exemplis comprobat Marsil. in rub. de fideiuss. nume. 104. & dato, quod intelligeretur etiam approbatum laudum quamuis nullum: tamen intelligeretur approbatum tāquam pactum. Corne. in consi. 125. & consil. 245. volum. 2. vbi dicitur, quod censetur approbatū in vim pacti: vt in simili dicitur de sententia. de quo per Aretin. in consi. 56. colum. 2. vers. sed tamen siue valeat. nam non potest assignari ratio differentiæ inter istam approbationem laudi, & sententiæ, vt dicit idem Corne. in d. cōsil. 140. in princip. Si ergo intelligeretur approbatum tamquam pactum, non posset habere executionem tamquam laudum emologatum; quia aliud est pacisci, aliud laudum approbare, vt de se patet.

Tertio limita, procedere, si laudum sit liquidum, ita, quod contineat certam condemnationem, vel certum quid faciendū alias secus, vt patet ex his, quæ dixi in d. priui. 77. nu. 34. vbi colligi possunt etiam aliæ limitatioues, quę pertinent quoque ad executionem laudi faciendam: quas hic repetere superfluum sum arbitratus. Ista tamen non est vere limitatio ad nostrum priuilegium, in quo agitur de emologatione, non de executione, nisi in quādam consequentiam. ideo vlterius non insisto.

S V M M A R I V M.

1 *Delictum commissum calore iracundiæ non excusatur.*

2 *Iuramentum præstitum per iracundiam nō obligat. declara, vt in fi.*

3 *Testis temerarius punitur. & quis dicatur esse testis temerarius.*

PRIVILEGIVM CXLIII.

Entesimum quadragesimũ
tertium priuilegium est ;
1 † quia factum calore iracũ
diæ delictum punitur, nec
propter eam excusatur, l. si
2 non conuicij. & ibi Glo. de iniur. † & ta-
men si quis per iracundiã iurauerit, non
obligatur tali iuramento. c. sicut ex litte-
ris. & ibi Docto. de iureiu. ita dicit Dec.
in l. quidquid calore iracundiæ. nu. 4. de
reg. iu. Iaf. in l. si filiam. col. 2. C. de inoffic.
testam. Ant. de Petr. in repet. l. 1. ver. quin
quagesimus primus effectus nu. 299. de iu
reiu. Sed tu aduerte; quia tex. in d. c. sicut
ex litteris. nihil facit: immo videtur pro-
bare contrariũ; dum ibi dicitur, ꝙ ille
Monacus, debet de sua temeritate graui
ter puniri ex eo, quòd iurauit de nõ mo-
rando in monasterio; vt cæteris transeat
3 in exemplum. † & videmus in simili testẽ
puniri de temeraria assertione, quamuis
non deposuerit falsum. Glo. & Doct. in l.
2. ver. tacita asseueratio. quod quisq; iur.
Calca. consi. 25. col. 3. quia in ea præsumi
tur dolus asserendo, vel affirmando, quod
ignorat. l. Iulianus. de actio. emp. per quẽ
ita dixit Crauet. cõsi. 249. nu. 6. & talis di
citur testis temerarius, vt per eundem tex
tum dicit Signor. consi. 149. nu. 8. quia ne
mo debet asserere id, de quo non est cer-
tus. arg. c. 1. de scruti. c. ad falsariorum. de
fals. & l. eos. simili ti. sic & temerarius liti
gator punitur in sumptibus, & expensis li
tis, & in alijs pœnis. l. eum quem temere
de iudi. & Insti. de pœn. te. liti. in princi.
& per to. Ideo autem vere in d. c. sicut ex
litteris. iuramentum non obligat iurantẽ;
quia fuit illicitum, & contra eius profes-
sionem, nec seruari poterat absque salutis
æternæ dispendio. Abba. tamen ibi post
alios ab eo relatos concludit, quod etiam
si iuramentum fuisset licitum, nihilomi-
nus non obligasset iurantem, tamquã pręstitum per iracundiam: tunc enim nõ vi-
detur habere consensum, qui in iuramento
præcipue requiritur. l. fi. C. de non nu. pe.
& facit pro hoc optime tex. in l. 2. C. ad
legem Iuli. maies. quẽ ad hoc allegat Ro
ma. in sing. 510. & refert etiam Tiraq. de
minuen. pœn. caus. 1. nu. 26.

Hoc tamen intelligendum, & limitan
dum venit, vt procedat, si tanta, scilicet,
iracundia, quæ induxerit in iurante men-
tis alienationem, iuxta Gl. in Authen. de
appel. §. 1. in fi. in ver. indiscussos. per illũ
tex. quod etiam voluit Ant. But. in d. c. si-
cut ex litteris. & sequuntur Dec. & Anto.
de Petr. in locis supra allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus se repræsentare, si aliquo casu potuit comparere, & non comparuit, non excusatur.*
2 *Impeditus non dicitur, qui potest impedimentum remouere.*
3 *Vulnus non censetur mortale, si potuit de facili curari.*
4 *Carceratus non dicitur liberatus, qui ita custoditur, vt non possit discedere.*
5 *Posse aliquid dicimur, quod commode possumus.*
6 *Detinens aliquem in priuato carcere, incidit in crimen læsæ Maiestatis.*

PRIVILEGIVM CXLIIII.

Entesimum quadragesimũ
quartum priuilegium est,
secundum Anto. de Petru.
in repet. l. 1. versicu. quin-
quagesimus tertius effectus
1 numer. 305. de iureiurand. † quia si quis
promisit se repræsentare in aliquo loco,
certo tempore, & sub certa pœna, & ali-
quo casu potuit comparere, & se repræ-
sentare; licet de facto ab initio fuisset im-
peditus, vt in eo, qui detinetur in priuato
carcere, à quo se poterat liberare exeũdo
incurrit pœnam non comparendo, se-
cundum Gloss. in l. succurritur. ex quib.
2 caus. maio. † quia tunc non dicitur impe-
ditus, cum possit impedimentum re-
mouere. l. qui potest facere. & ibi Deci.
3 de regu. iur. † Hinc dicimus nõ cẽseri ali
quem

quem mortaliter vulneratum, quando de facili potuit vulnus curari, secundum Cepol.in consi. 61. & ideo si sua negligentia perierit, de vulnerato actio erit, non de occiso; vt inquit tex.in l.qui occidit,in fi. ad legem Aquil. Et dixit Bar. in l. vnica. de offi.consu.quòd si fuerint duo iudices, quorum alter cœpit infirmari, non poterit alius se intromittere in illa causa, in qua infirmus erat iudex, si infirmitas illa erat breui curatura. idem dixit in l.2.§.1. de offi.proco.quia dici solet, quòd impedimentum non præstat, quod de iure non sortitur effectum.l.j.cum tribus sequen.de oper.libert.l.præses. C. quom. & quando iud.l.1.C.de sent.ex breui.reci.quia quod in se non tenet, alium non potest perimere.dixit Ias.in l si fundum.§.fi.de leg.1. sic
4 ex contrario dicitur,†quòd non intelligitur,quis à carceribus liberatus,qui ita custoditur, vt faciliter retineri posit. l. qui neque alias incipit. Solutum de verborũ significatione. Bar. in l. qui in carcerem. quod met.cau.Rui.in consi.177.columna tertia,numero decimo tertio, volum. 1. Cep.in consi.39.columna nona, versi.sed his non obstantibus.& Guid. Pap. quæst. 253. Et dixit pariter Corne. in consi. 41. colum. 2.in fi.volum. 2. quòd dicitur metus illatus cum armis ab hominibus, qui ea deposuerunt; quæ tamen poterant de facili reassumere, antequam aduersarius euaderet. Cum ergo illud impedimentũ non sit iustum,nec legitimum,& de facili posit remoueri non comparendo, nec se repręsentando iuxta suam promisionem, incidit in pœnam, ad quam se obligauit; & intelligitur in casu isto, quod tunc potuerit se liberare à priuato carcere, quando commode potuit aufugere, argum. l. nepos Proculo. de verborum signifi. l.diuortio.in princ.& l.eum actum. de nego. gest.Calca. per hęc iura. in consilio decimoquarto, columna secunda numero quarto,& Natta in consi. 598.post nume
5 rum 8. in quibus locis habetur, † quòd Posse dicimur, quod cõmode possumus. de quo etiam Glo.in l.de die.§.iubetur.in Glo.3.qui satisd.cog.& ideo si cum periculo vitæ posset aufugere, non teneretur; quia dicitur non posse; & Ei qui non facit, quod facere vellet, quia non potest, nihil imputatur: vt inquit textus notabi. in l.cum quidam.§.si pupillo. de vsur. idẽ si cum iactura honoris; quia non teneretur aufugere, argum. l. isti quidem. quod met.caus.l.filius.de condi.Insti. Grat. lib. 1.respon.1.num.97. Videmus, quòd nobilis,quamuis posit aufugere à percussore,tamen non tenetur: quia fieret cum iactura honoris sui.Carrer.in §.circa.nume. 44. suæ Pract. Marsi. similiter in sua Practica.in § quoniam. nume. 88. cum multis similibus adductis per Bologne. in l.vt vim. vbi de materia ista. de iustit. & iur. Vbi ergo quis potest impedimentum remouere sine incommodo, vel absque discrimine vitæ aut iactura honoris, si non fugit, non excusatur. facit, quod voluit Grat.libro 1. respons. 51. numero 7. vbi dicitur, quòd vassallus committens aliquid in dominũ coacte, non excusatur, quando poterat prohibere, ne cogeretur.

Verumtamen,si ille, qui in priuato carcere detinetur,iurauit non exire de carcere,etiam si facultatem habeat se ab eo liberandi, excusatur, si non compareat; quia non licuit sibi iuramentum, quamuis metu præstitum,non obtenta ac prius habita absolutione, violare. allegatur per eundẽ Anton.de Petru.in d.l.1. vbi supra. Bald. in l.nec non.§.item si quis. quibus ex cau. maio.sequitur Barba.in c. significante. de pignori. Ego arbitror istud dictum Bald. esse falsum, & ex consequenti nostrum priuilegium; quia hoc iuramentum est interpositum cõtra publicam vtilitatem, & etiam contra priuatam;& sic super re à iure penitus prohibita, & reprobata. qđ
6 patet; quia detinens aliquem†in priuato carcere incidit in crimen læsæ maiestatis. l.vni.C.de priuat. carce. & pœna capitali afficitur.Guid. Pap. q.422. & ita est immediate contra publicam vtilitatem. itẽ, quod sit contra priuatam est manifestum; quia

quia homines debent esse liberi. §. libertas. Insti. de iure perso. cum §. seq. cum ergo iuramentum sit interpositum super re omnino a iure reprobata propter publicam vtilitatem, principaliter non obligat iurantem; quia hoc est contra bonos mores ciuiles, & naturales. c. non est obligatorium. de regu. iur. in 6. l. non dubium. vbi not. C. de legi. Abb. in c. cum contingat. de iureiuran & Barto. in l. si quis pro eo. de fideiuss. Et ex hoc patet, quòd taliter iurans non excusatur, & propterea incidere debet in pœnam. & hoc maxime crederem verum, si per dolum, id est, dolose iurauerit; quia non debet esse in eius facultate iurare in præiudicium illius, cui se per prius obligauerat. capit. veniens de iureiur. sed si metu coactus iurauit, quamuis stricto iure non obligetur iuramento propter materiam, super qua est interpositum, a iure omnino prohibitum; ex quo non debet propria auctoritate se liberare a iuramento, quamuis nullo, per ea quę dixi in priuilegio 60. crederem forte excusandum, qui noluit ob religionem timoremque iurisiurandi, promissionem frangere, iuxta tex. in l. quæ sub conditionē. in prin. ver. cum enim faciles. de cond. insti. & ita posset defendi opi. Bald. & priuilegium nostrum. quod tamen ego limitarem non procedere, quando ipse iurans affectasset suam carcerationem, siue publicam, siue priuatam; vel aliquo modo fuisset sibi ipsi in culpa de proprio impedimento: vt de hoc est tex. nota. in l. 2. ad fi. si quis cauti. & pulcre per Folleri. in sua Pract. crim. in ver. audiantur excusatores. nu. 57. cum pluribus sequentib. faciunt, quæ scripsi supra in priuilegio 4. nu. 102. cum multis sequen.

SVMMARIVM.

1 *Filiusfamilias non obligatur voto reali.*
2 *Filiusfami. existens in studio obligatur iuramento, si iurauit non discedere, antequam soluat, etiam si pat er reuocet.*
3 *In iuramento semper intelligitur excepta auctoritas Superioris.*
4 *Iurans non opponere exceptionem poterit tamen opponere exceptionem superuenientem.*

PRIVILEGIVM CXLV.

CEntesimum quadragesimū quintum priuilegium est: nam pater habet facultatem reuocandi filium a peregrinatione, causa implendi votum facta. cap. tribus. 22. qu. 4.
1 † quia filius non obligatur voto reali. l. si quis rem. §. voto. de pollicita. Federi. de Sen. in consilio 271. quinimo ratione patriæ potestatis potest filium vendicare. l. prima. §. per hanc. versic. nisi forte. de rei vend. & pro eius persona habet actionem in factum, vt tot. tit. de libe. agno. Idem in epō qui reuocat clericum absentem ca. non oportet. de consecra. distinctio. 5. idē in vxore, & in ciuitate, vt per Anto. de Petru. in repeti. l. primæ versic. quinquagesimus secundus. numero 302. de iureiuran. nam ciuitas non habet minus ius in ciuem, quàm pater in filium: vt patet per tex. in l. postliminium. §. filius. de capti. & postlimi. reuer. quem ad hoc allegat Corne. in consilio 194. colum. penul. in princ.
2 volum. primo. † Et tamen si filius existens in studio de licentia patris, vel clericus de licentia episcopi, contrahendo debitum ex causa studij, iurauerint non discedere antequam soluant, erunt obstricti iuramēto. & non poterunt reuocari per patrem, vel episcopum. ita dicit Anto. de Petru. vbi supra. subdit tamen se intelligere, ꝙ hoc procedat alia ratione, quàm virtute, & priuilegio iuramenti. & ego puto verum; licet ipse aliter non declararet. Vnde dicendum est procedere; quia manebant in studio de licentia patris, vel episcopi volentis reuocare. & ideo videntur etiam de licentia illorum se obligasse; qa Vno concesso, videntur concessa omnia, quæ inde sequuntur, vel sine quibus illud explicari

explicari non poteſt.capitulo prudentia. & capitulo p̄terea. de offi.deleg. & ideo dicitur,quod ſi filius contraxit debitū intelligitur contraxiſſe de voluntate patris, qui propterea tenebitur illud ſoluere , vt habetur per Glo. in lege ſed Iulianus.§. quod dicitur.ad Macedon,& habetur in lege prima §.nec caſtrenſe. vbi Barto. de collat.bono.& fere per tot.tit.Inſti. quod cum eo.qui in alie. eſt pot. & ita loquitur Ioan.Andr.in regul.in malis. de reg. iur. in ſexto: vbi enim abſque licentia patris , vel epiſcopi filius, vel clericus ſtetiſſet in ſtudio,potuiſſent reuocari iuramento nō obſtante;quia nec filius,nec clericus quid quam facere poſſunt in præiudicium patris,vel epiſcopi.c.venientes.de iureiu-
3 ran.præſertim,† quod in iuramento intelligitur ſemper excepta auctoritas Superioris,vt per Abb.in d.c.venientes.col. 2. & per Docto.in c.conſtitutus.poſt Gl. ibi de reſcrip.& in l.Imperatores.ad munici. & ideo dicitur,quod iuramentum nō cō firmat obligationem;quam quis ex facto principis ſeruare non poteſt, vt per Crau. in conſi.233.nu.2.facit, quod ſcripſit Oldra.in conſi.97.vbi dicitur,quod ſi Abb. & capitulum iurauerūt non recipere monachos,vltra certum numerum;tamen intelligitur, niſi Superior contrarium præ-
4 ceperit.† Ad idem quoque facit ; quia ſi debitor iurauerit nullam exceptionē opponere, ſi poſtea Superior concedat ipſi indicias quinquennales, poterit iſtam exceptionem obijcere , non obſtante iuramento ; quia intelligitur ſemper excepta auctoritas Superioris.Cyn.& Saly.in l.fi. C.ſi contra ius vel uti. pub.Pau.de Caſtr. & Moderni.in l.fin.qui ſatiſd. cogan. pro quibus bene facit;quia in generali quacūque diſpoſitione non veniunt principi reſeruata. Abb.in c.prudentiam.§.1. de offi. delega. & videtur poſſe dici rationem eſſe ; quia promiſſio concernens principis voluntatem,cenſetur de genere impoſſibilium.l.apud Iulian.§.fi.de lega.1.,ppter quod Corne.in conſi.173.volum.1.dixit, quòd emancipatio infantis reputatur impoſſibilis;quia non poteſt fieri ſine reſcripto principis: conſtat autem impoſſibilia non contineri in quacumque promiſſione. Et redeundo ad ipſum priuilegium, limitatur non procedere,qn̄ reuocatio fuiſſet procurata per iurantē;quia diſcedēdo efficerentur periuri, vt tradit Federi. de Sen.in conſi.161.facit tex.in §.tria onera. Inſt.de excuſa.tuto.& in l.ſpadonē in fin. eo.ſimi.ti.& ī l.qui data.ex quib.cauſ.maio.& quæ dixi in fi.præceden.priuilegij.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non ligatur ſuis legibus.*
2 *Epiſcopus non ligatur ſuis conſtitutionibus.*
3 *Princeps præſumitur velle,quod lex vult*
4 *Princeps non præſumitur vti plenitudine poteſtatis.*
5 *Princeps non poteſt contrauenire conſtitutioni , quam ſe obſeruaturum iurauit.*

PRIVILEGIVM CXLVI.

1 CEnteſimum quadrageſimū ſextum priuilegiū eſt; †q̄ tu ſcis, quod princeps non ligāt ſuis legibus.l.princeps. de legi.l.digna vox.vbi Docto.not.C.eo. quia nemo poteſt ſe ipſum ligare.l.ſi quis in principio teſtamenti de leg.3.l pen.de arbi. Barto.in l.Lucius Titius.de fideicō.liber.Roma.in conſi.44.ad fi.Ale.in l.cetera.§.idē quæri poteſt.de lega.1.Fel.in c.1. colu.9.
2 ver.amplia quarto.de conſti.†Et idem videmus in epiſcopo , qui non ligatur ſuis conſtitutionibus, vt per Bertachi. in ſuo tract.de epiſcopo.li.4.in 2.par.nu. 27.& ideo ſi ipſe feciſſet conſtitutionē,q̄ clerici ludentes ſint excommunicati,ſi ipſe ludat cum alio clerico, non erit excommunicatus,vt per Paul.de Caſt.in d.l. digna vox.quia princeps,vel alius iurislator nō ligatur ſuis legibus,niſi quatenus ipſe velit,ſecundum Glo.ibi & per plura confirmat Rolan.in ſuo tract. ſuper ſtatu.de lucro dot.quæſt.84.& eſt generale in omnibus ſtatuentibus , vt non ligentur ſuis

ſtatutis, vel ordinationibus, vt nota. in l. 1. quod quiſq; iu. quod tamen intelligas eſſe verum de iuris rigore; ſecus autem de honeſtate, vt in dictis locis notatur. & in capi. iuſtum. 9. diſtin. quia princeps vult viuere ſecundum leges, vt omnes not. in
3 d. l. digna vox. & hinc illud fluxit, † quod Princeps præſumitur velle, quod lex ipſa vult. tex. eſt in l. ex facto. ī prin. & ibi Bal. de vulg. & pup. ſubſt. & idem Bald. in c. li
4 cet. de offi. delega. † Hinc rurſus illud, ꝙ princeps non præſumitur vti plenitudine poteſtatis, vt habetur per Craue. in conſi. 75. nu. 3. & ibi concord. & ideo Imperator non vult capere quidquam ex imperfecto teſtamento; quia licet legibus ſolutus ſit, nihil tamē tam propriū imperij eſt quàm legibus viuere. l. ex imperfecto. C. de teſta. & Inſt. quib. modis teſta. infirm. §. fi. hinc etiam eſt, ꝙ Falcidia locum habet in legatis princip[i] datis. l. & in legatis. C. de leg. Falc. De rigore tamen, vt dictū eſt, poterit in prædictis omnibus aliter facere; quia ſuis legibus omnino ſolu-
5 tus eſt: † Tamen ſi lex, vel conſtitutio cū iuramento ſuper illius obſeruantia fuerit promulgata, non poterit contrauenire, & contra illam diſpenſare, vt per Anton. de Petru. in repe. l. 1. ver. quinquageſimus ſeptimus effectus. nu. 309. de iureiura. cum non poſſit ſe ipſum abſoluere a ſuo iuramento, vt ibi per eum. Et ꝙ princeps, veluti Imperator, obligetur ſuo iuramento probatur in c. regum. in c. debet. in c. non ſolū. & ca. ſunt quędam. 23. q. 5. in quibus probatur, ꝙ tenetur punire delinquentes vigore iuramenti præſtiti in eius coronatione. de quo in c. ego. & ibi Abb. de iureiurand. Et ideo ſi epiſcopus feciſſet conſtitutionem, quod nemo deberet ludere taxillis, ſeque eam obſeruare iuraſſet, ſi ipſe poſtmodum luderet, incideret in periurium, & in pœnam ſuæ conſtitutionis, ſecundum Paul. de Caſtr. in d. l. digna vox. C. de legi. in fi. & Ro. in cōſ. 325. col. pen. in fi. verſi. ſecundo, niſi conſtitutio. q[ui]a nō poteſt ſe ipſum abſoluere a iuramento, quod præſtitit, vt ibi per eum. ſi vero ſup eius obſeruantia non iuraſſet, ideo tamen incideret in pœnam ſuæ conſtitutionis, vt dicebat Paul. de Caſt. propter regulā illam, Patere legem, quā tu ipſe tuleris; & ſic vigore retorquutionis generalis reſultantis ex edicto illo. Quod quiſq; iuris in aliū ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur. d[e] quo in d. l. 1. d. tit. Quod autem diximus, principem non poſſe venire contra ſuam conſtitutionem, quam ſe obſeruaturū iurauit, intelligitur manente eadem conſtitutione; quia iuramentum intelligitur, dū tamen ipſa conſtitutio fuerit valida. Et ſic ſtantibus terminis pręſentibus, ſicut in ſimili dicimus de iuramento fidelitatis, quod habet in ſe tacitam conditionem; dumtamen ille, cui fidelitas iurata eſt, nō deſinat eſſe princeps. c. venerabili. & ibi Abb. in vlt. nota. de electi. ſi ergo reuocatur conſtitutio, conſequenter tollitur eius obſeruantia, & ſic non poteſt incurri amplius periurium, contraueniendo conſtitutioni iam reuocatæ, vt per Abb. in cap. cum acceſsiſſent. de conſtitut. quia quod non eſt, contra veniri eidem non poteſt. l. nam & ſi. de iniuſt. rupto. & irrit. fact. teſtam. Fateor tamen, quod ſi princeps iuraſſet ſeruare legem, & amplius illam non reuocare, rauocando poſtea incideret in periurium, ſi prius non feciſſet ſe abſolui: vt poſt alios declarat Bologn. in l. omnes populi. nu. 123. vſque ad numerum 125. de iuſti. & iur.

SUMMARIUM.

1 *Interpretatio fit, vt quis intelligatur minus obligatus, quàm ſit poſsibile.*
2 *Præſumitur quis voluiſſe delinquere.*
3 *Præſumitur quis voluiſſe, quod eſt ſibi minus damnoſum.*
4 *Preſumitur factum quid potius iure familiaritatis, quàm renunciat.*
5 *Error potius præſumitur, quam falſitas.*
6 *Interpretatio fit, ne teſtes contrarientur.*
7 *Præſumitur quis potius condemnatus ob contumaciam, quam ob malam cauſam.*
8 *Præſumitur teſtator minus voluiſſe grauare hæredem, quam ſit poſsibile.*

Præ-

9 *Præsumitur quid potius factum iure licito, quã illicito.*
10 *Interpretatio fit vt euitetur pœna.*
11 *Dispositio, vbi ad plura referri potest, refertur ad id, quod minorem continet obligationem.*
21 *Interpretatio in iuramento fit, vt quis potius remaneat obligatus, quam non obligatus.*
13 *Iuramentum, vbi agitur de periculo animæ, est stricti iuris.*
14 *Iudex in dubio debet iudicare pro obseruantia iuramenti.*
15 *Iudicandum in dubio ad fauorem animæ.*
16 *Excommunicatus in dubio quis debet præsumi.*
17 *Extensio in pœnalibus, & odiosis fit fauore animæ.*
18 *Priuilegium istud procedit in foro conscientiæ; non autem in foro contentioso.*

PIVILEGIVM CXLVII.

CEntesimum quadragesimum
septimum priuilegium est;
1 quia tu scis, qđ † solet inter
pretatio fieri, vt quis minus
obligatus intelligatur, quã
fit possibile. arg. l. si stipulatus fuerim decem.
de verbo. obligat. l. Sempronius
Proculo. de legat. 2. Barto. in suis quæs. in
10. quæst. num. 7. Paulus de Cast. in consi.
416. volum. 2. Sozi. in consi. 277. nume.
11. volum. 2. Craue. in consil. 276. colum.
3. versi. quarto respon. Natta in Clemen.
sæpe. § fin. colum: 4. de verbo. signi.
Rimi. iun. Insti. de donati. in princip. nume.
544. Et hæc interpretatio fauorabilis
reputatur; quia fauor est, aliquem non obligari
Corn. in consi. 279. in fin. vol. 4. quinimmo
si sit aliquis obligatus veluti ad aliquid
faciendum, & reperitur illud factũ,
præsumitur vtique factum ab eo qui facere
tenebatur, vt se ab obligatione liberaret.
l. fin. C. de alime. pup. præstan. Bar. &
Bal. in l. cum seruus. đ verb. oblig. Præsumitur
quis ergo in dubio minus obligatus,
quam sit possibile. vt supra demonstratũ
2 est: † & hinc dicimus, quod quis præsumitur
minus voluisse delinquere, quia sic
minus obligatur Aret. in consi. 31. col. pe.
ver. ad secundũ. Alci. in suo tract. præsumpti.
regul. 3. præsumpt. 6. num. 3. & Craue.
in consi. 6. nu. 69. & hoc, nisi aliter ex indicijs
deprehendatur; vt quia percussio
sit facta in capite: nam præsumetur, quòd
voluerit occidere; non aũt vulnerare tm̃,
vt per Marsi. in consi. 7 nu. 44. & ibi con-
3 cordantiæ.. Et † interpretatio fit, vt quis
voluerit, quod est sibi minus damnosum;
quia minus astringitur. Affli. decis. 373.
nu. 3. Et propterea, licet quis voluerit renũciare
enormi læsioni, nõ censetur, ꝙ voluerit
renũciare enormiori, vel enormissime:
vt inquit Corn. in consi. 179. ad fi. & cõ
4 sil. 236. ad fi. vol. 4 † Et interpretatio fit, vt
ꝑsumatur potius ꝓmissum iure familiaritatis
inter coniunctos, vel vicinos, quã ꝙ
fuerit renunciatũ, vt per Grat. lib. 2. resp.
102. nu. 52. & interpretatio fit, vt potius
pręsumatur error, quã falsitas. Bal. ĩ l. 1. de
legi. Cepo. in consi. 21. Docto. in l. quoties
6 §. 1. de hæred. inst. Et † interpretatio fit, vt
testes nõ cõtrarientur; quia sic falsitas euitatur.
c. cũ tu. de testi. c. periculosę. đ pęnit.
distinct. 1. l. itẽ vidẽdum. vbi Bal. de peti.
hæred. Aret. in l. si cui. in primo not. de lega.
2. cum alijs adductis per Deci. & alios
7 in l. 2. §. creditũ. si cert. pet. † Et alibi dicimus
quẽ præsumi potius condemnatum
ob contumaciam, quam propter malã causam.
l. qui repudiantis. in fi. l. Papinianus.
§ meminisse. de inoffi. testam. l. si ideo. de
euict. Bar. in l. cum filius. de verb. obli. Ab.
in c. in causis. post. nu. 5. de sent. & re iud.
Roma. in consi. 329. colu. 3. nu. 10. quia sic
minus afficitur. Et interpretatio fit in obscuris
pro parte reorum; quia sic minus læduntur.
c. cum sint partium. &c. in obscuris.
de reg. iur. in 6. & generalis renunciatio
non comprehendit ea, quæ ex testamẽto
debentur. Aret. consi. 93. colu. 5. Affli.
decis. 350. num. 8. Item non comprehendit
legitimam, vt per Felin. in cap. translato.
colum. 2. post medium. de constitut.
Affli. decis. 178. in secundo dubio. Et si qs
renunciauit omnibus exceptionibus, non
intelligitur renũciasse his, quæ descendunt
ex facto aduersarij. Marsi. in singula.

96. & similiter renunciatio totius iuris, quod quis habet, & habere sperat de futuro, intelligitur de spe, quæ habeat causam de psenti. Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. obli. Affli. in d. decis. 305. quia in his, & similibus renũciationibus, quæ sunt stricti iuris, renuncians minus
8 obligatur. † Et alibi etiam dicitur, quòd interpretatio fit, vt testator minus voluerit grauare hæredem, quam sit possibile. l. seruos. §. Margharitam. de lega. 1. l. vnũ ex familia. §. si rem. de lega. 2. Grat. lib. 1. respon. 92. num. 18. & propterea interpretatio fit potius pro hærede, quam pro fideicommissario. l. si ita scriptum. de lega. 1. l. nummis legatis. de leg. 3. Corn. consi. 27. col. pe. in littera E. vol. 1. & ideo, quando legatum potest adaptari ad plures res, interpretatur, vt voluerit legare illam, quæ minoris est pretij. l apud Iulianũ. §. fisco. de lega. 1. cum alijs, quæ allegat Corne. in consi. 38. in princ. volum. 1. Quinimmo toleratur potius, quod legatum sit inualidũ, quàm quod testator cẽseatur voluisse grauare hæredem. l. Meuius. in prin. ibi, Sane constitutio principis. de lega. 2. Paul. de Cast. in consi. 122 col. 3. vol. 2. Ias. in l. qđ in rerum. §. 1. in primo not. in l. si ita scriptũ. in vlt. nota. & in l. si tibi homo. col. 3. de lega. 1. & alibi ad idem habetur, quod donatio simpliciter facta non comprehendit suppellectilia, vt ipsa videantur donata. l. obligatione generali. de pigno. Corne. consi. 176. colum. 2. in littera D. volum. 2. & similiter quietatio generalis restringitur ad ea, quæ habent causam de præsenti, vt per eundem Corn. in consi. 108. col. 1. in littera B. & seq. eo. vol. 1. quia, scilicet, minus obligatur. Hinc quoque illud, quod Verba interpretantur, ne sonent in deli-
9 ctum. l. merito. pro socio. † Et ideo, cum actus aliquis licito, & illicito iure fieri potest, præsumendum est licito iure factum fuisse: sicut si tempore vno licite, & alio illicite factum existat aliquid, præsumitur potius de tempore licito, quàm illicito, vt per Bar. in l. non solum. §. sed vt probari. de noui oper. nunc. & in l. matrem. C. de probat. Roma. in consi. 113. in princi.
10 † quia interpretatio fieri debet, vt euitetur pœna. l. si de interpretatione. & l. præses. de pœn. ita enim quis minus obligať. Et talis interpretatio delictum excludens præfertur interpretatiòni delictum inducenti, vt per Gra. lib. 2. resp. 43. nu. 42. ad idem facit; quia licet confesio posit intelligi de vera receptione, & de sola confessione, in dubio intelligitur de confessione, quæ minus nocet, vt per Bologn. in l. 2. §. creditũ. nu. 44. vbi concord. si cert. pet. Et alibi dicitur, quod interpretatio fit, vt actus præsumatur factus ex causa, ex qua minor iactantia facienti sequatur. Craue. in consilio 106. colum. tertia. nume. vndecimo. & similiter interpretatio fit, vt fideicommissum excludatur. Gra. lib. 1. respon. 68. numero octauo, lib. secundo, respon. 5. numero 2. respon. 21. nume. 63. & respon. 126. nume. 18. & alibi sæpe quia sic minus obligatur heres, vt supra iterum dictum fuit. Et alibi rursus legitur, quod verba sunt in dubio intelligenda, vt minus præiudicent partibus cõtrahentibus, quàm sit posibile. Abb. consil. septimo, in fin. part. 2. per tex. in l. 3. de suspect. tutori. & Craue. consi. 33. num. 24. & propterea si altera pars tractat de damno vitando, alia vero de lucro quærendo, verba sunt interpretanda ad fauorẽ illius qui tractat de damno vitando; quia istud est minus præiudiciale, vt per Crauet. ibi Et generaliter, vt semel me expediam, interpretatio fit, vt quis minus oneris sentiat, & patiatur, quã sit posibile. d. l. vnũ ex familia. § si rem. de lega. 2. Dec. in consil. 465. columna 3. & Bello. consi. 7. num.
11 10. Et ideo regula est, † quod vbi vna oratio ad plura referri potest, ad id in dubio referatur, secundum quod obligatus tenetur in minus, non in plus. l. qui concubinam. §. cum ita. de lega. 3. & d. l. apud Iulianum. §. Seio. de lega. 1. l. ita relictum. de lega. 2. Rom. consi. 455. in fi. & supra iterum dictum fuit. Videmus, quod verba interpretantur contra eum qui nitiť ex contractu; quia sic minus obligãt. l. Labeo

&

& l. si in emptione. de contrahen. emp. & vulgata. l. veteribus. de pact.
12 Tamen, † quando interuenit iuramentum, interpretatio fieri debet, vt quis potius remaneat obligatus, quàm non obligatus; qa ista interpretatio est tutior, & ideo fauore animæ eligenda. c. iuuenis. de sponsa. c. conscientiæ. de obseruati. ieiunij. Et ista est melior via, licet videatur deterior per tex. in c. paruulos. de consecra. dist. 4. Calca. consi. 85. colum. fi. in princ. Abb. in consi. 114. colum. 3. prope fi. par. 2. & in suis quæst. q. 2. col. 3. Et dixit idem Abb. in cap. clericus. nume. 2. de iureiurand.
13 † quod quãdo agitur de periculo animæ, iuramentum est stricti iuris, & consequenter stricta facienda est interpretatio contra iurantem, vt quantum possibile sit, periurium euitetur. & idem dixit in consi. 83. columna 1. par. Et ideo dicitur, quod si dubitetur, an contractus sit vsurarius, in dubio debet censeri vsurarius; quia ita magis animæ consuluit, vt per Cassan. consi. 63. col. 4. nume. 22. idem dixit Geminia. consi. 112. in fin. Alibi dixit Grat. lib. 2.
14 respon. 93. nume. 24. † quod iudex in dubio debet iudicare pro obseruantia iuramenti: vt quoque scripsit Alex. in consi. 49. in fi. volum. 4. Bauer. in suo tracta. de virtu. iura. col. fi. ver. item hoc pręcipuum. Et Ferra. caut. 17. in fi. quia sic consulitur magis animarum saluti. facit tex. in c. per venerabilem. in fine. de electio. Glo. in c. petitio. de iureiuran. Marsi. in singul. 151. Anton. de Petru. in repeti. l. 1. nume. 310.
15 de iureiur. † Et in dubio iudicandum est ad fauorem animæ. dixit Grat. li. 2. resp. 2. nume. 41. & resp. 11. nume. 33. & dixit idẽ lib. 1. respon. 30. nume. 22. quod in dubio petenda est absolutio à iuramento; quia hoc est tutius animæ. dixit quoque Rom.
16 in consi. 387. † quod in dubio quis censeri debet excõmunicatus; & propterea tãquam talis vitari debet; quia hoc est tutius pro salute animæ. & est text. in c. illud. de cleri. excom. mi. & idem quoque censuit Corn. in consi. vlt. vol. 4. ad fi. vbi etiã dicit, quod sola fama causat excommunicati vitationem. alibi etiam dicitur, quod licet sententia excommunicationis sit iniusta; tamen tenet, & ligat excommunicatum; quia siue iusta, siue iniusta, timenda est. cap. 1. 12. quæst. 11. & habetur per Glo. & Doct. in c. sacro. de senten. excommuni-
17 cat. Ad idem alibi habemus, quod † quãuis regulariter in pœnalibus, & odiosis non fiat extensio. l. cum quidam. & ibi Docto. de lib. & posthu. c. quæ à iure. de reg. iur. in 6. Io. And. in c. odia. eo. tit. Gemini. in c. 1. col. 3. circa prin. de tempo. ordinat. Ias. in l. fi. de in ius vocan. & Crau. consi. 173. col. 2. in princ. & col. fi. in fi. Tamen quando agitur de fauore animæ, fit latissima interpretatio, & extensio de casu ad casum, secundum Glo. in c. sciant cuncti. & in cap. si de electi. in sexto. Abb. in c. ex tenore. qui fil. sint legi. & in d. consi. 114. colum. 4. ad fi. par. 2. Dec. in cap. 1. col. 12. in prin. versi. non obstant allegata. de probat. Docto. in Auctẽn. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. Rui. in cõsilio 141. colum. pen. in fi. & sequen. volum. 1. Goza. in consi. 46. colum. pen. in medio. & Gratus. lib. 2. respon. 88. numero 17. vbi propterea voluit, quod dato, quod appellatione Falcidiæ non veniat Trebellianica; tamen fauore animæ, vt euitetur peccatũ, debet contineri. sic etiam fauore animæ appellatione contractus venit quasi contractus, secundum Glo. in d. Auctẽn. sacramenta puberum. nunc allegãt. refert Cors. in rub. de iureiuran. versi. decimum octauum priuilegium. & alibi dicitur, quod quamuis episcopus detrahat quartam ex relicto ecclesiæ. c. officij & c. requisisti. de testamen. tamen fallit fauore animæ, vt quando est relictum pauperibus pro remedio animæ, vt, scilicet, eius saluti consulatur. lvt per Roma. in consilio 233. & dixit idem Roma. in consilio 398. quod fauore animæ quis compellitur edere ad fundandam intentionem actoris. Clem. 1. §. ceterum. de vsuris. quamuis aliàs contra. l. qui accusare. C. de eden. ca. 1. de probat. Vnde cum pateat per supradicta exempla, quod semper fit interpretatio ad fauorem

animæ, vt, scilicet, illius saluti consulatur, non est mirandum, quod interpretemur animam potius esse ligatam, quàm nõ ligatam; quia Anima est cunctis rebus præferenda. l. fi. C. de sacrosf. eccl. c. sedulo. 28. distinct. Quid enim homini prodesse potest, si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? cuius dicti etiam meminit Corn. in consil. 19. col. 3. vol. 3. Sed contra prædicta facit; quia videmus, quod immo interpretatio fit, vt quis non intelligatur periurus, vt patet in testibus, secundum Gramm. in consi. 58. in fi. in ciui. not. moderni. in l. si quis maior. C. de transf. Gra. si. 2. resp. 121. nu. 13. & tamen magis prospiceretur animæ, vbi aliter fieret interpretatio. Itẽ videmus, quod fit interpretatio, vt contractus non intelligatur vsurarius, secundũ Alex. in consi. 121. vol. sequitur Gra. libr. 1. resp. 18. nu. 12. idem tradit Bologni. in consi. 31. colu. 2. post princ. Roman. in consi. 285. in fin. Soz. in l. rogasti. in fi. princip. si cert. petatur, & in dubio interpretamur, quod quis non sit excõmunicatus, vt per Dec. in c. fi. de appella. & tamẽ tutior esset interpretatio contraria fauore animæ, vt supra demonstratũ fuit. Item facit; quia In iudicijs nõ dẽt esse acceptio ꝑsonarũ c. ĩ iudicijs. de reg. iu. in 6. & c. nouit de iudi. Rursus facit; q̃a immo iuramẽtũ interpretatur, vt minus obliget iurantem, quàm sit possibile. Abb. in c. cum clerici. nume. 4. de verbo. signifi. Natta in consil. 598. ad fi. immo interpretat̃, secũdũ mẽtẽ iurantis, vt late per Calca. in consilio 17. col. pen. ver. ideoque iuramentum. nu. 8. & consi. 25. colum. 13. num. 32. & tamen contrarium esset tutius fauore animæ. Itẽ iuramentum interpretatur secundum terminos iuris, vt per Guid. Pap. q. 96. nu. 3. sed secundum ius cõmune quis interpretatur minus obligatus, quàm sit possibile,
18 vt supra diximus. merito, &c. † Sed dicendum est, quod prædicta procedunt in foro contentioso, vt euitetur pœna temporalis iudicij: priuilegium vero nostrum procedit. & intelligitur in foro fori, & sic in foro pœnitentiæ, vel conscientiæ, & in dubijs casibus, in quibus tunc magis quis pr̨æsumitur ligatus, quàm solutus iuramẽto, propter periculũ anim̨æ: in hoc enim foro bonarum mentium est, culpam timere, vbi etiam nulla culpa est, c. 2. de obser ua. ieiunij. c. ad eius. quinta distin. Aduertendum tamen, quod non debet quis sibi conscientiam facere de eo, quod non potest explicare, secundum rationem veri, perfecti & constantis iudicij sed debet se conformare cõscientiæ legis; cũ leges sint per ora principum diuinitus promulgat̨æ verba sunt Bal. re lata per Corn. in consil. 201. in fi. vol. 2. vbi propterea infert ad illud vulgatum exemplum de illo filio regis, cui mater dixit, quòd erat spurius, ꝓpter quod renunciauit Regno. nam licet illud fecerit timore conscientiæ: tamẽ nõ tenebatur credere matri; ex quo ita per leges disponitur: & propterea in foro etiam conscientįæ, poterat Regnum retinere; licet in dubio sit tutior via fauore animæ eligenda; non tamen propter hoc tenetur etiam in foro conscientiæ discedere a iuris censura, vel legis dispositione, vt ibi late per eum, & in consi. 293. in fi. vol. 4. quæ omnia sunt, nisi fallor, adnotatu non indigna.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus ad recipiendum non potest confiteri de recepto.*
2 *Limita. quando in mandato fuit iuratum de habendo ratum omne, & quidquid gestum fuerit per ipsum procuratorem.*
3 *Clausula executiua non alterat principalem dispositionem.*
4 *Iuramentum intelligitur, secundum naturam actus.*
5 *Iuramentum generale non sufficit, vbi speciale requiritur.*
6 *Iuramentum non debet continere aliquid absurdum.*
7 *Ratificatio in requirentibus speciale mandatum non valet.*

PRI-

PRIVILEGIVM CXLVIII.

1 Centesimum quadragesimum octauum priuilegium est: nam tu scis, ꝙ † procurator constitutus ad recipiendũ, non potest confiteri de recepto. l. 1. §. mutuam. si quis. in fraud. patro. Bar. & Doct. in l. 2. §. fin. si cert. peta. Roma. consi 352. in princ. Aret. in cons. 4. Porti. Inst. de rer. diui. §. venditę vero res. colum. 3. Ias. in l. duobus reis. n. 6. ď iureiu. Corn. cons. 193. col. 3. in fi. vol. 4. Capi. decis. 16. nu. 7. quia recipere, & confiteri diuersa sunt, vt per Fed. de Sen. cons. 53. & cons. 54. sic quãuis tutores, curatores possint recipere pro pupillis, & adultis; nõ tamen possunt accepto ferre. l & per iusiurandum. §. tutor. vbi Bar. de accepti. & prædicta vera sunt, nisi habeat procurator speciale mandatum, vel generale cum libera, quod idem importat: vt per Capic. in d. decis. 16. num. 7.
2 Tamen † si dominus in mandato, iurauit habere rata, grata, & firma oĩa, & quecumque gesta fuerint per ipsum procuratorẽ, poterit ẽt cõfiteri ď recepto, & dñs obligabitur, vt per Ant. de Petr. in rep. l. 1. num. 311. vbi ponit hoc priuilegium. ď iureiu. idem quoq; refert, & sequitur Grat. lib. 2. resp. 159. nu. 21. Sed aduerte, qa huiusmodi priuilegium videtur esse dubitabile, nã talis clausula, etiã cũ iurõ intelligenda videtur, vt taliter iurans velit habere ratum, quod erit factum per procuratorem super receptionę pecuniæ; veluti, si obligauerit bona, vel alia appenditia apposuerit:
3 cum † enim ista sit clausula executiua, nõ dẽt immutare dispositionem principalem. Clemẽ. 1. de præbẽ. in fi. Dec. in cons. 193. col. pen. & consi. 195. col. 3. ver. secundo diligenter. & consi. 218. col. penul. & sic non operabitur quidquam circa cõfessionem de recepto; quia per dicta verba solum videtur mandatũ de confitendo eo modo, quo solet confiteri. s. quando est recepta pecunia, argu. l. quòd si nolit. de ædili. edi.
4 † Nec obstat iurm; quia intelligitur, secundum naturam actus. l. fi. C. de nõ num. pec. Bar. in l. si quis pro eo. col. fi. de fideius. Ro
5 ma. consi. 279. Aret. consi. 24. † Accedat; quia istud iuramentum est generale, ideoque non sufficit, vbi specialiter aliquid requiritur. Bal. in l. sed si quis. §. quæsitum. si quis cautio. Ias. in l. sancimus. colum. 2. C. de testa. sequitur Grat. li. 1. resp. 15. nu. 13. Et cum ista clausula sit generalis, debet restringi ne sequatur absurdum, l. 2. C. de condit. insert. l. Cæsar. in fin. de publi. not.
6 Doct. in l. oẽs populi. de iusti. & iur. † nec ipsum quoq; iurm dẽt absurdũ continere, vt ꝑ Grat. in d. resp. 15. n. 35. itẽ & ne damnum dño inferatur. c. si propter. ď rescrip. in 6. Aret. in cons. 104. col. 2. ver. venio ad fin. & istam opi. tenet Bologne. in d. l. 2. §. fi. si cert. pet. col. pen. in fi. pro qua etiam facit vltra prędicta; quia ista est clausula generalis in fine mãdati posita, in quo procurator constitutus est ad recipiendum, specialiter, & expresse: vnde nõ sufficit ad inducendum speciale mãdatum, etiam quoad confitendum de recepto, prout requiritur. Et quòd clausula generalis sequens post speciales aliquos casus, in requirentibus speciale mandatum non sufficiat, tradit Cardi. in Clem. 2. de procurat. Nec dicatur, ꝙ iste constituens, ex quo iurauit habare ratum omne, & quidquid gestũ fuerit per ipsum procuratorem, tenebitur ẽt ratificare cõfessionem factam de recepto, vt dicebat Grat. in d. respõ. 159. nu. 21. su-
7 pra allegat. quia respondeo, ꝙ † ratificatio in requirentibus speciale mandatum non valet Gl. in l. si maritus. in Gl. fi. C. manda. quã ad hoc citat Calca. cons. 77. nu. 10. vel resp. quòd tenebitur ratificare omnia, quę erunt gesta per procuratorem, secundum naturam actus. facit, quod voluit Paul. de Cas. in l. si quis pro eo. §. si nummos. de fide iusso. vbi verba illa in omnem causam, intelliguntur, dũtamen sint de natura actus gesti, vel cõtractus; quia promissio generalis ẽt iurata, dẽt intelligi ciuiliter, reduci ad causam honestatis, & verisimiliter excogitatã. Abb. in c. ad hæc. nu. 1. ď appella. & ꝙ verba vniuersalia restringãtur ad naturam actus, tradit Bal. in consi. 67. col. 1.

post medium. vol.3.Inno. in c. ex litteris. de iure patro. qđ pocedit ēt si alias verba nihil operarentur, vt ibi ꝑ eum quem refert,& sequitur Natta in cons.582.nu.16.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non potest impertiri officium suum non petenti.*

2 *Iudices iurant in principio officii seruare statuta loci.*

PRIVILEGIVM CXLIX.

CEntesimum quadragesimum nonum priuilegium est: tu
1 enim nō ignoras, † ꝙ iudex non potest impertiri officiū suū non petenti. Ab.in c.ꝑ vt nu.19.đ dolo.& contu.in c. significauerunt.nu.10.& c.apostolice.in primo nota. de excepti.Grat.li.2.res.16.nu.5.cū similibus.& hoc, nisi simus in notorijs, in quibus etiam non requisitus illud impertiri potest:vt sentit Corne.in consi.2. volu. 2. Non tamen supplere valet in his quæ sunt facti, vt l.4.§. hoc autē iudiciū. de damn. infect.& per Signo.in consi.244.nume.8.
2 cum sequen. † Item tu scis, quod iudices in princip. eorum officij iurant se seruaturos statuta loci, vt nota. in Aucten. vt iusiuran.quod præstat. ab his. & in cap. 1. de iureiuran. Grat. lib.1. respon. 122. nume.9. Si ergo iudex ipse viderit partes litigantes aliquid inuicē moliri,quod fieri non dēt,puta se præparare ad rixā,iuxta nota.in l.æquissimum. de vsufr. vel aliquā ipsarum calumniari in litigando, quòd similiter fieri non debet. vt toto titu. Inst. de pœna tem. liti. vel reum conuentum turpiter iurasse, vel quid aliud simile, quod fieri non debuit: tunc potest supplere,etiam si ab eo nō petatur ex priuilegio iuramenti,si timeat incidere in periuriū, non faciendo,vel nō supplendo.Roma.in consi.427.in fi.primi dubij.refert,& sequtur Anto.de Petru. in repeti.l.1.nu.213. de iureiuran.Sed certe istud priuilegium non videtur aliquo modo posse procedere:nam si videt partes se præparare ad rixam,& arma, debet vtique etiam absque eo, quòd iurauerit, interponere partes suas,ne ad arma,procedant: vt inquit tex. in d.l.æquissimum.& l.quidam.si cer.peta. & l.congruit. de offi. præsi.in quibus iuribus nihil de iuramento. Et similiter,si iudex videt partem calumniari in litigando, vt quia opponit per calumniam aliquam exceptionem etiam iustam, debet ex suo officio prouidere,si non debet opponi, vt per Affli. decis. 351.numero septimo.& Cotta in suis memoralib.in ver. exceptio dominij. Pariter, quando videt aliquem debitorem conuentum a creditore turpiter iurasse in eius obligatione, potest compellere creditorem ad remittēdum illud iuramentū.Maran.in suo Spec. in quarta parte prin. in vndecima distin. num.40.Gram.consi.25.nu. 10.& seq. in ciui.& Natta in consi.497.nu.1.& tamen his casibus non fuit ex priuilegio iuramēti:sed dicendum est quod cum iudices initio officij eorū,de iure sacramentum præstare debeant, & præstent de obseruādo statuta,& iustitiā faciendo, vt supra tactū fuit, dicuntur prædicta facere ex priuilegio iuramenti; quia timeant incidere in periurium,si illa non faciant.

SVMMARIVM.

1 *Electio regulariter potest variari.*

2 *Iuramentum impedit variationem electionis.*

3 *Electio,facta de clerico ad Cappellam seu beneficium ecclesiasticum, variari non potest interueniente iuramento.*

PRIVILEGIVM CL.

CEentesimum quinquagesimū priuilegium est:nā tu scis,ꝙ quilibet potest sibi sepulturā eligere.cap.ebron. &c.sororr.13.q.2.& cap. cū liberū.
1 đ sepult. † & ab ista electione pōt quis regulariter recedere, vt probatur in c. 1. de sepult. in 6. quod ad hoc ponderat Craue.

in consi.

in consi.10.post principi. & maxime verum est, si talis electio facta fuit in testaméto, quod sui natura est reuocabile.l.4. de adimen.lega.§. posteriore. Inst. quib.
2 mod.testam.infirme.& alibi dixi. † Tamẽ si super electione facta eligens interposue rit iuramentum,non poterit amplius poenitere,vt per Host.in Summa.ti. de sepul tu.§.an licitum.col.2.ver. quid si quis eligat.& tradit Ant.de Petr.in repe.l.3. nu. 330.de iureiur.& istud vr̃ indubitabile, cum talis respiciat piam causam, per ea quæ scribit Tiraq.de priui.piæ causæ, in præfatione.pagi.19.secundum paruã impresionem,ver.item legatum factum ad constructionem monumenti.

Istud priuilegium procedit,& limitatur, dumtamen electio facta sit proprio motu, & ex quadam deuotione eligentis, sine præiudicio parrochialis ecclesiæ, a qua pabula accipiebat salutaria; secus, si ꝑ illectionem alterius, vel in præiudiciũ ecclesiæ suæ; quia tunc non teneret iur̃m vt tradit Host.in d.loco.

Secundo limi.& intellige, dummodo electio non fiat per pactum;quia tunc talis electio diceretur simoniaca, etiã si eligens deberet in eadem Ecclesia sepeliri, vt per Fel.in c.ad audientiam.col. 7. nu. 20.ver.fallit primo.de rescrip. quia tunc nec iuramentum teneret.

Vltimo procedit,nisi superuenerit noua causa,cuius, tempore electionis,nõ habuerit is, qui eligit, notitiam aut cognitionem:nam iuramento non obstante,poterit suam electionem mutare,arg. tex. in c.ceterum.de iuramen.calu. & scribit idẽ
3 Host.vbi supra.† Et quòd iuramentũ habeat impedire electionis variationẽ, tradunt in clerico electo ad capellam Grã. consi.31.in ciui.& Crau.in consi.63.ante num.4.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim sententiæ.*
2 *Decretum est idem, quod sententia diffinitiua vel interlocutoria.*
3 *Iuramentum inter certas personas præstitum non nocet neque prodest aliis.*

PRIVILEGIVM CLI.

Centesimum quinquagesimũ
1 primũ priuilegiũ est;† quia iuramentum vim habet sẽtentię.l.1. in princip. quar. rer.actio non dat. l. sed etsi possessori.§.fi. de iureiuran. leg. eum qui. §.in popularibus.& ibi Bar.eodem tit.lege Post rem.de re iud. & ex huiusmodi iuramento oritur actio,quę dr̃ esse perpetua,vt habetur per Ant.de Petr.in rep. l. 1.nu.385.de iureiu.& dixit Ab.in consil. 108.in secunda parte,quod iur̃m hẽt etiã
2 vim decreti:† quod est idem,quod sentẽtia diffinitiua,vt l.decreta.de re iudic.vel etiam interlocutoria,vt l.1.in fi.de offi. assess.Et ideo infertur, quod sicut sententia inter duos lata alijs non præiudicat.l.sępe de re iud.Abb.in c.cum super.vbi not.de sent.& re iud.& in cap.quamuis.colu.10.
3 eod.ti.† Ita & iuramentum præstitum inter certas personas nõ obest,neque prodest alijs.l.3.de iureiu.l. 1. C. si muli. vent. nomi.& ita argumentatur Gram. in consil. 55.num.7.in ciui.& similiter infertur, quod sicut per sententiam imponitur finis liti, vt l.1.de re iud.ita & per iuramẽtum.vt l.1.de iureiu.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in actionibus, quæ per inficiationem crescunt, facit simplum tantum deberi.*

PRIVILEGIVM CLII.

Centesimum quinquagesimum secundum priuilegium est,q̃atu scis,quamplures actiones ꝑ inficiationẽ crescere,id est, ꝑ negationẽ:vt patet in actione legis Aquiliæ,in actione legatorũ in pios vsus relictorũ,& alijs:đ qb⁹ not.ĩ §.tripli.Inst. de actio.& §.& aduersus.Inst.đ pęn.teme.liti.in

ti.in his enim nagantes;propter mendaciũ solent in duplum condemnari, vt in di-
1 ctis locis habetur.† Tamen si in his actionibus, vel iudicijs per agentem iurari cõtingat, non nisi simplum debetur. l. eum qui.in princ.de iureiur.& ita dicunt repeten.videlicet, quidam Iacob.Petr.in l.admonendi.eod.tit.quia satis est petitorem exonerari necessitate probãdi absque eo, quod duplum consequatur: vt inquit tex. in d.l.eum qui.Istud tñ non est proprie priuilegiũ: immo dicendũ est totum ꝯrium; ex quo iurans simplũ tm̃ consequitur:sicut in simili dicitur de expensis, quas si quis per proprium iuramentum probauerit, integras non consequitur,vt dixi in priuilegio trigesimo secundo.nu.30.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum semper addit actui, in quo apponitur, maius robur.*

2 *Iuramentum semper habet tacitam naturam actus.*

PRIVILEGIVM CLIII.

1 Centesimum quinquagesimũ tertium priuilegium est; † quia iuramentum semper maius robur actui pręstat. quod patet;quia facit actũ valere omni meliori modo, vt l.cum pater.§.filius matrẽ.de lega.2. & dixi in priuilegio nonagesimo octauo. & habetur quoque late per Ias.in l.si pecuniam.post nu.25. de cond.ob caus. & in l. is qui. nu. 35.de acqui. hæred. vbi hoc priuilegium colligitur.illud etiam refert Ant. de Pet. in repet.l.1.post nu.163. de iureiur.& potest comprobari per multa exempla, de quibus dictũ est in varijs locis in hoc ipso tractatu.& præsertim cum diximus,ꝙ validat actum nullum;ꝙ perpetuat actionẽ; ꝙ facit instrumenta habere paratam executionem; quod facit,vt iudex laicus possit astringi per ecclesiasticum ad faciendũ obseruari iuramentum. de quo per Imol. in cap.cum contingat. de iureiur. & alibi sæpe per Docto.in plerisque locis.& sic in alijs per multis: nam vbi est iuramentum, etiam si actus sit nullus,tamen ratione ipsius iurans tenetur, arg.tex. in c.quamuis. de pact.in sexto.& habetur per Gozad.in consi. 100. nume. 20. Sed in contrarium facere videtur, quod dicere solemus, iuramentum semper intelligendum secundum naturam actus, cui adijcitur,l.fi.vbi Bald.Salyc.& alij.C. de non nume. pecu. Grat.lib.1.respon.15.nume.5.respon. 30. nume.8. & respon. 55. nume. 26. & alibi
2 dicitur,† quòd iuramentum intelligitur semper habere tacitam conditionẽ actus. l. fi. qui satisda. cogan. Ange. in consilio 315.& Roma.in consi.249. & alibi sæpe. Solut. dicendum est iuramentum semper addere maius robur actui,quo ad accidẽtalia, & ita procedit priuilegium; secus quo ad naturalia; quia secundum illa iuramentum intelligendum venit.& procedit contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Generalis sermo non comprehendit personam loquentis.*

2 *Iuramentum in generali dispositione facit cõprehendi personam filii.*

3 *Vasallus non tenetur defendere dominum contra se ipsum.*

4 *Prima caritas incipit à se ipso.*

PRIVILEGIVM CLIIII.

1 Centesimum quinquagesimũ quartum priuilegium est; † quia quamuis in generali sermone non comprehendatur persona loquentis, nec filij ipsius, vt patet in illa clausula, quæ dicit, Et promisit defendere contra omnem personam: nam contra filium taliter promittens, nõn tenetur defendere; quia est alter ego, & censetur eadem persona cum patre, vt per Alberic. in l. frater à fratre. de condi. indebi. Abbas.

in

in cap.petitio.circa finem. de iureiurand. Marsi.in l.1.§.si seruus. el 2. colum. 1. de quæstio. cum alijs traditis, per Anto. de Gabr.in titu. de verborum signi. concl.1. imo dicitur, quòd pater magis amat ac diligit filium, quàm se ipsum, l. isti quidē. quod met.caus.si ergo non comprehendit personam loquentis per suam generalem promissionem, non comprehendet quoque personam ipsius filij per dictam ratio
2 nem. † Tamen si quis iurat dominum defendere contra omnem personam, tenebitur defendere etiam contra filium, secundum Bald.in ca.imperialem. de prohibi. feud.alien. per Fede. & per Alberi.in d.l. frater a fratre.nume.16.Ego tamen circa istud priuilegium valde subsisto; quia iuramentum intelligitur secundum naturam actus.vt l.fin. C. de non nume. pecu. & non extenditur ad casum verisimiliter non cogitatum, arg.l.fi.qui satisd.cog.nec pariter ad illum, ad quem non porrigitur dispositio: sed ista promissio de defendendo contra omnem personam, non comprehendit filium, vt supra dictum est; cum de illo sit facienda specialis mentio, iuxta.c. 2.de præben.in sexto.& c.quam sit periculosum.de senten.excom.Ias.in l.actione.in tertio nota. C. de transactio. & Craue. in repeti.l.1.post num. 104. de lega.ergo ad illum casum iuramentum non se extendit: cum non sit verisimile in tam generali sermone ea voluisse contineri, quæ verisimiliter non fuisset concessurus.l.obligatione generali.de pignori.Præterea, secundum prædicta sequeretur, quòd etiam contra se ipsum teneretur defendere; quia non militat tanta ratio exclusionis in se ipso, quanta in filio. d.l. isti quidem. & tamen
3 nemo hoc dixerit; † quia vassallus non tenetur præferre salutem domini propriç saluti. Glo. in cap. 1.quibus modis feud. amitta.in ca.1.§.si a morte. de alien.feud. pat. & ibi Feudistę. Curt. iun. in tractat. feud.in 4.par.colum.2.Aret.in l.quidam.
4 colum.4.de verb. obl.† quia Prima caritas incipit a se ipso.l.præses.C.de serui.& aqua.Grat.lib.2.resp.5.nu. 36. cogita tū.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit, vt debitor iurans capi possit in domo propria.*

PRIVILEGIVM CLV.

Centesimum quinquagesimū quintum priuilegium est; quia tu scis, quod regulariter De domo sua nemo inuitus extrahi debet, nec in ea capi. l.nemo. de regu. iu. l.plerique. de
1 in ius vocan.& Roma.in cons.234. † Tamen si quis est obligatus ad factum cum iuramento, quod obligat præcise iurantem implere, quod promisit, vt late dixi in priuile.74.poterit de domo extrahi, & in ea capi, vt illud, quod iuramento promisit, præcise impleat.ita tradit Ferrat. caut. 22.nā priuilegio.d. l. nemo de domo sua. & eius beneficio, cum iuramento renunciari potest, vt tradunt Roma. Alex.& Sozin.in d.l.quia plerique. & ibi quoq; Ias. & dicetur satis illi renunciatum, si cum iuramento fuerit renūciatum omni legum auxilio; vt ibi per Ias.num. 29. ver. decimo tertio limi. Tiraq.in pręfatio.l. si vmquā.nu.121. C.de reuoc.donatio.& Rol. à Valle, in suo tract.statu.de lucr.dot.quęst. 42.num. 17. Et istud priuilegium sentit quoque Bolognet.in l.vinum. num. 27. si cert.petat.vbi dicit, quod in Regno Neapolitano propter iuramentum debitores capiuntur in domo; ex quo contra eos proceditur criminaliter ad periurium.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit testem puniri pœna falsi cum sine iuramento secus sit.*

PRIVILEGIVM CLVI.

Centesimum quinquagesimum sextum priuilegium est; quia iuramentum in teste facit, vt puniatur poena falsi, si falsum cum iuramento deposuerit: cum alias

si

si deponit non iurans, puniatur crimine stellionatus, id est, extra ordinem; ex quo non est proprie falsitas, vt per Io. And. in reg. non est. de reg. iur. in 6. Gand. in suo tracta. maleficio. ti. de crimi. fals. colum. 4. ver. vlti. Marsi. in l. 1. §. præterea. colum. 4. ad legem Corne. de sica. Gram. decis. 27. num. 3. & decis. 74. nume. 19. cum concordantijs adductis per Anto. de Gabrie. titu. de crimi. conclus. 5. num. 15. vbi tamen allegat aliquos tenere contrarium prout facit Bal. in tracta. de testi. num. 20. tu vide Marsi. in consi. 27. num. 17. post Bar. in l. qui sic legatum. in fi. prin. de fals. & Boss. in ti. de fals. nu. & videtur communis esse resolutio, quòd quia testis absque iuramento non habet formam testis, non puniatur de falso.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum non censetur remissum per diuisionem factam inter fratres in forma communi.*

2 *Iurans non venire contra diuisionem an censeatur remittere ius fideicommissi. & quòd non, est magis communis opinio.*

PRIVILEGIVM CLVII.

1 Centesimum quinquagesimũ septimum priuilegium est: nam quamuis per † diuisionem communium bonorum inter fratres factam non censeatur renunciatum fideicommisso, vt per Bar. Alexan. Ias. & alios. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verbo. oblig. in l. cum pater. §. hæreditatem. de leg. 2. Signo. consi. 117. Capr. consi. 89. columna secunda Corne. in consi. 340. volum. 1. & consi. 150. vol. 3. cum concordantiis relatis per Ant. de Gabrie. in tit. de fideicom. concl. 1. in prin. & est communis opin. vt dicit Dec. qui multa allegat in consi. 86. & sequitur Grat. lib. 2. respon. 29. nu. 29. quod & voluit pariter Roman. in consi.
2 403. in princ. † Tamen si inter eos fuit ꝓmissum, & iuratum non venire contra diuisionem, & contenta in ea, censebitur remissum ius fideicommissi, prout videtur sentire Glo. licet de iuramento nihil dicat in d. §. duo fratres. quatenus ibi vult, q̃ censeatur remissum ius fideicommissi; q̃a dixerint nihil se contra eam diuisionẽ facturos. quod etiam voluit Ange. in consi. 287. colum. 2. & Curt. sen. in cons. 64. col. fi. & in hanc opinio. puto inclinare Bologni. quamuis non loquatur in terminis iuramenti, in consi. 32. in fi. vbi vult, ꝓ quando fit diuisio inter fratres cũ clausula generali de nihilo contrafaciendo, & cum alijs verbis prægnantibus, appositis in contractu diuisionis, censeatur remissum ius fideicommissi, aliquibus concurrentibus, videlicet, quòd fideicommissum non fuerit ignoratum: idem, quòd fuerit reciprocum, & omnia coęquata. vbi ergo prædicta concurrant, accedente maxime iuramento, censebitur renunciatum fideicommisso. Sed certe in hoc nullum videtur versari priuilegium iuramenti, cũ etiam absq; eo propter verba vniuersalia, & val de prægnantia fideicommissum præsumeretur remissum. Quinimo etiam, si iuratũ fuerit non venire contra diuisionem; tamen fideicommissum peti poterit: vt voluit Rui. in cons. 137. col. 3. & seq. vol. 2. Bertra. consi. 76. col. 2. vol. 1. & Gozad. in consi. 36. col. fi. nu. 15. vbi allegat Bal. idẽ tenentem in consi. 340. vol. 1. Et istam dicit communem Ant. de Gabrie. in d. conclus. 1. num. 2. & hoc etiam ante istos firmauit Bar. in cons. incip. Sempronius suum condidit testamentum: vbi facta renunciatio cum iur͂o, de omni eo, & toto, quod peti potuisset: & tamen non censetur remissum fideicõmissum. cuius dictũ sequitur Corn. in d. consi. 340. col. pen. in fi. vol. 1. Et ita in terminis nostris est concludendum. Putarem tñ aduertendum ad formam renunciationis, vel refutationis, quia posset esse talis, vt per eam censeret̃ ẽt fideicõmisso renunciatũ. & ideo si esset dictũ; Et renũciauit omni iuri sibi competenti, & cõpetituro ex dictæ hæreditatis

inter fratres diuisæ, & fuisset additum iuramentum; putarem quoque fideicõmisso renunciatum, licet de eo nihil dictum fuisset; ex quo habet vim specialis expressionis, vt alibi diximus. Idem dicerẽ, quando fuisset generaliter renunciatum omni iuri, si non subesset alia causa, vel aliud ius, quàm fideicommissi; quia tunc eidem cẽseretur renunciatum. & quidem expresse ac nominatim, cum non sint plura iura, vt l. 2. de liber. & posthu. sed si supersunt aliæ causę, ad quas referri possint verba vniuersalia, & prægnantia ipsius renunciationis, seu quietationis, ad illas vtique causas, & ad illa iura referri debet; & non ad causam fideicommissi. Et ita possunt euitari contrarietates Doctorum, vt astruit Curt. iun. in consilio 16. & con. 101. nu. 8. & sequitur Grat. lib. 1. resp. 17. col. pen. versic. nec obstat. quæ tamen concordantia fuit prius Bal. in d. §. duo fratres. & eius meminit Corn. in consi. 102. col. 2. vol. 4. quod est notandum, quia sæpe contingit de facto consulere, prout mihi accidit in causa magni ponderis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim specialis hypothecæ.*
2 *Iuramentum in locatione operatur, quod conductor expelli non possit per emptorem rei locatæ.*
3 *Conductori an sufficiat generalis hypotheca ne expellatur.*

PRIVILEGIVM CLVIII.

Centesimum quinquagesimum octauum priuilegium est; 1 † quia iuramẽtum habet vim specialis hypothecæ in contractu, si melius per eam valere possit, secũdum Ioan. de Amic. in consilio 113. numero 12. Et ex hoc infero, quòd si venditor fecit pactum de retrouendendo cũ emptore, & iuratum fuit; si deinde pendente termino ad reemendum, primus emptor vendiderit secundo emptori, in illum non poterit dominium transferri, propter specialem hypothecam, ex iuramento resultantem, vt voluit Sozin. iuni. in consi. 129. nume. 10. & 11. volum. 2. & propterea venditor primus poterit à secũdo emptore rem, quam vendidit, recuperare, vt per Paul. de Cast. in consilio 335. in fi. volum. 3. quem sequitur Craue. in cõ-
2 silio 201. nume. 1. † Secundo ex hoc infero, quod si locator vendidit rem conductam, in cuius locatione iurauerat non cõtrauenire durante locatione, conductor non poterit expelli per emptorem, vt per Barto. & Salyce. & communiter Docto. in l. emptorem. C. locat. idem Barto. in l. 1. §. quod autem. de superfic. Corne. in consilio 6. volum. 4. & Gozad. in consilio 78. colum. 1. in fi. & sequen. quia ex quo conductor habet specialem hypothecam propter iuramentum, dicitur habere ius in re. & propterea poterit rei locatæ insistere: & in hoc omnes Doctores conueniunt. Sed hic quæro, an sufficeret generalis hypotheca? & videretur dicendum, quod deberet sufficere; quia qui habet talem hypothecam generalem, pariter dicitur habere ius in re. Signo. in consi. 4. per totum. & Bar. in d. l. emptorẽ. & ꝙ sufficiat generalis, late deducit Goza. in cõs. 24. nu. 9. & cons. 100. col. fi. versi. præterea est iuramentum. idem quoque sentit Corne. in d. cons. 6. col. 2. in prin. & cons. 321. col. 1. & 2. vol. 4. Grat. lib. 1. resp. 95. col. 1. in fi. & sequen. quam opin. tamquam cõmunẽ præsupponit Guid. Pap. quęst. 480. illamque amplectitur Ruin. in consi. 180. nu. 18. volum. 1. sed immo in contrarium videtur esse magis communis opi. quod, scilicet, non sufficit generalis, sed requiratur specialis. tenuit Imol. & Roma. & alij. in l. qui absenti. §. si quis. de acquiren. poss. & Docto. in l. si ita quis promiserit. §. ea lege. de verb. oblig. in l. filiusfami. §. diui. de lega. 1. Alex. in l. si filia. §. fi. col. 2. in fi. solut. matri. Ias. in consi. 211. col. 5. in fi. volum. 2. vbi testatur de magis communi. & Tiraq. de vtroque retra. conuen. Glo. 1. §. 3. numer. 7. in casu tamen nostro cessat ista dispu

disputatio, & contrarietas Docto. quia iuramento intercedente, competit conductori specialis hypotheca, per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit, quod tutor possit administrare bona pupilli, aliis tamen concurrentibus, cum aliàs sine iuramento non posset.*

PRIVILEGIVM CLIX.

1 Centesimum quinquagesimũ nonũ priuilegium est; quia iuramẽtum in tutore, quod ab eo præstatur, dum promittit vtilia facere, & inutilia prætermittere, iuxta tex. in §. fina. in Auctẽn. vt hi qui obligatas se hab. perhi. ĩ l.fi.§.sed cum antiquitas.C. de curat.fur. & Glo.in l.tutores. in versic. publicarum. C.de admini.tuto. facit, vt ipse posit administrare bona pupilli, alijs concurrentibus; cum aliàs si non iuraret non posset, vt per Capic. decis. 50.nu. 3. Quid autem vltra iuramentum facere tutor debeat, habetur in §.1.Inst.de satisd.tuto. & per Ro. in consi.415.num.2. & Guid. Pap.q.330. Et est notandum, quod iuramentum est primum omnium, quæ facere tenetur ipse tutor, & ideo, licet non confecto inuentario posit facere ea, quæ necessario illius confectionem præcedunt, vt est perscrutatio bonorum pupilli, vt voluit Roma. in consi.106.in fi. & interuenire in diuisione bonorum, ad quam prouocatur per fratrẽ natu maiorem, vt ibi per eum: tamen ante pręstitum iuramentum nihil facere posset; quia nihil illud præcedit, & sic plus operatur, quo ad facultatem seu potestatem administrandi, iuramentum ipsum, quàm inuentarium. & hæc procedunt etiam in curatore furiosi, vt d.l.fina. C. de curat.furio.& per Corne.in consi. 69.col. 4.& 5.volum.1.

SVMMARIVM.

1 *Laudum, latum parte absente, quamuis citata, non valet.*

2 *Limita. vt non procedat. quando in compromisso fuit iuratum de stando laudo.*

PRIVILEGIVM CLX.

1 Centesimũ, & sexagesimum priuilegium est; † quia licet non valeat laudum latum parte absente, quamuis citata; immo sit ipso iure nullum, vt l. diem proferre. §. si quis litigatorum.de arbit.Rom.consi. 67. nu.1.& Goza.consi.100.nu.3.& hoc, nisi dictum sit in compromisso, quod arbiter posit procedere, & laudare partibus absentibus, vt per Paul.de Cas.in l.si qui.col. 1.in fi.C.de episcopali audien.& per Abba.in consilio 33.col.4.versi.ad secundum
2 dubium.part.2.† Tamen, si hoc non fuerit dictum in compromisso, quod.s.posit laudare partibus etiam absentibus: sed iuratum de stando omni laudo; tunc ex priuilegio iuramenti laudum sustinebitur: vt per Ioan. Lup. in repet. ca. per vestras.§. fi.nu.30.de donat.int.vir.& vxo.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus regulariter causa mortis donare non potest.*

2 *Iuramentum validat donationem, causa mortis à pupillo factam.*

PRIVILEGIVM CLXI.

1 Centesimum sexagesimum primum priuilegium est; † quia tu scis, quod regulariter pupillus non potest donare causa mortis.l.r. in princ. de tutel.& rationi. distrahe. quam ad hoc citat Roma. in consilio 199.colum fina. nume. 8. Si ergo
2 pupillus fuerit doli capax, & † donationẽ causa mortis fecerit, iuramento roboratã, vtique talis donatio priuilegio ipsius iuramenti

ramenti valida erit, secundum Duran. in suo tract. de arte testandi. fol. 10. num. 1. secundum primam impressionem: nam & pupillus doli capax, & qui proximus pubertati fuerit, iuramento obligatur, & obstringitur, ut in Auct. sacramenta puberũ vbi hoc Doct. cõmuniter volunt. C. si aduers. vend. c. ex litteris. de sponsa. quod ẽt patet; quia tutori suo obligatur cum iuramento, vt ibi per Bar. num. 2. & est communis opi. vt ibi testatur Ias. & in l. is cui bonis. de verb. obl. & Dec. in l. pupillum. de regu. iur. & pariter obligatur Deo, vt per Abb. in cons. 39 par. 1. & dixi de hoc supra in priuil. 83.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet vim quasi contractus.*
2 *Statuta iurata sapiunt naturam contractus.*
3 *Actio de iure canonico oritur ex iuramento, dumtamen licito.*

PRIVILEGIVM CLXII.

1 Centesimum sexagesimum secundum priuilegium est; quia † iuramentum habet vim quasi contractus. l. depositis. §. 1. de pecul. & ideo habet vim quasi dationis dotis. l. eum qui. §. si mulier. de iureiur. & dixit Bart. in l. iurisiurandi gratiam. eo. tit. quòd iuramentum habet vim quasi donationis. idem Bar. & Ange. in l. 2. §. circa. de excep. dol. in l. hoc iure & in l. a Titio de verb. obli. & in istam opi. inclinare videtur Corne. licet dicat multos tenere contrarium in consi. 99. colum. 2. & cons. 228. col. 3. ver. quod & tertio. vol 3. & Guid. Pap. quæst. 510. Et quia iuramentum habet vim quasi contractus, vt tactum est, dixit non immerito Bal. in l. quoties. in lectu. antiqua.
2 C. de fideicom. † quòd statuta iurata sapiunt naturam contractus. & refert Brun. in suo tract. de stat. fœmi. a succes. exclu. in nono arti. prin. quæst. 10. ad fi. Dixit etiam Dec. in rubr. C. de transacti. quòd iuramentum est quasi transactio. quod tamen non est verum, quantum ad infamiam incurrendam, vt habetur in l. furti. §. qui iussu. de ijs qui not. infami. Et propterea recte videtur scripsisse Abb. in c. 1. nume. 2. de iureiur. quòd ex puro iuramento oritur parti suscipienti obligatio, saltem naturalis; quia iurans parti, intendit illi se obligare, & hoc de iure canonico videtur
3 expeditum; † quia non solum nascitur obligatio, sed etiam ex quolibet iuramento oritur actio; dumtamen sit licitum, & materia bene disposita: vt idem Abb. tradit in c. iuramentum. num. 2. de iureiur. Quinimò ego conclusi supra in priuil. 19. ꝙ etiã de iure ciuili oritur actio. & de hoc priuilegio tetigi supra in priui. 79. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Filia renuncians cum iuramento, non potest petere supplementum dotis.*

PRIVILEGIVM CLXIII.

1 Centesimum sexagesimum tertium priuilegium est; † quasi filia renunciauit cum iuramento, non poterit petere supplementum dotis, vt per Boer. decis. 62. num. 3. & num. 14. eodem modo nec supplementum legitimæ, vt per Grat. lib. 1. respon. 17. num. 35. nam idem dicitur de ea, quod & de dote, quę succedit loco legitimæ, l. quoniam nouella. de inoffi. testam. Capr. cons. 76. columna 2. in prin. Et quod dictum est, vt propter iuramentum non possit peti supplementum legitimæ, procedit etiam, si fuerit assignata in vita patris, & facultates postea maxime excreuerint, Ias. in l. quod Seruius. de cond. ob caus. Et ista est magis vera, & communis opin. vt refert Viui. in ver. legitima. Super quo non insisto; quia de hac materia tetigi in priuil. vigesimoprimo. & priuil. septuagesimo. num. 10. & notan. quòd ius petendi supplementum cõpetit

petit vsq; ad triginta annos, vt per Capr. in d.consi.76. colum. fin. Corne. in consi. 264.col.4.ad fi.vol.1.& in consi.265.vol. 3.& ita fuisse seruatum in Parlamento Delfin.refert Guid. Pap.q.82.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit, vt quis teneatur, soluere id, ex quo non est factus locupletior.*

PRIVILEGIVM CLXIIII.

Centesimum sexagesimum quartum priuilegium est: nam tu scis, quòd quis in quibusdam casibus non obligatur, nisi quatenus est factus locupletior, veluti in pupillo.l.pupillus.in fi. princ. de auctori. tu-
1 to.& l. fi. C. pro empto.† Tamen si iuramentum intercesserit, iurans tenebitur soluere id, ex quo etiam non sit effectus locupletior, secundum Nattam in consi. 495. num.19.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum vtrum possit extendi per notarium non rogatum.*

PRIVILEGIVM CLXV.

1 Centesimum sexagesimum quintum priuilegium est;† quia iuramentum non potest extendi, nisi per notarium rogatum de instrumento, vt per Bal. in rub. de fide instrumen.colum.6 ver.quarto quæritur.dicit tamen Grat.lib.1. respon.9.num.124. quod hoc dictum habet difficultatem in eo, cui committitur alterius rogitus, vt per Alex.in l. Argentarius. in princip.de eden. Ias.in l.Gallus §. idem credendum. de liber.& posthum. & Dec. in l. semper in stipulationibus.de reg.iur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum facit, vt officialis possit exercere iurisdictionem, si locum sibi commissum fuerit ingressus.*

PRIVILEGIVM CLXVI.

Centesimum sexagesimum sextum priuilegium est; quia tu scis, quod iudices in principio eorum officij iurant iuxta formam traditam in Auct.iusiuran.quod præsta.ab his qui Et huiusmodi iuramentum operatur, quod ipsi iudices electi ad officium possint iu-
1 risdictionē† exercere: si tamen locum ꝓpriæ residentiæ fuerint ingressi; cum aliàs ante præstitum iuramentum, facere non possent.l.1.de offi.præfe. August.& quod nota.in l.& si forte.de offi.præsi.& l.obseruare.§.post hæc. de offi.proconf.Bal.in l. priuatorum.C.de iurisd.omni.iud. refert ac sequitur Roma.in consi.100.colum.2. circa princip. simile diximus supra in tutore, vt non possit quidquam facere ante præstitum iuramentum, vt patet in priuileg.159.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis probatur a marito per propriū iuramentum.*

PRIVILEGIVM CLXVII.

Centesimum sexagesimū septimum priuilegium
1 est;† quia per iuramentum poterit maritus ꝓbare se carnaliter cognouisse vxorem suam. c. continebatur. de desponf.impub. tradit Roma.in consi.102. versi.secundo per id. vbi tamen subdit, ꝙ per ipsam vxorem poterit probari contrarium, veluti per matronas attestātes de ipsius virginitate; quia, scilicet, perspexerint

rint eius corpus, vt in cap. proposuisti. de probati. vbi propterea dicitur, quòd non erit standum iuramento contrarium asserentis. Ideo autem videtur permitti probatio per iuramentũ; quia difficile est huiusmodi probationem facere, vt per eundem Rom. in consi. 75. nu. 5. difficultas autem in probãdo colligitur; quia cognitio seu copula carnalis fit in occulto, non autem palam: neque conuenit honestati ad aspectum corporis procedere, nisi in casu necessitatis, arg. tex. Insti. quibus mod. tu. fi. in princip. Quamuis ergo per aspectum corporis probari possit: tamen dicitur fieri non posse; quia cum aliqua turpitudine honoris fit, vt l. filius. de cõd. inst. & per Grat. lib. 1. resp. 1. nu. 97.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum repræsentat verum tamquam falsum.*

2 *Instrumentum notarii reputatur falsum, si notarius est falsus. limi. vt nu. seq.*

4 *Iudex siue Potestas tenetur pro sua familia, si in pertinentibus ad officium deliquit.*

5 *Testis, qui falsum dicit in eo, in quo si verum diceret, non repelleretur, non facit dictum verum reputari falsum.*

6 *Testis, qui dixit falsum in vno capitulo, non dicitur falsus in alio capitulo separato.*

7 *Falsitas, quæ non est in negotio principali, non reputatur falsitas.*

8 *Instrumentum potest valere in vno capitulo, in alio vero non valere.*

9 *Præsumptio omnis cedit veræ probationi.*

PRIVILEGIVM CLXVIII.

Centesimum sexagesimũ octauum priuilegium est: nam sicut iuramentum illud, qđ est falsum, repræsentat tamquam verum, vt patet in iuramento assertorio ipsius minoris: qui q̃uis vere sit minor, tamen repræsentatur tãquam maior, vt dixi late in priuilegio 83. in prin. Item patet in iuramẽto iudiciali, vt l. nam postea. §. 1. & l. eũ qui. §. si mulier. & ibi Glo. in ver. præstandum. & §. liber-
1 tus. cũ Gl. fi. de iureiur. † Ita ex contrario illud, quod est verum, repræsentat tamquã falsum: vt manifestatur in teste, qui si in vno fuerit falsus, in omnibus erit reputandus falsus, quamuis in eis verum dixerit. l. qui falsa, vel varia. C. de fals. c. testimoniũ. de testi. c. quanto. de his, quæ fiu. à præla. Alberi. in tract. de testi. part. 3. nu. 25. Are. in consi. 1. in fi. Alex. & Alc. in l. 1. §. si mihi. de verb. obli. Ias. in l. si ex falsis. in fi. C. de transa. Calca. consi. 100. col. 7. nu. 17. & consi. 125. col. 7. in princ. Marsi. consi. 31. nume. 26. & consi. 76. & Craue. in consi. 6. nume. 14. & consi. 9. numero 10. & alibi sæpe per Doctores. Idem quoque patet in notario; quia si in vno fuerit falsus, in omnibus reputatur falsus, vt per Alex. in con.
2 47. numero sexto, volum. 6. † Immo non solum ipse erit falsus; sed etiam instrumentum ipsius in totum reputabitur falsum, si in eo aliqua falsitas detegatur, quando, scilicet, falsitas processit ex vitio ipsius notarij, falsum instrumentum facientis; ex quo ipse in suæ creatione notariatus, iurauit fideliter suum officium exercere. Gandi. in suo tracta. crimi. in titu. de fals. colum. 2. versic. pone fore instrumentum. Augu. Armi. in addition. ad Ang. in tract. maleficio. in versi. falsarij. col. penult. versi. pone instrumentum. & est communis opi. vt per Corne. in consi. 149. colum. 3. volumine 3. & Bello. in consi. 75. nume. 9. cum sequen. & Gram. siue alius consi. 66. post nu. 30. in ciuili. Foller. pulcre distinguens in sua Pract. crimi. in secunda parte secundæ part. in ver. item quòd commisit falsum. nu. 68. quia scilicet, iurauit, vt dixi fideliter suum officium exercere, iuxta ea quæ habentur per Alci. in suo tracta. præsumpti. regu. 3. presumpti. 13. nume. 17.
3 † Et hinc est forte, quòd si notarius fuerit condemnatus de falso, & deinde conficiat instrumentum, non valet, vt per Marsi. in rub. de fideiuss. num. 184. vbi limitat procedere, si commisit falsum in officio notariatus; secus si extra, vt faciendo falsum testimonium; quia cum sint penitus di-

versa, & separata, de vno non infertur ad aliud l.fi. de calumni.l.generaliter.§.nihil
4 cõmune.de acquir.poss. † Videmus enim in simili,quòd iudex, vel potestas tenetur pro sua familia, si deliquit in pertinẽtibus ad officium;secus si extra officium.Bar.in l.1.§.familię.de publi.late declarat Ro.in consi.11.& consi.434.in fi.Et ratio prædictorum est;quia iur̃m est quid indiuiduũ, vt per Cottã in suis memoralibus; in ver. iur̃m est quid iudiuiduum. vnde non põt esse in vno falsitas,ꝙ non sit in omnibus. Et ꝑ hoc limitatur vulgaris regula, quæ dicit ꝙ in separabilibus vtile per inutile non vitiatur.de qua ꝑ Ro.in cõs.66.Dec. in l.in eo,quod plus sit.de reg.iu.vbi dicitur.ꝙ iur̃i causa vtile per inutile vitiatur: prout etiam ibi refert Cagno. Cęterum contra supradictum priuilegium mediocriter obstat, quia prædicta exempla non videntur posse procedere.Et primo circa exemplum testis, patet: nam si dicat falsum in eo,in quo si verum dixisset non re-
5 pelleretur: † veluti, quia esset affinis, qui non ex toto repellitur, vt per Marsi.in singula.133. Cotta in suis memorali. in ver. testis ad hoc.prope finẽ. Gram. decis. 34. nu.20.& Craue.consi.2.nu.9.col.4.non vitiaretur eius dictum verum, vt per Marsi.
6 in consi.15.nu.16. † Rursus si diceret falsum in vno capitulo, & verum in alio penitus separato, non diceretur in totum falsum,secundum Bal.in l.iubemus.C.de testa.Dec.in ca.1.de probat. & est communis opin. vt refert Viui. in versi.testis respondens.

7 Item † falsitas, quæ non est in negotio principali,nõ reputatur falsitas. ita Bal.& Saly.in l.pe.circa finẽ.C.de transa.Gram. consi.33.num.11.in ci. & tñ ratione iur̃i, quod est indiuiduũ,deberet esse secus.Itẽ patet ex alio; quia modica contrarietas in teste nõ vitiat eius dictũ. Bar. in l.eos. de fals.Alex.in consi.5.col.pe.versi. ad idem.
8 vol.1.† Itẽ circa exemplum de instrumento repugnat; quia potest in vno capitulo valere,& in alio non Bar. in l.Aurelius.§. idem quæsijt.de liberati.leg. Guid.Papæ. quęst.503.in prin.& in transactione tradit Craue. in consi. 19. Bello.in consil.46. & Io.de Ami.in consi.vlti. Solut. dicendum est, quòd in prædictis casibus ideo in totum non dicuntur falsi testes,vel falsum instrumentum, quia per veras probationes, vel coniecturas apparebat de veritate illõrum, super quibus aliàs præsumptio falsitatis locum sibi vendicasset propter apertam falsitatẽ in alio.quamuis,ergo in omnibus reputarentur testes falsi, vel instrumentum falsum;ideo tamen non reputantur falsi,vel falsum; quia de veritate aliunde patebat per veras probationes, vel ve-
9 hementes coniecturas, † & Vbi est vera ꝓbatio, cessare debet omnis pręsumptio. l.fi.quod met.cau.l.nuptura.de iure dot.l.si chyrographum. & l.cum de indebito. §. 1. de probat.cap.is qui fidem. de sponf.& hinc dicimus,quòd vbi est aliquid expressum,non recurrimus ad tacitum;quia attẽditur, quòd est expressum. idem Craue. consi.92.col.3.nu.3.idem dico, quando esset vehemens cõiectura vel præsumptio veritatis aliorum,quę esset potior præsumtione iuris quia, tunc ęlideretur,nec faceret totum falsum reputari; quia ꝓ̃sumptio validior vincit debiliorem,& maxime ad effectum euitandi falsum;non autem quo ad effectum probandi, vt alibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum probat protestationem.*

PRIVILEGIVM CLXIX.

1 CEntesimum sexagesimumnonum priuilegium est;†quia per proprium iuramentum poterit probari ꝓtestatio, vt per Bar.in l.si quis,vel pecunias.versic.vltimo nota. C. deposi. & sequitur Guid.Pap.quæst. 295. quæst. 244. & quæst.614.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus quid capere possit pro honorario, id est pro sua aduocatione.*

2 *Iuramentum validat pactum inter aduocatum, & clientulum, aliàs prohibitum.*

PRIVILEGIVM CLXX.

Centesimum septuagesimum priuilegium est; quia tu scis, ꝙ † Aduocati de iure pro patrocinio causarum, id est, pro honorario, non possunt accipere, nisi vsque ad centum aureos: quinimo, si ex pacto cliẽtulus pro defensione causæ promiserit vltra dictam summam, veluti florenos quingentos, talis promissio seu pactum non valet. l.1.§.in honorarijs. & §. si cui. de vari. & extraord. cogni. prout nec valet pactum de quota lite. l. si qui aduocatorum. C. de postu. imo si fiat, punitur paciscens, vt ibi nota. & 3. quæst. 7. ca. infames non possũt. & Guid. Pap. quæst. 102. quia huiusmodi pactum dicitur esse contra bonos mores. l. salarium. mandati. & l. litem. C. de procurat. † Tamen, si in huiusmodi pactis fuerit interpositum iuramentum, ex eius priuilegio sustinenẽ. & ex tali promissione cõpetet actio tam de iure ciuili, quàm canonico: vt late cõprobando concludit idem Guid. Pap. per optimas rationes in proprijs terminis. quæst. 190. quia cum hoc non sit prohibitum, nisi ad vtilitatem priuatam, scilicet, ipsorum litigantium, põt vtique huic iuri renunciare, vt habetur per Bar. in l. si quis pro eo. de fi. & nol. in l. non dubium. C. de legi. nec obstat, quòd huiusmodi pacta videantur contra bonos mores; quia est verum quo ad ius ciuile, non autem respectu iuris canonici, quo iuramentum seruari debet, si possit. & ita procedit, & intelligitur. c. non est obligatorium. de regu. iur. in 6. & habetur per Corne. in consi. 294. col. 1. in fi. vol. 4.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnus probat in multis casibus remissiue.*

2 *Iuramentum facit non stari dicto vnius testis, cui aliàs staretur.*

PRIVILEGIVM CLXXI.

1 Centesimum septuagesimum primum priuilegium est: † nam tu scis multos esse casus, in quibus statur dicto vnius testis tm̃: de quib. copiose per Bertachi. in suo tracta. de episcopo. in 3. part. octauæ par. lib. 4. nu. 5. & inter alios ille valde notabilis est; quia per vnum testem potest impediri matrimonium contrahendũ, asserẽdo aliquod subesse impedimentũ, veluti cognationis, vel affinitatis, vt c. super eo. el 2. de testi. §. 1.
2 & c. super eo. de consangui. & affini. † Tamen si aliquis iurauit contrahere matrimonium cum certa muliere cum qua ille vnus testis dicat vigere impedimentum prohibens matrimonium posse contrahi, talis testis non erit satis; sed ipse iurans debebit contrahere, ne deterius inde contingat. iste est tex. notab. in c. præterea. de spõsali. vbi hoc expresse cauetur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio per comparationem litterarum non fit nisi in subsidium.*

2 *Iuramentum validat probationem factam per comparationem, quæ alias est inualida.*

PRIVILEGIVM CLXXII.

Centesimum septuagesimum secundum priuilegium est;
1 † quia tu scis, ꝙ ad comparationem litterarum non debet deueniri, nisi in subsidium, vt in auct. de instru. cau. & fi. § vt autem. ibi Non habentem aliam fidem. & §. si quis igitur. & §. si vero tale. prout hoc dicit Bald. in Aucten. sed nouo iure. C. si

cert.peta. & per Docto. in l. comparatio-
3 nes.C.de fide. instrum. † Si quis ergo aliter probare non posit de veritate scripturę, nisi per comparationem faciendam, & hoc iureiurando affirmauerit, & petierit; debebit admitti. & ita comparatione facta illius beneficium consequetur; quia habebit semiplenam probationem, quæ resultat ex ea: cum de iure sola comparatio non sit satis ad inducendum plenam probationem: licet de hoc dubitauerit Alex. in l. admonendi. de iureiur. & in consi. 87. col. 2. n. 7. vol. 7. tamen ita se habet verior, & communior opi. ita dicente Ias. in d. l. admonendi. num. 89. ver. est bene verum, quòd sola comparatio. & hoc procedit, dumtamen interueniat iuramentū; quia eo cessante, nec semiplena resultaret ꝓbatio ex sola comparatione, vt habetur per Bal. & alios in d. l. comparationes, vbi Bal. expresse dicit, quòd comparatio sine iuramento est ipso iure nulla. refert, & sequitur Corn. in consi. 169. col. pen. ver. postremo videtur. vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum fidelitatis facit incidere in crimē læsæ Maiestatis.*
2 *Iuramētum fidelitatis operatur multos effectus, de quibus remissiue.*

PRIVILEGIVM CLXXIII.

1 Centesimum septuagesimum tertium priuilegium est; † quia iuramētum pręstitum a vassallo facit illum incidere in crimen lęsę Maiestatis, et in illis casibus, ī quibus non iurans minime incideret. Clemen. pastoralis. de re iud. Capic. decis. 162. num. 12. veluti, quando non reuelat secreta inimici, domini sui. de quo late ꝑ Grat. li. 1. respon. 1. vel quando iurat hosti, suo domino. idem Grat. d. lib. resp. 51. nu. 2. Gram. decis. 140. nu. 25. quo casu dicitur etiam proditor. l. fi. C. de delato. lib. 10. & l. proditores. de re mili quę iura ad hoc allegat Alex. in consi. 13. post nu. 8. vol. 5. ille enim dicitur proditor, qui sine aliqua cā, & sine vlla diffidatiōe eū, q de eo cōfidebat offendit, sm̄ Bar. in l. respiciēdum. §. delinquunt.
2 ď pęnis. sequit̄ Guid. Pap. q. 191. in fi. † Et istud iur̄m, quod dr̄ fidelitatis, operatur alios mirabiles effectus, quos nunc ꝓsequi non intendo; cū talis inuestigatio desideret longissimum tractatum, quem alias, fauente Deo, aggredi mihi est in animo. Interea si qspiā aliquos aueat scire, īter alios legat Affli. decis. 24. decis. 265. & decis. 307. vbi de nonnullis agit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non seruans efficitur periurus.*
2 *Attentans contrauenire, veniendo ad actum proximum, an efficiatur periurus.*
3 *Periurium incurritur etiam ex iuramento inualido.*
4 *Hæres iurantis, non obseruando iuramentum, non efficitur periurus.*
5 *Periurus non efficitur quis, quando alia pars nō obseruat.*
6 *Iurans non efficitur periurus, quando ex iusta causa non potuit implere iuramentum.*
7 *Periurus; infamis ex quo infertur ad plura.*
8 *Interpretatio in dubio fit contra periurum.*
9 *Periurus non potest petere absolutionem.*
10 *Periurus repellitur ab agendo.*
11 *Causa causæ quidquid est, etiam causa causati.*
12 *Exceptio periurii est dilatoria, & propterea ante litem contestatam opponenda.*
13 *Exceptio periurii impedit compromissum fieri.*
14 *Periurus potest repelli a limine iudicii, officio iudicis, si pars ex aliqua causa non possit opponere.*
15 *Periurus repellitur ab agendo, etiam si velit petere absolutionem.*
16 *Exceptio periurii, requirens altiorem indaginē, non impedit litis ingressum.*
17 *Periurus agere potest nomine alieno.*
18 *Processus factus cum periuro valet, quando nō fuit oppositum.*

PRIVILEGIVM CLXXIIII.

C Entesimum septuagesimum quartum & vltimum priui
B legiũ est;† quia si quis iurat super aliquo actu, & iurm̃ nõ obseruat, efficit̃ piurus. l.si.qui satisd.coga.l.quoties.C.de dignita. li.12.c.tua.d̃ iureiu. Affli.decis.30.nu.5. decis.36.nu.2.& nu.6. Grã.decis.66.n.11. Bal.in c.1.§.porro. quæ fui. pri. ca.benefi. am.& p scribentes in l.si quis maior. C.de
2 transact.† istud priuilegium seu conclusio ampliatur procedere non solum, qñ realiter, & cum effectu contrauenerit; sed etiã si putauerit contrauenire, veniendo ad actum proximum cõtraueniendo ad actũ proximum contrauentionis: veluti, quia supplicauerit principi, vt posset contrauenire: in isto enim casu incidit in periurium, perinde ac si cum effectu, & realiter contrauenisset. & ita magis communiter volunt Doctores in d. l. si quis maior. per illum tex.ibi coniungendo verbũ Supplicando, cum verbo, Putauerit, per quod colligitur; quòd imperator conside rauit crimẽ interius in animo deductum ad aliquod principium, & signum contraueniendi. & pro ista communi opinione facit optime Tex. in l. 3.§. 1. quod quisq. iu. vbi impetrans ius iniquum incidit in pœnam; licet postea non vtatur. facit etiã tex.in l.cum lege.de testã. & quod voluit Cors.in singularibus suis.in ver.pœna apposita. Sic videmus in simili, quòd mater priuat̃, nõ solũ tutela filij sui ipso iure, qñ contraxit matrimonium, per verba de pręsenti.c.ex parte.el 2.de appella. sed etiam si solum habuit consilium nubendi, vt per Bar.in Aucten.matri & auiæ.& in Auctõ. sacramentũ.C.quando mu.tute.offi. sequitur Gozad.consi.18. in princ. & in consi. 54.col.2.ver.secundo adduco. vbi allegat etiam Bar. in l. si quis sub conditione. de testam.ture. quod procedit etiam si fuerit protestata, quod daretur tutor forte pendẽte tractatu; quia adhuc priuatur tutela, & successione, vt per Capr.in cons.67.vbi tamen loquitur, quando contraxit per verba de præsenti. Simile etiam videmus in iure quærelandi contra testamentum, qđ transmittitur per solam præparationem de quærelando, vt per eundem Gozad.in consi.85.post num.2.& Guid. Pap. quæst. 214.quia finis, & ea quæ sunt ad finem ad paria iudicantur. pari ratione idem dicendũ est in casu nostro, in quo tractatur de periurio incurrendo, quod quidẽ periurium afficit animam. & sufficit animo destinasse cõtrauenire, c.mulieres.d̃ sentẽ.ex cõmuni. Et ex hoc patet nõ obstare, si diceretur verba esse intelligẽda cũ effectu, d.l.1.quod quisq. iu. quia cum hic simus in re, in qua solus animus consideratur, sola attentio sufficit ad faciendum quem incurrere in periuriũ: quod maximũ est crimẽ vt per Rom.in cons.351. Contra istã ampliationem tenet expresse Corne. in consi.107.col.2.in fi.consi. vol.3. vbi sequendo opinionem Raphae. & Pul. de Cast. in d.l. si quis maior dicit illã legem esse intelligendã, qñ supplicatio est signata & supplicãs ea vsus est, quia tunc videt̃ venire contra promissionem; aliàs si solũ supplicaretur, nõ incideret in illas pęnas: quoniam qui supplicat non venit contra promissa, sed videtur solum se præparare ad contraueniendum. quod vtique videtur minus esse, quam attentare. & solus attentatus in ciuilibus nõ punitur: vnde nec ipsa sola attentatio seu pręparatio, debet puniri, cũ simus in ciuilibus: Nemo enim cogitationis pœnam pati dẽt.l.cogitationis.de pœni.l.qui autẽ.de his qui not. infa.l.fugitiuus.& l.sæpe.in fi.de verb.signi. l.libertus.la 2.d̃ in ius vocã.vbi qui libellũ principi, vel præsidi dat, in ius patronũ vocare non videtur; & propterea nõ incidit in pœnam quinquaginta aureorum, de qua in l.pe.eiusdẽ ti. quinimmo ex quo sumus in leuibus, non solet eadem pœna puniri attentatum, & perpetratum, vt per Gloss. in l. 1. quod quisq. iu. vult ergo Corne. quòd aut intelligatur de supplicatione, per quam venitur contra promissa, aut de supplicatione; per quã patitur cau-

ſam delegari: aut etiam ſi magis generaliter intelligatur de quacunq; ſupplicatione, tunc intelligi debeat de ſupplicatione porrecta Principi, id eſt, Papæ, vel Imperatori: nã hi ſoli dicũtur vere Principes, non autem alij inferiores, vt l. 1. & fi. de conſti. prin. vt l. princeps. de legi. ſi enim rigori verborum ſtandum eſt, ſtemus etiã in eo, ꝙ de ſupplicatione principi porrecta verba facit, & non de alijs inferiorib. & poteſt iſta opinio Corne. comprobari; quia verba ſunt intelligenda cũ effectu. d. l. 1. quod quiſq. iu. l. pen. §. docere ne quis eum qui. ideo dicitur, ꝙ Non cenſetur ſcholaris, qui non ſtudet, vt per Abb. in c. 1. de iudi. quia verba ſunt intelligenda cũ effectu. & hac eadem ratione non dicitur quis ſtudere, niſi doctus euadat, vt traditur per Dec. in conſi. 177. col. 1. in fi. ita in caſu noſtro, debet intelligi ſupplicatio cum effectu aliquo iuridico, vt, ſcilicet, præſentata ſit, & facta citatio partis, arg. d. l. libertus. 2. de in ius vocand. cum alijs ſupra allegatis. facit, quod voluit Felin. in c. ex tenore. de reſcrip. vbi dicit, quòd non ſufficit impetratio reſcripti, niſi vtatur. accedat etiam; quia reſcriptum impetratum, antequam præſentetur, nihil operatur, & eius vigore nihil fieri poteſt. c. audita. de reſti. ſpoli. Bal. in l. ea quæ. C. de tempo. in integ. reſti. poſtu. nu. 3. ſed remanet priuatum ipſius impetrantis, & illud poteſt comburere, dilaniare, & eidem renunciare, vt habet̃ in c. ex conqueſtione. de reſti. ſpoli. Bald. in l. 1. vt lit. pend. tunc aũt efficitur commune, qñ producitur in iudicio, & pars citatur; aliàs ſecus, vt habetur in d. c. ex conqueſtione. ſicut in ſimili dicitur de inſtrumẽto: quod licet ſit illius priuati, pro quo eſt cõfectum; tamen poſt productionem dicitur factum commune, vt colligitur ex traditis per Abb. in cap. cum generalis. per illum tex. nu. 8. de excepti. & ſimiliter de teſtibus productis. de quo per eundẽ Abb. in c. præſentium. nu. 12. de teſti. Sed his minime obſtantibus, non eſt recedendum à ſupra dicta ampliatione, quæ communiter tenetur per Doct. in d. l. ſi quis maior. vbi nũcupatim Bald. in 2. nota. C. de tranſ. nã ibi expreſſe ꝓbat̃, in verbo Putauerit cõiungendo illud cũ verbo Supplicando: quod quidem verbum, Putauerit, eſt verbum ſolius volũtatis; per quod apparet Imperatorem cõſideraſſe crimen, interius in animo deductum ad aliquod tamẽ principium ſeu ſignum extrinſecum: nam cum agatur de periurio, & ſic peccato illaqueante animam, ſufficit animo deſtinaſſe contrauenire, c. mulieres. de ſent. excommu. & facit illud, quod habetur in ſacra pagina, Si viderit quis mulierem ad concupiſcendum eam, iam mẹchatus eſt in corde ſuo: interrogat cor, non manum, vt inquit Fed. de Sen. conſ. 13. col. 3. Et cum periurij crimen maximum ſit, vt ſupra dixi, allegando Rom. in conſ. 351. voluit Imperator periurũ punire, ẽt ſi non ſequeretur effectus in odium peierantis, & propter perfidiam non ſeruantis iuramẽtum, iuxta tradita per Fel. in ſuo tracta. de conat. & ex hoc patet nõ eſſe verũ, qđ dicebat Corn. nos verſari in leuib. nã per prædicta patet ɔ̃rium eſſe verius. facit ẽt pro cõi opi. tex. in l. 3. quod quiſq. iu. vbi conſideratur ſola impetratio, & ꝙ potuerit vti; qa animus conſumauit, quantum in eo fuit, ipſum delictũ. ideo ſuccedit tex. in l. qui ea mente. de furt. vbi furtum conſumatum ꝑ pẹnitentiã nõ aboletur; quia hmõi nomina ſignificãtia delictum, vt fugitiuus, periurus, vel vſurarius, perficiunt̃ vnico actu, & in illo verificantur; nec requiritur aſsiduitas, nec deſinũt eſſe delictum ſemel in eſſe deductũ. & ideo qui ſemel fuit vſurarius manifeſtus, licet vſuras reſtituat; tñ infamia ſibi inflicta non aboletur, ſicut nec periurus q̃s eſſe deſinit, q̃uis pẹniteat, & petat ſe abſolui, vt hẽtur ꝑ Rom. in conſ. 404. facit ẽt tex. in c. diſpendia. de reſcrip. in 6. vbi ſimiliter ſola impetratio attenditur. Non obſtant in ɔ̃rium allegata. & primo, ꝙ ſupplicans nõ dicatur venire cõtra promiſsionem: licet n. quo ad effectũ, non contrauenerit; tñ quo ad voluntatem, dr̃ contraueniſſe. & ex quo in aĩo iam peierauit,

uit,licet postea ad effectum non perduxe rit,nihil refert; quia punitur voluntas: vt patet in d.l.si quis maior.ibi Putauerit.& sic quo ad voluntatem dr̃ contrauenire. Non obstat, ꝙ intelligi dẽt de supplicatione porrecta principi.i.Papæ vel Imperatori;quia immo ẽt si supplicat̃ inferiori a principe,dr̃ cõtrauenire; quia animus supplicantis attendit̃.Pręterea, cũ hodie isti domini temporales in eorum locis nõ recognoscant plenitudinẽ potestatis,& exerceãt iura imperij seu principis,vt dicebat Bal.relatus per Corn.in consi.200.colu.1.vol.1. vbi plura circa hoc notabilia refert,licet ipse videatur aliter sentire; cõcludendũ est,ꝙ in eis ẽt verificet̃ dispositio.d.l.si quis maior. Non obstat, ꝙ verba sint intelligenda cum effectu; quia in huiusmodi graui delicto periurij punitur sola voluntas,vt sæpe est dictum.Non obstat tex.in d.l.libertus. quia loquitur in diuersis terminis, videlicet,in edicto imponente pœnã citãti.& ita edicti verba erãt ne quis vocaret aliquẽ sine venia;& vocare in ius,intelligitur cum effectu.d.l.1.§. hæc verba.qđ quisq.iu. sed ĩ casu nostro, verba sunt clara,quomodo intelligat̃ supplicare propter verbum,Putauerit,sępius ponderatum. Et ex hoc etiam dr̃ non obstare,dum dicebatur ꝙ supplicatio est res priuata,quodque potest lacerari,& non ꝑsentari:nam satis est ad incurrendum periurium habuisse animum veniendi cõtra promissionem.Concludo igitur cum cõmuni sñia, quod per solam supplicationẽ intelligitur supplicans incurrisse periuriũ & ex consequenti in pœnas. d.l.si quis maior. Quinimmo etiam si rescriptum fuisset concessum motu proprio,adhuc diceretur illo vtens incurrere in periuriũ, vt notabiliter per Rui.in consi.133.in principio vol.1. Ista ampliatio seu conclusio declaratur pluribus modis. Et primo ꝓcedit,dummodo ex verbis ipsius supplicationis deprehendatur,ꝙ supplicans voluerit contrauenire.nec sufficeret supplicare, ꝙ (exempli gratia) daretur iudex super causis generaliter, quas mouere intendit contra eum,cum quo transegit, vel aliter contraxit;quia posset mouere litem absq; eo,ꝙ veniret cõtra promissionẽ.& ita declarat Saly.in d.l. si quis maior. & sequitur Cor.in d.cõsi.107.in fi.vol.3.& sequũtur etiam moderni Bononien. in d.l. si q̃s maior.nu.53.Secundo intelligitur,si supplicãs obtinuit rescriptum simpliciter, & pure,ita vt esset in sola facultate supplicãtis veniendi contra contractũ;secus vero, si sub aliqua conditione princeps rescripserit,puta si vniuersitati placuerit,aut voluerit,vt in casu suo: nam si conditio non purificatur,aut deficiat, intelligitur quoque supplicatio defecisse,q̃a dispositio ꝯditionalis deficit conditione deficiente.l. qui hæredi.§.fi.de cond.& demon. Signo. consi.7.col.6.circa prin.& Cor. in consil. 110.col.1.volu.3.quinimmo dicitur non supplicatum: prout dicit idem Corne. in d.consil. 107.colum. 2.in fi.& sequen. vbi allegat tex.in l.1.in princ. de reg. catoni. vbi tex.inquit,defecta conditione,legatũ nõ esse,verius est,potius, quàm inutiliter datum.& ibi est Glo in versi.cauillamur. & Bart.colum.fin. Glo. in rub.de cond.& demon.Cuman.in l.si filius.de verb. obli. Aret.in consi.155.col.4.& Sozi. cõsi.41. num.28.volum.1.Sed istud dictum Cor. mihi non placet;quia quamuis hoc procedat in legatis,de quibus loquuntur præfatæ auctoritates:tamen diuersum est in ceteris rebus seu dispositionibus,vt patet in contractibus cõditionalibus, qui contractus appellantur, licet improprie, vt late per Tiraquel.de vtroque retract.ti.1.§.1. Glo.2.nu.21.cum multis sequen.& similiter in debitore conditionali, de quo per Docto.in l.1.si cert.peta.vbi volunt debitorem esse,licet improprie.& hinc est, ꝙ in his conditio,si fuerit purificata, retrotrahitur ad tempus dispositionis, q̃ alq̃d erat,licet suspensa per conditionẽ. l. vsusfructus.de stipula. seruo. & per Oldra. in consi.139.in 3.dubio;& Dec. in l. cõtractus.nu.13.de reg.iu.in cõtractibus enim inspicit̃ initiũ, d.l.si filius.de verb.obli. & idẽ in alijs actibus:in legatis vero sec⁹,q̃a

in

in illis fit acquisitio de momento ad momentum.l. cum in annos. de annu.lega.l.si vsusfructus.§.si quando dies leg.ced.vnde in illis conditio non retrotrahitur, vt volunt Moderni Taurinen. in lege tertia,de lega.1.Quamuis itaque rescriptum sit sub conditione, rescriptum tamen esse intelligitur, & consequenter supplicatum; quia conditio in his solum suspendit executionem; non autem impedit ortum effectus, qui ex supplicatis oriri potest: vnde merito dicetur contrauentum,licet contrauentio executioni mandari nõ possit propter defectum conditionis.

3 Secundo † supra dictum nostrum priuilegium ampliatur procedere,etiam si iuramẽtum sit inualidum; quia adhuc incurritur in periurium, vt per Ias. in l.vbi pactum.nu.25.C.de trans.& Crau.cons.191. nu.7.& ideo Marsi.in cons.9.nu.40.dicit, quod quis obligatur ex inualido iuramento. & ideo non poterit contrauenire, nisi petita prius absolutione.

Tertio procedit non solum in masculis iurantibus; sed etiam in fœminis, vt late per Bologne.in d.l.si quis maior.nu.18.C. de transa.& Anto.de Gab.in ti.de transa. conclus.1.nu.3.

4 Limitatur † autem nunc pluribus modis.& primo,non procedit in hęrede iurãtis,qui quãuis non obseruauerit iurm̃ præstitum à defuncto, nõ incidit in periuriũ, ẽt si fuisset iuratũ ꝓ se,& suis hęredibus; quia licet quis possit corporaliter hæredẽ sibi futurum obligare,non tñ põt spiritualiter; nec tenetur hæres sequi voluntatem defuncti in spiritualibus.c.1.de despõs.im pub. & iuramentum est quid personale, vt alibi dixi. ideo iurantis personam non transgreditur.

5 Secundo † limita.non procedere,quãdo iam altera pars etiam non obseruasset pro parte sua; quia alius non obseruans nõ efficitur periurus.l.cum proponas. vbi nota.C.de pact. cap. sicut. de iureiurand. facit,quod voluit Roma.in consi.155.colu. 2 versic. vltimo dum quæritur. nume. 7. vbi quis non incidit in pœnam ex inobseruantia laudi, si altera pars similiter non obseruat.

6 Tertio † lim.non habere locũ, quando ex iusta & rationabili causa non obseruaret iurm̃;quia non obseruãdo legis auctoritate non efficitur periurus.l.fi.ad munic. l.Gracchus.in prin.C.de adulte.Roma.in consi.429.vbi dicitur, ꝙ iudex, qui iurauit obseruare statuta, non incidit in periurium;si nõ obseruat ex rationabili,& iusta cã: debet tamen esse talis, per quam impediatur impleri iurm̃. c. ad nostram. de iureiur. el 1. Gozad.consi.69.col.2.nu.7.& ita etiam limitat Ias. in l. fi.per illum tex. qui satisd.cogan.

7 † Ex huiusmodi priuilegio sic declarato infertur ad aliqua.& primo, quòd talis periurus dicitur infamis. Glo.in l.Lucius.§.quęro.in versi.debeant. de ijs qui not.infa.Doct.omnes in l. si quis maior. C. de transa. Grat.lib.2.resp.6.nu. 31. Et non solum dicitur infamis de iure ciuili; sed etiam de iure canonico,secundum quod ex omni peccato mortali contrahitur infamia. & dicitur quoque infamis infamia facti; quia eius opin. grauatur apud bonos, & graues viros, vt l.1.ex quib.cau.infa.irroga.Grat.li.2. resp.6.col. pen.nu.32.& Corn.consi.55.vol.4.& talis infamia, & periurium non purgatur per pœnitentiam.c.hinc colligitur.2.quæst.3. Fed.de Sen.consi.23. col. 3. Intelligas tamen hoc verum esse, quando iuramentũ fuit voluntarie præstitum super aliquo cõtractu,continente promissionẽ de futuros secus si de præsenti,vel de ꝑterito, vt vult Gl.in d.§.quæro. & declarat etiam Corn. in cõsi.214.ad fi.vol.1.& idẽ tradit Abb. in c.testimonium.in vlt.not.de testi. per l. 1.& 2.& vlti.de crimi.fals.Item intellige, si voluntarie præstitum sit, vt statim dixi; secus, si cogente imperio iuratum fuerit, puta legis, vel statuti dispositione, vel iudicis præcepto,iusto, vel iniusto; quia in his casibus non incurritur periurium, & ex consequenti non irrogatur infamia ex non obseruantia iuri, ex quo nõ est libere præstitũ; prout declarat de mente Doct. Bologne.in dicta l.si q̃s maior.nu.42.ver.

secundum

sim est principale requisitũ. Tertio intelli ge verum esse, quando quis iurauit super aliqua conuentione facta inter partes; secus si iuratum fuisset simpliciter de aliquo faciendo pro se ipso, vel iuratum est Deo; quia tunc nõ incurritur infamia sm̃ Gloss. in d. §. quæro præallegatæ. l. Lucius Abb. & Fel. in d. c. testimonium. de testi. & sequitur Bologne. in d. l. si quis maior. paulo ante nu. 63. vbi ponit quinque alias limitationes, ad quas me remitto. Ex periurio igitur irrogatur infamia, tam de iure, quàm de facto, vt supra dictum fuit. ex quo sequitur, quòd nec poterit esse testis, vt notatur in d. c. testimonium. & per Corne. in consi. 55. volum. 4. quod est maxime verum in criminalibus, vt per Bart. & Bald. in l. 1. C. de Sum. Trin. & Fi. Cat. & habetur in d. c. testimonium. secus in ciuilibus. & hoc est expeditum de iure ciuili, secundum communem opin. vt tradit Corn. in consi. 91. col. 12. volu. 1. De iure autem canonico semper repellitur, etiam si sit emẽdatus, dummodo conuictus, vel confessus, vt pulcre per eundem Corn. in consi. 21. col. 3. in fin. volum. 3. Secundo
8 infertur, † quod contra eum in dubio fiet interpretatio, iuxta notata. ĩ l. fi. de rei vẽdi. tradit Grat. lib. 1. respon. 83. volum. fin.
9 nume. 20. † Tertio, quia post periurium incursum non poterit petere se absolui a præstito iuramento: vt per Alex. in consi. 118. in fin. volum. 7. & consi. 83. nu. 7. vol. 5. vbi dicit esse magis communem opin. & Gozad. consi. 69. nume. 21. Quarto, quia perdit beneficium probandi per iuramentum. c. paruuli. 22. q. 5. Auten. & qui. C. de bon. aucto. iud. po. Curt. iun. in l. admonẽdi. num. 16. de iureiu. Quinto, quia collatio facta de beneficio ecclesiastico periuro, est ipso iure nulla. Fed. de Sen. consil. 48. & Abb. in c. querelam. de iureiurã. & idem Fed. de Sen. consi. 50. & rursus Ab. in c. cum in nostris. de concesi. præbe. & in cap. cum in cunctis. §. fi. col. pen. de ele-
10 ctio. & Rot. decis. 151. in nouis. † Sexto, quia periurus repellitur ab agendo seu a limine iudicij. vbi enim est periuriũ, impeditur litis ingressus, si exceptio periurij opponatur, vt habetur in capit. 1. de liti. contesta. in sexto per Docto. in l. nã & postea. vbi Barto. Paul. de Cast. Alexã. & alij. de iureiu. idem Bart. in l. eleganter. §. si quis post. de cond. indeb. Docto. omnes in d. l. si quis maior. Ias. in l. ait prætor. la 2. nu. 12. de iureiur. Affli. decis. 285. num. 1. Alex. consi. 62. col. fin. nume. 19. volum. 7. Gramma. decis. 66. in prin. Io. de Ami. consi. 34. nume. 4. Bauer. in suo tractatu de virtu. iuramen. in effectu 52. Anto. de Petru. in repeti. l. 1. vers. septuagesimus quartus. num. 384. de iureiu. Gozad. cõs. 46. post nu. 8. Gra. lib. 1. respon. 50. nu. 12. respon. 79. num. 24. & respon. 117. nume. 9. & alibi sæpe. Sed contra hoc videtur non parum refragari; quia non videtur verum, quod exceptio periurij habeat impedire litis ingressum; quia periurium non repellit actorem ab agendo, vt dixit Bald. in l. 2. columna. 16. de iureiuran. vbi allegat Innocen. in capitu. dilecti. de excepti. & idem Innocen. in cap. dilecti. de præben. dixit, quod periuro denegant̃ spiritualia, non temporalia. dicit etiam Ias. in d. l. si quis maior. C. de trans. quod non reperitur iure cautum, quod periurus repellatur ab agendo, per Glo. & Docto. in dicto c. dilecti. de excepti. vbi etiam Fel. colu. 1. & Dec. & Moderni. Nec obstat, si dicatur, quod periurus est infamis, vt supra dictum fuit; quia secundum Specula. in tit. de acto. col. 7. ad finem, infamia nõ repellit periurum a commercio hominũ, quin posit petere suum. pro quo Cagno. in d. l. si quis maior. nu. 120. allegat tex. in cap. omnibus. 4. q. 6. vbi omnibus etiam infamibus in propria iniuria licitum est accusare. Sed his minime refragantibus, cõcludendum est, quod immo exceptio periurij impedit litis ingressum tam in iuramento iudiciali, quam extraiudiciali: nã quo ad iuramentum iudiciale patet; quia si per illud iam lis ipsa sit decisa, & iterũ agat̃, poterit opponi exceptio iurisiurãdi quæ non solum est dilatoria; sed etiã est litis finitæ, sicut & res iudicata, & transactio

factio, vt dicit Bart. in d. l. nam & postea. Paul. de Cast. in d. l. ait prætor. & Abb. in c. etsi Christus. nu. 2. de iureiu. Item quo ad iur̃m extraiudiciale, manifestatur & ꝓbatur per tex. in d. cap. dilecti. de except. quatenus vult, ꝙ ille electus, ratione periurij repellatur ab agendo: nam loquitur generaliter. & sic ibi non dr̃, quod esset ꝓ iurus ex iuramento præstito in iudicio: ergo generaliter intelligi debet. l. 1. §. 1. de lega. præstan. Nec obstat, si dicatur, ꝙ ratione periurij nõ repellitur; sed ex eo, q̃a priuatur actione, vt dr̃ in d. l. si q̃s maior. & nemo sine actione experitur l. si pupillus. §. videamus. de nego. gest. & declarat Glo. in d. c. paruuli. 22. q. 5. & sequitur Bologn. in sæpe allegata. l. si quis maior. post nu. 75. C. de transf. quia resp. ꝙ cum periurium faciat amittere actionem, vt ibi omnes dicunt, in consequentiam facit repel-
11 li agentem; quia † Causa causę est etiam causa causati, secundum Philos. quem allegat Corn. in consi. 144. col. 2. in littera P. vol. 1. & facit tex. in §. 1. Insti. de liberti. Non obstant, quæ in contrarium fuerunt allegata; quia procedũt quo ad alias actiones, super quibus non fuit iuratũ: cũ enim respectu illarum agens non sit periurus; licet quo ad alias in periurum forte incidisset, vt vult Fel. ĩ d. c. dilecti. in princip. de excep. Pro hoc adduco bonũ simile: nam videmus, ꝙ quamuis non valeat instrumentum notarij condemnati de falso tamẽ si notarius cõmisit falsum extra officium sui notariatus, veluti ferẽdo falsum testimoniũ, instrumentũ valebit; q̃a licet sit falsum quo ad testimonium, nõ est falsus quo ad instrumẽtũ. ita determinat Barto. in consi. 77. Marsi. in rub. de fideius. nu. 184. & dixi in priui. præcedenti. Concluditur ergo ex prædictis omnibus, ꝙ periurium repellit agentem a limine iudicij & consequenter impedit litis ingressum: alias quoque pœnas patiuntur periuri, de quibus per Docto. in d. l. si quis maior. & in l. fi. de crimi. stelli. cum alijs adductis ꝑ Pedem. decis. 66. nu. 10. Et habetur quoque in decis. Tholo. 17. per Aufre. ibi. & Guid. Pap. q. 178. & ibi addi. & Corn. in consi. 214. col. 4. in fi. vol. 2. Et est notãdũ,
12 † quod cũ talis exceptio sit dilatoria, est proponenda ante litis contestationem, vt not. per Glo. Bal. & Docto. in l. exceptionem. C. de probat. late Fely. in c. exceptionem. vbi ponit plures limitatio. de excepti. & Maran. in suo Specul. in sexta parte prin. in nono membro, dum agit de excep. vbi similiter ponit nonnullas limitationes; & Soz. in tract. Fallen. in reg. 126. incipien. Exceptio declinatoria.

Huiusmodi conclusio, de qua dictũ est
13 scilicet, † quòd propter periurium impediatur litis ingressus, ampliatur procedere non solum quo ad impediẽdũ litis ingressum, vt dictum est; sed ẽt impedit cõpromissum fieri stante statuto, quòd inter coniunctos causæ debeant compromitti, prout generaliter extant in Italia. & est ratio; quia exceptio, quæ impedit processum, impedit etiam compromissum, vt notatur per Bald. in l. fratris. C. de trans. Corne. consi. 90. col. pen. ad fi. vol. 1. & Capic. decis. 66. nu. 3. Et cũ ista theorica Docto. communiter transeunt ita dicẽ. eod. Cor. in cõs. 117. col. 1. in fi. vol. 1. cõs. 46. vol. 2.
14 & cõs. 65. col. 2. vol. 4. † Secũdo ampliat̃ q̃a nõ solũ repellit̃ ab agendo, si hoc pars petierit; sed ẽt si nõ petierit ob aliqđ impedimentũ; quia poterit iudex ex suo officio talẽ periurũ repellere, secundum Ancha. in consi. 370. col. 6. & Bologn. in consi. 28. col. 1. ver. plus dico.
15 Tertio ampliat̃ ꝓcedere, ẽt si vellet petere absolutionẽ a iurõ, vt late per Fel. & oẽs in c. 1. đ iureiu. & Gra. li. 2 resp. 118.
16 n. 6. † Limitat̃ aũt pluribus modis. & primo nõ ꝓcedit, q̃n exceptio iuriusiurãdi, vel periurij, requireret altiorẽ indaginẽ quia tũc nõ impediret ꝓcessum incohari nec litẽ contestari: sed iudex deberet reseruare ad merita causæ, & procedere ad vlteriora, lite contestata Bar. in d. l. nã & postea. & ibi ẽt Bal. & communiter Doct. đ iureiu. Bar. in l. si q̃s. C. depos. & in l. ille a quo. §. si de testamẽto. & ibi ẽt Ale. & alij. ad Trebelli. Docto. in ca. cum contingat de

de offi.deleg.Paul.de Cast.in l.ait prætor. la 2.in princ.de iureiu. Are.in consi.99.& Grat.lib.1.resp.15.nu.42.Quando autem dicatur exceptio requirere altiorem indaginem, declarat Bar. in l.si is à quo.in pr. vt in poss.leg.& in l.4.§.condemnatum.& ibi nuncupatim Alex. de re iud.Bal. Saly. & alij.in l.2.C.de edict. diui Adri.tolle. Secundo limi.vt non procedat, quantum ad alias actiones, super quibus non est iuratum; quia cum respectu illarum non dicatur periurus, non repellitur ab agendo;& consequenter non impeditur litis ingressus: vt dicunt Doct. in d.l.si quis maior. per Glo. in ver.actione.& supra etiã dixi.

17 † Tertio limit. verum esse, quando ageret nomine proprio; secus si procuratorio; q̃a quamuis esset periurus, quo ad se, non tñ repelleretur; quia infamis potest esse procurator, vt §. fin. Inst.de except.& sic non impeditur litis ingressus. Quarto limi.nõ habere locum, quando periurus se defenderet per tex.in d.c.dilecti.de except.vbi, quamuis illi canonici allegarentur excommunicati,& periuri, non tamẽ repulsi fuerunt à defensione Ecclesiæ eorum:& cõsequenter exceptio periurij, vigore alterius iuramenti, quàm de quo agebatur, nõ impedit processum inchoari, vt ibi no.& supra etiam dixi. Ista tamen limitatio in effectu est eadem cum secunda; quia ibi non ex eo, quòd se defenderent, non fuerunt repulsi; sed quia erant periuri alia ratione, quàm iuramenti, de quo agebatur.

18 Quinto † limi. vt procedat, quando fuit ab initio oppositũ de periurio; quia si non opponeretur, valeret processus, vt per Ias. in §.actionũ.nu.140. Inst.de actio.& Craue.in consi.199.post nu.12.faciunt, quæ in simi.scripsi supra in priuil.59.Et quamuis ipsa pars periurium remittere non posśit; quia hoc solum pertinet ad Superiorem ecclesiasticum: bene tamen potest remittere exceptionem sibi competentem; quã si ab initio non opponit, censetur eidem renunciare, l.si seruum.§.non dixit prætor. de acqui.hæred.l.vni.§. sin autem ad deficientis.C.de cadu.tolle.Crau ɔs.87.n.4.& ideo si vellet postea petere cõpromissum vigore statuti, non audiretur; quia non habet locum post litem contestatam, vt p Affli.decis.185.Vltimo infertur, ꝙ periurus cadit ab actione contractus, restituit accepta, soluit pœnam, & denique priuat omni cõmodo contractus: vt hæc omnia habentur in d.l. si quis maior.vbi oẽs tradunt. & latius prosequuntur per Alex.in consi.76.col.pen.vol.5.Corn.cons.25.col. 2.in fi.vol.2.& cons.130.col.4.ad fi.vol.3. Ferra.caut.20.in fi.Gozad.consi.46.nu.8. & Grat.lib.1.resp.52.nu.1. vbi ampliat ꝓcedere, etiam si in minimo sit contrauentum: item non solum in contractibus nominatis; sed etiam in innominatis. & aliquid per eundem respon.117.nu.10.

EXPLICIT TRACTATVS
De priuilegijs iuramenti.

DEO PATRI SIT GLORIA EIVS QVE SOLI FILIO
Cum Spiritu paracleto,& nunc & in perpetuum.

[illegible]
l. diligentiam adiungere
[illegible] ꝑ exiguū q re[illegible]


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm